Sicut affir. ad affir. ita nega. ad nega. verificatur in conuertibilibus. 59.f
Syllogiſmus expoſitorius. 226.e
Si ſubalternans eſt vera, ſubalterna eſt vera, & non econtra, ſi ſubalterna eſt falſa, ſubalternans, eſt falſa, & non econtra. 50.e
Semper eſt concluſio negatiua in ſecunda figura. 238.e
Sophiſma pro huius ſigni ampliori notitia. 453.d.
Solutio paralogiſmorum duplex. 353.e
Si affirmatione conuertuntur, & negationes. 507.b
Sex modis ſumitur ratio. 254.e
Syllogiſmus confectus & imperfectus. 220.b
Syllogiſmorum multiplicitas. 254.b
Sex ſyllogiſmorum poteſtates. 25[illegible]
Septem modorum ipſis habere intellectum. 214.a
Similitudo, & ad eam requiſita. 309.c
Sequi ad aliud duobus contingit modis. 158.c
Syllogiſmus expoſitorius, & eius regula.
Signum vniuerſale quo pacto ſuam vim amittit. 422.d
Superlatiuus, & comparatiuus aliquando proprie aliquando improprie ſumpta quid ſunt. 477.c
Subſtantiuorum ſuppoſitio. 300.e
Solutio ſophiſmatis per duas regulas. 426.d
Signorum ad quantitatem ſpectantium ſpeculatio precedit eam quæ de infinito, quæ nam ſunt ſigna ad genus quantitatis pertinentia. 457.a
Significatio duplex naturalis, & ad placitum. 381.a

Signum

Signum diſtributiuorum effectus multiplex, ac diuiſio. 433.d
Similis oſtenſiuus, & per impoſſibile quid. 570
Suppoſitio perſonalis qua. 406.b
Signorum vniuerſalium affirmatiuorum ac negatiuorum iudicium. 391.a
Suppoſitionis notitia quãtum valeat. 378
Suppoſitio accidentalis qua. 385.f
Suppoſita alicuius termini in actu dupliciter dicuntur. 389.d
Simplicis ſuppoſitionis ſpecies. 387.d
Suppoſitio perſonalis qua. 386 d
Suppoſitionis accidentalis in ſimplicem & perſonalem diuiſio. 386.f
Subſtantia quatuor modis dicitur. 518.c
Sex regulæ deſcenſus. 525.b
Subſtantia, & accidens per quid indiuiduantur. 141.c
Sufficientia modorum eſſendi in. 138.a
Subſtantia particularis, & vniuerſalis differentia. 141.a
Species ſpecialiſſima æqualiter ſubſtantiæ ſunt. 151.c

T

Tempus eſt Eternum. 561.e
Termini ſubſtantiales & accidẽtales non ſimiliter ſupponunt cum incipit, & deſinit. 564.e
Terminus homo quomodo ſupponat. 389.e
Terminus communis, vel apponens verbo præſentis temporis ſimpliciter ſumpto non habenti vim ampliãdi a ſe, vel ab alio ad ea quæ termini ſupponẽtis ſunt reſtringitur. 423.d
Tres relatiuorum regulæ ad modum neceſſariæ. 402 b
Totum diuerſimodo ſumptũ quomodo propoſitionem exponibilem reddat 480.c
Terminum eundem, quomodo diſtribui, ampliari, reſtringi, ac ſuppoſitionem habere dicatur. 432.f
Triplex orationis acceptio. 21.f
Tres ſunt differentiæ actus. 113.c
Triplicis conuerſionis ſufficientia. 52.f
Triplex negatio. ſ. negans, infinitans, & priuans. 67.e
Tres ſunt æquiuocationis modi, & de primo. 333.e
Tertius amphibolog. modus ex oratione compoſita ſeu diuerſa diuiſa ſignificantis ſumitur. 335.e
Terminus communis dupliciter. 415.d
Tria ad fallaciæ accidentis naturam requiruntur. 356.d
Terminorum appellatiuorum multiplicitas. 415.f
Tres ſunt huius fallaciæ modi, & de primo. 337.e
Termini eandem in negatiua quam in affirmatiua habent reſtrictionem. 430 a
Termini definitio. 216.d
Tres poſitionis proprietates. 193.e
Totius & partis multiplicitas, & oppoſitio. 277.d
Triplex determinationis genus. 283.f
Triplex ſyllogiſmus ſophiſt. 246.e
Totum integrale, & de eius cæteris differentia. 279.e
Totum homogeneum, & heterogeneum caſte. 279.d

V

Vniuocum duplex, vniuocans, & vniuocatum. 131.f
Vniuerſalis variæ acceptionis. 86.d
Vnde dicatur propoſitio indefinita. 31.b
Vniuerſaliũ notitia, ad quæ ſit vtilis. 87.f
Vniuerſalis negatiua ſimpliciter conuertitur. 54.f
Verb. infinitorum natura duo exigit. 206
Vna figura alia perfectior in modo concludendi. 246.d
Vbi duplex compoſitum ac ſimplex, & eius ſpecies. 197.b
Vox non ſignificatiua. 13.e
Virtus ampliandi a quo ſit. 409.e
Vſus duplex conſyderatio. 300.e
Virtutem diſtribuendi habere duobus accidit modis. 450.f
Vniuerſalis quare inuẽta fuerunt. 433.b
Verbum quomodo reſtringere habeat terminum communem, tamen in negatiua quam in affirmatiua. 429.e
Verbi præſentis temporis proprietas. 430 d
Vnde dicit relatiuum accidentis. 404.f
Vnum correlatiuum quomodo in alterius definitione ponatur. 176.e
Vniuoce prædicari tripliciter ſumit. 154.e

FINIS.

VERSORII DOCTORIS PARISIENSIS.

Commentaria in Petri Hiſpani Summulas, Hoc eſt totius Logicę Ariſtotelis Compendium.

De ſingulis huius libri cauſis, atque totius Dialecticæ facultatis partitione.

EXORDIVM.

I*Ste eſt Tractatus Summularum* M*AGISTRI* P*ETRI* H*ISPANI, in quo ipſe compendioſè determinat de his, quæ in libris Logicæ Ariſtotelis, Boethi, & Porphirij prolixè continentur. Et dicitur Liber Summularum per ſimilitudinem ad ſummam proprie dictam. Eſt enim ſumma proprie dicta magnus numerus reſultans ex aggregatione plurium paruorum numerorum, tranſumptiue per ſimilitudinem ad ſummam proprie dictam, aliquis liber, in quo eſt aggregatio plurium tractatum particularium, vel capitulorum, dicitur Summa. & Summula eſt diminutiuum a ſumma, ſic accepta ſecundum tranſumptionem. Et quia iſte Liber breuis eſt & compendioſus, ideo vocatur ſummula, & definitur ſic. Summula eſt quoddam breue compendium in breui, & generali comprehendens illa, quæ in libris logicalibus diffusè, & in ſpeciali tractantur. Et dicitur* P*ETRI* H*ISPANI ad denotandum cauſam efficientem huius tractatus. Ipſe enim hunc tractatum extraxit a libris Ariſto. & aliorum* A

B

A Efficiēs cā huius libri.

A Logicorum. & per hoc patet titulus huius libri ſecundum omnes, vel aliquas ſuarum cauſarum.

Primo ſciendum, quòd huius libri ſicut & aliorum ſunt quatuor cauſæ, ſcilicet cauſa efficiens, materialis, formalis, & finalis. Cauſa autem efficiens dicta eſt. Et eius cauſa materialis, ſiue ſubiectum attributionis, ſicut etiam totius Logicæ eſt argumentatio, quæ nihil aliud eſt quàm quidam proceſſus rationis noſtræ de notitia noti ad ignoti notitiam, capitur ibi ratio in prædicta definitione, vt capitur ab Iſac. quam ſic definit, quod eſt animæ noſtræ intelligibilis virtus faciens currere cauſam in cauſatum. Et quod argumentatio ſit ſubiectum huius ſcientiæ, ſic probatur ratione. quia conditiones ſubiecti attributionis conueniunt argumentationi reſp. eius huius ſcientiæ, ergo ipſa eſt ſubiectum attributionis huius ſcientiæ. vnde tres ſunt conditiones ſubiecti attributionis. Prima eſt quod illud ſit principaliter conſideratum in ſcientia cuius eſt ſubiectum. & ideo paſſiones ſubiecti, & principia & partes ſubiectiuæ, & in-

Quid ratio diſcurſiua.

Argumentatio eſt Logicæ ſubiectum.

B tegrales, quæ conſiderantur ratione ſubiecti, & non principaliter non habent rationem ſubiecti. Secunda conditio eſt, quòd omnia conſiderata in ſcientia cuius eſt ſubiectum, habeant reductionem ad tale ſubiectum, & ſub eo contineantur quantum ad rationem formalem ſuam, & modum conſiderandi. Unde aliqua reducuntur ad ſubiectum vt principia eius, aliqua vt paſſiones, & aliqua vt partes ſubiectiuæ vel integrales. Tertia eſt quòd tale ſubiectum ſit adæquatum ſcientiæ, cuius eſt ſubiectum ita quod tali ratione formali in nulla alia ſcientia conſideretur, ſed quod tale ſit ſibi proprium ſub tali formali ratione.

Secundo ſciendum, quòd ſubiectum octo modis ſumitur. Primo modo pro obiecto alicuius potentiæ, vt color dicitur ſubiectum viſus, id eſt obiectum. Secundo modo pro famulo alicuius domini, vt famulus dicitur ſubiectus ſuo domino. Tertio modo pro corpore poſito ſub alio, vt fundamentum dicitur ſubiectum parietis. Quarto modo pro ſubiecto acciden-

Octo modis ſumitur ſubiectum.

C tis, vt paries eſt ſubiectum albedinis. Quinto pro ſubiecto propoſitionis, vt homo eſt animal. Sexto pro ſubiecto propriæ paſſionis vt homo eſt ſubiectum riſibilis. Septimo pro ſubiicibili vel inferiori reſpectu alicuius ſuperioris, vt homo reſpectu animalis. Octauo pro ſubiecto attributionis, de quo modo eſt hic principaliter propoſitum, & deſcribitur ſic. Subiectum eſt, cuius completa, & perfecta notitia intenditur in ſcientia, cuius eſt ſubiectum, et ſub cuius ratione formali omnia tradita in illa ſcientia conſiderantur, & ad ipſum habent attributionem, & ordinem qui modi in his verſibus notantur.

Obiectum, verna, poſitum ſub, cui quod inhæret,
Quod prius eſt copula, proprij, logicaliter infra.

Quo

A

Quo ſimul arti hæret, ſunt his ſubiecta quoterna.

Tertiò ſciendum, quòd duplex eſt cauſa finalis, ſcilicet intrinſeca, & extrinſeca. Vnde finis eius intrinſecus eſt perfecta & completa cognitio ſui ſubiecti, ſcilicet argumentationis, & hoc quantum ad ſua principia, partes, & proprietates, ſicut & in qualibet ſcientia ſpeculatiua finis propinquus eſt perfecta cognitio ſui ſubiecti. Sed eius finis extrinſecus eſt cognitio omnium aliarum ſcientiarum, quæ per argumentationem acquiruntur. Et ideo, cum omnis ſcientia noſtra ſit bonum, & perfectio ipſius animæ excedens in perfectione omnia bona corporis, ſequitur quòd Logica, per quam omnes aliæ ſcientiæ acquiruntur, eſt vtilis & neceſſaria. Vnde bonitas rei, & vtilitas attenduntur ex parte ſui finis. — Intrinſecus, & extrinſecus finis huius artis.

Quarto ſciendum, quod cauſa formalis huius tractatus eſt duplex, ſcilicet forma tractandi, & forma tractatus. Forma tractandi eſt ſuus modus procedendi, qui eſt quadruplex, ſcilicet definitiuus, diuiſiuus, probatiuus, & ratione noſtri exemplorum poſitiuus. Cuius ſufficientia ſic habetur. Nam omnis modus procedendi in aliqua ſcientia, aut eſt de bene eſſe, aut eſt de neceſſitate doctrinæ. Si primum, ſic eſt quartus modus, qui eſt exemplorum poſitiuus. Si ſecundum, hoc eſt dupliciter, aut ſe tenet ex parte ſcientiæ tantum, & ſic eſt argumentatiuus, aut ſe tenet ex parte rei ſcibilis, & hoc eſt etiam dupliciter, quia aut notificat ipſum ſcibile quantum ad ſua eſſentialia, & ſic eſt modus definitiuus, aut notificat illum quantum ad poteſtatem, & ſic eſt diuiſiuus. Et forma tractatus eſt diuiſio libri per tractatus, & tractatuum per capitula, & capitulorũ per partes, & partium per lectiones. Vnde in hoc libro ſunt ſeptem tractatus principales. Primus eſt de Enuntiatione, correſpondens libro Perihermenias. Secundus eſt de Vniuerſalibus, correſpondens libro Prædicabilium Porphyrij. Tertius eſt de Prædicamentis, correſpondens libro Prædicamentorum Ariſt. Quartus eſt de Syllogiſmo ſimpliciter, correſpondens libro Priorum. Quintus eſt de locis Dialecticis correſpondens libro Topicorum. Sextus eſt de Fallacijs, correſpondens libro Elenchorum. Septimus eſt de paruis Logicalibus conſyderans de aliquibus proprietatibus terminorum, ſcilicet de ſuppoſitionibus, de relatiuis, de appellationibus, ampliationibus, reſtrictionibus, & de dictionibus ſincategorematicis. qui Tractatus non correſpondet alicui ſpeciali librorum Logicæ, ſed eſt extractus à diuerſis libris. Et licet via doctrinæ ille tractatus ſequatus ſequatur tractatum Fallaciarum, tamen ordine naturæ debet immediate ſequi tractatum Prædicamentorum, quia ibi determinatur de paſſionibus terminorum incomplexorum. Et ſic patent titulus, cauſæ, & diuiſio huius libri. Et ſi quæratur, cui parti Philoſophiæ ſcientia libri ſubordinatur: reſpondetur, ſermocinali; quia Logica eſt tractatus de ſermone. — B — Logicæ totius diuiſio. — D — C

A *Sed contra prædicta arguitur primò ſic. Iſte Liber eſt tantùm vna Summula, igitur male nominatur Summulæ in plurali numero. Secundo ſic. Anima eſt ſubiectum ſcientiæ huius Libri, quia eſt ſubiectum cuiuslibet ſcientiæ, igitur non argumentatio.*

Tertio ſic. Scientia eſt habitus concluſionis, ſed argumentatio non eſt concluſio, igitur de ipſa non eſt ſcientia, nec eſt ſubiectum.

Quarto ſic. Prius nunquam reducitur ad poſterius, ſed principia ſubiecti præcedunt ipſum, igitur, nunquam habent reductionem ad ipſum, vt dictum eſt prius.

Rñſiones.

Quinto ſic. Finis Logicæ eſt perfectio Animæ, cum ſit finis cuiuslibet ſcientiæ, ergo perfecta cognitio argumentationis non eſt hic finis, cum illa cognitio ſit effectus animæ conſequens ſuum eſſe completum.

B *Ad argumenta. Ad primum dicitur, quod ſi conſideretur iſte Liber, vt eſt vnus totalis tractatus, bene dicitur Summula in ſingulari; ſed ſi conſideretur vt continens plures partiales tractatus bene dicitur Summulæ in plurali.*

Ad ſecundum dicitur, quod licet anima ſit ſubiectum inhæſionis cuiuslibet ſcientiæ capiendo ſubiectum pro ſubiecto accidentis, non tamen eſt ſubiectum attributionis eius de quo ſolum eſt hic ad propoſitum. Ad tertium dicitur, quòd de concluſione tantum eſt ſcientia directè tanquam de obiecto proprio eius, ſed tamen indirectè eſt ſcientia de ſubiecto concluſionis, & de eius prædicato, de principijs & partibus eiuſdem ſubiecti, modo licet argumentatio non ſit concluſio tantum, tamen vt deſignatur per modum incomplexi, poteſt eſſe ſubiectum, vel prædicatum concluſionis. Ad quartum dicitur, quòd licet principia ſubiecti ſecundum

C *ſuum eſſe non habeant reductionem ad ſubiectum, tamen poſſunt reduci ad ipſum quantum ad rationem conſiderandi, & iſto modo poſteriora ſunt. Ad quintum, negatur conſequentia, & cauſa eſt, quia licet perfecta cognitio argumentationis ſit ipſamet perfectio, ſiue effectus animæ, tamen bene eſſe poteſt perfectio eius accidentalis, & poteſt perficere ipſam in ordine ad ſuum finem vltimum, & qui eſt ſumma fœlicitas, ideo, &c.*

PETRI HISPANI

SVMMVLARVM LOGICAE TRACTATVS PRIMVS.

SVMMA TRACTATVS PRIMVS.

De vocibus. De Nomine, & Verbo. De Oratione, & eius ſpeciebus. De propoſitione categorica, hypothetica, & modali, deq; illarum oppoſitionibus, ac circa ipſarum veritatem, & falſitatem quam plurimis regulis.

Quid Dialectica, & Eius ad cæteras artes vtilitas.

A Primo to.c.1. et ſecundo Poſte.c.vlti. & 4. Me.t.c.1. & in plериſq; alijs locis.

DIALECTICA eſt ars artium ſcientia ſcientiarum, ad omnium methodorum principia viam habens. Sola enim Dialectica probabiliter diſputat de principijs omnium aliarum ſcientiarum.

Poſtq̃ dictũ eſt de cauſis huius Libri, & titulo eius, hic cõſequeter accedendum eſt ad materiã eius. In principio aũt huius Auctor præmittit proœmium, & qa ĩ proœmio qlibet Auctor debet reddere auditorẽ beneuolũ, docilem, & attentum, ideo rõne hui⁹ Auctor primo oſtẽdit excellẽtiá, vtil tatẽ & ordinẽ hui⁹ ſciẽtiæ, rõne cuius primo

B definit Dialecticã dicẽs, qd' eſt ars artiũ, etc. In qua definitione oſtẽdit excellẽtia ei⁹, cum dr[Ars artiũ.] & tangitur utilitas eius, cum dicit [Ad omnium methodorum principia viã habens] ꝑ cuius definitionis intellectu.

Primo ſciendum eſt qđ ars duplr accipitur, uno mõ ſpãliter, ut ab Ariſt. definitur quod eſt recta rõ rerum a nobis factibilium, & ſic eſt unus habitus intellectualis ab alijs diſtinct⁹, & hoc modo diuiditur per ſeptẽ artes mechanicas, quæ continentur his uerſibus.

Ars mechanica quid.

Lana, Nemus, Miles, Nauigatio, Rus, Medicina.

His ars fabrilis cõiũgit mechanica tũt.

Alio mõ ſumitur ars generaliter ut definit a Tullio, quę eſt collectio plurium præceptorum in unum fi e tendentium, & hoc modo eſt, quoddã ſuperius ad ſciẽtiã & ad artem propriẽ dictã & hoc modo põnit in definitione Dialecticæ, i õnẽ cuius primo ponitur ars quã ſcientia, & non capit ſpecialiter ut opponi ur ſcientiæ, quia ſic oppoſita poneret in eadẽ definitione. Secundo ſciendum eſt quod ars gñali ter capta ſub ſe cõprehendit plures habit⁹ intellectuales, & nõ eſt unus habitus intellectualis ab halijs diſtinctus. Vñ quinq; ſunt habit⁹ uel virtutes ĩtellectuales, quib. non contingit falsũ dice e.ſ. Sapiẽtia, Sciẽtia, Intellect⁹. Prudẽtia, & Ars duorum ſic habẽt ſufficiẽtia, Quia ois habitus intellectualis, vel eſt ſpeculatiu⁹ vel practicus. ſi ſpeculatiuus, hoc tripľr, uel dicit cognitionẽ pricipiorũ & cõcluſionũ ſimul, & ſic e Sapiẽtia. vł principiorũ tm̃ & ſic eſt Itellect⁹, vł cõcluſionũ tm̃, et ſic ẽ ſcia.

C Liberalium & mechanicarũ artium, numerus.

Quinq; habit⁹. intellectus 6. Eth.c.4

Vel ſic ois habitus eſt ſpeculatiu⁹, vel practicus. Si ſpeculatiuus, hoc eſt dupľr, vel circa pricipia, vel circa concluſiones, ſi ſecundum. ſic eſt Scientia ſi primum hoc eſt dupľr, vel circa principia demonſtrationum quę ſunt principia cognoſcendi, & ſic eſt itellẽctus, vel circa principia rerum, q̃ ſunt principia quo ad eſſe, & ſic ẽ Sapiẽtia.

D

Si ſit practicus, eſt dupľr, vel circa agibilia, & ſic eſt Prudentia. q̃ ſic deſcribit. Prudentia eſt recta rõ rerum a nobis agibilium, vel circa factibilia, & ſic eſt Ars. Vñ Sapiẽtia eſt cognitio

A de primis cauſis, & principijs complexi·horum, ſed intellectus eſt habitus principiorum indemonſtrabiliũ, ſcientia vero eſt habitus cõcluſionis firm⁹, certus & euidens per demonſtrationẽ acquiſitus, & oẽs iſti habitus aliquo modo continentur ſub arte generaliter dicta, quia in quolibet eſt collectio plurium præceptorum vel regularum ad vnum finem tendentium. Ex quo patet qđ ſub arte accepta generaliter continentur ſeptẽ artes liberales, quia illæ continentur ſub ſcientia, quæ ſũt Grammatica, Logica, Rhetorica, Muſica Arithmetica, Geometria, et Aſtrologia. Tres primæ dicuntur triuiales, quaſi trib. vijs in vnum finẽ tendẽtes, quia Grammatica conſiderat ac de ſermone congruo vel incongruo: Logica vero de ſermone uero vt falſo Rhetorica de ſermone ornato, vel inornato: & ſic pcedũt in cognitionẽ ſermonis.

Liberalium artiũ numerus.

B aliæ dicunt quadriuiales, quaſi quatuor vijs in vnũ finẽ tẽdentes. ſ. in cognitionẽ quãtitatis, quia Arithmetica eſt de quantitate diſcreta non contracta, ſ. de numero. Muſica eſt de quãtitate diſcreta contracta ad ſonũ. Geometria de quãtitate cõtinua nõ cõtracta. Aſtrologia de quãtitate continua contracta ad motũ, vñ in liberalium artium ſic põt haberi ſufficiẽtia. Ois ars liberalis ẽ circa ſermonẽ, vel circa quãtitatẽ ſi primũ, ſic eſt tripliciter, vel circa ſermonẽ cõgruũ vel incongruũ & ſic eſt Grãmatica, vt circa ſermonẽ verũ vel falſum, & ſic eſt Logica, aut ornatũ vel inornatũ, & ſic eſt Rhetorica.

Sufficẽtia liberaliũ artium.

C Si circa quãtitatẽ, hoc eſt dupliciter, vt circa quantitatẽ continuã, vel diſcretã, ſi ſecũdũ hoc eſt dupliciter, aut circa ea ſimpliciter, & nõ cõtractã, & ſic eſt Arithmetica, quæ eſt de numero incõmuni, vel eſt circa quãtitatẽ diſcretam contractam ad ſonũ, & ſic eſt Muſica, quæ conſyderat de numero ſonorum, ſi primum hoc eſt dupliciter, aut eſt circa cam ſimpliciter nõ cõtractã, & ſic eſt Geometria, aut circa ipſam contractã ad motum, et ſic eſt Aſtrologia, vñ verſ⁹.

Gra. loquitur, dia vera refert, re verba colorat. D

Mus canit, ar. numerat, Geo. ponderat, As. colit Aſtra.

Iſtę aũt artes dicunt liberales triplici de cã. Prima quia antiquitus ſolum liberi, & nobiles conſueuerunt eis ſtudere. Secũda, qa liberant hoies, eis ſtudentes a curis mundanis. Tertia qa ordinant ad opera per aiam tm̃ exercenda, qa aia libera eſt reſpectu corporis, ideo iſtę artes dicunt liberales. Artes vero mechanicæ. dicuntur potius ſeruiles, qa ordinantur ad opera per corpus exercenda, corpus aũt ſeruit aiæ, & dicuntur illæ liberales artes alia de cauſa; quia liberæ informat intellectũ noſtrũ ſine aliqua difficultate, & per hoc Phyſica, & Methaphyſica, q̃ non libere formant intellectũ, non dicunt liberales, qa Metaphyſica eſt de nimis eleuatis ſupra intellectũ, Phyſica vero eſt de nimis immerſis materiæ.

Ars mechanica vnde dicatur.

E Tertio ſciendum ꝙ Methodus accipitur dupliciter vno mõ proprie put eſt breuis & recta via cito ad terminũ ducens. alio modo tranſumptiue & ſimilitudinarie, & ſic eſt ſciẽtia cõpẽdio ſe tradita, cito ducẽs in cognitionẽ ſui ſubiecti, & hoc mõ capitur in iſta definitione cũ dicit, ꝙ Logica habet viã ad principia oium Methodorũ, ſẽſus eſt oium ſciẽtiarũ. & valet per hoc ad illarũ principia, qa cõſyderat de argumentatione, per q̃ inquirimus de principijs oium ſcientiarũ. F & qa nulla ſcia ab illa docet modum arguẽdi probabiliter, ideo ſola Dialectica diſputat de principijs aliarum ſcientiarum.

Quarto ſciendum ꝙ Dialectica dupliciter accipit. Vno modo gñaliter p tota Logica. Alio mõ ſpecialiter ſolũ pro illa parte Logicæ, quæ traditur in libris Topicorũ; hic aũt definitur pro tota Logica, tñ ſub noie ſuæ partis. Logica. n. probabiliter diſputat rõne ſuæ partis. quia illud, quod cõuenit parti etiam aliquo modo conuenit toti gra partis, & ſic patet definitio Dialecticę & quo hic capitur, ſcilicet cõiter.

Dubitationes.

Sed

A Sed contra hanc definitionẽ primo arguitur. Ars eſt de factibilib. à nobis, cũ ſit recta ratio rerum a nobis factibilium, ſed Logica non eſt de factibilib. a nobis, ergo non eſt ars.

Secundo ſic, Modus ſciendi non eſt ſcientia, ſed Logica eſt modus ſciendi, ergo Logica non eſt ſcientia.

Tertio ſic. Ille genitiuus artiũ, ſiue ſciẽtiarũ denotat excellentiam Logicę ad alias ſcientias cũ oĩs genitiuus pluralis numeri reflexus ſup ſuum noĩatiuum ſingularẽ importat excellentiã, ſed Logica nõ eſt excellẽtior alijs ſcientijs cũ multæ ſint excellentiores ipſa, vt puta ſciẽtia Metaphyſicæ, ergo &c.

Quarto arguit̃ ſic. Logica eſt quidã B Methodus, ergo ſi docet viã ad principia, ſequitur, quod doceat viã ad principia ſui ipſius quod eſt inconueniẽs.

Quinto arguit̃. Principia ſcientiarũ

Solutio ſunt ꝑ ſe nota, ergo Logica nõ valet ad cognitionẽ illorũ principiorũ. Ad rõnes. Ad primum illorum dr̃ ꝙ licet ars ſpãliter capta ſit de factibilib. a nobis, nõ tñ ars gñaliter capta, & illo mõ capit̃ hic, & ſic Logica bene eſt ars. Ad 2m dr̃ ꝙ Logica dupľr accipit̃ vno mõ pro perfecta argumentationis cognitione, q̃ dr̃ Logica docens. & ſic dr̃ ſciẽtia, nec eſt modus ſciendi, alio mõ pro vſu argumẽtationis, quo vtimur ĩ alijs C ſciẽtijs, q̃ vſus dr̃ Logica vtẽs, & ſic eſt modus ſciẽdi, nõ eſt ſcia proprie dicta.

Ad tertiũ dr̃ ꝙ Logica nõ eſt excellẽtior in dignitate oĩbus alijs ſcijs, & in ꝑfectione, eſt tñ excellẽtior cæteris in vſu ſui ſubiecti, & applicatione ei⁹ ad acquirẽdum alias ſcias. Ad quartũ dr̃, quo de rõne argumentationis ꝑ q̄ poſſumus inqrere de pricipijs Logicę, eſt, ꝙ Logica valet ad inqrẽdum ſua principia ſm ꝙ argumẽtatio eſt inſtrm̃ ſciẽdi, argumẽtatio.n. in vſu cõſyderata eſt ſubum Logicę, & in particulari bñ eſt inſtrm̃ ad inquirendum de principijs eius. Ad quintum dr̃, ꝙ licet principia

Primo Poſte.c. 6. ſciarũ ſint ꝑ ſe nota tm̃ ſe, tñ qñq; ſunt ignota quo ad nos, & ſi ex parte noſtri argumẽtatio valet ad cognitionẽ eorũ.

Ordo huius artis ad alias.

D Et ideo in acquiſitione omniũ aliarum ſciẽtiarum Dialectica debet eſſe prior. Dicitur aũt Dialectica à dia, ꝙ eſt duo, & logos, quod ſermo, vel ratio, quaſi duorum ſermo vel ratio ſcilicet opponentis, & reſpondentis in diſputatione. Sed, quia diſputatio nõ poteſt haberi niſi mediante ſermone, nec ſermo niſi mediãte voce, nec vox E niſi mediante ſono, omnis.n. vox eſt ſonus, ideo à ſono, tanquam à communiori inchoandum eſt.

Poſtq̃ Petrus Hiſp. poſuit definitionẽ dialecticæ, & ꝓbationẽ vnius partis eius, in qua definitione oſtẽſa eſt excellẽtia, & vtilitas huius ſciẽtiæ, hic cõſequẽter oſtẽdit ordinẽ huius ſciẽtiæ ad alias, & interpretationẽ huius nõis dialectica. Ad reddẽdũ auditorẽ hui⁹ ſciæ docilẽ & attentum oſtendit, de quo, & quo ordine ſit in hac ſcia cõſyderãdũ. Rõne aũt primæ infert vnũ correlariũ dicens, quod Dialectica in acqſitionẽ aliarũ ſciẽtiarũ dr̃ eſſe prior. Cuius rõ eſt, qa principia oĩum aliarũ ſciarum, & eti conclusiones acquiruntur per ar- F gumẽtationẽ, ſed Logica cõſiderat de argumẽtatione, & docet modũ arguẽdi, ergo debet prius acquiri q̃ aliæ ſciẽtiæ, iõ in acquiſitione debet eſſe prior.

Primo ſciendum, ꝙ vna ſcia dr̃ eſſe prior alia dupľr. Vno mõ ordine naturæ & ꝑfectionis, & ſic ſciæ reales ꝓcedunt Logicã, & rõ eſt, qa ordine naturæ ſciæ ordinant̃ ſicut & ſua ſuba, ſed ens reale prius eſt ente rationis, ergo ſciẽtiæ reales, vt Phyſica, & Metaphyſica, q̃ ſunt de ente reali ꝓcedunt Logicam, q̃ eſt de ente rationis, & ſiľr alias ſcientias rationales, ut ſunt Grãmatica & Rhetorica. Alio mõ vna ſcientia dr̃ prior alia ordine doctrinæ, & quo ad nos, & hoc mõ intelligitur ꝙ Logica eſt prior alijs ſcientijs, ideo notanter dr̃ quod nõ ſit prior ſimpliciter, ſed in

Qm̃ mõ Logica Grãm. ꝓcedat.

A acquiſitione,eo quod dicitur prius acquiri alijs ſcientijs,quæ per argumentationem acquiruntur.

Quid nominẽ Dialecticæ. Secundo ſciendum,ꝙ Auctor ponit interpretationem huius noĩs Dialecticæ,ꝙ põt dupľr deriuari, vno mõ põt dici a dia,ꝙ ſcribitur per I.Latinum, ꝙ eſt de,& logos ſermo,& ycos, ſcia, quaſi ſcientia de ſermone. Alio modo a dyas per I.Græcum quod eſt duo,& logos,ſermo & ycos, ſcia,quaſi ſciẽtia de ſermone duorum.ſ.opponentis, & rñdẽtis,licet.n.idem poſſit arguere, & rñdere, & per ſe facere diſputationem tñ hoc eſt inquãtum,ipſe tenet locum duorum. Ex hoc patet quòd hic non

B accipitur,dicitur, prout tantum valet ſicut proferiur, vel prædicatur, ſed ut tantum ualet,ſicut deriuatur.

Subiectũ Logices. Tertio ſciendum,ꝙ in hoc libro incipiẽdum eſt determinare de ſono tanquam a cõiori in hac ſcientia conſyderatio. Cuius ratio eſt;quia Logica conſyderat de argumentatione tanquã de proprio,& adæquaro ſubiecto eius, & de diſputatione,quę fit mediante argumentatione, ſed argumentatio nõ põt fie i niſi mediante ſermone,nec ſermo niſi mediante voce, nec vox, niſi mediante ſono ideo a ſono tanquã a communiori incipiendum eſt, quia cõmunior eſt omnibus iſtis.

Quarto ſciendum,qđ dupliciter põt fieri argumẽtatio,ſiue diſputatio. Vno modo mentaliter,quãdo homo diſputat p ſeipſum cõſyderando,& talis diſputatio põt fieri ſine vocibus, & ſermone.alio modo vocaliter, & talis ꝓprie eſt diſputatio quaſi duorũ putatio nã talis ſemp eſt inter opponentem,

C & rñdentem,& ita nõ põt fieri niſi mediante ſermone,& in hoc hř ordo huius ſcientiæ ad alias, & interpretatio huius noĩs Dialectica,& de quo ſit terminandum,& a quo ſit incipiendum.

Argu. Sed cõtra prędicta primo arguitur. Grammatica debet prius acquiri quã Logica,cũ Logicus pręſupponat ſignificationẽ terminorum,& modum congrue loquendi,qui per Grammaticam habetur, ergo Grammatica prior eſt in acquiſitione,& non Logica. D

Patet in Hipocr. qui naturalis fuit Logicus. Scđo arguit. Plures medici acquiſiuerunt ſciam,medicinæ ante inuentionẽ Logicæ,& ẽt multi qui non habuerunt Logicam,ergo logica nõ eſt prior in acquiſitione aliarum ſcientiarum.

Tertio. Sonus & vox ab ore aĩalia ęque cito ꝓferũt, ergò ſonus nõ pcedit uocẽ.igitur uox non fit mediãte ſono.

Quarto ſic.Idẽ non debet conſyderari in diuerſis ſcientijs, ſed ſonus conſyderatur in phyſica, ergo non debet conſyderari in Logica.

Quinto ſic.Qualitas eſt prior quam ſonus,cũ ſit genus ſoni, ergo magis incipiendum eſt a qualitate quã a ſono.

E Solutio. Ad argumẽta. Ad primum dicitur. quod duplex eſt Grãmatica.ſ.poſitiua & regularis.Poſitiua eſt cognitio,quæ eſt de ſignificatis terminorũ & regulis Grammatice, non cognoſcẽdo cauſas eorum & iſta bene pręcedit Logicã. ſed non eſt ſcientia proprie dicta, ſed quędam cognitio imperfecta.Sed Grãmatica regularis eſt cognitio pp quid regularum Grammaticalium,qua cognoſcũtur probatiue.& per cauſas, & talis bene eſt ſcientia,& non poteſt acquiri ante Logicam niſi imperfectæ, cum acquiratur per argumentationẽ, quæ per Logicam cognoſcitur.

F Logica medicis neceſſariã eſt. Ad ſcđm dř, ꝙ licet tales Medici acquiſiuerunt Medicinã imperfecte per quandã argumentationem naturalem factã ſ.naturali cognitione intellectus qui eſt naturaliter diſcurſiuus non tñ perfectæ acquiſiuerunt eã, & per argumentationem artificioſe factã,qa non habuerunt artem arguẽdi, & inde fuit quod inciderunt in errorem. Et ſimiliter dicendum eſt de alijs ſciẽtijs,quæ non acquiruntur perfectæ ſine argumentatione,de qua eſt Logica.

Ad tertium dř,ꝙ licet ſonus nõ pręcedat vocem ſecundũ tps, tamen bene præcedit ſecundum naturã,& in ratione principij formalis, & ideo vox fit mediante ſono in gñe cauſæ formalis, & non efficientis.Ad quartũ dř,ꝙ idẽ, ſub

A ſub diuerſis rationibus pōt in diuerſis ſcientijs conſyderari, licet nō ſub eadē ratione, modo ſonus in Phyſica cōſyderatur vt p̄ ſſio rei naturalis, & in Logica vt eſt ſignum conceptus mentis, iō diuerſis rōnib. hic, & ibi conſideratᷣ. ad quintum dr̄ ꝙ qualitas eſt cōlor ſono ſcd̄m p̄dicationem non tñ vt eſt ſignū cōceptus mentis, qa nō ſignificat cōceptum niſi vt eſt in ſono, & ſub illa rōne ſonus hic conſyderatᷣ, licet ēt ſonus nō ſit ſignum cōceptus, niſi vt eſt in voce, quia tñ eſt proximum genus vocis, oportuit hic de ipſo determinar.

Sonus, quid ſit, deque definitionem natura.

B

Sonus eſt quicquid per ſe, & proprie ab auditu percipitur. Dicoaūt propriè, quia licet homo, vel campana audiatur hoc tamen non eſt niſi per ſonum eius.

Poſtquam Petrus Hiſp. poſuit proœmium ſuum, hic conſequenter aggreditur tractatum, & quia in illo primo tractatu, cuius enuntiatio eſt ſubiectū, determinatur de noīe & verbo eo, qđ ſunt partes enuntiationis, & in eorum definitionib ponitur vox, cuius ſonus eſt genus, ideo auctor primo determinat de ſono, ipſum definiendo. Sonus eſt qcqd auditu ꝓpriè, & p̄ ſe pcipit.

C Pro cuius intellectu primo ſciendū eſt, ꝙ ſenſibile in cōi dr̄ il ud, ꝙ aptum natum eſt ſentiri. & diuidiᷣ inſenſibile per ſe, & ſenſibile per accidēs. Senſibile per ſe eſt, ꝙ per ſe immutat ſenſum, & nō rōne alicuius accidētis, ſicut color per ſe, & non rōne alicuius accidētis eius immutat viſum, & ſapor guſtum. Senſibile per accidens eſt ꝙ non ratione ſui, ſed rōne alicuius accidētis eius immutat ſenſum, ſicut cāpana immutant auditum non ratione ſui, ſed ratione ſoni eius, qui ſibi eſt accidens.

Senſibile per ſe duplex vbi ſupra.

Scd̄o ſciedū, ꝙ ſēſibile per ſe iterum diuidiᷣ inſēſibile cōe & proprium. Sēſibile cōe, eſt quod a plurib. ſenſib ſentiri pōt, ſicut iſta quinq, magnitudo, numerus, motus, figura, quies quæ dicuntur cōia, non quia ab omnib. ſenſibus percipiantur, ſed a plurib. Sed ſenſibile proprium eſt, quod ab vnico ſenſu ſentiri pōt. ſicut color eſt propriū obiectū viſus, ſicut propriū ſenſibile, & ſonus ꝓpriū obiectū audit⁹, & odor olfactus, & ſapor guſtus, & qualitates tāgibiles, q̄ ſunt calidum, frigidum, humidū. & ſiccū, ſūt ꝓpriū obiectā tact⁹. D

Tertio ſciendum eſt, ꝙ ſenſibile in cōi, vt patet ex p̄dictis, eſt genus ſoni, & illud debet intelligi in ſua definitione, cum dr̄ quidquid percipiᷣ, i. aliquid perceptibile vel ſenſibile, qa percipiᷣ in illa definitione dicit aptitudinē & nō actū. & ſic illa pars definitionis ſoni poniᷣur loco gn̄is deinde poniᷣ, per ſe, ad dr̄iam ſenſibilium per accidens, quia vt dictum eſt, ſonus eſt ſenſibile per ſe, & dr̄ propria ad drīā ſenſibilium cōium, quia ſonus eſt ſenſibile proprium auditus, & ſubiungiᷣ ab auditu, ad drīā propriorum ſenſibiliū aliorum ſenſuum, & ſic intellectus definitionis eſt ꝙ ſonus eſt ſenſibile per ſe, & ꝓprium auditus, & me'ius ſic definiᷣ p̄ ſuum genus ꝓpinquum, ꝙ eſt ſenſibile, quā p̄ ſuum genus remotū, ꝙ eſt qualitas ſenſibilis, vt definit ipſū Buridanus, & poſſet ēt iſta definitio ꝓbari, quia tres cōdōnes bonæ definitionis ſibi cōueniūt, igiᷣ eſt ſufficiēs. E

Quarto ſciēdum ꝙ tres ſunt condōnes bonæ definitionis. Prima eſt ꝙ definitio debet conuenire oī cōtēto ſub definitio. Scd̄a eſt ꝙ conueniat ſoli definito, & ratio harum conditionū eſt, quia definitio componitur ex gn̄e, & drīa propria definiti, ſed i'la differentia competit omni contento ſub definito, & ſoli definito, quia conuertitur cum ipſo, ideo definitio debet conuenire omni, & ſoli. Tertia conditio eſt, ꝙ definitio debet ſufficienter explicare naturā definiti, & facere ipſum differre a quolibet alio. Rō eſt, quia natura rei ſufficiēter explicatur per genus, & differentiā, quæ dicunt primā potētiā, & vltimum actum naturæ rei. definitio F

Definitionis conditiones.

A finitio autem fit ex genere, & dña, & ratione dñæ propriæ facit definitum differre a quolibet alio. Iſte aút tres códitiones conueniunt definitioni ſoni, vt probat inductiue, igit eſt ſufficiens.

Quadruplex definitio. Sciẽdum vlterius φ quadruplex eſt definitio, ſ. q̃ditatiua, diſcreptiua, cauſalis, & quid nominis. Definitio quiditatiua eſt oratio quid eſt eſſe rei ſignificàns per eſſentialia, vt homo eſt animal rationale, & mortale. Definitio deſcriptiua eſt oratio quid eſt eſſe rei indicans per accidẽtalia, vt homo eſt animal greſſibile bipes. Definitio cauſalis eſt, quæ datur per cauſas, i. efficiẽtem, B vel materialem, vt ira eſt accenſió ſanguinis ad cor. Definitio q̃d nominis, eſt oratio ſignificans quid per nomen importatur, ſicut vacuum dẽ ſpacium non repletum corpore, poſſibile tamẽ repleri, ſed quia definitio cadit ſub prima operatione intellectus, ideo ſciendum quod tres ſunt operationes intellectus. prima eſt ſimplicium apprehenſio, ſecũda eſt compoſitio, vel diuiſio, tertia eſt diſcurſus, & ratiocinatio.

Argu. Sed cõtra prædicta primo arguitur. Omnis definitio eſt falſa, in qua prędicatur vle, vl'iter ſumptum, ſed ſic eſt in iſta. ſonus eſt quicquid, nã q̃cquid eſt ſignum diſtributiuũ, includens materiã ſuę diſtributionis, igitur definitio C eſt male poſita. Sc̃do ſic. Audibile non eſt de eſſentia ſoni, ſed accidẽs eius, igitur ſonus, cum percipiatur per auditũ, p accidens percipitur ab auditu, & nõ per ſe. Tertio ſic. Oĩs motus eſt ſenſibile commune, vt patet ex prædictis, ſed ſonus eſt quidam motus, cum ſit motus aeri refracti, vt dicitur in libris de anim. ergo ſonus eſt ſenſibile commune, & ſic in iſta definitione male ponitur proprie. Quarto arguitur ſic. Nullũ obiectum potẽtiæ paſſiuæ dẽt definiri p potẽtiã, cuius eſt obiectũ, cũ ipsũ ſit prius, & notius ipſa potẽtia, ſed ſonus obiectũ auditus, q eſt potentia paſſiua, igit. Quinto ſic. Silentiũ proprie, & per ſe percipit ab auditum, quia nõ percipitur ab eo per aliquod accidẽs, nec percipitur ab alijs ſenſibus quã ab au- D ditu, igitur definitio cõuenit ſilẽtio, igitur non conuenit ſoli ſono definitio.

Solutio. Ad argumẽta. Ad primum dr̃ quod qui-q̃d eſt ſignum diſtributiuũ, ſed tñ ibi non tenet diſtributiue, ſed infinite, & tñ valet quicquid percipit. i. id, q̃d eſt perceptibile, ergo nõ ibi prędicatur vniuerſale vl'iter ſumptum. Ad ſm dr̃, φ licet audibilitas ſit accidens propriũ ſoni, non tñ eſt ſibi accidens cõe, quia contingit adeſſe, & abeſſe, ideo ſibi bene conuenit per ſe, ſicut propria paſſio conuenit per ſe ſuo ſubiecto. Ad tertium dr̃, quòd licet ſonus, quantum ad E ſuum materiale, dicatur motus aeris, quia ſp multiplicatur cũ motus aeris, tñ quantũ ad ſuum formale nõ eſt motus localis, eſt qualitas cauſata ex violenti fractione aeris, vel alicuius alterius medij. ideo non eſt ſenſibile cõe.

Ad quartũ dr̃ φ obiectũ potẽtiæ paſſiuæ nõ definitur a priori, & quiditatiue p potentiã, cuius eſt obiectũ, tñ bñ definitur p ipsã a poſteriora, & deſcriptiue, & hoc q̃ñ potẽtia eſt nobis obiecto notior, ſicut eſt in ꝓpoſito. Ad q̃ntum dr̃, φ licet ſilẽtium percipatur priuatiue ab auditu, ſ. per carentiam ſoni, non tñ poſitiue, & per ſe, ſicut ſonus, iõ non ſibi competit præſens definitio.

Definitio vocis & eius inſtrumenta. F

Sonorum, alius vox, alius non vox Sonus vox, idẽ eſt quod vox. Vnde, vox eſt ſonus ab ore animalis prolatus naturalib. inſtrumẽtis formatus. Naturalia autem inſtrumenta, quibus vox formatur, ſunt hæc, guttur, lingua, palatum, quattuor dẽtes, & duo labia, & pulmo vnde verſus. Inſtrumenta decem ſunt, guttur, lingua, palatum. Quatuor, & dentes, pariter duo labia pulmo. Sonus nõ vox, eſt ille, qui generatur ex colliſione, duorum corporum inanimatorum, vt fragor arborum, ſtrepitus pedum.

Præ-

A Præmiſſa definitione ſoni, hic conſequēter Auct. ponit diuiſionē eius ipſum diuidendo per ſonum vocē, & ſonum non vocem. Cuius diuiſionis rō eſt, quia oīs ſonus fit ex violenta fractione aeris, vel alicuius corporis, vel igit in tali fractione fit formatio vocis ab ore aīalis cū naturalibus inſtrumētis, vel fit ex percuſſione corporū ſine tali formatione, ſi primum, ſic eſt ſonꝰ vox. ſi ſecundum, ſic eſt ſonus nō vox. Et poteſt iſta diuiſio probari per cōditiones, q̄ conueniunt bonæ diuiſioni.

Diuiſionis conditiones.

Primo ſciendum quod tres ſunt cōditiones bonæ diuiſionis. Prima eſt. ꝙ mēbra debent eſſe oppoſita, ꝙ debet intelligi ꝙ ſint oppoſita, vel formaliter, vel virtualiter, ſic ꝙ aliquò modo B includāt modos contradictionis oppoſitos, quia in hic, quę diuidunt, vel diſtinguuntur inter ſe ſemper vnū includit, aliquo mō negationē alterius. Secunda eſt, quod mēbra diuiſionis non debent excedi a diuiſio ſed debent euacuare totā naturā ipſius diuiſi ſiue poteſtatem, ſic quòd nihil contineat̄ ſub diuiſo, quod non ſit in aliquo mēbrorum diuiſionis. Tertia eſt, qđ illa membra ſimul ſumpta non excedāt diuiſū, ſed cū eo cōuertant̄. Sed iſtæ tres cōditiones in ꝓdicta diuiſione reperiunt̄, vt pōt facile declarari, ideo ipſa eſt ſufficiens. Et eſt prædicta diuiſio gn̄is in ſuas ſpecies, qa diuiſum æqualiter, & vna definitione dicit̄ de mēbris diuidētib. C Et licet ſonus vox ſit perfectior, & prior via perfectionis q̄ ſonus non vox parte proprie naturæ & perfectionis, & ſpeciei. non tñ reſpectu ſoni in communi ſed ſe habent ęqualiter.

Secundo ſciendum quòd vox dicit̄ ſonus ab ore aīalis prolatus naturalibus inſtrumētis formatus. Et ibi ponitur ſonus, loco gn̄is, & ponitur ab ore aīalis prolatus ad differentiā ſoni. facti ex percuſſione duorū corporum. et ponitur naturalib. inſtrumētis formatus ad differentiā tuſſis, & ſternutationis, & multorum ſonorum, q̄ fiunt ab ore animalis, & tamen non formātur naturalib. inſtrumentis. ideo non ſūt voces. D vñ informatione vocis decē inſtrumenta requiruntur. ſ. guttū, lingua, palatū, quatuor dentes, pulmo, duo labra. Et licet plura requirant̄ in cauſatione vocis, tñ iſta ſufficiunt ad debitā formationē tanq̄ iſtrumēta ꝓpinqua.

Generatio ac vocis formatio ex. 2 de animat. c. 87.

Tertio ſciēdū quòd quadrupliciter fit formatio vocis. Primo. n. ꝑ reſpirationē fit attractio aeris ad pulmonem. Secundo aeris attracti circa pulmonē ingroſſatio. Tertio fit aeris ingroſſati reuerberatio ad arteriam, vocalē i qua expulſiue cauſat̄ ſonus. Quarto fit ſoni in aere repercuſſio, & debita diſtractio, & formatio cū ꝯplectio linguæ ad palatum, & ad dentes, & ex diuerſa ꝑcuſſione cauſat̄ diuerſitas vocis, & per defectū huius ſoni, facti ab hore animalis ſine tali formatione cū naturalibus inſtrumentis, non ſunt voces. E Et hæc gn̄atio vocis explicatur iu definitione eius quæ ſic ponitur in ſecundo de Anima, quod eſt percuſſio aeris reſpirati ab anima ad vocalem arteriam cum imaginatione ſignificandi.

Quarto ſciendum qđ ſonus nō vox eſt ille, q̄ cauſatur ex colliſione corpprum inanimatorum, vt fragor arborū, ſtrepitus pedum, & eſt colliſio, mutua percuſſio duorum corporum adinuicem, & dicit̄ colliſio ex cō, quòd eſt ſimul, & leſio, ponitur hic loco gn̄is. Dicitur corporum inanimatorum quantum ad modum faciendi ſonum, quia F non oportet quod talia corpora ſint inanimata ſecundum ſubſtātiā ſuam, quia fragor arborum, & percuſſio manuū ſunt ſoni nō voces, & fiunt a corporibus, quæ ſunt animata ſecundum ſubſtātiam ſed ſunt inanimata quantum admodum operandi, quia faciūt talem ſonum vt ſunt corpora dura, et non vt ſunt animata.

Argū.

Sed contra ꝓdicta arguitur primo. Nulla forma ſimplex eſt diuiſibilis, ſonus eſt forma ſimplex, igitur male diuiditur Secundo Sonus tube, & inſtrumentorum muſicalium eſt q̄dā vox, cum habeat continuationē, melodiā, & arti-

A & articulationem, q̃ ſunt propriè paſſiones vocis. & tñ non fit ab ore aialis cum naturalibus inſtrumentis, ergo contra definitionem vocis.

Tertio ſic. Hoĩes edendi, & quędã aues carentes labijs, & dentib faciunt vocẽ, & tñ non habẽt inſtrumẽta prius enumerata, ergo ad formationẽ vocis non requirunt prædicta inſtrumenta.

Quarto ſic. In fractione panni vel papyri fit ſonus non vox, & tñ ille non generãt ex mutua colliſione, i. pcuſſione duorũ corporũ inanimatorũ, igĩt.

Quinto ſic. Tuſſis eſt ſonus nõ uox, & tñ non fit ex pcuſſione duorũ corporũ inanimatorũ, ergo cõtra definitionẽ.

B Solutio Ad argumenta. Ad primum dicitur ꝙ nulla forma ſimplex eſt diuiſibilis in parte integrales, & quãtitatiuas, qa caret talibus, tamen bene eſt diuiſibilis in partes ſubiectiuas, ſicut genus in ſuas ſpecies, & hoc modo hic diuidit ſonus in ſpecies eius. & licet illud mẽbrum ſonus non vox, ſit quoddã incõplexum includens negationem tñ ponit ad circumloquendum vnam ſpeciem poſitiuam, & incomplexam defectu nominis ſimplicis ſibi impoſiti.

Ad ſcdm dr, ꝙ licet voces tubæ, & cęterorũ inſtrumentorũ dicant voces trãſumptiuæ, & ſimilitudinarie. eo ꝙ per ſimilitudinẽ participiãt ꝑdictas paſſiones vocis, non tñ ſunt voces propriæ.

C Ad tertium dicitur, quod homines edẽtuli, & aues formant quodãmodo voces indiſtincte, & imperfecte, nõ tamẽ voces dictas bene diſtinguunt pp defectum illorum inſtrumentorum.

Ad quartum dicitur, ꝙ licet in fractione panni non eſt formaliter mutua pcuſſio duorum corporum, tñ ibi eſt ęquiualenter quãtum ad ſuum effectũ q eſt ſubita, & violenta fractio aeris, quæ poteſt fieri per ſubitã ſubſtractionem partium talis corporis.

Ad quintũ dicitur qd licet in tuſſi nõ ſit percuſſio corporũ inanimatorũ ſcdm ſubſtãtiam eorum, tamen ſunt ibi corpora inanimata quãntum admodũ operãdi, quia non fit ibi aliqua forma tio vocis ſecundum aliquam virtutem cognoſcitiuam animæ. D

Quid uox ſignificatiua, & non ſignificatiua.

Vocum alia ſignificatiua, alia non ſignificatiua. Vox ſignificatiua eſt illa, quæ auditui noſtro aliquid repreſentat vt hõ, quus, vel gemitus infirmorum, qui ſignificat dolorem. Vox non ſignificatiua eſt illa, quæ auditui noſtro nihil repreſentat, vt bu, ba, baf. E

Poſtq̃ Auctor præmiſit diuiſionem ſoni, & definitiones mẽbrorũ, hic conſequenter ſubdiuidit illud mẽbrũ, de quo eſt ſermo ad ꝓpoſitum. ſ. ſonũ vocẽ aliud membrorum relinquẽs, qa ſuo ꝓpoſito nõ deſeruit. Et diuidit vocẽ in ſignificatiuã, & non ſignificatiuã. cuius diuiſionis, rõ eſt, qa oĩs vox ſe obijcit intellectui, vel ergo aliquid repreſentat intellectui, tanq̃ ſignũ alterius, vel ſolũ repreſentat ſeipsã, & non eſt ſignũ alterius ſignificati. Si primũ eſt vox ſignificatiua. Si ſecundũ m eſt vox non ſignificatiua. Et non eſt iſta diuiſio gñis in ſuas ſpecies, ſed ſubiecti in accidentia. accedit enĩ voci ꝙ ſcdm ſe accipiatur, & vt ſignum alicuius ſignificati. nec iſte ſunt eſſentialis, & formales differentiæ vocis, ſed accidentales. F

Primo ſciendum ꝙ uox ſignificatiua eſt illa quæ auditui aliquid repreſẽtat, & intelligitur ꝙ repræſẽtat aliqd, tãquam ſignificatũ eius, cuius ipſa eſt ſignũ. Signũ autẽ ut dicit Tullius, eſt quod offert ſe auditui, aliquid relinquens intellectui, ideo talis uox mediante auditu, aliquid repræſentat itellectui, qd ſit hoc mõ, quia uox ordinata ad ſignificãdũ (cum ſit quidã ſonus) ꝑ ſe, ſe obijcit auditui, & per auditũ ſpecies, uel ſimilitudo illius uocis præſẽtatur intellectui, per quã ſpeciem intellectus cognoſcẽs impoſitionẽ uocis ad ſignificãdũ cognoſcit, & accipit ſpẽm Quid uox ſignificatiua.

ſignificati

A ſignificati tali vocis, & ſic mediāte auditu repn̄tat intellectui ſui ſignificatū.

Quid formale, ac materiale in voce ſignificatiua ex j. lib. perihermе. c. 1. & 2. ſ 2. doct.

Scd̄o ſciēdū, ꝙ vox ſignificatiua duo includit. Primū eſt materiale, ꝙ eſt ipſa vox. Scd̄um vero eſt formale, qd̄ eſt virtus ſignificandi, & repræſentandi actualiter ſuū ſignificatū, q. virtus prouenit per inſtitutionē & ordinationē ad ſignificandum per hoc n. ꝙ ipſa ponitur ad aliquod ſignificandum, & efficitur ſignū eius accipit virtutē repræſentandi actualiter illud ſignificatum, & hæc virtus qn̄que vocatur ſignificatio habitualis, qa hr̄ ab ipſa voce, tanq̄ à forma materia, & qn̄que rō ſignificādi, qa eſt rō, & cā. ppq̄ vox eſt ſignificatiua, & datur ipſi voci quandoque per ordinationem primi imponentis, B qui ordinat vocem ad ſuum ſignificatum, & non ad aliud. qn̄q; vero venit per ordinationem, quæ fit ab inſtinctu naturæ, q̄ inſtigat & inclinat aīalia ad formādum voces pſentātes ſuos affectus. ex quo patet ꝙ ad vocē ſignificatiuā reqrit̄ primo ꝙ hēat ſignificatum aliud a ſe, cuius ipſa eſt ſignum. Scd̄o requiritur ꝙ habeat ordinationem ad tale ſignificatum vel ſecundum placitum, vel ſecūdum inſtinctum naturæ.

C Cur uoce potiꝰ quā aliquo cæterorū ſenſibilium cōceptus aī exprimamꝰ.

Tertio ſciēdum licet quòd quinque ſint obiecta ꝓpria ſenſuū particulariū, ſicut ſuperius viſū eſt, tn̄. qa vox percipitur p auditum, magis imponitur ad ſignificādum conceptus, & affectiones aīæ q̄ obiecta aliorū ſenſuū ab auditu. Cuius rō eſt qa voces ſunt in ꝑtāte noſtra, & poſſumus formare ipſa cum volumus, & variare ſcd̄m multas dr̄ias, nō aūt poſſumꝰ formare ad placitū noſtrum obiecta aliorū ſenſuū vt puta colores, vel ſapores iō vox eſt magis conueniēs ad ſignādū cōceptꝰ aīæ. & ad hoc ꝙ fiat ſignatiua, q̄ cætera ſēſibilia.

Vox nō ſignificatiua.

Quarto ſciendum quòd vox nō ſignificatiua eſt q̄ nihil auditui repræſētat, quod ſic intelligitur, nihil repreſentāt pręt ſeipſam per modū ſigni, licet bene aliquid repræſentet per modum rei ſicut buf, & baf, tn̄ nō repræſentāt. Si tn̄ illæ voces proferant indegnāter; vel cum aſperitate vocis pn̄t ſignificare deriſione: vel aliqué effectū mētis, & eſſent interiectionis, ſed qn̄ proferunt ſiue ſpeciali ſigno in geſtu corporali, vel in mō ꝓferendi, ſic ſunt nō ſignificatiuæ, & per hoc patet diuiſio vocis, & definitiones mēbrorum eius. D

Argu.

Sed contra ꝓdicta primo arguitur. In bona diuiſione mēbra diuiſionis nō dēt excedere diuiſum, ſed ſignificatiuū excedit vocē, cum multa ſint ſignificatiua, q̄ nō ſunt voces, ſicut eſt circulus ante tabernā. ergo iſta diuiſio nō valet.

Secundo ſic Oīs vox repſentat aīal, cuiꝰ eſt illa vox, ergo vox nō ſignificatiua aliqd auditui noſtro repræſentat.

E

Tertio ſic. Vox ſe nō obijcit intellectui ſed tn̄ auditui, ſed auditus non apprehendit ſignificatum vocis, igi ūr vox ſignificatiua nihil auditui repræſentat.

Quarto ſic. Oīs vox fit cum intētione ſignificandi, vt patet in ſecundo de Anima. ergo oīs vox eſt ſignificatiua.

Tex co 190. & ibi d c.

Quinto ſic Omne ſubiectum, alicuius propoſitionis, eſt nomen, & per cōſequēs vox ſignificatiua. ſed buf, & baf, bene ſūt ſubiecta ꝓpoſitionis, dicendo buf eſt vna vox ergo tales ſūt noīa, & per cōſequēs ſunt voces ſignificatiuæ.

Solutio

Ad argumenta. Ad primū dr̄ quod ſignificatiuū in cōi, bene excedit vocē, nec eſt membrum huius diuiſionis, ſed ſignificatiuū vt eſt adiectiuum vocis, & tn̄ valet ſicut vox ſignificatiua, nō excedit uocē, & iſto mō hic intelligit. Ad ſcd̄m dr̄, quod licet vox non ſignificatiua repræſentet aīal. ſicut effectus ſuā cauſam, nō tn̄ ſicut ſignū ſuū ſignificatū, cui imponit ad ſignificandū. de qua repræſentatione eſt hic ad propoſitū.

F

Ad tertiū dr̄, quod licet uox ſignificatiuā non primo ſe obijciat intellectui, tn̄ bene ſe obijcit ex conſequenti mediante auditu; quia per auditum repręſētat ſuam ſimilitudinem, & ex conſequēti ſignificatum intellectui. Ad quartū dicitur, quòd in ſecundo de Anima ſolū principaliter intelligitur de uoce ſignificatiua. & per analogiā de non ſignificatiua, unde nō oportet ꝙ definitio analogi

A dalogi pro qualibet ſui parte conueniat cuilibet membrorum diuiſionis, ſed ſufficit, quod completa conueniat primo, & ſecũdum alias partes alijs. Ad quintum dr̃ quod buff, poteſt eſſe ſubiectũ propoſitionis, non quod habeat ſignificatum, ſed ſolum prout ab intellectu capitur loco vnius vocis, impoſitæ ad ſignificandum talem vocem imperfectam, & tunc tenetur materialiter.

Vox diuiditur in naturaliter, & ad placitum ſignificantem.

Vocum ſignificatiuarum alia B ſignificat naturaliter, alia ad placitum. Vox ſignificatiua naturaliter, eſt illa quæ apud homines idẽ repreſentat; vt latratus canum, & gemitus infirmorum. Vox ſignificatiua ad placitum, eſt illa quæ ad voluntatem primi inſtituentis aliquid repræſentat; vt homo, homines, equus, equum.

Poſtquam Auctor poſuit diuiſionẽ vocis in cõi, & definitiones partium eius, hic conſequenter ſubdiuidit vocẽ ſignificatiuam dicẽs, ꝙ vocẽ ſignificatiuarum, quædã ſignificat ad placitum & q̃dã naturaliter. Cuius ratio eſt, qa C omnis vox ſignificatiua hẽt impoſitionẽ, & ordinẽ ad ſuũ ſignificatũ, vel ergo talis ſignificatio fit ſcd̃m inſtinctũ naturæ, & ſic eſt vox ſignificatiua naturaliter, vel ſcd̃m placitũ imponẽtis, & ſic eſt vox ſignificatiua ad placitũ.

Quid vox naturaliter, & q̃ ad placitum ſignĩet ex 2. phy. T. cõ. 5. 6. & inde, ibi Doct.

Primo ſciẽdũ ꝙ vox ſignificatiua naturaliter eſt illa, q̃ apud hoĩes idem ſignificat, vt gemitus infirmorũ. Cuius rõ eſt quia talis vox ordinat ad ſignificandum, & repræſentandum ſuum ſignificatũ per inſtinctum naturæ, quæ inclinat aĩal ad formandum talem vocem, & ad exprimẽdum ſuas affectiones, vt puta ad exprimendũ irã, famẽ, tædium, vel gaudium, & ſic de alijs, & quia natura eſt eadem apud omnes, & eodẽ modo inclinat animalia ad explicandũ ſuas paſſiones, ideo vox ſignificatiua naturalis idẽ repræſentat apud omnes, ſed ſignificatiua ad placitum D non ſignificat idem apud omnes, ſed ſolum apud illos, qui nouerũt eius impoſitionem ad ſignificandum.

Secundo ſciendum ꝙ vox ſignificatiua naturaliter, & vox ſignificatiua ad placitum quadrupliciter differunt. Primo in prolatione, quia vox ſignificatiua naturaliter non perfecte formatur, neque profertur pp̃ impetũ paſſionis, quæ impedit hominem ad debite proferendum, ſed vox ſignificatiua ad placitũ eſt debite p̃lata & formata. E Scd̃o differunt ex parte ſignificationis, quia ſignificatiua naturaliter apud oẽs idem repræſentat, alia verõ nõ, ſed tantũ apud illos, qui cognoſcunt eius impoſitionem. Tertio differunt ex parte ſignificati, qa ſignificatiua naturaliter ſignificat affectiones, & paſſiones appetitus, alia vero ſignificat cõceptum intellectus. Quarto ex parte eius ſuæ ordinationis ad ſignificãdũ, quia ſignificatiua naturaliter ordinatur ad ſignificandum ab inſtinctu naturæ, alia vero ſecundum placitum imponentis.

Tertio ſciendũ eſt, ꝙ vox ſignificatiua ad placitum eſt illa, quæ ad placitum primi imponẽtis aliquid repræſentat. Vnde differunt voluntas, & placitũ, qa voluntas eſt potẽtia volitiua, vel actus eius, qui incipit ab intra, & terminat F ad extra, i. in bonum cognitũ, ſed econtrã placitum nominat actum voluntatis, qui incipit ab extra, & terminatur ad intra incipit. n. a re cognita, & terminatur ad voluntatem. Et quia vox ſignificatiua ad placitũ imponitur ad ſignificand. in re quæ cõcipitur ab aĩa, & illa cognitio primo venit ab extra, ideo magis proprie dicitur ſignificare ad placitum, quam ad voluntatem.

Ad placitum ſignificare; & ad voluntatẽ quid.

Quarto ſciendũ, ꝙ cũ res præſentatur ſenſui, mediante ſenſu ghat ſuam ſimilitudinem in anima, & per illã ſimilitudinẽ anima format intra ſe conceptum rei, quem poſtea vult exprimere, ꝓpter quod imponit vocem ad ſignificandum talem conceptum, & mediante ipſo rem conceptã, & ideo apud

pro-

C Ad proferentem, vox primo ſignificat cõceptũ, licet apud audientem, primo repræſentet rẽ conceptã vñ ipſa proprie non ſignificat conceptum tñ, nec rem tñ, ſed rem ſub conceptu. Vñ iſta quatuor, ſcilicet res, conceptus rei, uoces, & ſcripturæ ſic ſe habent, q᷑ conceptus ſignificãt res a quibus cauſant in aïa, & uoces immediate ſignificãt conceptus, & ſcripturæ ſignificant voces, & ſunt ſigna tantum, nec vlterius ſignificantur per aliud. Ex iſtis patet diuiſio vocis ſignificatiuæ, & definitionis membrorum eius.

Argu. Sed contra pdicta primo arguit̃ ſic. Sicut ſe hẽt conceptus ad res, ita voces ad cõceptus, ſed conceptus naturaliter ſignificant res, ergo voces naturaliter

B ſignificant cõceptus: & p conſequens nullæ voces ſignificãt ad placitũ. Secũdo ſic. Omne ſignum hẽt ſimilitudinẽ ſui ſignificati. ſed oĩs vox ſignificatiua eſt ſignum rei, ergo hẽt ſimilitudinem re, & p conſequẽs ſignificat eã naturaliter, & nulla ſignificat eã ad placitũ. Tertio ſic, illa vox ſignificat naturaliter, q ex ſui natura repræſentat ſuum ſignificatũ, ſed gemitus infirmorũ ex ſui natura nõ repreſẽtat ſuũ ſignificatum, q᷑a ſi pferat ab hoĩe ſano, talis nõ ſignificat dolorẽ, ergo talis non ſignificat naturaliter. Quarto. Quilibet co-

C gnoſcẽs impoſitionem vocis ſignificatiuæ ad placitum, cognoſcit ſignificatum eius, ſed oẽs poſſunt cognoſcere talẽ impoſitionẽ, ſicut oẽs poſſunt cognoſcere impoſitionem huius vocis hõ, ergo talis vox idẽ ſignificat apud oẽs. Quinto ſic. Illud, q᷑ ſit ad placitũ, eſt variabile in infinitum, cum voluntas hoĩs in infinitũ varieť ergo, ſi uox ſignificet ad placitum, ſua ſignificatio erit variabilis in infinitum, & ſic nulla erit certa certã cognitio de ſignificatione vocis ſignificatiuæ, quod eſt inconueniens. ergo ipſa non ſignificat ad placitum inſtituentis.

Solutio Ad argumenta. Ad primũm iſtorũ dicitur, q᷑ licet ſit in iſtis ſimile in hoc, q vocis ſignificat conceptus, & conceptus rem, eſt tamen diſſimile in hoc

D q᷑ conceptus eſt eſſentialis ſimilitudo cauſata a re ipſa naturaliter, iõ ſignificat eã naturaliter. ſed vox non cauſatur naturaliter a conceptu, ſed a voluntate concipientis, ideo ſignificat ipſum naturaliter. Ad ſm dr, quod ſignũ cauſatũ a natura, ſp hẽt ſimilitudinem ſui ſignificati, ſed nõ oportet de ſigno cauſato per voluntatem, ſicut patet de circulo tabernæ, q non hẽt ſimilitudinẽ vini. Ad tertiũ dr, q᷑ ſi talis vox eodem mõ formaret ab hoĩe ſano ſicut ab homine infirmo, tunc ſemper repræſentabit dolorẽ. ſed ſi non habet formã eandẽ plationis cum geſtu corporali, non repræſentabit idẽ, nec erit eadẽ niſi materialiter. Ad quartum dr, q᷑ ſi oẽs co-

E gnoſcerent impoſitionẽ huius vocis, homo, tunc ſignificaret idẽ apud omnes. ſed non ſine notitia ſuæ impoſitionis, quia illa impoſitio non eſt nota apud omnes, ſicut eſt inclinatio naturalis, qua vox ſignificat naturaliter. Ad quintum dicitur, q᷑ illud, quod ſit ad placitum cuiuslibet indifferẽter variatur in infinitum, non tamen id, q᷑ determinate ſit ad placitũ unius, ſicut eſt vox ſignificatiua, quæ ſignificat ſolum ad placitum primi inſtituentis.

Vocis ſignificatiuæ ad placitum diuiſio.

F Vocis ſignificatiuarũ ad placitum, alia cõplexa, alia incomplexa, ut ratio, alia incomplexa, ut nomen vel verbum.

Poſtq̃ Auctor poſuit diuiſionẽ vocis ſignificatiuæ, & definitiones mẽbrorũ eius, hic cõſequẽter Auctor diuidit vocẽ ſignificatiuã ad placitũ, p uocẽ cõplexã, et icõplexã. Cui᷒ diuiſionis rõ eſt, q᷑a ois uox ſignificatiua ad placitũ, vel cõtinet plures voces ſignificatiuas, vel vnã tñ. Si primũ, eſt uox completa, ſi ſecũdum, eſt incompleta.

Primo ſciendum eſt, quod quælibet res dupliciter accipitur. Vno modo ſecũdũ ſe, & tunc ſit cõceptus ſimplex, ſiue

A ſiue incomplexus, vt cum Socra. ſecundum ſe, & non p habitudinẽ ad aliud apprehendit. Secundo mõ aliquid concipitur ſcdm cõpoſitionẽ, vel habitudinem ad aliud, vt enim Soc. apprehenditur, ſiue cognoſcitur ſub albedine, vel alio accidente, & tunc fit concept⁹ cõplexus. ideo eſt duplex cõceptus rei, ſ. cõplexus, & incomplexus. Et quia vox ſignificatiua ad placitũ ſignificat conceptũ animę, ideo aliqua eſt cõplexa, ſignificans conceptum aiæ complexum ſicut oro & alia eſt incomplexa cõceptum incomplexum ſignificans, vt nomen, & verbum per ſe ſumptum.

Cõplexorũ rõ. Scdo ſciendũ, ꝙ vox cõplexa eſt illa, in qua vniunt̃ plures voces ſignificatiuæ, & repreſẽtãt cõceptũ cõplexũ. & B ideo ad pfectã rõnem uocis complexæ tria requirunt̃. Primo ꝙ ibi ſint plures voces ſignificatiuæ, & ille voces habeãt ſe tanq̃ materialẽ vocis cõplexę. Secundo ꝙ illæ uoces habeãt cõplexionẽ, & vnionẽ, ita ꝙ vna ſe habeat ut determinatio, alia vero vt determinabile pp cuius defectũ hęc non eſt uox cõplexa, hõ aſinus, qui licet ibi ſint plures voces ſignificatiuæ, tñ non habent cõplexionem intrinſece inter ſe, cũ ibi non ſit vnio determinationis, & determinabilis, & hoc ſcdm eſt formale in voce compexa. Tertio requirit̃, quod talis vox ſignificet complexum conceptũ, C ſed illud eſt minus principale in voce complexa, quamuis tamen requiratur ex parte cauſæ finalis.

Incõplexorũ rõ. Tertio ſciendum, ꝙ uox incõplexa eſt illa, q̃ continet ſolum vnam vocẽ ſignificatiuam, ſicut homo, vel aſinus, & repræſentat conceptũ incõplexũ. & ad talẽ vocem nõ ſufficit, ꝙ habeat ſignificatum incomplexũ, ſed magis requirit, ꝙ ſit tñ vna vox ſignificatiua, iõ licet definitio ſolũ habeat vnũ ſignificatum remotũ. ꝙ eſt definitũ, ꝙ ſignificatũ eſt incõplexũ, qa tñ cõtinet plures voces ſignificatiuas, & ẽt ſuũ ſignificatũ ppinquũ. ſ. cõplexũ cõceptũ gñis, & differẽtiæ definiti, eſt cõplexũ, ideo ex vox ſignificatiuã complexa.

D Quarto ſciendum, qđ ad vocẽ incõplexa non requirit qđ habeat tm̃ vnum ſignificatũ, ſed ſufficit ꝙ ſit actualiter vna, ſ. quã tñ ad vocem & modum pferendi. Et iõ nomen æquiuocum, ſicut eſt canis, eſt bñ uox incomplexa, qa licet hẽat plura ſignificata, tñ eſt dictio actualiter vna, non continens plures voces ſignificatiuas. Nec requiritur ad vocem ſignificatiuã incõplexã, qđ nõ ſit compoſita ex pluribus vocibus, ſed ſufficit, qđ illæ voces non ſint in toto ſignificatiuæ, iõ nomen cõpoſitę figuræ, cũ partis eius nõ ſint ſignificatiuæ, E eſt vox incõplexa iõ nõ eſt idẽ cõpleſtio ſcdm Logicũ, & cõpoſitio ſecundũ Grammaticum. Et per hoc patet diuiſio vocis ſignificatiuæ ad placitum. & definitiones membrorum eius.

Sed cõtra pdicta primo arguit̃ Vox incõplexa eſt pars vocis cõplexę, et in ipſa continetur, igit̃ vnum mẽbrũ huius diuiſionis cõtinet̃ in alio, & p conſequens mẽbra non ſunt oppoſita, nec diuiſio eſt ſufficiens. Scdo ſic Oĩs cõceptus eſt incõplexus, ſed vox ſignificat conceptũ, ergo oĩs uox eſt incõplexa: & ſic diuiſio eſt iſufficiẽs maior patet, quia intellectus nõ põt plura ſimul intelligere, ſed vnum tñ, ergo oĩs conceptus eſt incõplexus. Tertio ſic. Oratio eſt tantum vna vox ſignificatiua, et nõ continet plures voces, cum ſit vnũ nomen, F igitur malẽ dicitur, qđ quædã eſt uox cõplexa, vt oro. Quarto ſic. Omne complectens, vocẽ, & ſignificatum, eſt complexum: ſed omnis uox continet vocem, & ſignificatũ, ergo qlibet uox eſt complexa, & nulla eſt incõplexa. Quinto ſic. Omnis uox componit̃ ex literis, & ſyllabis, q̃ Grammaticaliter elemẽta vocatur, igitur quælibet vox eſt incomplexa, ergo male dicit̃, quod aliquã eſt icõplexã, vt nomẽ, & verbũ.

Ad argumẽta. Ad primum dicitur, & licet uox incõplexa materialiter cõtineatur in voce complexa, non tñ formaliter tanquam pertinens ad formã vocis complexæ, & licet in voce complexa maneat forma vocis icõplexę, tñ illę

A illi ſe habet per modum materia reſpectu formæ totius vocis complexæ.

Ad ſm dr̃, quod licet intellectus noſter poſſibilis non poſſit intelligere plura ſimul per modum plurium, tamen poteſt intelligere plura ſe habentia per modum vnius, quia plura ſimplicia ibi ſunt ſub vna complexione.

Ad tertiũ dr̃, ꝙ ſi ſumat oro pro illa voce, vel intẽtione, tũc eſt vox incõplexa, ſed ſi ſumatur pro re ſubiecta intentioni, ſiue ꝓ ſignificato illi⁹ vocis, vt hic ſumitur, tũc eſt vox complexa.

Ad quartum dr̃, ꝙ ſi capiatur complexio generaliter pro quacunque cõplexione reali, vel etiam rationis, tunc conceditur ꝙ omne complectens vocem, & ſignificatum, eſt complexum,

B ſed ſi capitur ſpecialiter pro vnione plurium vocum ſignificatiuarũ, vt hic ſumitur in ꝓpoſito, ſic maior eſt falſa.

Ad quintum dicit, ꝙ licet vox ſignificatiua componatur ex literis, & ſyllabis, tanquam elementis, quia tamen non ſunt voces ſignificatiuæ, ideo non debet dici quòd ſit vox complexa.

Nominis definitio, & explicatio.

Nomẽ eſt vox ſignificatiua ad

C placitum, ſine tẽpore cuius nulla pars ſeparata, aliquid ſignificat, finita, & recta. Vox in iſta diffinitione ponit̃ loco gñis, Significatiua, ponit̃ ad differentiã vocis nõ ſignificatiuæ. Ad placitum, ponit̃ ad differentiam vocis ſignificatis naturaliter. Sine tẽpore ponit̃ ad differentiã verbi quod ſignificat cum tempore. Cuius nulla pars ſeparata aliquid ſignificat, ponitur ad differentiã orationis cuius partes ſeparatæ aliquid ſignificant. Finita ponitur ad differẽtiam nominis infiniti, vt non homo quod non eſt nomen ſecundum Dialecticum, ſed nomen infinitum nõ equus. Recta ponitur ad differentiam nominũ obliquorum, vt Catonis, Catoni, quæ non ſunt nomina ſecundum Dialecticũ, ſed nomina obliqua, vel caſus nominũ. Vnde ſolus nominatiuus, ſiue rectus dicitur eſſe nomen ſecundum Dialecticum.

Ex primo peri hermenias. c. 2 & D. S.

D

Poſtquam Auctor determinauit de ſono, & voce quæ ſunt principia materialia partium orationis, hic conſequẽter determinat de partibus orationis, ſcilicet de nomine, & verbo priuſquã de tota oratione, eo ꝙ partes, ex quib. fit aliquod totum naturaliter ꝓcedũt ipſum totum, & quia nomen ſubſtantiam ſignificat, a qua egreditur actus, verbum vero ſignificat actum egrediẽtẽ a ſubſtantia, iõ prius determinat de nomine, q̃ de verbo ipſum ſic definiens. Nomen eſt vox ſignificatiua ad placitum, ſine tẽpore, cuius nulla pars ſeparata aliquid ſignificat, finita, & recta.

E

Pro quo ſciendum primo, ꝙ vox, in iſta definitione ponitur loco generis, qa vox h̃et modũ generis reſpectu vocis ſignificatiuę, & nõ ſignificatiuę, totum reſiduum ponitur loco differentiæ. ſcilicet ſignificatiua, ad differentiã vocis non ſignificatiuæ, ad placitum, ad differentiam, vocis naturaliter ſignificantis. Nomen enim conſyderatum materialiter quantum ad ipſam vocem ſecundum placitum, imponitur ad ſignificandum, ſi tamen conſyderetur formaliter ſub ratione ſigni, illo modo de neceſſitate eſt ſignum, quia hoc eſt de ratione ſigni.

F

Secundo ſciendum ꝙ nomẽ ſignificat per modum ſubſtantię, & ꝑ modũ permanentis, & nõ per modũ fluxus, & fieri, & quia tẽpus eſt menſura motus, & fluxus, ideo nomen ſignificat ſine tempore, quod ponitur ad differentiam verbi, quod ſignificat cum tẽpore, & licet multa nomina, vt dies, annus, & ſimilia ſignificent tempus, non tamen cum tempore. Vnde ſignificare

Nominis à verbo dr̃ia ex 4. phyſ. te. cõ. 130. & idem.

A tēpus eſt de ſuo principali ſignificato importare tempus, ſed ſignificare cū tempore eſt cum ſuo principali ſignificato importare vnam differentiā tēporis, vt præſens, vel præteritum, & hoc nulli nomini cōuenit, in quo differēt a verbo. Deinde ponit. Cuius nulla pars ſeparata aliquid ſignificat, ad differentiā orationis, cuius partes ſeparatæ aliquid ſignificant, & ponit finita, ad differētiā nominis infiniti. & ponit recta ad differentiā nominum obliquorum.

Quæ nominis ratione excludantur. 2

Tertio ſciēdū, q̄ ſecundū Logicū ſolū illud eſt nomen q̄ pōt eſſe ſubiectū enuntiationis, & de quo aliquid pōt B verè, vel falſe enunciari & quia nomē infinitum non pōt eſſe ſubiectū enunciationis, q̄a non ſignat aliquid determinatum, de quo aliquid poſſit enunciari uere, vel falſe. ſimiłr nomen obliquū, q̄ non ſignificat per modū ſubſtātiæ abſolute, ſed per modū dependentis, nō pōt eſſe ſubiectū uerbi, ideo nomina infinita, & obliqua non ſunt nomina ſm Logicum. Itē nomen eſt vox primo, & per ſe ſignificatiua, ſed nomē infinitum non eſt primo, & per ſe ſignificatiuum, ſed ſolum ratione nominis finiti, cui iungitur negatio infinitans, & nomen obliquum ſolum ſignificat ex conſequenti ratione recti, a quo deſcendit, ideo nomina infinita, & obliqua non ſunt nomina.

C

Nomen īfinitū, & eius cōditiones.

Quarto ſciendum, q̄ nomen infinitū eſt, cuius priuata eſt certa, & determinata qualitas remanente ſubſtātia infinita, vt non homo, nō equus. In nomine enim eſt ſubſtantia q̄ finitur per qualitatem, & eſt qualitas determinās ſubſtantiam, & negatio adueniens nomini per compoſitionē tollit illā qualitatem, & compoſitionē eius cū ſubſtantia relinquens ſubſtantiā indeterminatā, & ſic reddit nomē infinitum. Sed ad hoc q̄ aliquod nomen infinitetur requiruntur duæ conditiones Prima eſt quod habet qualitatem determinatam. defectu cuius trāſcēdentia vt res. verum, bonum, & ens capta in cōmuni, & infinita, vt q̄s, & aliq̄s, & ſigna diſtributiua, vt oīs, quilibet non poſſunt infinitari, quia non habet qualitatē, & ſubſtātiam determinatam. Secunda eſt, qđ tale nomen non ſit negatiuum, ſed habeat qualitatem poſitiuā defectu cuius nemo, nihil, & ſimilia non poſſunt infinitari. ex quibus patet intellectus definitionis. D

Sed cōtra prædicta arguit primo. nulla materia vere prædicatur de toto compoſito, cum nō dicat totū eſſe eius, ſed vox eſt materia nois, ergo male dr, qđ nomen eſt vox. Secūdo ſic. Fluxus, & fieri menſurant tēpore, ſed motus importat fluxū, & fieri, & multa alia, ergo mot⁹, qđ ē nomē ſignificat cū tpe. Argu.

Tertio ſic. Parte nominis compoſiti ſignificāt aliquid ſeparatē, ſicut partes huius nominis equiferus, & tamē eſt nomē, ergo male dicitur cuius partes ſeparatę nihil ſignificant. E

Quarto ſic. Nomen infinitum pōt eſſe ſubiectū enunciationis, vt dicēdo non homo currit, & ſimiliter nomen obliquum, vt dicēdo, regis intereſt, ergo ipſa ſunt nomina ſecundum Logicum. ergo contra definitionem.

Quinto ſic. Aliquis eſt nomē infinitū, & ſimiliter alter, & reliquus, & tamē in ipſis non eſt priuata qualitas determinata, q̄a nunquā habuerunt qualitatem determinatā, ergo contra definitionem nominis infiniti.

Ad argumenta. Ad primum dicit, qđ licet materia proprie dicta, quę eſt materia ex qua naturalibus, non verificet de toto cōpoſito, q̄a non dicit totum eſſe eius, tū materia in qua, & materia ſm modum, bñ verificatur de eo, cuius eſt, vt dicendo album eſt, homo. modo vox ſecundo modo eſt materia nominis, & hēt ſimilitudinem cū materia rei artificialis ī hoc, qđ ſicut materia rei artificialis prædicat in recto de compoſitio vt patet dicēdo domus eſt fundamentum parietes, & tectum ita etiam materiam ſecundum modum cuiuſmodi eſt vox reſpectu nominis. F Solutio

Ad ſecundum dicitur, quòd motus dupliciter accipitur, vno modo ſecundum

A ſundum ſuum eſſe reale, vel materia-le, q habet in mobili, & ſic nõ eſt ens permanẽs, ſed ſucceſſiuum alio modo ſm eſſe, quod habet ui anima, q̃ retinet primam partem ipſius motus cũ alijs ſequentib. & iſto modo eſt ens ꝑmanens, & qa modus ſignificãdi eius immediate ſumitur a tali modo intelligendi, quo cõcipitur ab aĩa. ideo motus nõ ſignificat per modum fluxus, licet ſignificet fluxum. ideo non ſignificat cum tempore. Ad tertium dicitur, q ſi partes nominis compoſiti conſyderetur, vt ſunt partes orationis, ſic bene aliquid ſignificant, ſed, ſi conſiderẽtur, vt ſunt partes nominis cõpoſiti ſic

B nihil ſignificant. & cauſa eſt, quia illæ partes in noĩe cõpoſito non imponũtur ad ſignificandũ, ſed totum nomen compoſito vno cõcepto ſignificat ſuũ ſignificatũ: Vnde partes huius nominis equiferus in hoc noĩe nihil ſignificãt per ſe, licet bene ſignificẽt vt ſunt partes huius orationis equus ferus.

Ad quartum dicitur, quòd ſi nomẽ infinitum conſyderetur vt nomen infinitum eſt, ſic non poteſt eſſe ſubiectũ enunciationis, ſed ſi conſyderetur inquantum virtute intellectus determinatur ad aliquod ſubiectum finitum, vt non homo capitur pro omni alia parte ab ipſo homine ſit ſubiectũ enũciationis, ſed tunc non capitur vt eſt

C infinitum, ſed per modum finiti. Dr ſecũdo q in hac oratione, regis intereſt, & ſimilibus, obliquus non eſt ſubiectum, ſed nominatiuus in tali oratione intellectus, vt patet reſoluendo, regis intereſt, hoc eſt aliquid eſt pertinens regi. Ad quintum dr, quòd ſi capiatur generaliter nomen infinitum pro omni illo, quod ſignificat ſubſtantiam infinitam, & habet ſignificatum indeterminatũ, ſic aliquis, & reliquus bene ſunt nomina infinita, & ſilr omnia pronomina, ſed ſi capiatur ſpecialiter pro illo, quod fit infinitũ per aduentum negationis, pro quo hic definitur, ſic nõ ſunt nomina infinita. ideo hæc definitio nõ cõuenit alij definito.

Verbi definitio, & explicatio. D

Verbũ eſt vox ſignificatiua ad placitum cum tempore cuius nulla pars ſeparata aliquid ſignificat finita, & recta. Cum tempore ponitur ad dñiam nominis, quod ſignificat ſine tempore. Finita ponitur ad dñiã verbi infiniti, vt nõ currit, non laborat; quæ non ſunt verba ſecundum Dialecticũ, ſed verba infinita. Recta ponitur ad dñiam verborum obliquorum, vt currebat, cucurrit, quæ non ſunt verba ſecundum Dialecticũ, ſed verba obliqua. Solum. n. verbum præſentis temporis indicatiui modi, dicitur, eſſe verbum ſecundum Dialecticum, Reliqua autem alia verba eiuſdem modi, & aliorum modorũ dicuntur verba obliqua. Omnes autem aliæ differentię ponuntur hic in verbo eadem ratione, qua ponebãtur, & in nomine. Et ſciẽdum eſt quod Dialecticus ſolum ponit duas partes orationis. ſ. nomen, & verbum. Alias autem omnes appellat ſyncategorematicas, ideſt conſignificatiuas.

E Poſtq. Auctor determinauit de nomine, quod ſignificat ſubſtantiã, a qua egreditur actus, q quidem nomen in propoſitione dr ſubiectũ, & eſt materia propoſitionis, hic conſequenter determinat de verbo, quod ſignat actum egredientẽ a ſubſtantia, & eſt pdicatũ formale propoſitionis ipſum primo

F ſic definiẽs. Verbũ eſt vox ſignificatiua ad placitũ cũ tpe, cuius nulla pars ſeparata aliqd ſignat finita, & recta.

Pro cuius intellectu primo ſciendũ q in hac definitione ponitur vox loco gñis, & totum reſiduum ponitur loco dñię, ſ. ſignificatiua ad placitum &c. & alia eadẽ ratione hic ponũtur qua pro ponebatur in definitione noĩs, ſed cũ tpe, ponitur ad dñiam noĩs, quod ſignificat ſine tpe, & ponitur finita, & recta, (Partes definitionis verbi exponuntur.)

A ctu, ad dñam verborum infinitorum, & obliquorum, quæ ſm Logicum nõ ſunt verba. In iſta autem definitione non ponitur illa particula, & eſt ſemper eorum, quæ de altero dñr nota, eo ꝙ non reſpicit naturam verbi nec de neceſſitate ponitur, quia illa ſolũ ponitur de bene eſſe ad maiorem declarationem, & non de neceſſitate.

Sigñare cũ tpe vide 4. phyſ. te. co. 201.

Se3o ſciendum, ꝙ omnis fluxus, & fieri menſuratur tpe. Tempus. n. eſt menſura motus, & fluxus ſm prius & poſterius, & quia verbum ſcdm ſuum eſſentialem modum ſignificãdi ſignificat per modum fluxus, & fieri, ideo

B omne verbum ſignat cum tpe, i. cum proprio ſignificatio conſignificat tps, non tñ capiendo tẽpus proprie, prout eſt numerus motus, ſed capiendo tps generaliter pro omnis modo temporis, vt reperitur in qualibet mẽſura durationis, ſ. in eternitate, in æuo, & tẽpore propriẽ dicto. ſicut. n. verbum nõ ſemper ſignificat verũ fluxum, ſed ſufficit ꝙ ſignificet per modũ fluxus, ſic non ſemper conſignificat verũ tẽpus, conſignificat per modum temporis.

Verborũ infinitorũ natura, duo exigit.

Tertio ſciendum, ꝙ verbum infinitum eſt cuius eſt priuatus actus ſpãles remanente actu generali infinito. Sicut. n. in nomine eſt ſubſtãtia, & qualitas, finiens talem ſubſtantiam, ſic in oi alio verbo ab illo verbo eſt, includi

C tur actus generalis, q. eſt eſſe, & actus ſpecialis, ſiue res verbi, quæ importãt per participium, illius verbi. Ideo omne verbum præter eſt, reſoluitur per eſt, & ſuum participium, vt currit, i. eſt currẽs, & ideo ſicut in nomine finito negatio, remouens qualitatẽ determinati a ſubſtantia, facit nomen infinitũ, ſimiliter in verbo negatio tollẽs actum ſpecialem, qui determinat actũ generalem reddit verbum infinitum, quod ſe extendit, tam ad ens quàm ad non ens. Ex quo patet ꝙ tale verbum non poteſt enunciari de ſubiecto, quia nõ ſignificat aliquem determinatum actum, qui per intellectum dicitur de alio enunciari, ideo ſecundum Logicũ non eſt verbum, vnde tale verbum nõ

D poteſt eſſe infinitũ in oratione, nec ẽt infinitãdum eſt in oratione, quia negatio ſibi adueniẽs in oratione negat cõpoſitionem actualem extremorũ, & non compoſitionem intrinſecã ipſius verbi. Vnde ad hoc ꝙ verbum infinitetur duo requirunt, primo ꝙ ſignificet ante infinitationem actionem, vel paſſionem determinatam, & non gñalem, & propter hoc verbum eſt, ſignificat gñalem actum eſſendi incluſum in oi alio verbo, ſecundo requiritur, ꝙ tale verbum non determinet ſibi tale certum ſuppoſitum, & ideo verba exceptæ actionis, & verba primæ vel ſecũdæ perſonarum non pñt infinitari.

E Quarto ſciendum quòd uerba obliqua ſunt verba ceterorum tẽporum, & modorũ a præſenti iudicatiui modi, quorum aliqua ſunt obliqua ſecundum tempus tantum, vt præteritum, & futurum indicatiui, alia vero ſecundum modum tãtum, vt præſentia aliorum modorum. aliã autem ſecundum vtrunque, vt præterita, & futura de alijs modis. Vnde talia verba obliqua non poſſunt vere vel falſe enunciari de aliquo nec faciunt per ſe, & primo orationẽ veram, vel falſam, & quia ſo ſunt ſecundũ Logicũ illud eſt nomen ꝙ per ſe primo, & nõ ratione alterius poteſt dici ſubiectum enunciationis, ſimiliter illud eſt verbum apud Logicum quod primo, & per ſe, & non ra-

Verba obliqua & ipſorum natura.

F tione alterius vere, vel falſe prædicat, ideo ſcdm ipſum verba obliqua non ſunt verba. Vnde ſecundum ipſum, tãtũ duæ ſunt partes orationis, & capit ſpecialiter partẽ orationis pro parte requiſita neceſſario ad orationẽ verã, vel falſam. & non capit eam generaliter, ſicut Grãmaticus, qui capit partem orationi pro omni voce ſignificatiua, quæ ponitur in oratione, ſiue ponatur vt pars principalis, ſiue vt diſpõ partium, ratione cuius ipſe ponit octo partes orationis, & per hoc patet determinatio definitionis ipſius verbi.

Sed contra pdicta primo arguitur. Verbum

A Verbum ſignificat per ſuam ſignificatione, ſed ſignificatio eſt de natura verbi, cum virtus ſignificandi ſit de ratione eius, ergo verbum ſignificat naturaliter, & non ad placitum.

Secundo ſic. Creare eſt verbũ, & tñ non ſignificat cũ tẽpore, qa non ſignificat fluxũ, & fieri ſed dictionẽ, q̃ ſit in indiuiſibili, ergo male ponit̃ cum tpe.

Tertio ſic. Literę, & ſyllabę ſunt partes verbi, & ſunt ſignificatiuæ ſeparatæ, quia ſicut voces ſignificant conceptus, ita literæ vel ſyllabę ſignificant voces, ergo partes verbi aliquid ſeparatę ſignificant.

Quarto ſic. Verbũ infinitum põt ꝑdicari in oratione, ergo eſt verbum antecedẽs patet, qa ſignificat actũ cõem

B enti, & non enti, ſed omne cõius põt ꝑdicari de ſuis inferioribus, ergo tale verbum apud Logicũ dicitur verbũ.

Quinto ſic. Iſtæ ꝓpõnes ſunt veræ, Adã fuit, Antichriſtus erit, & tñ ibi ꝑdicatur verba obliqua, ergo verbũ obliquũ poteſt vere ꝑdicari de alio. igitur eſt verbum ſecundum Logicum.

Solutio Ad argumenta. Ad primum dr̃, q̃ ſi verbum conſideretur formaliter in rõne ſigni, ſic virtus ſignificãdi eſt de rõne, & de natura eius. ſed hic hoc mõ non capitur. ſed, ſi conſyderent̃ materialiter i rõne vocis, ſic ſignificatio nõ eſt de rõne eius, ſeu natura, ſed ſibi attribuit̃ ad placitũ. & hoc mõ intel igi

C tur in iſta definitione, referẽdo ad placitum ad ipſam vocẽ, qa ſignificatiuũ ad placitum refertur ad vocem.

Ad 2m dr̃, q̃ creare nõ ſignificat fluxum realem, q̃ menſuretur tp̃e. ſed ſignificat per modum fluxus, & fieri iõ ſignificat ſub mõ tẽporis. & hoc ſufficit. Ad tertium dicitur, quod, ſi capiat̃ litera pro figura ſcripta in aliqua ſuperficie, tunc literę, & ſillabę sũt ſignificatiuæ vocum, ſed ſic nõ ſunt partes verbi, ſed ſi capiatur litera ꝑ voce indiuiſibili ſignificata per illam figurã, quę proprie dicitur elementum, tũc literę, & ſyllabę bene ſunt partes verbi, ſed non ſunt ſignificatiuę.

D Ad quartum dr̃, quod oẽ cõius determinatũ põt prædicari de ſuis inferioribus, ſed cõius indeterminatũ, & infinitum, q̃ non põt accipere ꝑ intellectum pro aliquo certo, & determinato nõ prędicatur de ſuis inferioribus, modo ſic eſt de verbo infinito.

Ad quintum dr̃, quod verba ꝑterita, & futura indicatiui modi non prędicant̃ vere de aliquo, nec faciunt orationem veram, vel falſam, inquantum obliqua ſunt ſed ſolum inquantum includ.t pręſens tempus indicatiui. Iuxta illud, propõnes de ꝑterito, vel de futuro non ſunt verę, vel falſę, niſi ꝑ reductionem ad illas de pręſenti. vñ iſta non eſt vera, Adam fuit, niſi quia iſta fuit vera Adam eſt, & ſimiliter de futuro ſuo modo.

E

Orationis definitio, ac diuiſio.

Oratio eſt vox ſignificatiua ad placitum, cuius partes ſeparatę aliquid ſignificant. Hoc totum, cuius partes ſeparatę, aliquid ſignificãt ponitur ad differentiam nominũ & verborum quorum partes ſeparatæ aliquid non ſignificant. reliquæ autem particulæ ponuntur gic ſub eadẽm ratione, qua in nomine, & verbo ponebantur.

Poſtquã determinatum eſt de nois & verbo q̃ ſunt partes materiales enũciationis, hic conſequenter Auctor determinat, de orõne, q̃ eſt genus enunciationis, & quia definitio explicat eſſe rei, diuiſio vero poſſe ſiue ſeparationem partium eius, & eſſe ꝓcedit poſſe, vel ſeparationem, ideo antequam diuidat orationem ponit eius definitionem, quę talis eſt Oratio eſt vox ſignificatiua ad placitum, cuius partes ſeparatę aliquid ſignificant.

F

Pro quo primo eſt ſciendum, quod oratio accipitur triplici r̃. Vno mõ ꝑ re ſubiecta intentioni ſecũdum ſe, & illo modo nõ definitur hic, qa eſt vox complexa, & complexorum inquantũ huiuſmodi non eſt definitio. Alio mõ

Triplex orõnis acceptio.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

A poteſt capi abſolute pro illa intẽtione, vel illa voce ſignificatiua, q̃ eſt oratio, & ſic iterum non definitur hic; quia partes eius ſeparatæ nihil ſignificarẽt. Tertio modo capitur ꝑ illa intẽtione vt eſt ſignificatiua rei ſubiectæ, quę eſt ſignificatũ eius, & illo modo hic definitur. ſicut enim homo definit̃ ſub illa voce homo, & pro ſuo ſignificato, pro quo eſt aial ratione, ita ſimilr̃ ter hæc vox, oratio, definitur pro ſuo ſignificato ꝑ quo eſt vox, quædam complexa.

Qũo vna vox ſit vel plures ipſa ora tio.

Secundo. ſciendum quòd licet oratio non ſit vna vox imcomplexa, eſt tñ vna per complexionem, & poteſt dici

B vna propter duas cauſas. Primo rõne formæ. q̃a ibi eſt vnitas ordinis, ꝙ cõplexionis plurium vocũ ſignificatiuarum, quę ſub tali forma vniuntur. Secundo ex parte finis, q̃a p̃dictæ voces vniuntur ad ſignificandum vnum cõceptũ cõplexũ. iõ in definitione orationis bene ponitur vox tanquã genus.

Tertio ſciendũ, quod, li. et orõ non fuerit primo, & ꝑ ſe impoſita ad ſignificandum, tamen fuit ex conſequenti impoſita ratione impoſitionis ſuarũ partium per hoc. ſ. quòd partes ſunt ſignificatiuę oratio cõpoſita ex ipſis trahit ſuum ſignificatum, & tñ hẽt ſignificatũ diſtinctũ ab illis, quia illæ partes ſignificant cõcep ꝰ ſimplices orõ

C vero ꝑ ſe, & primo ſignificat cõceptũ complexum. Et eodem modo poteſt dici orationem ſignificare ad placitũ ratione impoſitionis ſuarum partiũ, quæ facta eſt ad placitum, licet oratio ſecundum ſe non ſignificet primo ad placitum, ideo in definitione orationis conuenienter ponitur ſignificatiua ad placitum ratione differentiæ, ſicut in definitionibus nominis, & verbi. Et ibi ponitur, cuius partes ſeparatæ aliquid ſignificant ad differentiam nominis, & verbi.

Quarto ſciendũ quòd duplices ſũt partes orationis. q̃ dã ſunt remotę, vt literæ & ſyllabæ, & q̃ dã ꝓpinquæ vt nomẽ, & verbũ primę aũt nõ ſunt ſignificatiuę, nec ſunt partes orationis, niſi ſm quid, ſed aliæ ſunt ſignificatiuæ, q̃ propriæ dicuntur partes orationis, de quibus intelligitur in iſta definitione, & per hoc habet̃ declaratio huius definitionis orõnis q̃ ſatis concordat definitioni eiꝰ ſic poſitę a Priſciano, orõ eſt congrua dictionum ordinatio congruã perfectamq; ſententiam demonſtrans, ex modi ſignificandi cauſata.

D

Sed contra p̃dicta primo arguitur. Nullum complexum põt definiri, cũ nõ habeat vnum eſſe, orõ eſt q̃d cõplexum, ergo male hic definit̃ Scd̃o ſic. Nulla quantitas eſt vox cũ ſit q̃dã qualitas, oratio autem eſt quędã quãtitas cum ſit ſpecies quantitatis diſcretæ, igit̃ male dicitur quod oratio eſt vox.

Argu.

Tertio ſic. Oĩs vox ſignificatiua ad placitum hẽt aliq̃d ſignificatũ ꝓpriũ. orõ non eſt huiuſmodi, q̃a non ſignificat, niſi rõne ſuarũ partium ergo male dicitur, oratio eſt vox ſignificatiua.

E

Quarto ſic Nullũ ſignificans de neceſſitate ſignificat ad placitum, ſed illa oratio homo currit in prima eius formatione ſignificabat ſuum ſignificatum. ſ. hominem, currere, nec poterat aliud ſignificare; ſimiliter q̃ ęlibet alia oratio, ergo oratio non ſignificat ad placitum primi imponentis.

Quinto ſic. Dicẽdo ſic, curro, pluit, ſunt orationes, & tamen partes earũ ſeparatæ nihil ſignificant, igitur male ponitur, cuius partes ſeparatæ, &c.

F Solutio

Ad argumenta. Ad primũ dr̃ ꝙ nullum cõplexum, complexe deſignatũ põt definiri. q̃a ibi nõ eſſet explicatio vnius definiti ſm nomẽ tñ cõplexum ſignificatum incõplexe ſub voce incõplexa, bene definit̃, & ſic eſt i ꝓpoſito. Ad ſm dr̃ ꝙ ſi capiatur orõ ꝑ menſura prolationis, ſic eſt quãtitas diſcreta, nec illo mõ hic definitur, ſed ſi capiat̃ pro voce ſignificatiua complexa, ſicut capitur in ꝓpoſito, ſic nõ eſt quãtitas, ſed quantum ad ſuum materiale, q̃d eſt vox quædã, eſt qualitas. Ad tertiũ dicitur, quod licet oratio trahat ſuum ſignificatum cauſaliter ex ſuis partibus, non tamẽ trahit illud formaliter a par-

A a partibus ſed hēt propriū ſignificatū rōne cōpōnis partium, & illud eſt cōceptus cōplexus ſigñatorum ſuarum partium. Ad quartum dr̄, ꝙ illud, qđ neceſſario ſignificat ſuum ſignificatū, non ſignificat per ſe primo ad placitū, ſed ex conſequenti; & ſic eſt de oratione, quæ ſignificat ad placitū pp impoſitionem ſuarum partium facta ad placitū, ſed ſuppoſita tali impoſitione partium oratio cōpoſita ex ipſis, neceſſario hēt ſignificatum determinatū. Ad quintū dr̄, ꝙ illæ voces curro, pluit, & ſimiles, ex vi ſermonis nō ſunt orationes, ſed verba tm̄, ſed virtute intellectus, q. ſubintelligit ſuppoſita in verbis primæ, & ſcđæ perſonarū, & in verbis exceptæ actionis ſunt orationes, et partes ſeparatæ aliquid ſignificat, dū intelligitur ſuppoſitū, vt curro, tm̄ valet, ſicut ego curro, & pluit, ſicut Deꝰ, vel natura pluit, & ſic de ſimilibus.

B

Diuiſio orationis in perfectam, & imperfectam.

Orōnum alia perfecta, alia impfecta. Orō perfecta, eſt illa, q̄ perfectum ſenſū generat in aīo auditoris, vt hō currit. Oratio imperfecta eſt illa q̄ imperfectū ſēſū generat in animo auditoris, vt hō albus. C Orōnum perfectarū alia indicatiua vt hō currit, alia imperatiua, vt petre fac ignē, alia optatiua, vt vtinā eſſe bonꝰ clericꝰ, alia ſubiūctiua, vt ſi veneris ad me dabo tibi equum, alia deprecatiua, vt miſerere mei Deus. Harum autem orationum ſola indicatiua oratio dicitur eſſe propoſitio.

Poſtquā Auctor præmiſit definitionem orōnis q̄ explicat ipſam a priori, hic cōſequēter ponit diuiſionē eius, q̄ explicat ipsā a poſteriori, ipſam ſic diuidens. Orationū, alia pfecta, alia imperfecta. Cuius diuiſionis ratio eſt, qa oīs oratio reprǣſentat aliquē ſenſū intellectui, vel ergo reprǣſentat ſenſū p- D fectum, & ſic eſt oratio pfecta, vel imperfectū, & ſic eſt oratio imperfecta.

Quis pfectus orōnis ſenſus, ac impfectus.

Pro quo ſciendū primo ꝙ ſenſus pfectus eſt ille, qui pfecte terminat actū intellectus nō ſuſpēdēs aīum audiētis ad inquiſitionem alterius requiſiti ad ſuam intellectionem, vt cum dr̄ hō eſt animal, ibi eſt ſnia completa, non requirens additionem alterius, vt cōplete intelligatur. Sed ſenſus imperfectꝰ eſt ille qui non terminat perfecte actū intellectus, ſed indiget alio vt cōplete intelligatur, vt dicendo, hō albus, ibi eſt ſnia incōpleta, et imperfecta, in qua intellectus audientis non perfecte terminatur, ideo eſt ibi ſenſus imperfectus. Vnde clare patet, ꝙ hic non capitur ſenſus pro potentia ſenſitiua aīæ, ſed capitur pro ſententia, quæ eſt ſignificatio orationis. E

Secundo ſciendū, ꝙ oratio perfecta eſt illa, quæ pfectum ſenſum generat in aīo auditoris, i. in intellectu audiētis ipſam. Per hoc n. quod ipſa præſentat auditui ſua ſpēs, ſiue ſimilitudo defert ad intellectū, & intellectus cognoſcēs ſignificationes terminorum apprehēdit per illas ſignificationes perfectum ſenſum orōnis. Et ita orō perfecta, mediante ſua ſpē, & ſimilitudine, generat perfectum ſenſum in intellectu audiētis. Sed orō imperfecta dr̄ illa, quæ imperfectum ſenſū generat in aīo auditoris, & ibi capit generat, vt dicit aptitudnem. & non actum, quia talis oratio nō ſemper generat ſenſum in actu, ſed bene ſecundum aptitudinem. F

Diuiſionis perfectæ orationis adæquata rō.

Tertio ſciendum, ꝙ orō perfecta diuiditur per orōnem indicatiuam, imperatiuā, optatiuā, ſubiunctiuam, coniunctiuam, & depracatiuam. Quarū ſic habetur ſufficientia, quia oīs oratio perfecta explicat perfectū ſenſum, vel ergo explicat cōceptū intellectus, vel affectum appetitus. Si cōceptum, hoc eſt dupliciter, vel explicat talem cōceptū categoricę, & determinate, & ſic eſt indicatiua, aut dubitatiue, & conditionaliter, & ſic eſt cōiūctiua. Si explicat effectum, hoc eſt dupliciter, vel per

A tines ad appetitum cócupiſcibilē, & ſic eſt optatiua vel iraſcibilem, & hoc eſt, dupliciter, quã vel denotat imperiū qđ fit ad minores, & ſic eſt imperatiua vel deprecationem, quę fit ad maiores, & ſic eſt deprecatiua, & hęc eſt diuiſio generis in ſuas ſpecies, & ſimiliter ꝓcedens, qa licet oratio nō ſit verum genus ſm rem, tamen eſt genus ſecundum modum, & diuidit ad modū diuiſionis generis, & ſimiliter oratio perfecta. Et ideo iſtæ diuiſiones
B diuiſione generis continentur.

Quarto ſciendum q̄ oro̅ indicatiuo eſt, cuius verbum principale eſt indicatiuū, & imperatiua, cuius verbū principale eſt imperatiuū, & ſic de alijs modis ſuo modo, & qa verbū indicatiuū cæteris eſt ꝑfectius, iō oro̅ indicatiua cæteris perfectior eſt. Vnde ſola indicatiua ſignificat verū vel falſum, eo q̄ aliæ non dicũt determinare aliqd eſſe, vel non eſſe, ſed ſola indicatiua rōne verbi indicatiui, iō ipſa ſolo dicit̃ ꝓpoſitio, vel enunciatio. Ex quib. apparet diuiſio orationis & definitionis membrorum eius, & diuiſio oro̅nis ꝑfectę.

Sed contra prędicta primo arguit.
Argu. Nihil eſt perfectum, q̄ poteſt fieri additio, ſed cuilibet orationi poteſt fieri additio ergo nulla oratio eſt perfecta.

Secundo ſic. Omne, q̄ hēt debitā cō-
C poſitionem materiæ, & formę eſt perfectum. Dr̄. n. perfectum cui nihil deeſt de requiſitis ad ſuum complementum, ſed ois oro̅ hēt debita compōnē materie, & formæ, ergo ois oro̅ eſt ꝑfecta, & ſic diuiſio dicta nō valet. Tertio ſic. Nulla oro̅ agit in aīo auditorum, igitur nulla generat perfectum ſenſum intellectu. Antecedens tripliciter probatur primo, quia omne, quod agit eſt ſuppoſitum, ſecundo, quia pro non p̄ſentat̃ intellectui, q̄ an vox non peruenit ad intellectum, ſed ad auditū tm̄, tertio, quia intellectus eſt impaſſibilis cū ſit in materialis, & paſſio oriat̃ a materia, ergo oro̅ nō agit intellectū.

Quarto ſic. Aliqua eſt oratio perfecta infinita, quia talis componit̃ ex nomine, & verbo, & tamen talis non po- D
nitur in diuiſione orationis perfectæ, igitur illa non eſt bona.

Quinto ſic. Iſta oratio optatiua, vellem eſſe bonus clericus, ſignificat verum vel falſum, ergo non ſola indicatiua ſignificat verum vel falſum.

Ad argumēta. Ad primum dr̄ q̄ aliquid dr̄ perfectū dupliciter vno modo ſimpliciter, & abſolute, cui nulla ſimpliciter pōt fieri additio. Et ſic oro̅ non eſt perfecta, ſed ſolus Deus. Alio mō in genere, vel ſpecie, cui nihil deeſt de requiſitis ad ſuam perfectionem in tali gn̄e, vel ſpecie, & ſic oro̅ dr̄ perfecta, & ſibi non pōt fieri additio eſſentialis, requiſita ad ſuum genus, vł ſpeciem, ſed accidentalis tm̄. Ad ſm dr̄, quod licet E
ois oratio poſſit dici ꝑfecta perfectione primaria, quæ reſultat ex debita cōpoſitione materiæ, & formæ eius, quæ eſt eius modus proferendi, tn̄ non ois oro̅ eſt perfecta perfectione finis orationis q̄ eſt repræſentatio conceptus, reſpectu complexi. Ad tertium dicitur, quod oratio non agit per modum efficientis principalis, & tanquam quod, quia hoc conuenit ſoli ſuppoſito, tn̄ bene agit per modum formæ, vel inſtrumenti, vel tanquam quo. Dicitur ſecundo q̄ ipſa præſentatur ex conſequenti intellectui ſm ſuam ſpeciem, licet non ſm ſe. Dicitur, tertio, quòd li- F
cet intellectus non ſit paſſiuus paſſione corruptiua tn̄ bene eſt paſſiuus paſſione ſaluatiua, & perfectiua, quia poteſt perfici per ipſum intellectum. Ad quartum dicit̃ q̄ licet oro̅ infinita hēat nomen & verum obliquum non tamen rectum, quare non perfectum ſēſum generat in aīo, ideo non eſt oratio perfecta, nec debuit poni in diuiſione eius. Ad quintum dicitur, q̄ iſta ergo, vellem eſſe bonus clericus, ſi conſideretur optatiua eſt, & explicat deſidērium non eſt vera neque falſa, ſed ſi conſyderet̃ vt virtualiter includit vnā indicatiuam, ſ. iſtam, voluntas mea eſt vt eſſem clericus, ſic eſt vera, vel falſa, & ita dicendum eſt de ſimilibus.

Vide 3. de aia t. ca. 3. 14. et ibi docto.

De pro-

A **De propoſitione, ac eius multiplici diuiſione.**

Propoſitio oratio verum, vel falſum ſignificans indicando, vt homo currit, Propoſitionum, alia categorica, alia hypothetica.

Poſtquam Auctor determinauit de oratione, quę eſt genus enũciationis, hic conſequenter determinat de ipſa enũciatione de qua principaliter intendit in hoc primo tractatu. Et ipſã primo definit, ſic ſub nomine ꝓpoſitionis dicens Propoſitio eſt oro verũ vel falſũ ſignificãs indicando. In qua definitione ponitur oro loco generi verum vel falſum ſignificans, ad differẽtiam orationum imperfectarum, & aliarum

B perfectarum ab indicatiua, quia nulla earum ſignificat, verum vel falſum, & ponitur indicando ad maiorem explicationem, ſ. ad oſtendendum quod ſola indicatiua dicitur propoſitio, et quãuis hoc poſſit intelligi per hoc quod dicitur verum, vel falſum ſignificans, non tamen ęque explicite. ideo illa pars nõ ſuperfluit, quamuis etiam aliqua propoſitio hypothetica non ſit indicatiua, non tamen ſignificat verum vel falſum, niſi per reductionem ad indicatiuam.

C Pro quo eſt ſciendũ primo, ꝙ ꝓpõ & enunciatio dicũt idẽ realiter, ſed differũt ratione, quid nominis: Nã dr̃ enũciatio inquantũ penes ipsã extra intellectũ enunciatur ꝑdicatũ de ſubiecto, dr̃. n. enunciatio ab e, quod eſt extra, & nunciatio, quia ipſa eſt quasi nuncius intellectus nuncians conceptũ interiorẽ extra intellectũ. Sed dr̃ ꝓpõ inquantum ponitur pro alio: ſ. ꝓ concluſione inferenda in argumentatione. ſed quia idem ſunt realiter propoſitio, & enũciatio, ideo hñt eandẽ definitionẽ eſſẽtialẽ. Vnde definitur enunciatio, quod eſt oratio in qua verũ, vel falſum eſt, et hęc eſt eadem cũ definitione propoſitionis. Ideo hic definit enunciatio ſub noie propõnis, quia hic conſyderat in

Enũciationis, ac ꝓpõnis, diſcrimẽ.

ꝙ tum ordinat finaliter ad ſyllogiſmũ. D

Sc̃do ſciendũ, ꝙ ſignificare verum, eſt ſignificare aliquid ita eſſe ſicut eſt, vel aliquid ita non eſſe ſicut nõ eſt. Et ſignificare falſũ, eſt ſignificare aliqd eſſe, vel non eſſe aliter q̃ eſt. ideo propõ ſignificat verũ qñ pręſentat aliquã cõpoſitionem adęquatę ſicut eſt & ſignificat falſum, qñ repræſentat illa cõpoſitionem inadæquatæ & aliter q̃ ſit. Ex quo patet, ꝙ veritas propõnis eſt adæquatio eius ad ſuum ſignificatũ, & falſitas eſt inadæquatio. Patet vlterius ꝙ primũ ſignificatũ, & formale propõnis eſt compoſitio extremorum, & verũ vel falſum ſunt ſignãtũ materiale, & ſecundarium ꝓpõnis. Ipſa. n. primo

E ſignificat illa compoſitionẽ, & dr̃ ſignificare verum, vel falſum quãtũ ad modos ſignificandi vel repræſentandi illa compoſitionem, & ꝑ hoc patet declaratio definitionis propoſitionis.

Quid verum vel falsũ ſignificare.

Tertio ſciendũ, ꝙ propõ in cõi diuiditur in propõnem categoricam, et hypotheticã. Cuius diuiſionis rõ eſt quia ois propõ eſt oratio vera, vel falſa. vel ergo talis oratio componit immediate ex terminis, vel ex pluribus oronib. ſi primũ eſt categorica ſi ſm eſt hypothetica. & hanc diuiſionẽ ponit Ariſt. in lib. Perihermenias aliter hoc mõ. enuntiationũ alia eſt vna ſimpliciter, q̃ dr̃ categorica, alia eſt coniunctione vna, quæ dicitur hypothetica. F

Quarto ſciendum, ꝙ iſta diuiſio dr̃ dari, penes ſubſtãtiam propõnis, quia propõ categorica, & hypothe differũt ſm ſuam ſpeciem, i. ſm materiã, & formã ipſarum, & ex conſequenti ſm totam ſubſtantiam, quia categorica hẽt ſubiectum, & ꝑdicatum materiale ꝓ materiã, & hẽt copulam verbalem ꝓ forma. hypothetica vero habet duas cathegoricas pro materia, & coniunctionem vnientem ipſas pro forma, & per hoc patet declaratio huius diuiſionis.

Sed contra prædicta primo arguit, Nulla diſtincta de ſe inuicẽ verificant cũ diuiſio ſemper includat oppoſitionem, Argũ

nem,

A nem,& in ea fundet,ſed p opō & oratio diſtinguuntur;cum oratio ſit cō oī propoſitione,igitur male dr̄ ꝙ propoſitio eſt oratio. Secūdo ſic. In bona definitione non debet poni oppoſita,ſed in iſta ponuntur verum vel falſum, q̄ ſunt oppoſita ergo nō eſt bona. Tertio ſic. Oīs oratio,quæ ſignificat ſuum ſignificatū,ad ꝙ eſt impoſita ad ſignificandum eſt vera ſed oīs propō repræſentat ſuum ſignificatū,vt hæc propō, homo currit,ſemper ſignificat hoīem currere, ſiue currat ſiue non,ergo omnis propō ſemper ſignificat verum,& nūquam falſum. Quarto ſic. Membra diuiſionis propoſitionis non ſunt oppoſita,quia vnum in alio continet vt
B pars alterius, quia categorica eſt pars hypotheticæ igitur illa diuiſio eſt inſufficiens. Quinto ſic. Hæc oratio, tm̄ hō currit,eſt propoſitio,& tamen non eſt categorica, quia continet plures categoricas,nec hypothetica, cum non ſit ibi coniunctio,veniens plures categoricas,ergo diuiſio illa eſt inſufficiens.

Solutio Ad argumēta. Ad primū dr̄, ꝙ illa, q̄ ſunt diſtincta eſſentialiter,vt oppoſita vel diſperata de ſe inuicem non verificantur,ſed illa, quæ diſtinguuntur accidentaliter tm̄,vt ſuperius.& inferius bene verificantur de ſe inuicem. & hoc modo ſolum diſtinguuntur propoſitio & oratio.

Ad ſm dr̄,ꝙ ſi conſyderentur oppoſita vt oppoſita ſunt,& deſtruunt ſe in
C uicem,ſic non debet poni in eadē definitione,ſed ſi conſyderentur vt circunloquuntur aliquod ſuperius, vel explicant diuerſas paſſiones inferiorū definiti,ſic bn̄ ponunt̄ diſiunctiue in eadē definitione,& ſic ponunt̄ verū, & falſū in eadē definitione ad circūloquendū ꝓpriā paſſionē ꝓpoſitionis,et diuerſas paſſiones ſuorum inferiorum.

Ad tertiū dr̄, quòd oratio nō dr̄ vera eo quòd repreſentat ſuum ſignificatū,ſed quia repreſentat ipſum adæquate.ideo maior rationis eſt falſa.

Ad quartū dr̄,quòd categorica materialiter cōtinetur in hypothetica tāquam pertinens ad materiam eius;nō tamen formaliter,tanquam pertinens ad formam eius,& licet ibi maneat categorica ſecundum formam eius, tm̄ illa forma ſe habet per modum materiæ reſpectu hypotheticæ. ideo nō manet ibi formaliter, & ſic bene opponūtur illæ propōnes ſecundum formas. D

Ad quintum dicitur,quòd iſta tantum homo currit, eſt formaliter categorica,quia ſolum ponit formaliter vnā categoricam præiacentem eius,ſed eſt virtualiter hypothetica,quia virtualiter & implicite continet duas categoricas coniunctas copulatiue, vt patet in reſolutione eius, quia valet tantum homo currit, ſicut, homo, & nihil aliud ab homine currit.

De propoſitione categorica. E

Propoſitio categorica eſt illa, q̄ hēt ſubiectum,prædicatū,& copulā,tanq̄ principales partes ſui, vt hō currit.in hac enim propoſitione hō currit,hō eſt ſubiectum, currit vero p̄dicatum, & ꝙ coniūgit vnum cum altero, eſt copula, vt patet in reſoluendo. vt hō currit,ideſt,homo eſt currēs. ibi hoc nomen hō eſt ſubiectum; & currens prædicatum, & hoc verbum eſt,dicitur eſſe copula,quia coniūgit vnū cū altero. F Et dicit̄ categorica a categorizo, quod idem eſt quod p̄dico. vn̄ dicit̄ categorica, ideſt propoſitio p̄dicatiua, Subiectū eſt illud, de quo aliud dr̄ ſ. p̄dicatum. Prædicatū eſt illud,ꝙ de altero dicitur,ſ.de ſuo ſubiecto.

Poſtquam Auctor poſuit definitionem propoſitionis, et eius diuiſionem in categoricam,& hypotheticam, hic cōſequēter incipit determinare de mēbris illius diuiſionis, & quia propoſitio categorica pars eſt ꝓpoſitionis hypotheticæ & pars naturaliter p̄cedit totum,quod ipſa componit.ió prius determinat de propoſitione categorica,

quam

A quã hypothetica, ipſã ſic definiẽs. Propoſitio categorica eſt illa, q̃ hẽt vnum ſubiectũ, vna copulam, & vnum prędicatum, tanquã principales partes ſui.

Pro quo primo ſciẽdũ, quòd in hac definitione per hoc relatiuũ illa intelligitur genus definiti, ſ. propõ: eſt. n. relatiuum identitatis ſubſtantiæ, & ſupponit pro ſuo antecedente, quod eſt propõ ideo dat intelligere genus definiti. Et totum reſiduũ ponitur ad differentiam hypotheticę propõnis in qua licet ſint ſubiectum, prædicatũ, & copula, non tamen tanquam partes principales ſui, ſed ſicut minus principales, & remotæ: & per ſubiectum & p̃dicatum, intelligitur materia propoſitionis categoricæ, & per copulam, intelligitur forma partis, & ſua forma totius eſt eſſe vnitu, reſultans ex vnione copulæ prædicati, & ſubiecti, ideo per hanc definitionem ſufficienter explicatur natura propõnis categoricæ.

Subiectum p̃dicatũ & copula quid ſint.

Secundo ſciendũ q̃ in oĩ propõne categorica dr̃ aliquid de aliquo, & iõ in qualibet propõne categorica tria requiruntur. Primo illud de quo aliquid dr̃, ſ. ſubiectum, ſecundũ eſt illud, q̃ dr̃ de aliquo: ſ. prædicatum materiale, tertiũ eſt illud, per quod, vel mediãte quo vnum dicitur de alio, quod eſt copula vel prædicatum formale propõnis. & ideo dicitur categorica, quaſi prædica- C tiua, a categorizo, quod eſt idem, quod prædico, quia ſemper ibi prædicatur aliquid de ſubiecto, & magis dr̃ p̃dicatiua a prædicato, quam ſubiectiua a ſubiecto, quia prædicatum in ipſa hẽt rõnem formæ, ſubiectum vero rationẽ materiæ modo a formaliori dẽt fieri denominatio, & ideo attenditur hæc denominatio principaliter ex parte prædicati formalis quod eſt copula.

Quid ſubiectũ & prædicatũ propõ.

Tertio ſciendum quod ſubiectum propõnis dicitur illud, de quo dicitur aliud, ſ. prædicatum. Et prædicatum eſt illud, quod dicitur de alio, ſ de ſubiecto. Duplex tamen reperitur prædicatum in propoſitione, ſ. materiale, quod vnitur cum ipſo ſubiecto per copulam, & prædicatum formale, D quod vnit prædicatum materiale cũ ſubiecto, quod eſt ipſa copula, vt in hac propõne, homo eſt aial, ibi hoc verbũ eſt dicitur prædicatum formale & animal, dr̃ p̃dicatum materiale, & quandoque in propõne, prædicatum materiale, & formale ſecundum vocem, & realiter diſtinguuntur, quandoq; vero differunt ratione tantum, & non ſecũdum vocem, vt hic, homo currit.

Propõ de ſecũdo & tertio adiacente.

Quarto ſciendum q̃ propõnum categoricarum, quędam ſunt de eſt ſecũdo adiacente in quibus nõ ponitur aliquo prædicatum materiale, pręter illud verbum eſt, vt hic, homo eſt. Aliæ ſunt propõnes de tertio adiacente, in quibus præter illud verbum eſt ponitur prædicatũ aliud materiale, vt hic homo eſt aial, & in propõnibus de tertio adiacente prædicatum materiale, E & formale ſecundũ vocem diſtinguũtur, & formale, ſe in illis de ſcđo adiacente non diſtinguuntur realiter, ſed ratione tm̃, probatur, quia tale verbũ ſignificat, quendam actum per modũ fluxus, & fieri, & importat illum vt fluit ab agente, & recipitur in patiente, ratione cuius verbum ſignificat per modum actionis, vel paſſionis, & dicibilis ab alio. & de ratione actus, verbum dicit id quod vnitur cum ſubo, & habet rationem prædicati materialis ſed inquantum reſpicit id cuius eſt, ſcilicet id a quo fluit, vel in quo recipitur, eſt vnitiuũ ſui ipſius ad ſubie- F ctum, & habet rationem prædicati formalis, ideo in propoſitione de ſecũdo adiacente prædicatum materiale, formale, ratione diſtinguuntur.

Sed cõtra prædicta arguitur primo. Tm̃ ſunt duæ partes principales oĩnis, ſ. nomen & verbum, ergo propõ categorica non hẽt tres partes principales.

Secundo ſic. In iſta propõne, homo eſt, non reperiuntur ſubiectum, & prædicatum, & copula & tamẽ eſt categorica, igitur definitio non conuenit omni contento ſub definitio.

Tertio ſic. In iſta propõne homo

eſt

A eſt homo, homo eſt ſubiectum, & tñ
de ipſo non dr̃ aliud, cum idẽ prædicet
de ſeipſo, ergo male definitur ſubie-
ctum, quòd eſt de quo aliud dicitur.

Quarto ſic. Subiectum, & p̃dicatum
opponuntur, quia de rõne ſubiecti eſt
eſſe ſub, & p̃dicati eſt eſſe ſupra ergo
prædicatum non põt dici de ſubiecto

Quinto ſic. Idẽ nõ põt eſſe definiẽs
& definitum reſpectu eiuſdẽ, qa ſi ſic,
idẽ ignotius et noti⁹ eſſet reſpectu eiuſ
dem, ſed ſubiectum definitur per præ-
dicatũ, ergo male definitur prædica-
tum per ſubiectum.

Ad argumẽta. Ad primum di. ꝙ li-
cet ſint tm̃ duæ partes orationis eſſen
tialiter diſtinctæ quantum ad modos
ſignificandi ſ. nomen & verbũ tñ ſunt
plures accidentaliter diſtinctæ. ſ. quan
tum ad ſitum & numerum earũ in ꝓ-
põſione, & ſic diſtinguũt p̃dicatũ mate
riale, & ſubiectum propoſitionis.

Ad ſm dr̃, quod licet in illa ꝓpõne,
B hõ eſt, p̃dicatum, & copula nõ diſtin-
guant ſcd'm vocẽ, & realiter nõ diſtin-
guunt rõne vt prius viſum eſt. & ideo
poteſt reſolui in iſtã, homo eſt ens, vbi
p̃dicatum, & copula vocaliter diſtin-
guuntur, & ſimiliter q̃libet propõ, in
qua ponitur nomen & verbum tm̃ po
teſt reſolui per participium illius ver-
bi, & per hoc verbum eſt, vt homo le-
git. id eſt homo eſt legens.

Ad tertium dr̃, quòd in illa, hõ eſt
homo. licet p̃dicatum non ſit realiter
aliud a ſubiecto, eſt tñ aliud ſcd'm ſi-
tum, & numerum vocis. & hoc ſuffi-
cit, qa non ſumitur hic aliud proprie
vt dicit diuerſitatem eſſentialem.

Ad quartum dr̃, ꝙ ſubiectum et præ
dicatum accepta formaliter, quãtũ ad
intentiones ſubi & prædicari, opponũ
C tur, ideo iſta eſt impoſſibilis, ſubiectũ
eſt p̃dicatum, tñ ipſa accepta materiali
ter q̃ tũ ad illud, q̃ ſunt, non opponun
tur, & hoc modo vnum dicit de alio,

Ad quintum dicitur ꝙ licet in eſſen-
tibus abſoluti idẽ non ſit definiens &
definitum, tamẽ bene eſt in relatiuis,
in quibus vnũ põt eſſe magis, & min⁹

notum altero ſecundum diuerſas rõ- D
nes, & huiuſmodi ſunt ſubiectum &
prædicatum, & ideo per ſe inuicem
conuenienter poſſunt definiri.

Diuiſio propoſitionis categoricæ, in vniuerſalem particularem, indefinitam, & ſingularem.

Propõnum categoricarum, alia
vniuerſalis, alia particularis, alia
indefinita, alia ſingularis. Propoſi
tio vniuerſalis eſt illa, in qua ſubij
citur terminꝰ cõmunis ſigno vli's
determinatus. Vel propõ vniuerſa E
lis eſt illa, quæ oĩ, aut nulli in eſſe
ſignificat, vt omnis hõ currit, nul
lus hõ currit. Terminus cõmunis
eſt qui aptus natus eſt p̃dicari de
pluribus vt homo eſt terminus cõ
munis, quia prædicatur de Socra
te, & platone, & de vnoquoq; ho
mine Signa vniuerſalia ſunt hæc
omnis, nullꝰ, nihil, quilibet, alter,
vter, neuter, & ſimilia.

Poſtquam auctor præmiſit definitio Sola
num ꝓpõnis categoricę, hic conſequẽ
ter Auctor eã diuidit per vlem propõ
nem, particularẽ, & indefinitã, & ſin-
gularem. Cuius diuiſionis ſufficientia
ſic haberi poteſt, quia in omni propõ
ne categorica eſt ſubiectum, prædica-
tum & copula, vel ergo ſubiectũ eius
tenetur pro unico ſuppoſito, & ſic eſt F
ſingularis, vel pro plurib. & hoc dupli
citer, vel tenet ſub q̃titate indetermi-
nata per ſignũ, & ſic eſt indefinita, vel
ſub quantitate determinata per ſignũ
& hoc dupliciter, qa vl' illud ſubiectũ
determinatur p ſignum vniuerſale. &
ſic eſt vlis vel per ſignum particulare,
& ſic eſt particularis. Et dr̃ iſta diuiſio
ſummi ex parte quantitatis ꝓpõnis.

Primo ſciendum quòd quãtitatis ꝓ
põnis eſt diſpoſitio ſubiecti qua men-
ſuratur acceptio eius pro vnico vel ꝓ
pluribus. Et dicitur iſta diſpoſitio quã
titas

A tiitas tranſumptiue per ſimilitudinē, quia ſicut quātitas ꝓprie dicta eſt mēſura ſubſtātiæ, ſic iſta eſt menſura ſubiecti ꝓpoſitionis. Et q̄a iſta diuiſio ſumitur ex parte diſpoſitionis, ſubiecti ꝓpoſitionis, vt patet ꝑ ſufficiētiā eius, ideo ſumitur ex parte quātitatis, & iterū quia illa quantitas ſe tenent ex parte ſubiecti & materiæ, licet immediate ſumat ex parte quantitatis. Ex quo patet ꝙ nō eſt diuiſio gnīs ī ſuas ſpēs, quia iſta diuiſio ſemꝑ fit per formales drias, quod nō conuenit iſti diuiſioni, ſed magis eſt diuiſio ſubiecti accidēti.

Quidnā vniuerſalis ꝓpoſitio ſit, & q̄ ipsā cōſtituāt.

Secundo ſciendū ꝙ propoſitio vl̄is eſt in qua ſubijcitur terminus cōis ſigno vl̄i determinatus, vt omnis hō currit. Et ad ipſam requiritur primo ꝙ ibi ſit terminus cōis, cōiter tentus, defectu cuius iſta non eſt vl̄is, omnis homo eſt totum in quantitate, ſed ſingularis, quia licet hō ſcđm ſe ſit terminis cōis, tñ ibi capitur ſingulariter pro ſe ipſo, nō diſtributo in ordine ad prædicatū. ideo illa propoſitio eſt ſingularis. B Scđo requiritur ꝙ diſtribuat per ipſum, & teneatur vl̄iter, defectu cuius iſta non eſt vniuerſalis. non ois hō currit, ſed particularis, quia illud ſignū ois, non diſtribuit ſubiectum, ſed ꝑ negationē impeditur actio eius. & ſic patet ꝙ in propoſitione vniuerſali requiritur terminus vl̄is vniuerſaliter tentus, & ꝙ ſit vl̄is habet ex parte ſui ſignificati, & ꝙ ſit vniuerſaliter tētus habet a ſigno vniuerſali, & ab hoc vltimo propoſitio dicitur vniuerſalis.

C Tertio ſciendū ꝙ ad notificandum definitionē propoſitionis vl̄is auctor notificat terminum cōem & ſigna vniuerſalia. Vnde terminus cōis eſt aptus natus ꝑdicari de pluribus. Et huius rō eſt, q̄a terminus cōis, dr̄ cuius ſignificatum eſt cōicabile multis, ſicut homo ſignificat humanitatem, quæ cōicabilis eſt Socrati, & Platoni, & ſic de alijs, & quia tale ſignificatum cōe eſt repertū in multis actu vel aptitudine, ideo terminus cōis poteſt prædicari de multis, & communitas eius attenditur ex parte ſui ſignificati, & nō ex parte vocis, quia eſt parte vocis hō non habet maiorem cōnatem quam Socrates. D

Quid ſignū vniuerſale.

Quarto ſciēdum, ꝙ ſignū vniuerſale dr̄ ꝙ facit terminū, cui iungitur teneri vniuerſaliter ꝓ oībus ſuis ſuppoſitis, vel eſt ſignū ꝙ ſignificat q̄m vniuerſaliter, & ꝙ terminus, cui addit teneatur vniuerſaliter, & diſtributiue, ſignorum, quędā ſignificāt vl̄r, & affirmatiue, alia vniuerſaliter & negatiue. Ex quo patet ꝙ ſignū vniuerſale eſt quędā diſpoſitio ſubiecti non eñ abſoluta dicens quali ſit ſubiectū ſcđm ſe, ſed eſt diſpoſitio reſpectiua. dicens qualiter ſubiectū ſubijcitur ꝑdicato, & ꝓp hoc reperta fuerunt, & per hoc patet prima diuiſio propoſitionis categoricæ, & definitio primi membri eius. E

Argu.

Sed contra ꝑdicta primo arguitur. Membra diuiſionis propoſitionis categoricæ non ſunt oppoſita, igit̄ &c. Antecedens patet, q̄a particularis propoſitio cōtinetur in vl̄i, igitur illæ nō ſunt oppoſitæ vel oppoſita eſſent in eodē. Scđo ſic. In iſta, cuiuslibet hoīs aſinus currit, ſubijcitur terminus cōis ſigno vniuerſali determinatus & tñ eſt ia definita. igitur definitio propoſitionis vniuerſalis conuenit alijs a definito. Tertio ſic, iſta eſt vniuerſalis, nihil eſt in burſa, & tñ non ſubijciuntur terminus cōis, ſed tm̄ modo ſignū vniuerſale, ſ. nihil igitur contra illam definitionē. Quarto ſic. Iſta eſt vniuerſalis nō hō currit. cū ſit cōtradictoria iſtius hō currit. & tñ ibi nō ponitur ſignum vniuerſale igit̄ in illa definitione male ponitur ſigno vniuerſali determinatus. Quinto ſic, Oē vl̄e prædicatur de multis ſed nullū ſignū ꝑdicat̄ de multis igitur nullum eſt ſignū vniuerſale.

Solutio

Ad argumenta: Ad primum dicitur ꝙ propoſitio particularis, licet ſcđm ſuum ſignificatū contineat̄ in vniuerſali, non tamen formaliter, & ſecundū vocem, ideo formaliter bene opponūtur pœnes vniuerſale, particulare. Ad ſecundū dicit̄ ꝙ iſta, cuiuslibet hominis aſinus currit, eſt duplex ſubiectū ſ. ſubiectum

A ſubiectum locutionis, ꝙ reddit ſuppoſitum verbo, & ſubiectum diſtributionis, ꝙ ibi diſtribuitur per ſignum vle, rõne primi eſt indefinita, ratione ſcđi eſt vlis, ſed quia enunciatio ſimpliciter denominatur quãta ex parte ſubi locutionis, ꝙ proprie eſt ſubiectum enunciationis, ideo eſt ſimplr indefinita, & ſilr dicendum eſt de iſtis, cuiuslibet hominis oculus ex dexter oẽm hominem videt, Socr. ad tertium dr̃, ꝙ licet in iſta, nihil eſt in burſa non ponat explicite terminus cõis, tñ uirtualiter ponit & implicite in illo ſigno nihil

B ꝙ includit terminum ſuæ diſtributionis. Sens. Ad quartum dr̃, ꝙ in iſta nõ hõ currit, licet non ponatur formlr ſignum vniuerſale, tñ ibi ponitur diſtributio ex conſequenti ratione negationis; q̃ ꝑ ſe primo negat veritatẽ hui' propoſitionis, hõ currit. & per hoc remouet ꝑdicatum a quolibet ſuppoſito ſubi, quia hoc requiritur ad falſitatem huius, hõ currit, & ideo ex conſequenti ponit iſtã, nullus hõ currit, & diſtribuit ſubiectum. Ad quintum dr̃, ꝙ nullum vle ſignum eſt vlo in prædicando, ſed bene in diſtribuendo. ꝙ ſufficit, vt aliqua dicantur ſigna vniuerſalia.

Solutio

Quid particularis ac indefinita propoſitio ſit.

Propoſitio particularis eſt illa,

C in qua ſubijcitur terminus cõis, ſigno particulari determinatus, vt aliquis homo currit, quidã equus inquetit. Signa particularia ſunt hæc, aliquis quidã, reliquus, alter & ſimilia. Propoſitio indefinita eſt illa in qua ſubijcitur terminus communis, nullo ſigno determinatus, vt homo currit.

Poſtq̃ auctor determinauit de ꝓpoſitione vli, quæ inter alias hẽt pfectionẽ quantitatem, eo ꝙ ſubiectum eius teneat in actu. & ſm modum enunciãdi pro oibus ſuis ſuppoſitis, quod non fit in alijs, hic cõſequenter auctor determinat de propoſitione particulari, & in definita, & q̃a propoſitio particularis habet quãtitatem ſui ſubiecti determinatã ꝑ ſignum, nõ autẽ indefinita, iõ prius determinat de particulari ipſã ſic definiẽs, ꝓpoſitio particularis ẽ illa, i qua ſubijcit termin' cõis ſigno particulari determinatus, vt qdã hõ.

D

Primo ſciẽdum, ꝙ in propoſitione particulari ſubiectum contrahitur ad ſtãdum pro aliqua parte eius, ſiue pro aliquo ſuorum particularium, & inde dr̃ particularis, & q̃a terminus diſcretus non habet aliq̃ partẽ ſubiectiuam ſub ſe, ideo non hẽt cõtrahi ſtãdum ꝑ aliquo eius particulari, nec põt eſſe ſubiectum alicuius propoſitionis particularis, iõ oportet ꝙ in ea ſubijciatur terminus cois, & quia terminus cõis non hẽt de ſe maiorẽ determinationẽ ad ſtãdum pro natura ſimplici q̃ pro particularib. nec ad ſtando pro oibus ſuppoſitis ſimul, vel pro aliquib. tñ, ideo ad determinãdum ipſum pro aliquo particulari eius requirit, qđ ſit determinatus per ſignum particulare.

Particularis ꝓpoſitio; & eius ſubiectum.

E

Scđo ſciendum ꝙ ſignum particulare eſt diſpoſitio ſubiecti, determinãs ipſum ꝑ parte indeterminatã eius ſ ꝑ indiuiduo vago in ordine ad ꝑdicatum; & inde dr̃ particularẽ a parte, q̃a cõtrahit terminum ad aliq̃ partẽ eius vt dicendo, quidam hõ currit, illud ſignum qdã determinat hoiem ad indiuiduũ eius, licet indeterminatum, hõ n. remoto illo ſigno non hẽret talem determinationem, ſed poſſet indifferẽter accipi pro natura cõi, vel pro ſuppoſitis, & non eſt ſignum, particulare diſpoſitio abſolutio ſubiecti, ſed eſt diſpoſitio reſpectiua ſubiecti, dicẽs qualiter ſubiectum prædicato ſubijcitur ſicut dictum eſt de ſignis vniuerſalib.

F

Tertio ſciendum ꝙ propoſitio indefinita eſt illa, quã in ſubijcit terminus cõis ſine ſigno, vt hõ currit. Cuius rõ eſt, quia propoſitio indefinita eſt indeterminata ſecundum quantitatem, & acceptionẽ ſui ſubiecti, & quia terminus ſingularis ſemper habet determinatam acceptionem; quia tenetur pro

Indefinita propoſitio.

A vnico determinato ſuppoſito iō in ꝑpoſitione indefinita non p̄t ſubijci terminus diſcretus, ſed ibi requirit̄ terminus cōis: & q̄a terminus cōis accept⁹ cū ſigno vl̄i, vel particulari, ſp h̄et determinatā quātitatem, iō ad ꝑpoſitionē indefinitā requirit̄, & talis termin⁹ ponat̄ ſine ſigno, determinante ipſum ad certā quantitatem menſurādo acceptionē ei ꝑ vnico ſuppoſito, vel ꝑ plurib⁹, & ad ꝑpoſitionē idefinitā, & particularē requiritur, q̄d ſit ibi terminus cōis cōmuniter tentus, defectu cuius hæc non eſt indefinita, homo eſt ſpecies, quia hō ibi tenetur ſimpliciter.

B Quarto ſciēdū q̄d ꝑpoſitio idefinita non dr̄ indefinita, q̄a non habeat determinatā quātitatē ſ̄m rem, & intellectum, q̄a oīs ꝑpoſitio ſ̄m rē habeat determinatā quātitatem cum in ea ſit determinata acceptio ſui ſubiecti, ſed dr̄ indefinita, quia acceptio ſui ſubiecti nō eſt determinata ad certam quātitatem ſ̄m modum enunciandi quæ ꝓuenit ex diſpoſitione ſubiecti per ſignum vl̄e, per particulare. Ideo dr̄ indefinita, ideſt indeterminata, q̄a ſubiectum eius non eſt determinatū ſigno vl̄i vel particulari ad aliq̄ quantitatē, & licet ſubiectū eius ſupponat determinate quantū ad illud, pro quo verificatur locutio, tñ quantum ad modum enunciandi tenetur indeterminate, q̄a non determinatur per ſignum. & per hoc apparent definitiones propoſitionum particularis, & indefinitæ.

Vnde dicatur ꝑpoſitio indefinita.

C Sed contra prædictā primo arguit̄. Hæc eſt particularis non oīs hō currit, & tamen ibi non eſt terminus communis ſigno particulari determinatus igitur contra definitionem.

Argu. Secundo ſic. Nullū cōius p̄ot determinare minus cōe, cū ſit magis determinatum quā ſic cōius, ſed ſignū particulare eſt cōius, & minus determinatum qui termin⁹ cōis quia p̄ot applicari ad quēlibet terminum cōem, ergo non p̄ot determinare terminū cōem.

Tertio ſic. Signum particulare non remouet communitatem termini communis, quia quidam homo verificat̄ de tot hominibus, ſicut homo, ergo ſignum particulare nō contrahit terminum communem ad aliq̄ eius partē.

D Quarto ſic hæc eſt indefinita. Sortes eſt dictio diſſyllaba, q̄a Soc. ibi tenet̄ pro vocibus prolatis a diuerſis hominibus, & p̄ot pro qualibet verificari, & tamen ibi non ſubijcitur terminus communis, igitur in indefinita non ſēper ſubijcitur terminus communis.

Quinto. Iſta eſt indefinita, tantū homo currit, & tñ ibi non ponitur terminus communis ſine ſigno, igitur &c.

Solutio. Ad argumēta. Ad primū dr̄, quod licet in iſta, non omnis homo currit, nō ſit ſignum particulare formlr̄, tñ ibi eſt virtualiter rōne negationis remouentis vniuerſalitatem ſigni vniuerſalis ſequentis, & ponentis ex conſequēti particularitatem. Ad ſecundū dr̄, quod licet ſignum particulare ſit minus determinatum ſ̄m ſpeciem q̄ terminus communis, q̄a applicabile eſt indifferenter ad omnes ſpecies, tñ eſt magis determinatum ſ̄m numerum, & quo ad hoc poteſt contrahere terminum cōem ad aliquam partē eius. Ad tertium dr̄, quod licet ſignum particulare non contrahit terminū cōem ad partem determinatā eius. ſ. ad indiuiduum ſignatum, tñ bñ contrahit ipſum ad partem indeterminatā, & licet quidam homo, verificet̄ de tot ſuppoſitis de quot homo, non tñ p̄ot teneri pro natura ſimplici, ſicut homo per ſe ſumptus, iō eſt ibi determinatio quātum ad acceptionem; & prędicationē indiuidui vñ quidam homo, non prædicat̄ de multis hominibus, niſi a quiuoce, licet bene prædicatione ſpēi. Ad quartū dr̄, quod ſi Soc. ſumat̄ pro vno ſuppoſito eſt terminus diſcret⁹: ſed ſi ſumat̄ loco vnius vocis impoſitę ad ſignificādū oēs ſimiles voces in prolatione, ſicut ſumit̄ in hac Sortes, eſt dictio diſſyllaba, ſic h̄et rōnem termini communis, & ideo illa eſt indefinita, & Socr. ibi ſupponit determinate. Ad quītū dr̄, quod licet in iſta, tñ hō currit, ſit

E

F

A ſit ſignum excluſiuũ, non tñ ſignũ vniuerſale, vel particulare diſponens ſubiectum ſecundum vniuerſalitatem, vel particularitatem, & de illo ſolum eſt hic ad propoſitum.

De propoſitione ſingulari, & eius ſubiecto.

Propoſitio Singularis eſt illa, ĩ qua ſubijcit̃ terminus ſingularis vel diſcret⁹, vt Socrates currit vel termin⁹ cõis cũ ꝓ noĩe demõſtratiuo primitiuę ſpeciei, vt iſte hõ currit. Termin⁹ ſingularis vel diſcret⁹ eſt qui aptus natus eſt ꝑdicari de vno ſolo vt Soc. de ſeipſo.

B Poſtquã determinatum eſt de ꝓpoſitione vli, particulari, & indefinita, hic conſequenter Auctor determinat de ꝓpoſitione ſingulari. Ratio ordinis eſt, q̃a in tribus primis ſubijcit̃ terminus cõis cõiter acceptus, q̃ ſp põt teneri ꝓ mul is. in ſingulari vero ſubijcitur terminus ſingulariter captus, q̃ non põt tenere pro pluribus, ideo in illis tribus eſt ꝑfectior quãtitas ſubiecti ꝗ̃ in ſingulari, rõne cuius inter has ꝓpões auctor vltimo determinat de ſingulari ipſam ſic definiens. Propoſitio ſingularis eſt illa, in qua ſubijcitur terminus diſcretus uel communis cum pronomine demonſtratiuo.

C Pro quo ſciendum primo, ꝙ in propoſitione ſingulari ſubiectũ debet teneri ſingulariter, & pro vno tm̃ ſic, ꝙ non poſſit teneri pro pluribus, ratione cuius ipſa dicitur ſingularis. Et q̃a ois terminus communis, communiter acceptus tenet̃ pro pluribus in actu vel in aptitudine, ideo in propoſitione ſingulari non põt ſubijci terminus communis, communiter acceptus, ſed ibi requiritur terminus diſcretus, qui ſolũ ſumitur pro uno uel aliquod ſibi equiualens, ꝙ etiam tenet̃ ſingulariter, & pro uno tantum, ſicut eſt terminus cõmunis ſumptus cũ pronomine demõſtratiuo, ꝙ quidem pronomen contrahit terminum communem ad vnum ſuppoſitum determinatum.

D Secundo ſciendũ, ꝙ quatuor modis fit propoſitio ſingularis. Primo mõ, qñ ibi ſubijcitur terminus diſcretus, vt Socr. currit. Scdo modo, qñ ibi ſubijcitur terminus cõis, cũ pronoĩe demõſtratiuo, vt iſte homo currit, ꝙ debet intelligi de pronomine demõſtratiuo primitiuo, & non deriuatiuo, q̃a hæc eſt indefinita, mea tunica eſt alba. Tertio qñ ſubijcitur terminus cõis captus pro natura ſimplici ſignificata per ipſum, vel habens ſuppoſitionem ſimplicẽ, ut hõ eſt ſpecies, animal eſt genus. Quarto, qñ ſubijcitur aliqd dictum, ꝙ ſolũ ſuppõit ꝓ vno ſingulari dicto, vt hic, hominem currere eſt poſſibile, vel hic. hominem eſſe animal eſt neceſſarium, eſt propoſitio vera; ſimiliter in omnibus modalibus.

Quatuor modis fit ſingularis propoſitio.

E Tertio ſciendum, ꝙ cum dr̃ hoiem currere eſt poſſibile, il ud dictũ quod eſt hoiem currere; accipitur pro ſeipſo in defectu vnius uocis, q̃ nõ eſt impoſita ad ſignificãdũ ipſũ. ideo ſupponit pro tali dicto, nec poteſt ſupponere, nec appellare ꝓ aliquo alio dicto ſicut nõ põt ſumi pro iſto dicto, aſinũ moue i, uel hoĩem eſſe aſinũ. iõ tenet̃ ſingulariter. & reddit ꝓpoſitionẽ ſingularẽ, & licet ibi ñ ſubijciatur terminus diſcret⁹ formaliter, tñ ibi ſubijcit̃ virtualiter, & ęquiualẽter, & ſimiliter in alijs ſingularibus. Vnde ad declarationẽ definitionis propoſitionis ſingularis, hic definitur terminus diſcretus.

F Quarto ſciendũ, ꝙ terminus diſcretus eſt qui eſt aptus natus prędicari de vno ſolo. Cuius ratio eſt q̃a terminus diſcretus habet ſignificatum in comunicabile, quod eſt diſcretũ. i. diſtinctũ ab alijs, ſed incommunicabile non cõuenit pluribus. Actu, vel aptitudine, et quia ab eſſe in pluribus ſumit̃ dici de pluribus iõ terminus diſcretus nõ poteſt dici de pluralib⁹, ſed tm̃ de vno ſolo. ſ. de ſeipſo, vñ patet qđ idẽ ſũt terminus diſcretus ſecundum Logicũ, & nomen proprie qualitatis ſecundum Grãmaticũ, ſicut idẽ ſunt terminus cõmunis

Aduerte, ꝙ declaratur hic definitio termini ſingularis.

A munius,& nomen appellatiuum. Nomen em̃ appellatiuum habet ſignificatum communicabile multi, proprium vero incommunicabile,& per hoc patet declaratio definitionis propoſitionis ſingularis,& termini diſcreti.

Argu. Sed contra pradicta arguitur. Iſta eſt ſingularis in homo eſt ſpecies, & tñ, ibi non ſubijcitur terminus diſcretus, vel terminus communis cum pronomine demonſtratiuo, ergo contra diffinitionẽ propoſitionis ſingularis.

Scd̃o sic. iſta eſt singularis, omnes Apoſtoli Dei ſunt duodecim, & tamen ibi nõ ſubijcitur terminus diſcretus nec formaliter, nec virtualiter. quia ſubiectum actu tenetur pro pluribus, ergo definitio eſt mala.

B Tertio sic. In iſta totius, Soc. eſt albus ſubijcitur terminus diſcretus, & tamen non eſt singularis, quia ęquiualet iſti qualibet pars Soc eſt alba, modo ęquiualẽte. sũt eiuſdem quãtitatis, ergo definitio cõuenit alijs a definito.

Quarto sic. Nullũ indeterminatũ cõtrahit termi. cõem ad ſtandũ ꝓ aliquo vno ſingulari diſcreto, ſed pronomẽ demõſtratiuũ eſt indeterminatũ, qa significat ſubſtãtiã infinitã; & põt demõſtrare generaliter oẽ ens reale vel rõnis, igit terminus cõis ſumptus cum pronomine demonſtratiuo non facit propoſitionem ſingularem.

C Quinto arguitur sic, Soc. eſt terminus diſcretus. & tñ prædicatur de iſto Socr. & de illo, ergo terminus diſcret⁹. non prædicatur ſolum de vno ſolo.

Solutio Ad argumẽ a. Ad primũ dr̃, q: i iſta hõ eſt ſpes, nõ ſubijcit termin⁹ diſcretus formaliter, ſed bene virtualiter, qa hõ, ibi tenet simpliciter, ꝓ natura simplici, in ſe accepta ꝑ modũ vni⁹ diſcreti, & hẽt modũ singularis vnius reſpectu huius ꝑdicati ſpẽs, qđ cõuenit sibi ſcd̃m ſe, & nõ qua cõis eſt inferioribus, ſed inquantum differt ab eis.

Ad ſecundũ dicitur quod ſi in iſta omnes Apoſtoli Dei ſunt duodecim oẽ ſumatur diſtributiue, vel ſincatego reumatice eſt vlis, & falſa, & ſi collectiue, vel categoreumatice eſt ſingularis & vera, & licet ſubiectũ ibi teneat actu ꝑ pluribus. tñ illa plura accipiũtur vt collecta per modum vni⁹ diſcreti, vt ſunt vnum ſubiectũ hui⁹ numeri duodecim, & ſic eſt ibi virtualiter terminus diſcretus vel ſingularis. D Ad tertiũ dicit, quod ſi in illa tot⁹ Soc eſt albus, li totus, teneat collecti pro perfecto, eſt ſimpliciter ſingularis, ſed ſi teneat diſtributiuę pro partibus integralibus vt tantum valet, ſicut qualibet pars tunc eſt virtualiter vniuerſalis, ſed adhuc eſt formr̃ ſingularis. Ad quartum dicit quod ꝓnomen cõſyderatũ ſcd̃m ſuos modos significãdi eſſentiales, q ſunt ſignificare per modũ ſubſtantiæ indeterminate, & determinabilis, eſt indeterminatum, nec põt E determinare, nec contrahere terminũ communem, ſed ipſum cõſyderatum quantum ad ſuos modos ſignificãdi accidentales, q ſunt relatio, vel demõſtratio, virtute demonſtrationis contrahit terminũ cõmunẽ, cui addit, ad ſtandũ ꝓ vno ſuppoſito determinato. Ad quintũ dr̃. qđ licet Soc dicatur ęquiuoce de iſto. & de illo. non tñ vniuoce ſcd̃m vnã rõnẽ. & licet iſte Soc. & alius habeant eãdẽ rationem communem, vt qa conueniunt in nõie hominis, non tñ vt conueniunt in hoc nomine Soc. ſignificat eos ſecundum idem ſignificatum, nec ſecundum eandem impoſitionem vocis. B

Diuiſio propoſitionis in affirmatiuam, & negatiuam, & quid vtraque ſit.

Propoſitionũ categoricarũ alia affirmatiua, alia negatiua; affirmatiua eſt illa, in qua prædicatũ coniungitur cum ſubiecto, vt homo currit. Negatiua eſt illa, in qua prædicatum remouetur a ſubiecto, vt homo non currit.

Poſtquam Auctor præmiſis diuiſionem propoſitionis categoricę ſumptã

Diuiſio gñis in ſuas ſpecies.

A ex parte quātitatis & materiæ eius, & ĩt poſuit definitiones mēbrorū eius, hic conſequēter ponit aliā diuiſionē ꝓpoſitionis categoricæ, quæ ſe tenet ex parte formæ, & qualitatis eſſētialis ꝓpoſitionis, dicens ꝓpoſitionū, alia affirmatiua, alia negatiua. Cui⁹ diuiſionis rō eſt, qa in oi ꝓpoſitione categorica eſt compoſitio pdicati, & ſubiecti, vel ergo ibi compoſitio eſt ſm voces tm̄, & ſic eſt negatiuo, vel ſic ſm voces, & ſignificata, & ſic eſt affirmatiua.

Pro quo ſm primo, qđ in oi voce complexa eſt compoſitio plurium vocum ſignificatiuarum. Et qa oīs propoſitio categorica eſt quædam vox cō-B plexa ex ſubiecto, & pdicato, iō in qualibet categorica eſt compoſitio ſubiecti, & pdicati. Sed ſubiectum qñque componitur cum prædicato ſm vocē & ſignificatum ſimul, vt hic hō eſt animal, ibi eſt compoſitio hominis, & animalis ſm voces, & ibidem, ſignificatur compoſitio eorum ſm ſignificata. Qñque vero componunt ſubiectū & prædicatum ſcđm voces tm̄, & ibi ſignificatur diuiſio eorum quantum ad ſignificata, vt hic, homo non eſt aſinus ſignificatur diuiſio, & remotio ſignificatorum hominis, & aſini.

Quid ꝓpō affirmatiua.

Secundo ſciendū, qđ propoſitio affirmatiua eſt illa, in qua pdicatū affirmaẽ de ſubo, vt hō currit, & ponitur illa, loco gñis, & reſiduū ad drīam propoſitionis negatiuæ, in qua pdicatum non affirmaẽ de ſubo. Et dr̄ aliquid affirmari de ſubiecto aliquo. qđ componiẽ cum ipſo mediante copula verbali non negata. Et quia in propoſitione affirmatiua prædicatū componiẽ cum ſubiecto mediante copula verbali ſine negatione, & ibi deſignatur compoſitio ſubiecti: & prædicati, ideo in ipſa prædicatū componitur cum ſubiecto, non eſt tñ intelligendum de intentionibus ſubiecti, & prædicati, quod cōponantur inter ſe, ſed dēt intelligi de rebus ſubiectis intentionibus illis.

Quid ꝓpō negatiua, & eius ab affirmatiua diſcrimē.

Tertio ſciēdum qđ ꝓpoſitio negatiua eſt illa, in qua prædicatum remouetur a ſubiecto, vt hō non currit. Ratio D eſt, qa illud dr̄ remoueri a ſubiecto qđ ſolum componiẽ cum eo ſm vocē, & denotatur diuidi, & ſeparari ab eo ſecundum rem, & ſic eſt in negatiua, vt prius dictum eſt. ideo in ea pdicatum remoueẽ a ſubiecto ſm modum enunciandi. ſ. mediante negatione compoſitionis deſignatę per verbum eſt, & ꝓ hoc differunt propoſitio affirmatiua, & negatiua. Ex quo patet. quod ꝓpoſitio affirmatiua, et negatiua inter ſe differunt ſecundum ſpēm. Cuius rō eſt, quia quęcunque differunt ſecundum ſuas formas eſſentiales ſic, qđ drīa ſumaẽ ab illis formis eſſentialib. dū mō conueniant in gñe, differunt in ſpē, ſed drīa ꝓpōnis affirmatiuæ, & nega- E tiuæ ſumitur ſm ſuas formas eſſentiales, qa ſumitur ex parte cōpoſitionis, quę eſt forma eſſentialis categoricę, iō propoſitione illę ſpē differunt, & iō diuiſio prius poſita eſt diuiſio generis in ſuas ſpecies ſecundum modum.

Affirmatio, & negatio, quid & qua rōne ſint eſſentiales drīæ ex primo Periherm. c. 5. 6.

Quarto ſciendum. qđ affirmatio, et negatio dupliciter accipiuntur. Vno modo formaliter, ſ. affirmatio ꝓ compoſitione affirmatiua pdicati cū ſubiecto, negatio ꝓ compoſitione negatiua eorūdem, quæ fit ꝑ negationem appoſitā verbo capiendo negationem pro aduerbio negandi, & iſto modo affirmatio, & negatio ſunt drīę eſſentiales enunciationis categoricę. Alio modo materialiter. ſ. affirmatio pro oratione affirmatiua, & negatio ꝓ orōne negatiua, & hoc modo ſunt ſpēs enuncia- F tionis, & ab Ariſt. definiūẽ. Affirmatio eſt enunciatio alicui⁹ de aliquo Negatio vero eſt enunciatio alicuius ab aliquo. & capiendo iſto modo, diuiſio pſens fit in ſpecies, ſed capiendo affirmationem & negationem primo mō formaliter, ſic fit ꝑ differentias formales.

Argu.

Sed contra pdicta primo arguitur ſic. Nulla oratio, in qua deſtruitur forma cōpoſitionis, eſt propoſitio, ſed negatiua eſt huiuſmodi, quia negatio deſtruit compoſitionē, q̄ eſt forma ꝓpoſitionis, igiẽ nulla ꝓpō eſt negatiua.

Secundo

A Secundo ſic. Hæc eſt categorica, ꝙ libet eſt, vel non eſt, & tamen non eſt affirmatiua, vel negatiua, q̄a vnū mē-brum affirmatur, & aliud negat̄, & ſic non debet magis dici affirmatiua quā negatiua. igit̄ contra diuiſionem datā. Tertio ſic. Hæc eſt affirmatiua. Soc. q̄ nō currit mouetur, & tñ ibi prædicatū non affirmatur de ſubiecto, cū ibi ſit negatio negans præcedens prædicatum, ergo male definit̄ ꝓpoſitio affirmatiua. Quarto ſic. Vbi prædicatum componitur cum ſubiecto non remouetur ab eo, ſed in propoſitione negatiua prædicatum componitur cum ſubiecto cum hoc ſit de ratione propoſitionis, igitur non remouetur prædicatum a ſubiecto, igitur &c. Quinto ſic.
B Hæc eſt negatiua, homo non eſt animal, & tamen prædicatum non remouetur a ſubiecto, cum impoſſibile ſit animal remoueri ab homine, igit̄ &c.

Solutio. Ad argumenta. ad primum dicit̄, ꝙ licet in propoſitione negatiua deſtruatur compoſitio ſignificatorū ſubiecti, & p̄dicati, non tñ deſtruit copula verbalis ſm ſe, nec compoſitio prædicati, & ſubiecti ſm vocem. Ad ſecundum dicitur ꝙ ſi iſta quodlibet eſt, vel non eſt, ſit vna diſiunctiua, ſic eſt affirmatiua, q̄a eius copula principali. ſ. coniuncto illa, vel non negatur, & ſimiliter, ſi ſit categorica de diſiuncto prædicato,
C eſt affirmatiua, q̄a principalis eius copula non negatur, ſenſus, n. eſt, quodlibet eſt ens, vel non ens, & illud verbū eſt, non negatur. Ad tertiū dicitur, ꝙ hæc eſt ſimpl'r affirmatiua, homo, qui non currit mouetur, quia principale verbum eius. ſ. mouetur, non negatur. & licet negatio negans præcedat ipſū, hoc tñ non eſt immediate, ſed actus eius terminatur ſuper illud verbū currit, ꝙ ſe tenet ex parte ſubiecti, q̄a hoc totum, qui non currit, eſt quædam implicatio determinatiua ſubiecti. Ad quartum dicitur, ꝙ vbi prædicatum componit̄ cum ſubiecto, non remouetur ab eo ſm id in quo componitur, ſed bene ſecundum aliud modo in negatiua prædicatum ſecundum diuerſa
D cōponitur, & diuiditur a ſubiecto, vt viſum eſt prius. Ad quintum dr̄, quòd in iſta, homo non eſt animal, p̄dicatū non remouetur a ſubiecto ſecundum rem, ſed bene ſecundum modum enūciandi ſ. ꝑ negationem, qua denotatur ab ipſo ſeparari, & hoc modo intelligitur remoueri in definitione propoſitionis negatiuæ, ideo non ſequitur.

De triplici propoſitionis interrogatione.

Diuiſa propoſitione, tripliciter, E ſciendum eſt quod triplex eſt q̄ſitiuum, per quod q̄rimus de ipſa propoſitione, ſ. Quę, Qualis, & Quanta, Quæ, quærit de ſubſtantia propoſitionis. vn̄ ad interrogationem factā per Quæ reſpondendum eſt categorica vel hypothetica. Qualis, q̄rit de qualitate propoſitionis, ideo ad quæſtionem factā per qualis. reſpondendū eſt affirmatiua vel negatiua, Quanta, q̄rit de quātitati propoſitionis. iō per Quanta reſpondendū eſt vniuerſalis, vel particularis, indefinita, vel ſingularis, vnde verſus.

Quæ ca, vel hyp; qualis, ne vel F
af, V. quanta par. in, ſin.

Poſtquā Auctor poſuit tres diuiſiones, vnam ꝓpoſitionis in cōmuni, & duas propoſitionis categoricæ, hic cōſequēter oſtēdit aliqua q̄ſitiua illis diuiſionibus correſpondentia ad quærēdum de membris earūdē dicens, ꝙ ſecūdum triplicem diuiſionem propoſitionis, triplex eſt eius quæſitiuū ſ. quę, qualis, quāta. Quorum ſic habetur ſufficientia, quia omne q̄ſitiuum abſolutum ꝓpoſitionis, vel quærit de ſubſtātia eius, vel de accidēte. Si primum ſic eſt quæ. Si ſecundum hoc eſt dupl'r vel quærit de quantitate, & ſic eſt quāta, vel de qualitate, & ſic eſt qualis.

A Pro quo ſciendum primo, quod hic non enumerantur omnia quæſitiua generaliter, quibus poteſt interrogari de propoſitione, ſed ſolum enumerantur hæc quæſitiua correſpondentia tribus prædictis diuiſionibus, quibus quærimus de ſubſtantia, quantitate, & qualitate propoſitionis, & magis hæc enumerātur quam alia quæſitiua, vt ſunt, ne, an, vtrum duplici ratione. Primò, quia iſte tria quærit de ſubſtātia, qualitate, & quātitate propoſitionis, alia verò de veritate, & falſitate modo inferius determinatur de appoſitione, cōuerſione, & æquipollentia propoſitionum ad quas cognoſcendas neceſſa iū

B eſt cognoſcere ſemper ſubſtantiā, qualitatem, & quantitatem propoſitionis, non aūt veritatē, & falſitatem propoſitionis. alia ratio eſt, qa iſta tria quærunt de his, quæ conueniunt propoſitionis ſecūdū ſe abſolutè, alia verò de his, q̄ ſibi conueniunt reſpectiuè. ſ. per reſpectum ad eius ſignificatū, ideo iſta hic potius enumerantur, quam alia.

Quę ſubſtantia qualis, qualitate, quanta quātitate quęrit enuntiationis.

Scđo ſciendū, ꝙ vt dicit in textu, quę quærit de ſubſtantia propoſitionis, eo ꝙ eſt nomen infinitū ſignificans ſubſtantiam infinitam, & quæſitiuū, ſubſtantiæ rei ad quā applicatur, & quærit inſtrumentaliter tantū, non aūt principaliter per modum principalis agētis, & ſibi debet reſpōderi categorica, vel hypothetica, quæ dicunt ſubſtantiam propoſitionis. Et ſunt membra diuiſionis eius datæ penes ſubſtantiam. Sed

C quanta quærit de quātitate propoſitionis, eo ꝙ eſt quæſitiuum quātitatis ad quod debet reſponderi vniuerſalis, vel particularis, infinita, et ſingularis, eo ꝙ illa ſunt mēbra diuiſionis ꝓpoſitionis ſumptæ penes quantitatē eius, & materiam. Sed qualis quærit de qualitate propoſitionis, eo ꝙ eſt q̄ſitiuū qualitatis, et ſibi dēt reſpōderi affirmatiua, vel negatiua, q̄ dicūt qualitatē ꝓpoſitionis.

Tertio ſciendū, ꝙ ſubſtantia accipitur dupliciter. Vno modo propriè, vt ē ens per ſe, ſicut dicimus, ꝙ hoc nomē hō ſignificat ſubſtantiā. Alio mō tranſumptiuè, & generaliter pro oī illo, ꝙ D accipit ſecūdū ſe, & per modū ſubſtantiæ, vt cū dicitur, quod albedo eſt ſubſtantia albi. In propoſitione autem nō reperitur ſubſtantia propriè dicta, ſed intelligit, quod in ipſa eſt modus ſubſtantiæ. ideo quæ non quærit de ſubſtantiæ abſolute, ſed de ipſa accepta ꝑ modum ſubſtantiæ. Similiter in propoſitione non reperitur quantitas ꝓpriè dicta, vt eſt menſura ſubſtantiæ materialis, ſed ibi reperitur tranſum, tiuè. i. ſimilitudinarie quantitas, vt eſt menſura acceptionis ſubiecti propoſitionis, & ſimiliter eſt de qualitate, vñ affirmatio, & negatio ſecundum ſimilitudinē dicūtur qualitates ꝓpoſitionis B

Quartò ſciendum, qđ dupliciter pōt intelligi affirmationem, & negationē eſſe qualitates propoſitionis. Vno modo qđ ſint qualitates accidētales, & accidentia conſequentia propoſitionem affirmatiuā, & negatiuam, & hoc modo nō debet intelligi, qa nō aduenīūt ipſis poſt ſuum eſſe complectum, quia non eſt propoſitio affirmatiua, niſi habeat affirmationem. Alio modo, quod ſint qualitates eſſentialis illarū ꝓpoſitionū. Et iſto modo dicūtur qualitates ꝓpoſitionis, & hēt modū accidētis reſpectu propoſitionis in cōi, cuius ſunt differentiæ diuiſiuæ, ſicut ſemper differentiæ diuiſiuæ alicuius generis habēt modū accidētis reſpectu illi⁹ generis.

Qūo affirmatio, ac negatio ſint propoſitionis qualitas.

Sed contra prædicta arguitur primo ſic. Per vtrū bene querimus de ſubſtātia propoſitionis, & etiā de quātitate, vt dicendo vtrum iſta, homo currit, ſit categorica, vel hypothetica, & tamē illud quæſitiuum nō enumeratur inter iſta, igitur hic inſufficienter enumerātur quæſitiua correſpōdētia tribus diuiſionibus premiſſis. Scđo ſic. Per quę querimus de quantitate propoſitionis dicendo, quę quantitas eſt in hac propoſitione, homo eſt ergo, quæ nō ſolum quærit de ſubſtātia propoſitionis. Tertio ſic. omnis quātitas eſt cōtinua vel diſcreta, ſed propoſitio nō habet quātitatem continuam nec diſcretam, igitur

Argu. F

A tur non habet quantitatẽ, nec quanta quærit de quantitate eius. Quarto ſic vnius quæſitiui eſt tantum vnum reſponſiuum, ſed quanta eſt vnum quæſitiuum, igitur non ſibi debent reſponderi iſta quatuor, ſcilicet vniuerſalis particularis, indefinita, & ſingularis. Quinto ſic Qualis eſt quæſitiuũ qualitatis in communi, igitur non eſt propriæ quæſitiuum propoſitionis. ergo male enumeratur inter quæſitiua eius.

Solutio Ad argumenta. Ad primum dr, qđ per illud quæſitiuum vtrum, bene quæritur indirectè de ſubſtantia, vel quantitate propoſitionis, non tñ directè, ſed per ipſum quęritur directè de veritate propoſitionis in qua poteſt fieri mẽtio de ſubſtantia, vel quantitate, vt hic, vtrũ hõ currit, ſic categorica directè quæritur veritas huius propoſitionis, homo

B currit eſt categorica. Ad ſecundum dicitur, ꝙ per quæ, quandoque quęritur de quantitate propoſitionis, accepta ꝑ modum ſubſtantiæ ſecundum ſuam eſſentiam, non tñ quęritur de ipſa ſecundum eſſe quantitatis, vt eſt denominatiua propoſitionis, ſed hoc ſolum fit ꝑ quanta. Ad tertium dicitur, quod oĩs quantitas propriè dicta eſt continua, vel diſcreta, non tamen quantitas accepta transumptiuè, ſicut hic accipitur.

Ad quartum dicitur, ꝙ vnius quæſitiui eſt tantum vnum reſponſiuũ adæquatum, & proprium, tñ poſſunt eſſe plura particularia non adæquata, & ſic ẽ, de iſto quęſitiuo quanta, ꝓprium eius

C reſponſiuum eſt quãtitas propoſitionis in cõmuni. particularia vero reſponſiua eius, cõtenta ſub quantitate propoſitionis ſunt cõi. particularia vero reſponſiua eius, contenta ſub quantitate ꝓpoñis ſunt vniuerſale. particulare, & ſic de cæteris, & debet reſpõderi tñ vnum reſponſiuum, cum quęritur de vnica propoñe, & de diuerſis dantur diuerſa reſponſiua. Ad quintum dicitur, ꝙ qualis in communi eſt quæſitiuũ, qualitatis in cõi, ſed per applicationẽ ad propoſitionem dici ꝑõt quęſitiuũ, qualitatis propoſitionis, & ẽt propriũ eo, quod non quęrit de alijs accidentibus eius, & ſimaliter diceretur de alijs quęſitiuis.

D

De propoſitionum in terminis communicatione.

Item propoſitionum categoricarum, aliæ participant vtroque termino, vt hõ currit, homo non currit, aliæ verò altero termino tantum, vt homo currit, homo diſputat. Aliæ verò nullo termino, vt homo currit. Socrates mouetur. Itẽ propoſitionum participãtiũ vtroque termino, quædam participãt vtroque termino ſecundum eundem ordinem, vt homo currit, homo non currit, quædam verò ordine conuerſo, vt homo eſt animal, animal eſt homo.

E

Poſtq̃ Auctor determinauit de propoſitione ſm ſe, & quantum ad principia eius, hic conſequenter incipit d̃terminare de aliquibus paſſionibus eius, ſ. de oppoſitione, conuerſione, & æquipollentia. Et antequam de ipſis determinet, duas diuiſiones ponit valentes ad cognitionem ipſarum. Quarũ prima eſt propoſitionum categoricarum quædam participãt vtroque termino: aliæ verò vno tantum, aliæ verò nullo. Cuius diuiſionis ſic põt haberi ſufficiẽtia, quia omnes propoſitiones categoricæ, vel côueniunt in extremis. vel diſconueniunt. Si conueniunt, hoc eſt dupliciter, vel conueniunt in vtroque ſimul, & ſic eſt primum membrũ, vel in altero tm̃, & ſic ẽ ſm̃, vel diſconueniunt in vtroq; ſimul, & ſic eſt tertiũ. F

Pro quo primo ſciẽdum, ꝙ participare tripliciter accipitur. Vno modo idẽ eſt ꝙ participati rationem ſuſcipere, ſicut ſpecies participat genus. q. ſuſcipit definitionem eius. Scdo modo idem eſt, quod partem rei capere ſicut duo fratres dñr patris bona participare. Tertio modo idẽ eſt, qđ conuenire in aliquo, vt qñ aliqua duo conueniũt in aliquo tertio, & iſto mõ ſumit in propoſito. Quid termino participare.

A poſito, & ideo illæ propoſitiones dñr participare vtroq; termino, quæ conueniunt in vtroq; ſuorum terminorũ, ſeu extremorũ, .i. in ſubo, & pdicatio.

Quid propoſitionis terminis. Secundo ſciendum quod terminus eſt dictio materialiter, & per ſe terminans propoſitionem. Et dicitur materialiter, ad differentiam copulæ verbalis, quę terminat formaliter, & dicitur per ſe ad differentiam diſpoſitionum ſubiecti, & prædicati, ſicut ſunt ſigna diſtributiua, & adiectiua, quæ non terminant per ſe propoſitionem. Et dicitur terminus terminando, eo quod terminat propoſitionē ſicut extremũ ei⁹.

Tertio ſciendum, quod conuenientia, vel diſconuenientia vnius propoſitionis ad aliam, eſt accidēs reſpectiuũ propoſitionis, & nō abſolutum, & qa iſta diuiſio, attenditur penes conueniētiam, & diſconuenientiam propoſitionis vnius ad aliam, ſeu cum alia ex parte ſuorum terminorum, ſequitur, qđ B diuiſio, ſumitur ſecundum accidentia propoſitionis. quare iſta diuiſio eſt ſubiecti in accidentia nō generis in ſuas ſpecies. Et valet iſta diuiſio ad cognoſcendum quibus propoſitionibus oppoſitio cōuerſio, & æquipollentia conueniunt, & quibus nō, quia ſolum cōueniunt propoſitionibus vtroque termino participantibus. vnde iſtæ tres ſunt paſſiones reſpectiuè, quæ ſolum conueniunt propoſitioni per compatationem ad aliam propoſitionem.

Quarto ſciendum, ꝙ propoſitiones vtroq; termino, participantes iterũ diuidunt, quia quædā participant vtroque termino eodem ordine, aliæ verò ordine cōuerſo, vnde illæ ſunt participātes vtroq termino eodē ordine, quæ C ſunt eiuſdem ſubiecti, & eiuſdē prędicati, vt hō eſt albus, homo nō eſt alb. Sed illæ ſunt participantes ordine cōuerſo, quarum pdicatum vnius ē ſubiectum alterius, & econtra, vt hō eſt albus, album eſt hō, & per hoc faciliter daretur ſufficiētia huius diuiſionis. Et valet iſta diuiſio ſimiliter ſicut pcedēs ad cognoſcēdum quib. propoſitionib. oppoſitio, & æquipollētia conueniant quia ſolum conueniunt participantib. vtroq. termino eodem ordine, & quibus cōueniat cōuerſio, quia ſolũ cōuenit participātib. vtroq. termino ordine cōuerſo. Et per hoc patent iſtę duæ diuiſiones ppoſitionum categoricarũ.

Argu. Sed contra prędicta primo arguitur diſtinctæ propoſitiones ſemper habēt diſtinctos terminos, cum diſtinguantur per ſua ſubiecta, & prædicata, ergo nullæ ppoſitiones diſtinctæ participāt vtroque termino. Secundo ſic. Omnes propoſitiones categoricę conueniunt in ratione propoſitionis categoricæ, cum quælibet propoſitio categorica, ſemper habeat duos terminos, ſubiectum, & prædicatum, .i. igitur nullæ participant altero termino tantum, cum tm̄ excludat oē aliud. Tertio ſic. In oī propōne categoricā reperit hoc verbũ eſt, & tñ eſt terminus, quia terminat, & actuat propōnem, & ēt eſt pdicatũ propōnis ergo omne ppoſitiones aliquo termino participant, & non ſunt aliquæ nullo termino participantes. Quarto ſic In qualibet propōne eſt vnus ordo, ergo diuerſæ propoſitiones habent diuerſos ordines, ergo nullæ ſunt propoſitiones partipantes eodem ordine, contra ſecundam diuiſionem. Quinto ſic Ordo propoſitionis eſt ordinatio ſuorum terminorũ, .ſ. ſubiecti, & prædicati, ſed in omnib. eſt ordinatio eadē, quia ſubiectum, & prædicatũ ſimiliter ordinantur, cum ſemper ſubiectum pcedat prædicatũ, igit nullæ ſunt participantes ordine conuerſo.

F Ad argumēta. Ad primum dr̄, ꝙ licet oēs propoſitiones diuerſæ hānt diuerſos terminos ſm numerum qa qđ ſemel dictũ ē in vna propōne, amplius reſumi non pōt idem numero, tñ bene hn̄t eoſdē terminos ſm ſpēm vocis, & ſignificati ſimul. Ad ſm dr̄, ꝙ ſi tm̄, faciat excluſionē reſpũ cōuenientiæ propōnis in cōi, ſic nullæ categoricæ cōueniūt tm̄ vno terminorũ, ſed ſi faciat excluſionē reſpũ cōueniētiæ terminorũ, ſic aliquę propōnes cōueniunt in alte

A re ctõ,& ſic intelligitur circa ꝑcedentem diuiſionem. Ad tertium dr̃, ꝙ hoc verbum eſt, non eſt terminus, q̃a licet terminet propoſitionem formalr, & in ratione copulæ, non tñ materialiter, in quantum hēt rationem copulæ. & ſi aliqñ ſit prædicatum, vt hic, homo eſt, tñ in ratione copulæ non dr̃ prædicatum materiale, ideo ratione ipſius nõ oẽs ꝓpoſitiones participant vno termino. Ad quartum dr̃ ꝙ licet diuerſæ propoſitiones ſp habeãt diuerſum ordinem in numero, nõ tñ in ſpecie. Ad quintum dicitur, ꝙ licet ſubiectum, & prædicatum, accepta ſm illas intentiões ſimiliter ordinentur in propoſitionem, quia ſemper illud, ꝙ hēt ratione ſubiecti præponit alteri tñ quantum

B ad res ſubiectas intentionib. illis non ſemper ſimiliter ordinãtur, q̃a aliquã do ſubiectum vnius propoſitionis ſit prædicatum alterius. & econuerſo.

De propoſitionum oppoſitione, quæque ſint contraria, ac ſubcontrariæ.

Item propoſitionum participãtium vtroque termino, ſecundum eundem ordinem, aliæ ſunt contrariæ, aliæ ſubcontrariæ, aliæ cõtradictoriæ, aliæ ſubalternæ. Contrariæ ſunt, vl̃is affirmatiua, et vl̃is

C negatiua eiuſdem ſubiecti, & eiuſdem ꝑdicati, vt non omnis homo currit, & nullus homo currit. Sub cõtrariæ ſunt, particularis affirmatiua & particularis negatiua eiuſdem ſubiecti, & ꝑdicati, vt quidã hõ currit, & quidã hõ non currit.

Poſtq̃ Auctor ꝓmiſit duas diuiſiones va etes ad cognoſcẽdũ cõuerſiones, oppoſitiones, & æquipollẽtias ꝓpoſitionum, hic conſequẽter determinat de illis paſſionib. & primo de oppoſitionib. Cui⁹ ratio eſt, q̃a oppoſitio ſolum conuenit propoſitionib⁹, q̃ participat ſm eundẽ ordinẽ, & conuerſio cõuenit illis, q̃ participãt ordine conuerſo, iõ oppoſitio ꝓcedit conuerſionẽ. D Et q̃a æqpollentia ſumitur reſpectu propõnum oppoſitarum, q̃ tñ nõ æqui ꝓollentes, ideo ẽ. oppoſitio ꝑcedit æqpollẽtiã, q̃re conuenienter de eis nũa tur prius de oppoſitionib. qꝫ am alijs.

Primo ſciẽdũ, ꝙ duplex eſt oppoſitio, quædã eſt oppoſitio rerum, vel terminorum, q̃ eſt repugnantia aliquorũ duorum, non ꝑmittẽdũ ſe ſimul, & reſpectu eiuſdẽ, & de iſta non determinat hic, ſed i Poſt pdicamẽt.s. Alia eſt ꝓpoſitio ꝓpoſitionum, vel modorum enunciadi, q̃ eſt repugnantia duarũ nõ categoricarũ eiuſdẽ ſubi, & eiuſdem ꝑdicati in qualitate, & quantitate ſimul, vel in altero eorum, & illo modo hic conſiderat̃ de oppoſitione, & de propoſitionibus oppoſitis. Vnde ad cognoſcendum ſpecies oppoſitionis præ dictæ, hic auctor ponit diuiſionem propoſitionum oppoſitarum.

Duplex oppoſitionum genus: Perihermeniæ. cap. 5.

Quatuor ꝓpoſitionũ oppoſitio.

E

Pro quo ſciendum ſcđo, ꝙ ꝓpoſitionum oppoſitarum, aliæ ſunt contrariæ, aliæ ſubcontrariæ, aliæ contradictoriæ, aliæ ſubalternæ. Cui⁹ diuiſionis ſic habet ſufficientia q̃a oẽs ꝓpoſitionis oppoſitæ hẽt repugnantia inter ſe, vel ergo repugnantia in qualitate, & quantitate ſimul. & ſic ſunt contradictoriæ, vel i al. e o eorũ tñ, & ſic eſt duplr q̃a vel repugnãt ĩ quãtitate ſolum, & ſic ſunt ſubalternæ, vel ĩ qualitate hoc eſt triplr vel ambæ ſunt vl̃es, & ſic ſunt cõtrariæ, vl ambæ ſunt particulares, & ſic ſunt ſubcontrariæ, vl ambæ ſunt ſingulares & ſic iterũ ſunt cõtradictoriæ.

F

Tertio ſciendum, qđ contrariæ ſunt vl̃is affirmatiua, & vl̃is negatiua eiuſdem ſubiecti, & eiuſdẽ ꝑdicati, vt qui libet homo currit, & nullus homo currit, & in ipſis requiritur idẽtitatis ſub iecti, & ꝑdicati i tribus, vel ſm tria. Primo, qđ ſint eadẽ ſm vocẽ, ratione cui⁹ iſtæ non contrariant, q̃libet homo currit, nullum rationale currit. Secundo, qđ ſint eadẽ ſm ſignificata, ratione cuius iſtæ non contrariant, omnis canis currit, nullus canis currit, ſi canis accipiatur æquiuoce, quia poſſunt ambæ

Quæ ꝓpoſitiones contrariæ ſint.

A ſimul eſſe veræ. Tertio q̄ ſint eandē q̄rū ad ſuppoſita, pro quibus tenentur, ita q̄ æque amplę, & æque ſtricte in vtraq. teneant, iō iſtæ ñ cōtrariant, oīs hō eſt albus, nullus hō fuit albus, qa in prima ſupponit pro p̄ſentib. tm̄, & in ſc̄da p̄ præſentibus, & preteritis ſimul, & ſic nō ſunt eiuſdem ſubiecti ſecundum rem, & vocem, quod tamē requiritur in omnibus oppoſitionibus.

Quæ ſubcontrariæ. Quarto ſciendum, q̄ ſubcontrariæ ſunt Particularis affirmatiua, & particularis negatiua eiuſdē ſubi, & eiuſdē p̄dicati. Vnde ad ipſas requiritur, quod ambæ ſint particulares, vel indefinitæ. Rō eſt, qa ſubcontrariæ dñr quaſi ſubcontrarijs poſitæ. ſed ſubcontrarijs nō ponuntur propoſitiones, vnl̄es, nec ſingulares, quia non ſunt eiuſdē ſubiecti cum ipſis, ideo ſubcontrariæ dēnt eſſe ambæ particulares, vel indefinitæ. Et qa non repugnant in quantitate, oportet eas repugnare in qualitate, & ſic vna debet eſſe affirmatiua, alia negatiua, & non ponuntur aliquæ ſubcontradictorię ſicut ſubcontrariæ, quia vna eſt particularis in contradictorijs. ſub qua non poteſt ſimul alia propoſitio, quia ſub particulari nunquam eſt ſumere aliquid. Et per hoc patet diuiſio propoſitionum oppoſitarum, & definitio contrariarum, & ſubcōtrariarū.

Argu. C Sed contra p̄dicta primo arguitur. Iſtæ p̄poſitiones oīs hō nō currit, nullus homo currit, participiāt vtroq. termino, & eodem ordine, & tamen non ſunt contrarię, nec ſubcontrarię, & ſic de alijs, ſed ſunt æquipollētes, igit̄ hic male diuidunt̄ p̄poſitiones vtroq; termino participiantes eodem ordine. Secundo ſic. Oia contraria ſunt formæ actiuæ, & paſſiuæ inter ſe ſed p̄poſitiones nunquam actiuæ, & paſſiuæ, cum propoſitiones non agant, nec patiātur inter ſe, igitur nullæ ſunt contrariæ.

Tertio ſic Definitio contrariarum conuenit iſtis, oīs hō eſt albus, nullus homo eſt albus, & iſtis, & omnis hō currit, nullus homo currit, & tñ iſtæ non ſunt contrariæ quia in prima homo ſupponit p̄ viris, & mulieribus, & in ſecūda, pro viris tantum. igitur, &c. D

Quarto ſic propoſitiones, quæ ſimul ſe compatiuntur in veritate, non opponuntur, quia non habent repugnātiā, ſed ſubcontrariæ ſimul ſe compatiuntur in veritate, ergo non opponuntur.

Quinto ſic. Iſtæ ſunt ſubcontrariæ, iſte homo currit, ille homo non currit, quia ſunt poſitæ ſubcontrarijs, quę ſunt vniuerſales, & tamē illę non ſunt particulares, nec indefinitæ, igitur male definiuntur ſubcontrariæ.

Ad argumēta. Ad primum dicitur, quod hic non diuiduntur propoſitiones participantes vtroque termino in cōi, ſed tm̄ participantes vtroque termino, quæ ſunt oppoſitæ. ideo, cum prædictæ propoſitiones ſint æquipollentes, non contrariantur. Ad ſm̄ dr̄ quod licet contraria incomplexa ſint, formæ actiuæ, & paſſiuæ, non tamen complexa, de quibus hic ſolum eſt ad propoſitum. Solutio B

Ad tertiū dicit̄. q̄ de virtute ſermonis iſtæ non contrariant̄, omnis homo currit, nullus hō currit, quia ſubiectū in vtraque non tenetur pro ęqualibus ſuppoſitis, ſed virtute vſus ſunt contrariæ, quia ſm̄ vſum homo reſtringit̄ ad ſtādū pro viris tm̄, & eſt ibi reſtrictio ab vſu, ſed de alijs dicit̄, q̄ uere cōtrariātur. quia albus in prædicato per cōſignificationem eius reſtringit hominem in vtraque ad ſtandum pro viris, pro quibus ſolum diſtribuitur. F

Ad quartum dicitur, quòd licet ſubcontrariæ non repugnēt in veritate, tamen bene repugnant in falſitate, & etiā in qualitate, ideo opponūtur. Ad quintum dicitur. quòd licet ſingulares ſint poſitæ ſub vniuerſalibus, q̄ ſunt cōtrariæ, non tamen ponūtur ſub ipſis ſm̄ idem ſubiectum, quia in contrarijs terminus communis, vt hō, ſupponit pro oībus ſuis ſuppoſitis, & in illis ſingularibus pro vno ſolo, ideo non habent idem ſubiectum cum ſuis vniuerſalibus, quod tamē requiritur ad ſubcontrarias reſpectu contrariarum.

Con-

A *Contradictoriæ, ac ſubalternę propoſitiones quæ ſint.*

Contradictoriæ ſunt, vniuerſalis affirmatiua, & particularis negatiua vel vniuerſalis negatiua, et particularis affirmatiua eiuſdem ſubiecti, eiuſdem prędicati, vt oīs homo currit, quidam hō non currit, vel nullus homo currit, quidã homo currit. Subalternę ſunt vl'ſ
B affirmatiua, & particularis affirmatiua, vel vniuerſalis negatiua, & particularis negatiua eiuſdem ſubiecti, & eiuſdem prædicati. vt omnis homo currit, quidam hō currit, nullus homo currit, quidã homo non currit & hoc totum patebit in ſequenti figura.

Poſtq̃ Auctor determinauit de contrarijs, & ſubcōtrarijs ꝓpoſitionibus, hic conſequēter determinat de contradictorijs, & ſubalternis. Rō ordinis eſt qa contrariæ, & ſubcontrarię ſunt eiuſdem quantitatis, ſed contradictoriæ, et ſubalternæ ſunt diuerſæ quãtitatis. Et quia contradictoriæ opponunt ſimpliciter, & ſcd̃m rem, ſubalternæ vero ſe-
C cundum modum tm̃, ideo prius. Auctor determi at de contradictorijs q̃ de ſubalternis, ipſas ſic definiens. Contradictoriæ ſunt vniuerſalis affirmatiua, & particularis negatiua, vel vniuerſalis negatiua, & particularis affirmatiua eiuſdem ſubiecti, & prædicati.

[Contradictoriarũ multiplicitas.] Vbi primo ſciendũ, ꝙ duplices ſunt contradictoriæ. Quædam ſunt repugnantes in veritate, & falſitate, & qualitate, & non in quantitate, & tales ſunt contradictoriæ ſecundum rem ex parte ſuorum ſignificatorum, non autem ſecundum rem, & modum ſimul & hoc modo duæ ſingulares eiuſdem ſubiecti, & prædicati, & diuerſæ qualitatis b·ne ſunt contradictoriæ. Aliæ ſunt contradictoriæ, quæ repugnant in veritate, & falſitate, in quan-
D titate, & qualitate ſimul, & iſtæ ſunt contradictoriæ ſecund. m . em, & modum ſimul, & pe fecte contradictoriæ & ſolum d. talibus datur iſta definitio, & non de alijs. ideo bene dr̃, quod co.tradicto.iæ ſunt e.uidem ſubiecti, & prædic.ti, & diue. ſæ quantitatis, & q. alitatis ſimul. Vnde in talibus eſt perfecta contradictio.

[Contradictionis natura.] Secundo ſciendum, quod contradictio eſt affirmatio, & negatio eiuſdem de eodem, ad idem ſecundum idem, ſimiliter, & in eodem tempore. vnde ad ipſam hęc quinque reperiuntur requiri, primo requiritur quod affirmetur idem de eodem ſecundum rem & vocem, defectu cuius iſt non contradi-
E cunt. Tullius currit, Marcus non currit, Secundo, ꝙ prędicatum in vtraque enunciet de ſubo cōpa. ato ad idē: iō iſtæ non contradicunt Socra. eſt pater Platonis, Soc. non eſt pater Tullij.

[Subalternarũ natura.] Tertio, ꝙ prædicatum affirmetur, & negetur de eodem ſecundũ eandē partem, vel ratio em, ideo iſtę non cōtradicunt, Soc. videt ſecundum oculos, & Soc. non videt ſecundum aures.

[Oppoſitio ſubalterna, & cur eã omiſit Ari.] Quarto, ꝙ ſubiectũ in vtraq. teneat ſimiliter. ideo iſtę non contradicunt, homo eſt ſpecies, nullus homo eſt ſpecies, quia in prima homo tenetur pro natura ſimplici & in ſecunda pro ſup-
F poſitis. Quinto, ꝙ prædicatum enunciet in vtraque pro eodem tempore, ideo iſtæ non contradicunt, Socr. currit hodie, Socr. non curret cras, & per iſtas conditiones ſatis poteſt cognoſci natura contradictoriarum.

Tertio ſciendum, ꝙ ſubalternę ſunt vniuerſalis affirmatiua, & particularis affirmatiua, vel vniuerſalis negatiua, & particularis negatiua eiuſdem ſubiecti, & prædicati, vnde ad ipſas requiritur quòd ſint diuerſæ quantitatis. Cuius ratio eſt, quia in ſubalternis vna ponitur ſupra aliam ſicut totum ſupra partem, ſed duæ vniuerſales non ponuntur ſupra ſe inuicem, nec duæ particulares eiuſdem ſubiecti, & prædicati, ideo in ſubalternis

sequi-

A requiritur vna vniuerſalis, quæ ponatur ſupra, & eſt ſubalternans, & alia particularis, quæ ponatur infra, & eſt ſubalternata. Secundo requiritur, quod ſint eiuſdem qualitatis, quia negatiua nunquam ponitur ſub affirmatiua de eodem ſubiecto, & prædicato, nec e conuerſo. ideo ſubalternæ ſunt, vel ambæ affirmatiuæ, vel ambæ negatiuæ.

Oppoſitio ſubalterna & cur eam omiſit Ariſt.

Quarto ſciendum, quòd ſubalternę non opponunt ſecundum rem ex parte ſuorum ſignificatorum, ſed ſm modum tantum. Cuius ratio eſt, quia ſolum propoſitiones illæ opponuntur ſecundum rem, quæ repugnant in veritate, & falſitate ex parte ſuorum ſignificatorum, ſed ſubalternæ non repugnant in veritate, & falſitate, quia poſſunt ſimul eſſe veræ vel falſæ. ergo non opponuntur ſecundum rem. Ideo Ariſto. inter oppoſitiones non enumerauit oppoſitionem ſubalternam, quia cępit oppoſitionem ſpecialiter pro repugnantia duarum propoſitionum ſecundum affirmationem, & negationē, ſed Pet. Hiſpan. qui cæpit oppoſitionem generaliter, pro omni repugnantia duarum oppoſitionum eiuſdem ſubiecti, & prædicati in qualitate, vel quantitate, ideo poſuit oppoſitionem ſubalternam. vnde ipſæ ſubalternæ opponuntur ſecundum modum enunciandi. ſ. ex parte quantitatis ſui ſubiecti, & per es vniuerſale, & particulare. & per hoc patet quid ſint ſubalternæ, & contradictoriæ.

Argu.


Sed cōtra prædicta arguitur primo. Iſtæ contradicunt Soc. eſt, Soc. non eſt, cum ibi ſit affirmatio, & negatio eiuſdem de eodem, & tamen ibi nulla eſt vniuerſalis vel particularis, ergo contra definitionem contradictoriarum. Secundo ſic. In contradictorijs ſubiectum debet teneri ſimiliter, ſed in vniuerſali, & particulari non tenetur ſimiliter, quia in vna diſtribuitur, et in alia non. igitur vniuerſalis, & particularis non ſunt contradictoriæ. Tertio ſic. Iſtæ contradicunt omnis homo eſt ens, quidam homo eſt non ens, & tamen ambæ ſunt affirmatiuæ. ergo in contradictorijs vna non eſt affirmatiua, & alia negatiua. D Quarto ſic. Vniuerſalis affirmatiua, & particularis affirmatiua eiuſdem ſubiecti, & prædicati non opponuntur inter ſe, quia particularis continetur ſub vniuerſali, & ſequitur ad vniuerſalem, ergo ſubalternæ non opponuntur. Quinto ſic. Duæ ſubcontrariæ ſunt ſubalternæ, quia ſunt ſub alijs poſitæ, & tamen non ſunt vniuerſalis affirmatiua, & particularis affirmatiua, nec e conuerſo, igitur contra definitionem earundem.

Ad argumenta. Ad primum dicitur, quod licet iſtæ ſingulares ſint contradictoriæ ſecundum rem, non tamen ſecundum rem, et modum ſimul, B quia non repugnant in quantitate, & qualitate, ſed ſolum in qualitate, & de contradictorijs ſecundum rem, & modum ſimul datur iſta definitio.

Solutio

Ad ſecundum dicitur, quod in vniuerſali, & particulari, ſubiectum non tenetur ſimiliter quantum ad diſtributionem, tamen tenetur ſimiliter quantum ad illa, pro quibus ſumitur, quia in vtraque tenetur pro omnibus ſuis ſuppoſitis, vel pro his, ad quæ reſtringitur. Ad tertium dicitur, quod illæ bene contradicunt virtualiter & non formaliter, & eo modo quo contradicunt, vna eſt negatiua virtualiter. ſcilicet iſta, homo eſt non ens, quæ includit iſtam, homo non eſt ens. F Ad quartum dicitur quod particularis continetur, & ſequitur ad vniuerſalem ratione ſui ſignificati, & non ratione quantitatis, ſecundum quam opponuntur, & habent repugnantiam. Ad quintum dicitur, quod licet ſubcontrariæ ſint ſubalternæ reſpectu ſuarum contrariarum, non tamen ſunt inter ſe ſubalternæ, quia vna non ponitur ſub alia. & hæc definitio intelligitur de his, quæ adinuicem ſunt ſubalternæ, ſeu ſubalternantur, & omnia hæc patent in figura ſequenti.

A Præſenti figura propoſitionum oppoſitiones clarè conſpiciuntur. D



B

E

De triplici propoſitionum materia naturali, ſeu neceſſaria, contingenti, ac remota.

Propoſitionum triplex eſt materia, ſcilicet naturalis, contingens, & remota. Naturalis eſt illa, in qua prædicatum eſt eſſentia ſubiecti, vel proprium eius, vt homo eſt animal, homo riſibilis.

C Poſtquam Auctor determinauit de oppoſitionibus oppoſitionum, conſequenter vult determinare de legibus oppoſitionum, & quia illę leges, vel regulæ variantur ſecundum variationem materię propoſitionum, ideo antequam de ipſis determinet prius agit de materia propoſitionē, & licet propoſitio non habeat materiam propriè dictam, quia nullum accidens, vel ens rationis habet materiam propriè dictam, propoſitio autem ſecundum ſuum materiale, quod eſt vox, eſt accidens, & quātum ad formale, quod eſt eſſe ſignum compoſitionis eſt ens rationis, ideo nō habet materiā propriè dictam, ſed ſimilitudinariæ tantum.

Primo ſciendum, ꝙ propoſitio hēt materiam ex qua ſimilitudinariè, & materiam in qua, & circa, quàm vnde materia ex qua ſunt ſubiectum, & prędicatum, & ſubiectum vocis eſt materia, in qua vel ipſa vox, ſi propoſitio conſideretur quantum ad ſuum formale, ſed enunciabile, de quo eſt ipſa propoſitio, eſt ſua materia circa quàm hic autem capitur materia propoſitionis ſolum pro conditione materiæ ſuę ex qua .i. pro habitudine prædicati ad ſubiectum, ideo materia propoſitionis vt hic ſumitur, eſt habitudo prædicati ad ſubiectum, in qua fit cōpoſitio prædicati cum ſubiecto, & in qua ſubiectum, & prædicatum conueniunt. F

Secundo ſciendum, ꝙ triplex ex materia ꝑpoſitionū, ſ. naturalis, cōtingens & remota, ꝙ probatur per ſufficientiā quia materia propoſitionis eſt habitudo prædicati ad ſubiectum, vel ergo illa habitudo dicit repugnantiā ꝓdicati cū ſubiecto, & ſic eſt materia remota, vel dicit conuenientiā, & hoc dupliciter, vel dicit conuenientiā neceſſariā, & ſic

A & ſic eſt naturalis, vel contingentem. & accidẽtalem & ſic eſt cõtingẽs. Et q̃a cõuenientia neceſſaria pfectior eſt, quàm contingens, & cõtingens, quàm remota, ideo materia naturalis perfectior eſt alijs, deinde contingens & remota vltimo eſt imperfectior ceteris.

Materia naturalis. Tertio ſciẽdum eſt, q̃ materia naturalis eſt illa, in qua prædicatum eſt de ſubiecti eſſentia, vel proprium eius, vt hõ eſt animal, vel hõ eſt riſibilis. Et dicitur talis materia naturalis quia prædicatum naturaliter cõuenit ſubiecto, & habet naturalem habitudinem ad ipſum, ſed id quod habet naturalẽ habitudinẽ ad ſubiectum eſt de natura, B & eſſentia ſubiecti, vel neceſſario cõſequẽs naturã ſubiecti ſicut proprium cõſequitur ſpeciẽ. licet enim propriũ non ſit de natura ſui ſubiecti, tamen immediate conſequitur illã naturam; ideo naturaliter in eſt, ſubiecto ſuo.

Quarto ſciendũ, q̃ eſſentia dr̃, illud quo formlr̃ res hẽt eſſe, ſicut humanitas eſt illud, quo homo habet eſſe, & ſimiliter aĩa rõnalis. Eſſe aũt ſm̃ Boethum, eſt exiſtẽtia formæ in materia, vel actus in potẽtia Quid autem ſit proprium videbitur in prædicabilib. & p hoc patet intellectus huius diuiſionis, C & definitionis materiæ naturalis.

Argu. Sed contra prędicta primo arguit̃. a Habitudo prædicati ad ſubiectum eſt forma in qua extrema illa propoſitionis conueniunt. ergo materia propoſitionis eſt forma, ergo illa habitudo non eſt materia propoſitionis. Secundo. Iſta propoſitio. Socr. eſt ens. eſt in materia naturali cum ens ſit de ratione ſubſtantię, & omnium ſuorum inferiorum, & etiam eſt in materia contingenti, quia prędicatum poteſt adeſſe, & abeſſe ſubiecto, cum Socr poſſit eſſe, & nõ eſſe. ergo materia naturalis, & cõtingẽs coincidũt igitur membra diuiſionis materiæ propoſitionis non opponũtur. Tertio ſic. Hæc eſt in materia naturali, animal eſt hõ, & ſimiliter iſta, homo eſt homo, cũ iſtę ſint neceſſarię, & tamẽ prędicatum nõn eſt de eſſentia ſubiecti, cum inferius nõ ſit de D eſſentia ſuperioris, nec idẽ de eſſentia ſui ipſius, nec etiam eſt proprium eius, igitur contra definitionẽ materia naturalis. Quarto. Iſta ignis eſt calidus, eſt in materia naturali, cum ſit neceſſaria, & tamẽ prędicatum nõ eſt de eſſentia ſui ſubiecti, cum prędicatum poſſit adeſſe. vel abeſſe ſubiecto, cum ſit accidens eius, nec proprium, quia cõtingit alijs, & ſimiliter argueretur de iſta, aqua eſt frigida. Quinto. In iſta homo eſt animalitas, prędicatum eſt de eſſentia ſubiecti, tamen illa non eſt in materia naturali, ſed in remota, cum ſit impoſſibilis, quia prędicatum non poteſt uere dici de ſubiecto, ergo illa de- E finitio conuenit alijs a definitio.

Solutio. Ad argumenta Ad primum dicit̃, q̃ licet illa habitudo ſit forma reſpectu ſub', & p̃dicati. tamen habet modum materię reſpectu compoſitionis actualis propoſitionis. ideo bene dicitur materia propoſitionis. Ad ſecũdum dicit̃, q̃ ſi capiatur ens nominaliter, vt idem eſt, quod habẽs eſſentiam, ſic de eſſentia ſubſtantiæ, & etiam ceterorum entium, & hoc modo iſta. Soc. eſt ens, eſt in materia naturali, ſed ſi capiatur participaliter, vt tantum valet ſicut exiſtens. ſi conuenit ſubſtantię contingẽter, & ſimiliter Socrati, & ſic illa eſt in materia contingẽti, & ſic nõ eſt idem prędicatum illius propoſitionis, nec eadem propoſitio dum eſt in materia naturali, & contingenti Ad tertium F dicitur, quod licet homo non ſit de eſſentia animalis in communi, eſt tamen de eſſentia aliquorum ſuppoſitorum animalis ſcilicet illorum. quę cõtinẽtur ſub homine, & in iſta, animal eſt homo, animal ſupponit pro ſuis ſuppoſitis, & homo pro natura ſimplici, & ſic verificatur locutio pro ſuppoſitis animalis quę ſunt ſub homine. õ prędicatum eſt de eſſentia ſubiecti quãtum ad ſuppoſita, pro quibus verificatur de ipſo, & in illa homo eſt homo, homo in ſubiecto ſupponit pro ſuis ſuppoſitis, & in prędicato pro na-

tura

A tura ſimplici, ideo prædicatum eſt de eſſentia ſubiecti.

Ad quartũ dr̃, qđ licet eſſe calidum non ſit proprium ignis quarto modo, eſt tñ proprium eius ſecundo modo, & hoc ſufficit ad hoc qđ ſit i materia naturali qa ꝓprium ſcđo mõ, & quarto mõ neceſſario conueniunt, & ſeper ideo faciunt ꝓpoſitione in mate ia naturali, & de iſta, aqua ẽ frigida, dr̃ qđ, eſſet frigidũ dicat aptitudinẽ, eſt i materia naturali, & eſt ꝓpriũ aquę ſcđo mõ, ſed ſi dicat actũ i materia contingẽti, & põt adeſſe, & abeſſe ipſi aquæ. Ac quin ũ dr̃, qđ licet aialitas ſcđm rẽ ſit de eſſentia hoiis, non tñ ſcđm modum quo p̃dicaẽ i illa ꝓpoſitione, qa

De hoc vid. Porphirum ca. v. & ibi Docto.

B ibi prędicatur in abſtracto prout ſumitur cum præciſione ſuorum inferiorũ, iõ ſub tali mõ non conuenit ſubiecto, ſed illa ẽ in materia remota, ideo.

De contingenti ac remota propoſitionum materia.

Contingens materia eſt illa, in qua prædicatum põt adeſſe, & abeſſe ſubiecto p̃ter eius corruptionẽ, vt homo eſt albus, homo non eſt albus. Remota materia eſt in qua prædicatum nullo modo poteſt conuenire ſubiecto, vt homo eſt aſinus, lignum eſt lapis.

C Poſtquam Auctor determinauit de materia naturali, hic conſequenter determinat de materia contingẽti, & remota. & p imo de materia contingenti, q̃ ſic definit. Materia contingẽs eſt illa, in qua prædicatum poteſt adeſſe, & abeſſe ſubiecto, vt homo currit. In hac definitione ponit adeſſe, ad differẽtiã materiæ remotæ, in qua p̃dicatum non põt conuenire ſubiecto, & ponit abeſſe, ad differentiã materiæ naturalis, in qua prædicatum non poteſt abeſſe ſubiecto.

Quid contingẽs materia.

Primo ſciendũ, quod materia dicit contingẽs eo, quod p̃dicatum contingenter conuenit ſubiecto. illud autem quod contingẽter conuenit alicui, põt ſibi adeſſe, cum non habeat repugnãtiam, & ẽt põt ta i ſubiecto abeſſe, qa non conuenit ſibi neceſſario. iõ quod con ingẽter ineſt põt non ineſſe, iõ bene definitur materia contingẽs, i qua p̃dicatũ põt abeſſe, & adeſſe ſubiecto. nõ eſt tñ intelligendũ qđ poſſit adeſſe, & abeſſe ſimul i ni actum, qa hoc implicat contradictionẽ, ſed ſm aptitudinẽ et ſucceſſiue quantũ ad actum.

Cur talis materia contingens dicatur.

Secundo ſcie dum, quod contingẽs a quo venit contingenter, dupl̃r accipitur. Vno modo ꝓ eo quod poteſt eſſe, & conuertit cum poſſibili, & dĩ ta de neceſſario, q̃ de non neceſſario. Alio modo ſpecialiter ꝓ contingenti non neceſſario, quod poteſt eſſe & nõ eſſe, & diuidit per contingens natum ad vtrum libet & contingẽs raro. Contingens natũ eſt, quod eſt magis determinatum ad eſſe q̃ ad non eſſe, ut frigus in hieme. Et contingens raro eſt, quod eſt magis determinatũ ad non eſſe q̃ ad eſſe, ſicut bos natus cũ duobus capitibus. Contingens ad vtrum libet eſt, quod non magis determinatum eſt ad eſſe q̃ ad non eſſe, ſicut vtrum ludere, & a contingenter hoc modo accepto venit cõtingenter, quod denominat ma eriã contingentem, & non a contingenti in cõi accepto, quia tale contingens non ſemper poteſt eſſe & non eſſe, cum dicat de neceſſario, qđ non eſt contingens ſed ſemper eſt.

D

Contingẽtis diuiſio ex prio periherme nias ca. ult.

E

F

Tertio ſciẽdũ, quòd materia remota illa, i qua p̃dicatum non poteſt conuenire ſubiecto, vt hõ eſt aſinus, & rõ eſt, qa i materia remota p̃dicatũ hẽt repugnãtiã, & diſtãtiã cũ ſubo, & a tali repugnantia, vel remotione p̃dicati a ſubo, dr̃ materia remota. illud aũt, qđ hẽt repugnãtiã cũ aliquo, non põt ſibi conuenire, ſicut aſinus per repugnantiam q̃ hẽt cum hoie, per irrationabile, non poteſt ſibi conuenire, ideõ bñ dr̃ materia remota, in qua p̃dicatum non poteſt conuenire cum ſubiecto propter remotionem eius a ſubiecto.

Quid materia remota.

Quarto ſciendum, qđ tripl̃r poteſt fieri remotio p̃dicati a ſubiecto. Vno modo

A modo per negationē, negādo ipſum a
ſubiecto. Alio modo remouēdo ipſum
de ꝓpoſitione, & ſ a ſubiecto in vocē,
& de iſtis remotionibus nō eſt hic ad
propoſitū. Alio modo ꝙ remoueatur
ꝑdicatū ſm̄ ſuū ſignificatū a ſubiecto
ꝓꝑ repugnantiam, q̄ habent adinuicē,
& a tali remotione, ꝓ repugnātiā pdæ-
dicati a ſubiecto, dr̄ ma eria remota.
Ex quo patet, ꝙ ꝓpoſitiones affirmati
uæ in materia remota sūt falſæ, & ne-
gatiuæ veræ, ſicut materia naturali af
firmatiuæ ſunt veræ, & negatiuæ falſę
ī cōtingēti, vero, affirmatiuæ, & nega-
tiuæ pn̄t eſſe veræ, & falſæ, & per hoc
B patēt definitiones iſtarum materiarū.
Argu. Sed cōtra prędicta arguitur primo.
Iſta eſt in materia contingenti, hō eſt
quantus, & tn̄ quātū non pōt abeſſe ſu
biecto. igitur cōtra definitionē, maior
patet, qa illa propoſitio nō eſt in mate
ria remota, nec in materia naturali, cū
prædicatū non ſit de eſſentia ſubiecti
vel proprium eius ergo eſt in materia
contingēti Secundo ſic Hæc eſt in ma
teria cōtingenti, coruus eſt niger, & tn̄
prædicatum non poteſt abeſſe ſubie-
cto cum ſit accidēs eius inſeparabile,
ergo cōtra definitionem. Tertio ſic. In
iſta, homo viuit pręcidatum adeſſe po
teſt, & abeſſe ſubiecto, & tn̄ nō eſt in
materia contingenti cum vita ſit de eſ
ſe hominis, & eadem cum aīa eius, &
ſimiliter de iſta, hō eſt, ergo illa defini
tio conuenit alijs a definito. Quarto
C ſic. Hæc eſt in materia remota Soc. eſt
albedo, vel qualitas, & tn̄ pręcidatum
pōt cōuenire ſubiecto, ergo male defi
nitur materia remota. Quinto ſic. Iſta
eſt in materia remota, homo non eſt
aſinus, cū affirmatiua, & negatiua ſint
in eadem materia, & tn̄ prædicatū po
teſt conuenire ſubiecto quia vere enū-
ciatur de ipſo, ergo definitio eſt mala.
Ad argumenta. Ad primum dr̄ ꝙ
iſta, hō eſt quātus, eſt in materia natu
rali, & licet quantū non ſit propriū ho
mini quarto modo eſt tn̄ ſibi propriū
ſcd̄o modo, & quarto modo propriū
reſpectu corporis de gn̄e ſubſtantiæ,
ꝙ eſt ſuperium ad hominem. ideo illi D
eſt in materia naturali. ſicut, & iſta ho
mo eſt riſibilis. Ad ſcd̄m dr̄, ꝙ licet ni
grum non poſſit faciliter abeſſe coruo
remanentibus ſuis principijs comple
xionalibus, tn̄ pōt ſibi abeſſe permuta
tionem ſuæ complexionis, vnde non
dr̄ accidens inſeparabile, quia nullo
modo poſſit ſeparari, ſed quia cum dif
ficultate. Ad tertium dr̄, ꝙ ſi viuit di-
cat actū viuendi, & eſſe actuale viuen
tis, ſic poteſt abeſſe homini, & illa eſt
in materia contingenti. Sed ſi dicat ap E
titudinem, ſibi cōuenit naturaliter, &
non poteſt ſibi abeſſe, & illa eſt in ma
teria naturali, & ſimiliter iſta, hō eſt,
quia eſt, pōt dicere actū qui contingē-
ter aduenit cuilibet rei creatæ, & ſic
in materia contingenti, vel eſſe poſſi-
bile, & in ſuis cauſis, quod ſemper cō
uenit rei, & ſic eſt in materia naturali.
Ad quartum dr̄, ꝙ albedo ſcd̄m rem
pōt in eſſe Socrati, non tn̄ ſcd̄m deno
minationē vt deſignatur in abſtracto
quia deſignatur cum præciſione ſubie
cti. & ſic nō poteſt verificari de ſubie
cto, cum ſecum habeat repugnantiam
ſub tali modo ſignificandi. Ad quintū
dr̄, ꝙ licet illud prædicatū vere enūcie
tur negatiue de ſubiecto, non tn̄ ꝓꝑ
hoc habet conuenientiā cū eo, ſed ma
gis repugnātiā, qa dici d' alij negatiue
nō ſumiē abeſſe in, ſed potiꝰ a nō eſſe.

Oppoſitarum propoſitionum le- F
ges, & primo de contrarijs.

Lex ſiue natura contrariū talis
eſt, qđ ſi vna eſt vera reliqua erit
falſa, & nō econuerſo. Poſſunt, n.
ambæ ſimul eſſe falſæ, in cōtingē-
ti materia vt omnis hō eſt albus,
nullus hō eſt albus in naturali au
tem materia ſemper ſi vna eſt ve-
ra, reliqua erit falſa, & ecōuerſo,
vt omnis homo eſt animal nullus
homo eſt aīal. Similiter in remo-
ta materia, vt omnis homo eſt aſi
nus, nullus homo eſt aſinus. Et in
materia cōtingenti, quando ꝑdi-
ca-

A catum eſt accidens eſt inſeparabile, vt omnis coruus eſt niger, nullus coruus eſt niger. Sed illæ quæ sũt de accidente ſeparabili ambæ poſſunt ſimul eſſe falſæ, vt omnis hõ eſt albus, nullus hõ eſt albus.

Poſtq̃ Auctor determinauit de materia ꝓpoſitionum cuius cognitio valet ad cognoſcendum leges oppoſitionum, hic conſequenter proſequitur determinando de illis legibus ꝓpoſitionum oppoſitarum. Et qa propoſitiones contra præcedunt oẽs a ias oppoſi-

B tiones ſm ordines ſuperius poſitum, eo quod contrariæ ſunt ambæ vniuerſales, & habent perfectionem quantitatem alijs propoſitionibus oppoſitis, ideo hic Auctor determinat de lege contrariarum priuſquam de alijs.

Duæ cõtrariæ ſimul verę ſimul.

Primo ſciẽdum, ꝙ duæ cõtrarię nũq̃ poſſunt eſſe ſimul uere in quacunq; materia Cui⁹ duplex eſt ratio. Prima eſt quia in contrarijs, vna eſt vl̃is affirmatiua denotans prædicatum conuenire ſubiecto pro oĩ ſuppoſitio eius et alia eſt vl̃is negatiua denotãs prædicatum remoueri a quolibet ſuppoſito ſubiecti, ſed qa impoſſibile eſt idẽ prædicatũ ſimul conuenire cuilibet ſuppoſito ſubiecti, & a quolibet remoueri, qa hoc implicat contradictionem, iõ duę

C contrariæ non põt ſimul eſſe ueræ. Secũda rõ eſt. qa ſi duæ cõtrarię q̃ ambę ſunt vl̃es ſint ſimul vera. & ad veritatem vl̃is ſequatur veritas particularis per legem ſubalternarum, duæ ſub cõtrariæ, quæ ſunt particularis eſſent ſimul vere cum ipſis, & per conſequẽs propoſitiones contradictorię eſſent ſimul verę, ꝙ eſt impoſſibile, ergo contrariæ non poſſunt ſimul eſſe veræ.

Contrariæ ſimul falſæ in cõtingenti materia.

Secundo ſciẽdum, ꝙ due contrarię bñ poſſunt eſſe ſimul falſæ in cõtingenti materia, dũ tñ accidẽs eſt ſeparabile cuius rõ eſt qa in materia cõtingenti ꝑdicatũ põt conuenire ſubiecto ꝓ aliquibus ſuppoſitis, & ꝓ aliquibus non ſicut albus conuenit homini pro aliquibus ſuis ſuppoſitis, & pro quibuſdã non ſed pro illa parte, qua non conuenit ſubiecto vl̃is affirmatiua falſificatur & ea parte, qua conuenit, vl̃is negatiua reddit falſa, igitur in tali materia contingenti, ambæ contrarię poſſunt ſimul eſſe falſæ, & dr̃ notanter, dum accidens eſt ſeparabile quia ſi eſſet inſeparabile, affirmatiua ſemper eſſet vera, & negatiua falſa, & ſic non poſſent ſimul eſſe falſæ. D

Tertio ſciendum, ꝙ duæ contrariæ in materia naturali, & remota nunq̃ poſſunt ſimul eſſe falſæ. Cuius rõ eſt, qa in cõtrarijs in materia naturali ſꝑ vl̃is affirmatiua eſt uera, cum prædicatum ſubo conueniat pro quolibet ſuppoſitum, & vl̃is negatiua falſa. & ecõ- E uerſo eſt in materia remota, vl̃is affirmatiua eſt falſa, & negatiua uera, & ſic ibi duæ contrarię nunq̃ poſſunt ſimul eſſe falſæ. Ex quibus patet ꝙ tres ſunt partes in lege cõtrariũ Prima eſt, ꝙ cõtrariæ nũq̃ poſſunt eſſe ſimul uere, ſed repugnant in veritate. Scd̃a eſt ꝙ in materia contingẽti pñt simul eſſe falſę, & sic nõ repugnant in falsitate. Tertia eſt ꝙ in materia naturali, & remota non poſſunt simul eſſe falſæ.

Qua rõne contrarię ſꝑ ĩ ueritate, aut in falsitate repugnent.

Quarto ſciendum qđ repugnantia veritate conuenit contrarijs rõne formæ ſuæ oppoſitionis, qa in quacunq; materia sint conuenit, ipsis ſꝑ. ideo ꝑtinent formaliter ad legem ipſarũ, ſed repugnantia in falsitate, qñque conuenit ipsis, vt in materia naturali, remota, & qñque non, vt in contingenti, & F sic repugnantia in falsitate non conuenit ipsi rõne formæ ſuæ oppoſitionis, ſed rõne materia, & ideo non pertinet formlr̃ ad legẽ ſuarũ, ſđ ſolũ primũ membrũ. ſ. repugnãtia in veritate.

Argu.

Sed contra prædicta primo arguit. Omnis lex eſt conſtitutio quædã prę̃cipiens bonum, vel prohibens malũ, ſed in cõtrarijs nõ eſt talis cõſtitutio, igitur nullæ ſunt leges contrariũ. Secundo sic. Iſtæ, omnis homo currit, & null⁹ homo currit, poſſunt simul eſſe veræ, quia ambæ simul habent potentiã ad hoc quòd sint ueræ, commune

quælibet

A qualibet ſit in potentia ad veritatem ;
igit̃ contrariæ pñt ſimul eſſe veræ. Ter
tio, ſic. Iſtæ contrariātur, oı̄s homo eſt
totũ in quantitate, & nullus homo eſt
totum in quãtitate, & tñ ſunt ſimul ve
ræ, ergo contrariæ pñt ſimul eſſe veræ.
Quarto ſic. In contrarij includunt̃ ſub
contrariæ, igit̃, ſi contrariæ ſunt ſimul
falſæ, ſequitur, ꝙ & ſubcõtrariæ, quod
eſt impoſſibile. igit̃ contrariæ non pñt
ſimul eſſe falſæ in contingẽti materia.
Quinto ſic. Iſtæ contrariantur in mate
ria naturali, vel remota, omne animal
eſt homo, nullũ animal eſt homo, &
tamen ſunt ſimul falſæ, igit̃ contrariæ
in materia naturali, vel remota, poſ-
B ſunt ſimul eſſe falſæ.

Solutio Ad argumenta. Ad primũ dr̃, ꝙ lex
vno modo capitur proprie, vt eſt regu
la operationum humanarũ, docẽs mo
dum bñ viuendi, ſicut eſt lex naturæ,
vel diuina, vel humana, & hoc mõ eſt
præcipiens bonum, vel prohibẽs ma-
lum, & ſic non capitur in propoſitio.
Alio modo capitur ſimilitudinarie, vt
eſt regula de modo repugnantiæ pro-
poſitionum oppoſitarum. & ſolũ hoc
modo capitur hic, & conuenit contra
rijs. Ad ſm dr̃, ꝙ hæc eſt duplex. cõtra
riæ pñt ſimul eſſe veræ. quia hęc deter
minatio ſimul, põt referri ad pñt, &
C ſenſus iſtius eſt, ſimul hñt potentiam,
vt ſint veræ. & hoc mõ eſt vera, alio
modo poteſt referri ad eſſe veræ, & ſic
ponitur ſimul in præſenti loco. Ad ter
tium dr̃, ꝙ, ſi in illis, homo diſtribuat̃,
ſic ſunt contrariæ, & tũc iſta eſt falſa:
oı̄s homo eſt totum in quantitate, ſed
ſi homo teneatur ibi ſimpliciter ꝓ ſe-
ipſo diſtributo, ſic non ſunt cõtrarię,
quia ambe ſunt ſingulares. & ita dꝫ
teneri homo de ui ſermonis rõne illi⁹
attributi, totum in quãtitate. Ad quar-
tum dicitur, ꝙ ad falſitatem vl̃is non
ſequitur falſitas particularis, ideo nõ
oportet, ꝙ, ſi duæ ſubcontrariæ inclu-
dãtur in duabus contrarijs ſimul fal-
ſis, quod ꝓp hoc ſint falſæ. Ad quintũ
dr̃, quod licet illę ſint materia remota,
vel naturali, tñ ibi eſt ꝑdicatio indire
cta, & hoc quod dictũ eſt prius, quod D
cõtrariæ in illis materijs non poſſunt
ſimul eſſe veræ, dꝫ intelligi in ꝑdica-
tione directa, & ordinata, vñ licet illa
oı̄s hõ eſt aı̄al ſit in materia naturali,
tñ iſta oẽ animal eſt homo, ponitur in
materia remota, q̃a animal ibi ſtat nõ
ſolum ꝓ hoı̄bus, ſed ẽt pro alijs aı̄ali-
bus, quib. homo non põt conuenire.

Subcontrariarum, ac contradictoriarum lex.

Lex ſiue natura ſubcõtrariarũ
talis eſt, ꝙ ſi vna eſt falſa, reliqua
erit vera, & non econuerſo. Poſſũt
enim ambæ ſimul eſſe veræ in cõ-
tingẽti materia, & hoc, quãdo ac
cidens eſt ſeparabile, vt quidã hõ E
eſt albus, quidã homo non eſt al-
bus. Vñ lex ſubcontrariarũ cõtra-
rio mõ ſe habet ad legem contra
riarũ. Lex ſeu natura contradicto-
riarũ talis eſt, quod ſi vna eſt ve-
ra, reliqua eſt falſa, & econuerſo:
in nulla. n. materia pñt ambę eſſe
ſimul veræ, vel falſę, vt oı̄s hõ eſt
animal, quidã hõ non eſt animal.

Poſtquã auctor determinauit de le
ge contrariarum, hic conſequenter de
terminat de lege ſubcõtrariarũ, in qua F
ſunt plures partes, ſicut in lege contra
riarum. Prima eſt, quod duæ ſubcõtra
rię in nulla materia pñt ſimul eſſe fal
ſæ. Cuius ratio eſt quia, ſi duæ ſubcon
trariæ pñt ſimul eſſe falſæ, duæ con-
tradictoriæ erunt ſimul falſæ, ut ſi iſtę
ſubcontrariæ, quidam homo currit, q-
dam homo non currit, ſint falſæ cum
ad falſitatem particularis ſequatur fal
ſitas vniuerſalis, vt ad falſitatem iſti⁹
aliquis homo non currit, ſequatur fal
ſitas iſtius, omnis homo currit, ergo
duæ contradictoriæ erunt ſimul falſę.
quod eſt inconueniens. ideo, ſi in ſub-
contrarijs aliqua ſit falſa, reliqua erit
vera. & non econuerſo.

Primo ſciendum, ꝙ ſcd̃a pars legis
ſub-

A ſub cõtrariarũ talis eſt, qđ duę ſubcontrarię in materia cõtingenti poſsũt ſimul eſſe verę, rõ eſt.nã i materia cõtingẽti prędicatũ põt ineſſe ſubiecto pro aliquo ſuppoſito. & ꝓ aliquo non ineſſe, ſed ꝓ illo ſuppoſito, cui conuenit verificat particularis affirmatiua, qa ad veritatẽ eiꝰ ſufficit p̃dicatũ eius ineſſe ſubiecto ꝓ vnico ſuppoſito, & pro ſuppoſito, cui non ineſt verificatur particularis negatiua, quia ad veritatẽ eiꝰ ſufficit prędicatũ remoueri ab vnico ſuppoſito ſubiecto. ideo i materiã contingẽti duę ſubcontrarię poſsũt ſimul eſſe verę, vt iſtę, quidam homo eſt cęcus, quidam homo non eſt cęcus.

Cur in materia cõtingẽti ſubcõtrariæ ſimul uerę.

B Secũdo ſciẽdum, ꝙ in maeria naturalis, & remota duæ ſubcontrariæ nunquã poſsũt ſimul eſſe verę. ratio eſt, qa i materia naturali prædicatũ conuenit omni ſuppoſito ſubiecti, ideo negatiua ſp eſt falſa, & affirmatiua ſp uera, ſed in remota, prædicatũ remouetur a quolibet ſuppoſito ſubiecti, ideo ſed affirmatiua eſt falſa, & negatiua vera Ex quo patet, ꝙ tres sũt partes in lege ſubcontrariarum. Prima eſt, ꝙ non poſsũt ſimul eſſe falſę Secunda eſt, ꝙ pñt eſſe ſimul veræ in materia contingẽti. Tertia eſt, ꝙ in materia naturali, & remota nunquam poſſunt ſimul eſſe veræ, nec falſæ, & ſic ſed repugnat, in falſitate, & hoc conuenit eis ratione formæ C ſuæ oppoſitionis ideo pertinet formaliter ad legem ipſarum, qñque repugnant in veritate, & qñque non, ideo conuenit ipſis ratione materiæ, nec pertinet formaliter ad legem ipſarũ vnde patet ꝙ lex ſubcontrariarum econtrario ſe habet ad legem contrariarum.

Tertio ſciendum, ꝙ duæ cõtradictoriæ in nulla materia poſſunt ſimul eſſe veræ. cuius ratio eſt qa in contradictorijs denotatur idem ineſſe, & non ineſſe eidem, quia idem affirmatur & negatur de eodẽ, ſed impoſſibile, eſt idem ineſſe, & non ineſſe eidẽ, hoc n. eſt primũ principiũ omniũ complexorũ ideo contradictoriæ nunquã poſſunt ſimul eſſe veræ, ſed vna vera, alia falſa eſt.

Contradictoriæ nunquã ſimul veræ.

Quarto ſciẽdũ eſt ꝙ contradictoriæ in nulla materia poſſunt ſimul eſſe falſę. ratio eſt qa, ſi poſſunt ſimul eſſe falſæ cũ vnũ contradictoriorũ ſit ens, & aliud non ens, ſequeretur, ꝙ inter ens, & non ens eſſet dare medium, ſed hoc eſt impoſſibile, qa ens continet omnia entia, & oẽ illud ab ente dr non ens: ideo contradictorię non poſſunt ſimul eſſe falſę, & ſic habẽt repugnatiã in veritate, & falſitate ſimul, & vtrunq; pertinet formaliter ad lege ipſarũ. & hoc eſt ꝙ dr, ꝙ contradictorię magis opponent q̃ contrarię, & ſubcontrariæ, quia contrariæ in veritate opponuntur, ſubcontrariæ, in falſitate ſolum ſubalternę in quantitate ſolum. D

Contradictorię nunq̃ ſimul falſæ.

Sed contra prędicta primo arguiť ſic. Duę cõtrarię poſsũt ſimul eſſe falſæ, ſđ falſitas vniuerſalis ꝓuenit eſt falſitate alicuius particularis eius, igiť, ad falſitatẽ contrariarum oportet, ꝙ ſubcontrariæ ſint ſimul falſę. Scđo ſic: Idẽ non poteſt ineſſe, et non ineſſe eidem, nec uere affirmari, et negari de eodem, ſed ĩ ſubcontrarijs ſp idem affirmatur, & negať de eodẽ; igiť in materia contingenti non poſsunt ſimul eſſe verę. Tertio ſic. Iſtę sũt verę ſimul, qđdam ens eſt bonum, quoddam ens non eſt bonum, & tñ ſunt in materia naturali, qa bonũ eſt ꝓprietas entis, ergo in materia naturali ſubcõtrarię poſsũt ſimul eſſe verę, qđ eſt contra legẽ earũ. Quarto ſic. In morte Socratis, Socr. habet ſimul eſſe, & non eſſe, igiť duo contradictoria quãdoq sũt ſimul uera. Antecedẽs patet, qa ſi eſſe, & non eſſe ſibi nõ ſimul cõuenirẽt i eodẽ iſtãti, ſibi conuenirẽt in diuerſis inſtãtibus, & ibi eſſet tp̃s inter medium. in quo Socr. nec haberet eſſe, nec non eſſe & ſic duę cõtradictorie eſſẽt ſimul falſę. & cũ hoc ſic impoſſibile, oportet dare primum, ꝙ ſimul hẽt eſſe, & non eſſe. Quinto ſic. Vnum contradictoriorum eſt falſum, igiť alterum eſt falſum, & ſic pñt ſimul eſſe falſa. conſequentia tenet qa vel alterũ eſt falſum, vel non alterũ Si non alterum, cum nõ alterum, & neu- E F

Argu.

A trum equipolleát,ſequeretur pro neutrum erit falſum, ſed erūt ambo vera.

Solutio. Ad argumēta. Ad primum dicitur, ꝙ ad falſitatē vniuerſalis nō ſequitur falſitas particularis eius, ſed tantū modo vnius ſuarū ſingulariū, & licet ueritas vnius ſingularis ſufficit ad veritatē particularis. tñ ad falſitatē ſingularis non ſufficit falſitas particularis, q̄a plus requiritur ad veritatem ſingularis quam particularis, ſcilicet prædicatum ineſſe, & non ineſſe pro vno ſuppoſito determinato, quod non requiritur ad particularem.

Ad ſm dicitur, ꝙ licet idē numero ineſſe,& non ineſſe nō poſſit eidē numero,tñ pōt ineſſe,& nō ineſſe eidē in B ſpecie ꝓ diuerſis ſuppoſitis, & ſic ꝓ diuerſis ſuppoſitis verificātur ſub cōtrariæ. Ad tertiū dicitur, ꝙ ſi capiātur bonū,vt eſt paſſio entis,& conuertitur cū ente,illa ſunt in materiæ naturali, & negatiua eſt falſa ſed ſi capiatur,vt dicit bonitatem moris, illo mō eſt accidens reſpectu entis, & illæ ſunt in materia cōtingēti. Ad quartū dr̄, ꝙ in morte Socr. ipſe hēt eſſe,& nō eſſe in eodē inſtanti, capto materialiter,diuerſo tñ formaliter,quia vt eſt in finis præteriti hēt in eo eſſe, & vt eſt principiū futuri habet in eo non eſſe & q̄a non eſt C idē inſtans formalr, ideo eſſe, & non eſſe nō dn̄r ſimul conuenire Socrati, nec etiā oportet ibi eſſe tēpus mediū. Ad quintū dr̄ ꝙ alterū,vno mō capitur indefinite,vel particulariter,& tm valet ſicut vnū,vel aliqđ,& ſic bū ſequit̄ vnū cōtradictoriū eſt falſū,ergo alterū & valet pbatio conſequentię. Alio modo relatiuę,vt eſt relatiuum diuerſitatis, & ſic conſequentia non valet nec probatio eius, quia hoc modo nō alterum,& neutrū non ęquipollet, iō.

Subalternarum lex, qua quomodo in veritate, ac falſitate ſe conſequantur oſtenditur.

Lex ſeu natura ſubalternarū talis eſt qđ ſi vniuerſalis eſt vera ſua particularis erit vera,& nō cōuer particulari exiſtēte vero,& ſi particularis eſt falſa, ſua vniuerſalis erit falſa,& non econuerſo. D
ſo,præt.n.vniuerſalis eſſe falſa ſua

Poſtq̄ Auctor determinauit de lege cōtradictoriarū,quæ repugnāt in qualitate,& quātitate ſimul,hic cōſequenter determinat de lege ſubalternarū,q̄ repugnāt in quātitate ſolū. Subalternę enim nō repugnāt in veritate, q̄a poſſunt ſimul eſſe veræ.nec in falſitate,q̄a poſſunt ſimul eſſe falſæ,nec in qualitate,ideo ſolū repugnāt ī quātitate.ideo E inter oēs ꝓpoſitiones ſubalternæ minime repugnāt ſiue opponūtur,ratione cui⁹ Auct. vltimo determinat de ipſis,& prio dicit, ꝙ ſi vniuerſalis eſt vera,particularis ē vera, & nō ecōuerſo.

Si ſubalternas ē vera,ſub alterna eſt vera, & nō e contra, ſi ſubalterna eſt falſa,ſub alternás eſt falſa, & nō e contra.

Vbi primo eſt ſciēdum, ꝙ ad veritatē vniuerſalis ſequitur veritas particularis ſibi ſubalternę. Cuius sūt duę rōnes. Prima,ꝙ ſi pdicatū vere dicatur de quolibet ſuppoſito ſubiecti, ſicut dicit vniuerſa'is, et vere dr̄ de aliquo ſuppoſito ſubiecti, qđ ſufficit ad veritatem particularis. iō ad veritatē vniuerſalis ſequit̄ veritas ſuę particularis Scđa rō eſt,q̄a ſi vniuerſalis eſt vera ſua particulari exiſtente falſa, ſequeret̄ ꝙ cōtradictorię eſſent ſimul ueræ,& ſimul falſę, q̄a ſi iſta eſſet uera,oīs hō non currit,& illa falſa,q̄dam hō currit.ſub cōtraria iſtius.ſ.q̄dam hō non currit,per F legē ſubcontrariarū eſſet vera,ſđ hæc, aliq̄s hō non currit,cōtra dicit primæ.ſ.oīs hō currit.q̄ ponebat̄ vera, igitur duæ cōtradictoriæ erūt ueræ ſimul. ēt ſi illa ſit vera oīs hō currit,ꝑ legē contrariarū,ſua cōtraria erit falſa.ſ.nullus hō currit,ſđ iſta cōtradicit illi particulari.aliquis hō currit,ideo,ſi iſta ponatur falſa,& vniuerſalis vera,duę,cōtradictoriæ erunt ſimul falſe,ꝙ eſt impoſſibile,ideo relinquitur,ꝙ ſi vniuerſalis eſt vera,ſua particularis erit vera.

Secundo ſciendum qđ ad veritatē, particularis non ſequit̄ veritas vniuerſalis,& ratio eſt,q̄a in materia contingenti prædicatum poteſt cōuenire,alicui ſuppoſito,& tñ nō cōuenire omnibus

A bus, ideo particularis poteſt eſſe vera, quia ad ipſam ſufficit prædicatum vere dici de ſubiecto pro aliquo, vniuerſali tñ exiſtente falsa iõ, quamuis, ad veritatem vniuerſalis ſequatur veritas particularis, non tamen econuerſo.

Tertio ſciendũ, ꝙ ad falſitatem particularis ſequitur falſitas ſuę vniuerſalis. Ratio eſt, quia ſi prædicatum non verificetur de aliquid ſuppoſito ſubiecti, ꝙ requiritur ad veritatem particularis, non verificabitur de quolibet, ſicut requirit̃ ad veritatem vniuerſalis. igitur, ſi particularis eſt falſa, ſua vniuerſalis eſt falſa, licet non econuerſo, etiã ſi particularis poneretur falſa, & non vniuerſalis eius, ſequeret̃, ꝙ duæ cõtradictorię eſsẽt ſimul verę et ſimul B falſæ, qđ ꝓbaret̃ eodẽ mõ ſicut ꝓbatũ eſt in prima parte legis ſubalternarũ.

Ad falſitaté particularis ſequitur falſitas vniuerſalis

Quarto ſciendum, ꝙ ad falſitatem vniuerſalis non ſequit̃ falſitas particularis. Rõ eſt. qa ad falſitatem vniuerſalis ſufficit prædicatum falſo dici de aliquo ſuppoſito ſubiecti, & ad falſitatẽ particularis requiritur falſo dici de oĩbus. Sed, ſi falſo dicatur de vno, non oportet ꝙ falſo dicatur de oĩb alijs. iõ ad falſitatẽ vniuerſalis nõ ſeqr̃ur falſitas particularis, & hoc in materia contingẽti, qa i materia naturali, & remota, ſi vniuerſalis ſit falſa, ẽt, & particularis, & ꝑ hoc habent̃ quatuor partes, C q̃ ſunt in lege ſubalternarũ. Ex ꝑdictis colligit̃ ꝙ ad veritatẽ vniuerſalis affirmatiuæ, ꝑdicatũ dẽt ineſſe ſubiecto ꝑ quolibet ſuppoſito, & ad falſitatẽ ſufficit, qđ remoueatur ab aliquo ſeu vnico ſuppoſito. Sed ad veritatem particularis, vel indefinitæ ſufficit ꝑdicatũ verificari de ſubiecto ꝑ vnico ſuppoſito eius, & ad falſitatẽ eius oportet ipſũ falſo dici de quolibet ſuppoſito, & ad ueritatẽ ſingularis reqrit̃, qđ verificetur de vnico determinato ſuppoſito, et ad falſitatem, qđ remoueat̃ ab eodem.

Ad falſitaté vniuerſalis nõ ſequitur falſitas particularis.

Sed contra prædicta primo arguit̃. Ad poſitionẽ vniuerſalis non ſequitur poſitio particularis, vt ad poſitionem animalis non ſequit̃ poſitio hominis, ergo ad veritatem vniuerſalis non ſequitur veritas particularis. D

Scđo ſic. Nõ ſeqt̃, oẽ animal præter Socratẽ currit ergo qđdã animal pter Socratẽ currit. igit ad veritatẽ vniuerſalis non ſequitur veritas particularis. Argu.

Tertio ſic. Ad veritatem huius, qđã homo eſt animal ſequit̃ veritas huius, oĩs hõ eſt animal, & ad iſtã aliqs Sol lucet, ſequitur iſta omnis Sol lucet, igitur ad veritatem particularis ſequitur veritas vniuerſalis.

Quarto ſic. In oĩ bona conſequẽtia conſequens includitur in antecedente, ſed in falſitate particularis nõ includitur falſitas vniuerſalis, qa in particulari non includitur vniuerſalis ſua, ergo ad falſitatem particularis non ſequitur falſitas vniuerſalis. E

Quinto ſic, Vbicũq; ſubiectum tenetur pro ęqualibus ſuppoſitis, & vbi eſt idẽ prædicatũ. eſt eadẽ cauſa ueritatis, & falſitatis, ſed in vniuerſalis, & particulari eius ſubiectũ tenet̃ ꝑ æqualibus ſuppoſitis, alias non eſſent oppoſitæ: igitur habẽt eandem cauſam veritatis, & falſitatis, ergo ad falſitatem vniuerſalis ſequitur falſitas particularis.

Ad argumenta. Ad primũ dr̃, qđ ad poſitionem vniuerſalis in complexi, qđ eſt ſuperius alicuius inferioris, nõ ſequit̃ poſitio ſui particularis, ſed ad poſitionem vniuerſalis complexi, qđ eſt propoſitio vniuerſalis, ſequitur poſitio ſui particularis, & de iſto vniuerſali ſolũ eſt hic ad ꝓpoſitum ſm dr̃ ꝙ ibi male capiatur particulare illius ꝓpoſitionis vniuerſalis quia exceptio nõ põt addi termino capto particulariter, ſed ſic dẽt capi ſua particularis, aliqđ animal, aliud a Socrate currit, & tunc bene ſequitur ad ſuã vniuerſalẽ. Solutio. F

Ad tertiũ dr̃ quod licet in illis ꝓpoſitis ad particularẽ ſequatur vniuerſalis, hoc tñ non eſt ratione modi enũciãdi, ſe tñ gratia materiæ, qa non ſeqtur in oĩbus. vñ duæ primæ ſunt in materia naturali, i qua vniuerſalis, & particularis eius equipollent ꝙ ad veritatem, & in alijs eſt vnũ ſolũ ſuppoſitũ

A ſubiecti, quare, ſi particularis eſt vera etiam vniuerſalis.

Ad quā tū dr̄, quod licet in falſitate particularis non includatur formaliter falſitas vniuerſalis, tñ icluditur virtualiter, quia in hoc, qđ prædicatū falſo dr̄ pro qualiter ſuppoſito ſubiecti includitur quod falſo dr̄, pro aliquo quod ſufficit ad falſitatem vniuerſalis. Ad quintū dr̄, quod in vniuerſali, & particulari ſubiectū dr̄ de æqualibus ſuppoſitis, non tñ eodem modo, quia in vniuerſali diſtribuitur, & tenetur in actu pro oībus ſuppoſitis eius, & in particulari ſolum tenetur in actu pro omnibus in aptitudine, & non in actu, cum non diſtribua-
B tur, & ſic patet de lege ſubalternarum.

De triplici propoſitionū conuerſione. Simplici per Accidens & per contrapoſitionem.

Item propoſitionū vtroq. termino participātiū, ordine cōuerſo, triplex eſt cōuerſio. ſ. ſimplex, per accidens & per contrapoſitionem.

Poſtquā Auctor determinauit ſuperius de oppoſitione, quæ eſt paſſio ꝓpoſitionum participantiū vtroque termino eodem ordine, hic conſequenter determinat de cōuerſione, quæ eſt paſſio propoſitionū participantiū vtroque termino ordine conuerſo: Et quia con-
C uerſio dr̄ analogice ideſt ſm prius, & poſterius, & poſterius de ſuis ſpeciebus. ideo Auctor non definit eam in communi, ſed diuidit, & poſtea definit eam in ſuis ſpeciebus. hic tamen videndum eſt de ratione eius in communi.

Primo ſciendum, ꝙ conuerſio accipitur dupliciter. Vno modo generaliter, pro quacunque mutatione rei de vno in aliud, ſicut eſt conuerſio de bono in malum. vt cōuerſio aquæ in vinum, & ſic dr̄ tam de conuerſione terminorum quā rerū. et propoſitionum. Alio modo capitur ſpecialiter ſolū mutatione vni⁹ propoſitionis in aliā. quæ eſt conuerſio propoſitionū, & ſic eſt proprietas propoſitionum, quæ conuertuntur, & ſi conſyderatur hic, & non primo modo.

D Secundo ſciendū, ꝙ conuerſio ꝓpoſitionū adhuc accipitur tripliciter. Vno modo cōiter, pro oī mutatione vnius propoſitionis in aliam, & ſic continet ſub ſe conuerſionē in terminis, & conuerſionem in oppoſitā qualitatē quæ conuenit propoſitionibus de contingēti ad vtrūlibet, vt dicendo Socr. currere eſt contingens. ſecundo mō capitur minus cōiter prout eſt mutatio p̄dicati in ſubiectū, & econuerſo, ſiue ibi ſit bona cōſequentia, ſiue non, tertio capitur ꝓprie, prout eſt mutatio p̄dicati in ſubiectū, & econtra cum bona conſequentia vnius propoſitionis ad aliā, vñ, q̄a mutatio ſitus terminorū, cū qua eſt bona conſequētia dr̄ debita mutatio, alia aūt vbi non eſt bona conſequenti, dr̄ indebita mutatio, ideo cōuerſio magis proprie ſignificat mutationem ſitus termi-
E norum propoſitionis cum bona conſequentia vnius propoſitionis ad aliā q̄ ſignificet aliā mutationem, & ſolum hoc tertio modo ſumitur hic cōuerſio.

Ad cognoſcēdum aūt conuerſiones, tam proprie, q̄ improprie dictàs, ſeptem regulæ a doctoribus ponuntur hic quæ vide ex tex.

Tertio ſciendum, ꝙ conuerſio ſic definitur. Conuerſio eſt propoſitionum, vtroque termino participantium ordine cōuerſo vnius ad aliā formalis conſequentia. In qua definitione ponitur formalis conſequentia loco generis, ipſa. n. eſt ſuperius ad argumētationem, conuerſionē, & ad alias ſimplices conſequentias. & eſt formalis conſequentia, q̄ tenet in oībus terminis ſimili forma arguendi retenta. Deinde ponitur
F propoſitionū vtroque termino participantiū, ad differentiā conſequētiæ propoſitionū, q̄ non ſunt vtroque termino participātes. ſicut eſt in enthymemate, vel exemplo ponitur ordine ecōuerſo ad differentiā conſequentiæ propoſitionū, q̄ ſunt vtroq; termino participātes eodē ordine, ſicut eſt conſequentia inter ſubalternas, vel inter æquipollētes. Ex quibus patet, ꝙ in qualibet cōuerſione, cū ſit q̄dā cōſequentia, requiruntur duę, ꝓpoſitiones, & prima eſt cōuerſa, & ē antecedēs reſpectu alteri⁹, ſcđa vero dr̄ cōuertēs, & ex cōſequens ad aliā.

Triplicis conuerſionis ſufficientia.

Quarto ſciendum ꝙ propoſitionum catego-

A categoricarũ vtreque termi .o partici- pãtiũ ordine conuerſo,triplex eſt cõuer ſio ſimplex,per accidẽs,& ꝑ contrapoſi tionẽ.cuius diuiſionis ſufficiẽtia ſic hr. qa oĩs conuerſio eſt conſequenta vnius propoſitionis ad aliã cũ mutat.one ſi- tus termino.ũ,vel ergo in illis ꝓpoſitio nib. termini hñt contrariã poſitionem, ſic ꝙ in vna ponantur finite, & in alia infinite,vel hñt ſimilẽ poſitionẽ,ſic qđ eodem modo tenentur in vtraq; ſi pri- mum, ſic eſt conuerſio per contrapoſi- tionem,ſi ſm,ſic eſt dupliciter,vel vna

Arg. ꝓpoſit.o ſequitur immediate,& cõuer- tibiliter ad alia.& ſic eſt conuerſio ſim plex,vel non conuertibiliter,ſed ſolum

B ex conſequenti,& ſic eſt cõuerſio ꝑ ac- cidens.in qua conuertens non ſequitur immediate ad conuerſam,ſed per alte- rũ.ſ rõne vnius propoſitionis. q̃ ſequit primo ad conuerſam, ad quam ſequi- tur ſua cõuertẽs, ſicut inferius patebit.

Argum. Sed cõtra prædicta primo arguitur. Conuerſio dr mutatio prædicati in ſu- biectũ,ſed ꝓdicatũ.cũ habeat rõnẽ for- mæ non põt mutari in ſubiectũ.qđ hẽt rõnem materiæ, ergo conuerſio nõ eſt poſſibilis, nec eſt paſſio propoſitionũ. Secũdo ſic.Conuerſio eſt mutatio ſitus terminorũ propoſitionis,igitur dẽt di- ci paſſio terminorũ, & nõ ꝓpoſitionũ.

Tertio ſic.Conuerſio non eſt aliqua argumẽtatio,cũ in ipſa nõ ſit mediũ.&

C tñ in oĩ argumẽtatione ẽ aliqđ mediũ igit cõuerſio nõ ẽ cõſequẽtia formalis.

Quarto ſic.Hõ,& riſibile conuertũ- tur, & non conuertuntur per aliquam harum ſpecierũ cõuerſionis igitur ma- le ponuntur tm̃ tres ſpẽs conuerſionũ.

Quinto ſic.Ariſt.ſufficiẽter determi- nans de conuerſionib. non poſuit con- uerſionẽ per contrapoſitionẽ.igitur hic male ponitur inter ſpecies cõuerſionis.

Solutio, Ad argumẽta.Ad primum dr, quòd cõuerſio eſt poſſibilis cum omnes eius cauſæ ſint poſſibiles.& licet prædicatũ formaliter ſub intentione prædicati nõ poſſit mutari in ſubiectũ,tñ quantũ ad illud, quod eſt bene mutatur in ſubie- ctum,& econtra. Ad ſm dr,ꝙ conuer- ſio debita quãtũ ad rõnẽ,a qua ſumitur nomen conuerſionis dr mutatio ſitus terminorum, dr.n. conuerſio quaſi ſi- mul verſio ſubiecti in prædicatum, & econtra,& ſm hoc in ſuo nomine non eſt bona conſequentia,ſed quantum ad id,cui nomen imponitur eſt conſequẽ- tia,cum mutatione terminorum,& ta lis conſequentia eſt paſſio propoſitio- num,& nõ terminorum,& adhuc mu- tatio terminorum non conuenit termi nis ſm,ſed vt ſunt in ꝓpoſitione. id.o eſt paſſio propoſitionis, ſibi conueniẽs rõne terminorum. Ad tertium dr quod licet conuerſio non ſit aliqua argumen tatio, tñ non ſequitur ꝙ non ſit conſe- quentia formalis, quia conſequentia eſt quoddam ſuperius ad argumenta- tionem,& ſimplices conſequentias,cu iuſmodi ſunt conuerſio,& æquipollen tia Ad quartum dr,ꝙ homo & riſibile inter ſe conuertuntur per conuertibili- tatem,& non per conuerſionem. ſic.n. differunt conuerſio,& conuertibilitas, & conuertentia quia conuertibilitas eſt paſſio terminorum cõuertibilium, qui de ſe inuicem vniuerſaliter veriſi- cantur,ſed conuertentia eſt paſſio rela- tiuorum,quæ ad inuicem referuntur, vt ſunt pater,& filius, & conuerſio eſt paſſio propoſitionum. Ad quintum di- citur,quod Ariſt.conſiderat conuerſio nem,vt eſt principium reductiuum ſyl logiſmorum imperfectorum ad perfe- ctos,& quia conuerſio per contrapoſi- tionem ad hoc non deſeruit,quia in ip ſa non manent idem termini ſimplici- ter, qui tamen debent remanere in re- ductione ſyllogiſmorum, ideo illam non enumerauit Ariſt.inter conuerſio- nes. ſed Petr. Hiſp. conſyderauit con- uerſionem, vt eſt paſſio propoſitionis, & conuerſio per contrapoſitionem eſt quædam paſſio eius, ideo ipſam cum alijs enumerauit,inde etiam prouenit, quod Auctor iſte determinauit de con uerſione in primo tractatu, vbi conſy- derat de enuntiatione,& Ariſt.de con- uerſione in libro priorum determinat, vbi conſyderat de ſyllogiſmus.

D

B

Cur.Ariſ. omni.ſit cõuerſio nem per contrapoſitionem.

Vide primo Priorũ. c.2.3.& 4.

A Simplex conuerſio, & in quibus propoſitionibus ea vtamur.

Simplex cõuerſio eſt qñ de prædicato fit ſubiectũ, & de ſubiecto ꝑdicatũ, manẽte eadẽ qualitate, et quãtitate ꝓpoſitionis, & hoc mõ conuertitur vlis negatiua in ſeipſam, & particularis affirmatiua in ſeipsã, vt nullus hõ eſt lapis, nullus lapis eſt hõ, quidam homo eſt animal quoddã animal eſt homo.

Poſtq̃ Auctor ꝑmiſit diuiſionẽ conuerſionis, hic conſequẽter determinat
B de mẽbris eius, & quia in conuerſione ſimplici, & per accidens manent idem termini, & ſm rem, & vocem, & in cõuerſione per contrapoſitionem ſolum manẽtur ſm vocem, & variatur ſm ſignificationẽ, iõ prius determinat de cõuerſione ſimplici, & ꝑ accidens, q̃ de alia, & qa in cõuerſione ſimplici eſt ſolum mutatio ſitus terminorum, & nõ mutatur quãtitas, nec qualitas propoſitionis, & in conuerſione per accidens eſt mutatio quãtitatis cum mutatione ſitus terminorũ, ideo prius agit de cõuerſione ſimplici quam per accidens.

Primo ſciendũ, ꝙ cõuerſio ſimplex eſt mutatio prædicati in ſubiectum, &
C econtra manente eadem quãtitate, & qualitate in qua definitione ponitur mutatio loco generis, deinde ponitur prædicati in ſubiectum, & econtra ad differentiam conuerſionis per contrapoſitionem, vbi non mutatur ſimpliciter prædicatum in ſubiectũ, ſed mutantur termini finiti in terminos infinitos, & ſic variantur ſm ſignificata. Deinde ponitur manente eadẽ qualitate, & quantitate ad differentiã conuerſionis ꝑ accidens, vbi eſt mutatio quãtitatis propoſitionis, non tñ remanet hic eadẽ qualitas vel quãtitas numero qa conuertẽs, & cõuerſa numero differũt. ſed ſolum manet eadem in ſpeciẽ.

Secundo ſciendum, ꝙ iſta cõuerſio

Cõuerſio ſm-

dr ſimplex duplici de cã. Primo qa ibi eſt ſimplex mutatio, prædicati in ſubiectum, ſine mutatione quantitatis vel terminorum finitorum in infinitos terminos, ſicut in conuerſione, per cõtrapoſitionem, quę non eſt ſimplex mutatio, ſed eſt mutatio cõplectens plures mutationes. Secunda cauſa eſt quia in hac conuerſione propoſitio conuerſa per ſe primo, id eſt ſm ſe totã conuertitur, & non gratia partis, ſicut in cõuerſione per accidens, vbi vniuerſalis non ſm ſe totam conuertitur ſed ſm ſuam particularẽ. & inde eſt ꝙ in iſta cõuerſione vna propoſitio ſimpliciter cõuertitur in aliã & ideo in cõuerſione ſimplici eſt cõſequẽtia conuertibilis, quia ſicut cõuertens ſequitur ad cõuerſam, ita econuerſo, ꝙ tñ non fit in conuerſione per accidẽs, vbi licet particularis conuertens ſequatur ad vniuerſalem, non tamẽ contra, vt licet ſequatur, omnis homo eſt animal, ergo quoddam animal eſt homo, non tamen econtra.

D *plex cur dicatur.*

E

Tertio eſt ſciendum, ꝙ ſcđm cõuerſionem ſimplicem cõuertitur particularis affirmatiua, ꝙ ſic probatur; quia bene ſequitur quidam homo eſt aĩal, ergo, quoddã animal eſt homo. & ibi eſt mutatio prædicati in ſubiectum, & econtra, igitur ibi eſt bona conuerſio. Antecedens patet. quia, ſi iſta ſit vera, quidam homo eſt animal, oportet, ꝙ aliquid idem ſit hõmo, & animal. tunc ſignetur illud idem ꝙ ſit homo, & animal, & vocetũr Socr. & arguitur ſic ꝑ ſyllogiſmum expoſitorum, id eſt ex ſingularibus factum. Socr. eſt homo, Soc. eſt animal, ergo quoddam animal eſt homo. & ſic iſta, quoddam animal eſt homo. ſequitur ad illam, ſ. quidam homo eſt animal, ad quam ſequũtur pręmiſſæ illius ſyllogiſmi expoſitorij.

Quę ꝓpoſitiones ſimpliciter conuertantur.

F

Quarto ſciendũ, ꝙ iſta conuerſione etiã conuertitur vniuerſalis negatiua, quod probatur ſic. quia bene ſequitur, nullus hõ eſt lapis, ergo nullus lapis eſt homo, quia omnis conſequẽtia eſt bona in qua eſt oppoſito cõſequẽtis ſequitur oppoſitum antecedẽtis, ſed ſic eſt de iſta, quia ad iſtã, quæ eſt contradictoria conſequẽtis, quidem lapis eſt

Vniuerſalis negatiua ſimpliciter cõuertitur

homo

A homo, ſequit̃ iſta. quidã hõ eſt lapis p conuerſionẽ ſimplicẽ particularis affirmatiuę, tã probatã. & illa eſt oppoſitũ antecedentis, ergo prima conſequẽtia fuit neceſſaria. Et põt aliter ſic argui ſi non ſequitur. nullus homo eſt lapis, ergo nullus lapis eſt hõ, oppoſitum conſequẽtis ſtabit cũ antecedẽte, ſed ad ipſũ ſequit̃ contradictoriũ antecedentis, ergo duę cõtradictoriæ ſtabũt ſimul in veritate, ꝙ eſt impoſſibile, igitur oportet primã cõſequẽtiã fuiſſe neceſſariã.

Argu. Sed contra prædicta primo arguit̃. In oĩ conuerſione eſt mutatio pdicatũ mutatione ſubiecti, ergo ĩ qualibet cõuerſione sũt plures mutationes, & per

B conſequens nulla eſt mutatio ſimplex ſiue cõuerſio. Scdõ ſic. Hæc eſt conuerſio ſimplex. Socra. eſt hõ, igitur quidã homo eſt Socra. & tñ ibi non remanet eadem quantitas, cum prima ſit ſingularis, & ſecunda ſit particularis, igitur in conuerſione ſimplici non manet eadem quantitas.

Tertio ſic. Nullus hõ eſt ſpecies, igit̃ nulla ſpecies eſt hõ, non ſequit̃, cũ antecedens ſit verum, & conſequens falsũ. cũ contradictoriũ cõſequẽtis ſit verũ, ſ aliqua ſpẽs hõ, igit̃ vniuerſalis negatiua non bene conuertit̃ ſimpliciter.

Quarto ſic. Non ſequit̃ nullꝰ ſenex erit puer ergo nullus puer erit ſenex, cum antecedens ſit verum, & conſequẽs fal

C ſum, igit̃ cõuerſio ſimplex vniuerſalis negatiuæ, non eſt bona conſequentia.

Solutio. Quinto. Non ſequitur, quidam lapis eſt in muro, ergo quidam murus eſt in lapide, igitur particularis affirmatiua non conuertitur ſimpliciter.

Ad argumẽta. Ad primũ dr̃, ꝙ licet in conuerſione ſimplici ſint duæ mutationes in numero qm̃ ad terminos propoſitionis, tamen eſt vna tm̃ in ſpẽ. ſ mutatio ſitus terminorũ, & non eſt cõ p'ectẽs plures mutationes ſpecie, ſicut eſt in alijs conuerſionibus. Ad ſm̃ dicitur, ꝙ in illa conuerſione nõ manet eadem quantitas quantũ ad modũ enunciandi, tamẽ manet eadem virtualiter, quantũ ad id, pro quo verificantur illæ

D propoſitiones, quia ſicut ſingularis pro vnico ſuppoſito verificat̃, ita & particularis, & indefinita [illegible] cuius de ſingularibus, particularib. & indefinitis, idẽ eſt iudicium quantũ ad conuerſiones. Ad tertiũ dr̃ ꝙ illa, nullus homo eſt ſpecies, dẽt ſic conuerti, nulla ſpẽs eſt aliqs homo, ad hoc ꝙ homo in ſecunda euidenter teneatur pro ſuppoſitis, ſicut in prima. Ad quartum dicit̃, ꝙ illæ duæ. ſ. nullus ſenex erit puer, & nullus puer erit ſenex põt capi in ſenſu cõpoſito, & tunc eſt ſenſus, nullus ſenex ſub forma ſenis erit puer, & ſic ambæ ſunt veræ, & poſſunt capi in ſenſu diuiſo, & ſenſus talis, nullus ſenex, quantum ad id ꝙ eſt erit puer, & ſic prima eſt falſa, ſicut & ſecunda, qã

E ibi ſenex ſupponit pro oĩbus ſenibus præſentib. & futuris ratione verbi de futuro, & pro omnibus illis diſtributiuè. modo de aliquo futuro ſene qui forſã cras naſcetur, verum eſt dicere ꝙ erit puer. Ad quintũ dicitur, ꝙ illa non conuertitur ſic, quidã lapis eſt in muro, ergo quidam murus eſt in lapide, ſed debet ſic conuerti, ergo quoddam ens in muro eſt lapis, quia prædicatũ primæ nõ eſt murus, ſed ens in muro, & ſimiliter ẽt dicitur de iſtis. quidam oculus eſt in capite, quoddã vinũ eſt in dolio.

Quid conuerſio per accidens, & quæ propoſitiones ea conuertantur. F

Cõuerſio per accidẽs eſt facere de pdicato ſubiectum, & de ſubiecto pdicatũ manẽte eadẽ qualitate, ſed mutata quãtitate. Et ſic cõuertit̃, vniuerſalis affirmatiua in particularẽ affirmatiuã, vt oĩs hõ eſt animal, qddã animal eſt hõ, & vniuerſalis negatiua ĩ particularẽ negatiuã, vt nullus hõ eſt aſinus. quidam aſinus non eſt homo.

Poſtq̃ Auctor determinauit de conuerſione ſimplici, in qua ſolũ eſt mutatio pdicati in ſubiectũ, & econtra, hic

A cõſequẽter determinat de cõuerſione ꝑ accidens, in qua ſũt duæ mutationes. ſ. pdicati in ſubiectum, & quantitatis, ꝓ pũm ſic definies. Conuerſio ꝑ accidens eſt tranſpoſitio pdicati in ſubiectũ, & econtra, manente eadem qualitate, ſed mutata quantitate Cuius definitionis eſt eadẽ explicatio ſicut pcedentis præter hoc. ꝙ hic ponit mutata quantitate, ad driam conuerſionis ſimplicis.

Primo ſciendũ. ꝙ hac conuerſio dr̃ ꝑ accidẽs, qa per ipſam non conuertit propoſitio ſm ſe totã, & per ſe primo, ſed gratia partis. ſ. ſm ſuã particularẽ. vt hęc ois hõ eſt animal, ergo quoddã animal eſt homo. prima nõ conuertitur niſi ratione ſuę particularis. ſ. qui

B dam homo eſt animal, quæ conuertit ſimpliciter in aliam, & non conuertit ſcd̃m ſe totã, hoc eſt ſcd̃m oẽs ſuas ſingulares. etiam illa conuertens ſequit̃ ad ipſam ſcd̃m partẽ eius, & non ꝑ ſe primo, modo id, quod conuenit alicui ſecundum partem ſibi conuenit per accidens, & per alterum, ideo talis conuerſio per accidens nominatur.

Scd̃o ſciendũ. ꝙ ſcd̃m hãc cõuerſionẽ debite conuertitur vniuerſalis affirmatiua in particularẽ affirmatiuã, ꝓbatur, quia hic eſt bona conſequẽtia cum trãſpoſitione ſubiecti, & prædicati, oĩs homo eſt animal, ergo quoddã animal eſt hõ ergo ibi eſt debita cõuerſio, cum

C cõuerſio ſit formalis cõſequẽtia vnius ꝓpõnis ad aliã cũ mutatione pdicati, i ſubiectũ & econtra Antecedẽs ꝓbat̃, qa ad illã, ois hõ eſt animal, ſequitur illa, qdam hõ eſt animal, ꝑ legem ſubalternarum, & vltra ſequitur, quidam hõ eſt animal, ergo quoddã animal eſt homo, ꝑ cõuerſionem ſimplicem ergo de primo ad vltimum ſequitur, ois hõ eſt animal, ergo quoddam animal eſt hõ per illam regulam, cõſequentiarũ, quicquid ſequitur ad conſequẽs bonæ conſequentię ſequitur ad antecedẽs, et talis cõſequentia vocatus de primo ad vltimum. & ſic vniuerſalis affirmatiua bene conuertitur per accidens, non tamẽ põt cõuerti ſimpliciter, quia argueret a nõ diſtributo ad diſtributũ a parte pdicati primæ propõnis, quod nõ diſtribuitur in prima eo ꝙ eſt prædicatũ propoſitionis affirmatiuæ, & tñ diſtribueretur in ſecunda cum eſſet ſubiectum propoſitionis vniuerſalis. D

Cõis conſequentiarum regula.

Tertio ſciendum, ꝙ per cõuerſionẽ per accidẽs, debite conuertitur vniuerſalis negatiua in particularẽ negatiua patet. quia hæc eſt bona cõſequẽtia cũ trãſpoſitione terminorũ, nullus homo eſt lapis, igitur quidã lapis non eſt hõ. igit̃ vniuerſalis negatiua bene conuertitur per accidẽs. Antecedens patet, qa bene ſequitur, nullus hõ eſt lapis, ergo nullus lapis eſt homo ꝑ conuerſionẽ ſimplicem vniuerſalis negatiuę, ad q̃ ſequit̃ illa, quidam lapis non eſt hõ ꝑ legem ſubalternarũ, ideo ſequebat̃ ad primam, & illa eſt bona conſequentia. Itẽ, ſi non ſequat̃. nullus homo eſt lapis, ergo quidã lapis non eſt homo, oppoſitum conſequentis ſtabit cũ antecedente in veritate. ſ. ois lapis eſt hõ, ſed ad ipſam ſequitur, quidam homo eſt lapis, per conuerſionem per accidens vniuerſalis affirmatiuæ, ſed illa eſt contradictoria antecedentis igitur duæ contradictoriæ ſtabunt ſimul in veritate, ꝙ eſt impoſſibile. & ſimiliter poſſet probari conuerſio per accidens vniuerſalis affirmatiuæ.

Qua rõne vniuerſalis negatiua i ſuã par icula ẽ per accidẽs conuertatur. E

Quæ nõ ſit cõſequentia mala, & eius rõ. F

Quarto ſciendũ, qđ ut ſupponit̃ in hac probatione vltima, in oĩ mala conſequẽtia oppoſitum conſequẽtis ſtabit in veritate cum antecedente. Cuius rõ eſt, qa in omni mala cõſequentia antecedens põt eſſe verum, conſequẽte exiſtẽte falſo. & ideo oppoſitũ cõſequẽtes ipſius põt ſtare in veritate cũ antecedẽte. Inde conſequẽtia non dicitur mala, niſi quia conſequens eius nõ includit̃ in antecedẽte. ſed poteſt eſſe falsũ antecedẽte exiſtẽte uero, ideo ſuum oppoſitum põt eſſe verum cum antecedẽte talis cõſequẽtiæ, & ecõtra in bona cõſequẽtia. vñ ex vero nunq̃ ſequit̃ falsũ, licet ex falſo, qñq; ſequatur verum. Ex quib. patet, ꝙ vniuerſalis affirmatiua, & vniuerſalis negatiua bñ cõuertunt̃

per

A per accidens, ſed nulla particularis poteſt conuerti per accidens, quia ſi ſic, conuerteretur in vniuerſalem: ſed ad particularem nunquam ſequitur formaliter ſua vniuerſalis: ideo particularis nunquam conuertitur per accidēs.

Argum. Sed cōtra prædicta primo arguitur. Qualitas rei conſequitur quantitatem eius: igit mutata q̄titate mutabit qualitas, ergo in cōuerſione p accidens non manet eadē qualitas mutata quātitate.

Secundo ſic. Non ſequitur, oīs hō videt lapidem: igitur quidam lapis videt hoīem, ergo vniuerſalis affirmatiua non bene conuertitur per accidēs. Tertio ſic. Non ſequitur, oīs homo eſt mor-
B tuus, & econtra quoddam mortuū eſt homo cùm antecedens poſſit eſſe verum, conſequente exiſtente falſo. ergo vniuerſalis affirmatiua non bene conuertitur per accidens. Quarto ſic. Non ſequitur, nullus homo eſt mulier, ergo quædam mulier non eſt homo. igitur contra conuerſionem vniuerſalis negatiuæ. Quinto ſic. Non ſequitur, nullum animal, præter hoīem eſt rōnale, ergo quoddā rationale non eſt animal, præter hominem, igitur vniuerſalis negatiua non debet conuerti per accidens.

Solutio. Ad argumenta. Ad primū dr̄, ꝙ mutata quātitate in numero, mutatur qualitas ſm numerum, quia qualitas ſequi-
C tur quantitatē in eſſe numerali, ſed mutata quantitate in ſpecie non mutatur qualitas in ſpecie, quia ſm ſuū eſſe ſpecificum non ſequitur quantitatē, & de iſta eſt hic ad propoſitum. Ad ſm dr̄, ꝙ illa nō bene conuertitur, ſed dēt ſic conuerti, oīs hō videt lapidē, ergo quodda videns lapidem eſt hō. eſt.n. regula in conuerſionibus, ꝙ qñ in propoſitione ponitur verbum adiectiuum pro copula principali, antequā conuertatur propoſitio, illud reſoluēdum eſt per eſt, & ſuum participium, & dēt illud participium accipi in prædicato, & reduci ad ſubiectū conuertentis, aliter non fieret de prædicato primæ ſubiectū ſecundæ.

Regula ad conuertendas propoſitiones valde neceſſaria.

Ad tertiū dr̄, ꝙ illa non bene conuertit, qa in iſta, oīs hō eſt mortuus, hō ſupponit pro præſentibus, & prętcritis ſimul D
rōe illus præteriti mortuus, & in alia tenetur pro præſentibus tm̄, & non ampliatur, ſed dēt ſic conuerti, oīs hō eſt mortuus, ergo quoddam mortuum eſt vel fuit hō, vñ habendum eſt pro regula, qđ termini conuertentis & conuerſæ debent teneri æque amplæ, & æque ſtricte, i p o æqualibus ſuppoſitis, aut illæ non eſſent participantes vtroq; termino, ideo iſta ſic cōuertitur oīs homo eſt generandus, ergo quoddā generandum eſt vel erit hō, & dēt poni verbū futurum, vt hō ſtet in ſcđa pro futuris ſicut in prima. Ad quartum dr̄ quod illa dēt ſic cōuerti, nullus hō eſt mulier, E
ergo quædam mulier non eſt aliquis homo, & ponitur aliquis homo, vt homo ſtet in ſecunda pro viris tm̄ ſicut in prima. Ad quintum dr̄, quod illa male conuertitur, ſed debet ſic conuerti nullum animal pręter hominem eſt rationale. ergo quoddam rationale non eſt animal, aliud ab homine reſoluendo præter, per aliud & ab, & ſic debet fieri in omnibus exceptiuis. De iſtis tamen, & reduplicatiuis, & excluſiuis habet videri in paruis logicalibus, quo modo in ſpeciali conuertantur, & ſic patet de conuerſione per accidens.

Conuerſio per contrapoſitionē, & quæ propoſitiones ea conuertantur. F

Conuerſio per contrapoſitionem eſt, quādo de ſubiecto fit prędicatum, & de prædicato ſubiectum, manente eadem qualitate, & quantitate, ſed terminis finitis in terminos infinitos mutatis. Et hoc modo conuertitur vniuerſalis affirmatiua in ſeipſam & particularis negatiua in ſe ipſam, vt omnis homo eſt animal, omne nō animal eſt non homo, & quidam homo non eſt lapis, quidam non lapis non eſt non homo. vñ verſus.

Feci Simpl'r cōuert ī, Eua p Acci.
Aſto p Cōtra, ſic fit cōuerſio tota.

Aſſerit

A Aſſerit A negat E. ſunt vniuerſaliter ambę
Aſſerit I. negat O, ſunt particulariter ambæ.

Ecce tibi Sim, armigeros Ac, Arma bona Con.

Et notandum ꝙ illud ſignũ, ꝙ eſt ĩ ſubiecto ꝓpoſitionis, q̃ debet cõuerti quecunq. ſit illud, debet poni ſupra totũ p̃dicatũ, et reducere ipsũ ad ſubiectũ ĩ cõuertẽte ꝓpoſitionis. pterea, eadẽ ẽ conuerſio, in deſinitę ſingularis, et particularis.

B Poſtq̃ determinatũ eſt de cõuerſione ſimplici, & p accidens, vbi termini mutant̃ ſolũ ſm ſitũ, hic cõſequẽter determinat de cõuerſione p contrapõnẽ, ubi termini mutant̃ ſm ſitũ, & ſignificata ſimul, ipsã ſic definiens. Cõuerſio p contrapoſitionẽ eſt mutatio ſubiecti in p̃dicatũ, & econuerſo, manente eadem qualitate, & quantitate, ſed mutatis terminis finitis in terminos infinitos cuius definitionis ſimilis eſt explicatio, ſicut præcedentium, niſi quia hic ponitur mutatis terminis finitis in terminos infinitos, ad differentiam cõuerſionis ſimplicis, & per accidens.

Primo ſciẽdũ, ꝙ terminus finitus & infinitus cõtradicunt, ideo dñr habere contrariã poſitionẽ, & nõ ſimilẽ, et qa

C in iſta conuerſione termini finiti mutã tur in terminos infinitos habẽtes contrariã poſitionẽ terminis finitis, ideo tali cõuerſio dr p Cõtrapoſitionẽ. vñ qa terminus finitus, & infinitus cõtradicũt, vt dictũ eſt, & quanto vnũ cõtradictoriorum eſt cõmunis, & de pluribus dicit̃, tanto ſuum cõtradictorium eſt minus commune, & de paucioribus dicitur, ideo quãto terminus finitus eſt communior, & generalior, tanto terminus infinitus eſt ſpecialior, vt patet p exẽplum animal enim eſt cõmunius, quam hõ, & econtra, non hõ eſt cõius, quam non animal, quia dicitur de omnibus alijs ab animali, & cum hoc de alijs animalibus ab homine, & nõ animal ſolum dicitur de alijs ab animali.

Qua rõne hæc conuerſio per Contrapoſitionem dicatur.

Secũdo ſciẽdũ qđ p iſtã conuerſionẽ debite conuertitur vniuerſalis affirmatiua, patet qa hæc eſt bona cõſequẽtia, omnis homo eſt animal, ergo omne non animal eſt non homo, igit̃ vniuerſalis affirmatiua conuertit̃ in vniuerſalem affirmatiuam p contrapoſitionem. Antecedens, patet qa bene ſequitur, omnis homo eſt animal, igitur omnis homo non eſt non animal, qa animal, & non animal contradicunt, & vltra, & oĩs homo non eſt non animal, igit̃ omne non animal non eſt homo p conuerſionẽ ſimplicẽ vniuerſalis negatiuæ, & vltra, omne non animal non eſt homo, ergo omne non animal eſt non homo, quod homo, & non homo contradicunt, ideo de quocunque verificat̃ homo negatur non homo, ergo de primo ad vltimum ſequitur, omnis homo eſt animal, ergo oẽ non animal eſt non homo. Aliter etiam poſſet probari, quia ſicut animal eſt ſuperius ad hominem, ita non hõ ad nõ animal ratione infinitionis vt dictum eſt, ideo ſicut animal vniuerſaliter verificat̃ homine, ita non hõ de non animalibus. D E

Tertio ſciendum, ꝙ particularis negatiua debite conuertit̃ p contrapoſitionem, patet, qa bene ſequit̃ quidam hõ non eſt lapis, ergo qdam non lapis non eſt non homo, & ſic ibi eſt debita conuerſio. Antecedens patet qa bene ſequit̃, quidã homo non eſt lapis, ergo quidã homo eſt non lapis, quia lapis, & non lapis, contradicũt. & vltra, quidam homo eſt non lapis, igitur quidã non lapis eſt homo, per conuerſionem ſimplicem particularis affirmatiuæ. & vltra, quidam non lapis eſt homo igitur quidam non lapis non eſt non homo, quia homo, & non homo contradicũt ergo de primo ad vltimum bene ſequitur, quidam hõ non eſt lapis, ergo quidã nõ lapis non eſt non homo, & ſic particularis negatiua bene cõuertitur p contrapoſitionẽ, & non tñ conuertitur ſimpliciter, nec per accidens, quia ibi argueretur a nõ diſtributo ad diſtributum ex parte ſubiecti primæ, F

qıod

A quod in prima non diſtribuitur, cũ ſit ſubiectũ propoſitionis particularis, & tñ in ſecũdo diſtribueretur, cum eſſet prædicatum propoſitionis negatiuæ.

Quarto ſciendũ quod circa conuerſiones pdictas Auctor ponit duo notabilia in textu. Primum eſt, ꝙ ſignum poſitũ in ſubiecto propoſitionis, quæ debet conuerti, debet poni ſupra totũ prædicatum eius, & illud aggregatum debet poni in ſubiecto cõuertẽtis. Rõ eſt quia ſignum non eſt ſubiectũ, nec pars eius, ſed eſt diſpoſitio ſubiecti in quantum ſubiecti, ideo nunquam debet poni ad prędicatũ, ſed ſemper ad ſubiectum, & hoc eſt intelligẽdum de conuerſione ſimplici, & per contrapoſitionẽ, vbi manet eadem quantitas, & idẽ ſignum, & non de conuerſione per accidens, vbi mutatur quantitas. Secũdum notabile eſt quòd eadem eſt conuerſio particularis indefinite, & ſingularis. Ratio eſt, quia ſicut ſingularis p vnico ſuppoſito verificatur, ita & particularis, & indefinita, ideo de ipſi idẽ eſt iudicium quantum ad conuerſiones. vnde ex prædictis patet, quod vlis affirmatiua conuertitur per accidens, & per contrapoſitionem ſimul, & vniuerſalis negatiua ſimpliciter, & per accidens. Sed particularis affirmatiua ſolum conuertitur ſimpliciter, & particularis negatiua ſolum per contrapoſitionem, & per hoc habentur oẽs conuerſiones, vnde verſus. Simpliciter feci conuertitur Eua per accidens.

(Margin: Duo notabilia ad conuerſiones, neceſſaria. — B — C)

Aſto per cõtra ſic fit cõuerſio tota.

Qui ſic intelliguntur. Feci i. vlis negatiua deſignata per E, & particularis affirmatiua deſignata per I. conuertuntur ſimpliciter. Eua. i. vlis negatiua deſignata per E, & vlis affirmatiua deſignata per A. conuertũtur per accidẽs. Aſto. i. vlis affirmatiua deſignata per A, & particularis negatiua deſignata per O, cõuertuntur p cõtrapoſitionẽ.

Argu. Sed cõtra prædicta arguitur primo. Termini finiti, & infiniti non ſunt idẽ termini, igitur in conuerſione per contrapoſitionẽ non remanent idẽ termini, igitur ibi non fit de ſubiecto pdicatum, nec contra. Secundo ſic. Sicut ſe habet hõ ad animal, quia ſicut ſe hẽt affirmatio ad affirmationem, ita ſe hẽt negatio ad negationẽ, ſed hõ non põt vniuerſaliter dici de animali ergo non homo nõ põt dici vniuerſaliter de nõ animali, igitur hæc eſt mala conuerſio, ois homo eſt animal, ergo oẽ non animal eſt nõ homo. Tertio ſic. Si particularis negatiua conuertitur per cõtrapoſitionem argueretur a nõ diſtributo ad diſtributum a parte ſubiecti conuerſæ, ꝙ diſtribuitur in ſcda, & non in prima, igitur talis conuerſio particularis negatiuæ nõ valet. Quarto ſic. Hæc eſt bene cõuerſio, aliquis hõ eſt Socr. igit Socr. eſt hõ, & tñ ſignum ſubiecti non dẽt addi pdicato conuerſæ, quia termino ſingulari nõ debet addi ſignũ, igitur ſignum poſitum in ſubiecto nõ ſemper debet addi pdicato in conuerſione ſimplici. Quinto ſic. Duæ ſingulares diuerſæ qualitatis contradicunt nõ aũt duæ particulares, ergo de particularibus, & ſingularibus non eſt idem iudicium.

(Margin: D — E)

Solutio. Ad argumenta. Ad primum dr, qđ licet in conuerſione per contrapoſitionem non manent idem termini ſuper ſignificatum, & modum ſignificãdi, manent tñ idẽ terminis ſuper vocẽ, quia in termino infinita includitur tota vox termini finiti, ideo fit de pdicato ſubiectũ ſemp qd, & illę propoſitiones ſunt vtroq; termino participãtes.

F Ad ſcdm negatur maior, quia homo eſt inferius ad animal, ſed non homo, eſt ſuperius ad non aial, ideo non ſe habet ſimiliter, & illa auctoritas, ſicut ſe habet homo ad animal, ita non homo ad non animal, &c. intelligitur in cõuertibilibus, & nõ inter inferius, & ſuperius. Ad tertium dr, ꝙ in hac conuerſione ſubiectum conuerſæ non manet ſimpliciter, & ſemp ſignificatũ eius, ideo non eſt idem, ꝙ diſtribuitur in prædicato cõuertẽtis, & in ſubiecto conuerſæ eſt non diſtributũ, quare nõ arguit nõ diſtributo ad diſtributũ. Ad quartũ dr, ꝙ illud notabile ſolũ intelligitur

(Margin: Sicut affir. ad affir. ita nega. ad nega. verificat in conuertibilibus.)

A gitur quando prædicatũ conuerſæ eſt
terminus cõis, cui bene poteſt addi ſi-
gnum, non autem qñ eſt terminus ſin
gularis. Ad quintum dr̃, ꝙ licet de par
ticularibus, & ſingularibus nõ ſit idẽ
iudiciũ quantũ ad oppoſitionẽ, eſt tñ
idẽ iudicium quantũ ad conuerſionẽ.

De propoſitionum hypothetica- rum natura, deque triplici earum ſpecie, Conditionali, copulatiua, ac Diſiunctiua.

Propoſitio hypothetica eſt illa,
quæ hẽt duas propoſitiones cate-
goricas cõiunctas tanq̃ prĩcipales
B partes ſui, vt ſi hõ currit, hõ moue
tur. Et dicit ab hypothetica ab hy
po, ꝙ eſt ſub, & teſis, qđ eſt poſitio
quaſi ſuppoſitio, ſiue ſuppoſitiua
locutio, quia in ea vna pars eius
ſupponitur alteri. Propoſitionum
hypotheticarũ tres ſũt ſpẽs. ſ. cõdi
tionalis, copulatiua, & diſiũctiua.

Poſtquã ſuperius determinatum eſt
de ꝓpoſitione categorica, quæ eſt ſim-
plex enũtiatio, & de qua principaliter
in hoc tractatu intenditur, hic conſe-
quenter Auctor determinat de propo
C ſitione hypothetica, quæ componitur
ex pluribus categoricis, & ſequitur ca
tegoricã ſicut cõpoſitum ſua cõponen
tia, ipſam ſic definiens. Propoſitio hy-
pothetica eſt illa, q̃ habet duas catego-
ricas cõiũctas ꝑ aliq̃ cõiũctionẽ, vel ꝑ
aliqđ ſibi equalẽs, vt ſi hõ eſt, aĩal eſt.
Pro quo ſciendum primo, ꝙ in hac
definitione per hoc relatiuũ illa, intel
ligitur genus definiti. ſ. propoſitio, quę
habet modum generis reſpectu propo
ſitionis hypotheticæ, & reſi duũ poni-
tur ad differẽtiã propoſitionis catego
ricæ. vnde ibi ponitur quæ habet duas
categoricas ad explicãdum materiam
propoſitionis hypotheticæ. duæ. n. ca-
tegoricæ materialiter cõponunt hypo
theticam, & ponitur coniũctas, ad oſtẽ
dendum formam totius hypotheticæ,
q̃ eſt eſſe coniunctiuũ duarũ categori-
carum inter ſe, & ponitur per aliquam D
coniunctionem propter formã partis
hypotheticæ, ſicut. n. in categorica ſu-
biectum, & prædicatum ſunt materia,
& copula eſt forma partis. & eſſe vni-
tiuum ſubiecti, & prædicati eſt forma
totius, ſic in hypothetica duæ catego-
ricæ ſunt materiã, & coniunctio, ipſas
vniens forma partis, & eſſe vnitiuum
ipſarum eſt omnino forma totius.
Secũdo ſciendum, ꝙ propoſitiones
hypotheticæ poſſunt dici affirmatiuæ
vel negatiuæ, quia vt dictum eſt hẽnt
copulam principalẽ, & ſi illa ponatur
cum negatione dicuntur negatiuæ, &
ſi ſine negatione dicũtur affirmatiuæ,
& ſic poſſunt dici quales, ſed nõ quan
tæ. Cuius rõ eſt, q̃a quantitas propoſi E
tionis ſe tenet ex parte ſubiecti ꝓpoſi-
tionis, ſed ſubiectũ categoricæ non eſt
pars principalis propõnis hypotheti-
cæ, ſꝫ tñ modo remota, & a partib. re
motis nõ dẽt fieri denominatio rei, iõ
hypothetic̨, nõ dñr alicuiꝰ quãtitatis.
Tertio ſciendum, ꝙ prædicta defini
tio propoſitionis hypotheticæ, poteſt
dici quiditatiua ſecũdum modum. Ra
tio eſt quia explicat naturã propoſitio
nis hypotheticæ per genus, & differen
tiam, hoc eſt per materiam, & formã
eius. ideo oſtẽdit principia eſſentialia
definiti, & eſſentiã eius eo modo, quo
habet eſſentiam & per ipſam habetur
ſufficienter, quid eſt propoſitio hypo-
thetica. Et dr̃ hypothetica ab hypo, ꝙ F
eſt ſub, & theſis poſitio, quaſi ſuppoſi-
tiua locutio, quia in ipſa vna cathego-
rica eſt potentia ad aliam. vnde prima
ſe habet quodãmodo in potentia ad ſe
cundã. ideo aliquo mõ ſibi ſupponit.
Quarto ſciendum, quòd propoſitio
hypothetica diuiditur ꝑ conditionalẽ
copulatiuam, & diſiunctiuam, quæ di-
cuntur ſpecies eius ſcđm modũ, quæ
diuiſio ſic probatur. quia in oĩ propoſi
tione hypothetica coniunguntur duæ
cathegoricæ, vel ergo coniungũtur ſe-
cundũ voces tantum, & ſic eſt diſiun-
ctiua, vel ſcđm voces, & ſignificata ſi-
mul, & hoc dupliciter, q̃a vel illa ſigni

Hypothetica, ex mõ diuidit̃ in tres tantum ſpecies.

ficata

A ſicata denotatur continere ſe inuicē, ſicut antecedēs continet conſequēs, & copulantur per modū vnius, & ſic eſt conditionalis, vel copulatur per modū diuerſorū, & ſic eſt copulatiua, & per hoc patet ꝙ in cōditionali, i qua vniūtur duæ categoricæ per modū antecedentis, & conſequentis, & per modū vnius magis vniūtur categoricæ q̄ in alijs, vbi vniuntur per modū diuerſorū, & adhuc magis in copulatiua q̄ in diſiūctiua, iō conditionalis p̄cedit copulatiuam, & copulatiua diſiunctiuā.

Arg. Sed contra p̄dicta arguitur primo. Idē eſt propoſitio, & propoſitio vna, ſicut habet Philoſophus, idē eſt hō, &
B vnus homo, ſed hypothetica non eſt propoſitio vna, igitur, nec eſt propoſitio. & per conſequens male ponit propoſitio eſſe genus eius. Secundo ſic. Ex duobus actu exiſtentibus non pōt fieri vnū tertiū, ſed duę categoricę ſūt duæ propoſitiones in actu, igitur hypothetica non fit ex duob. categoricis. Tertio ſic. Hæc eſt hypotetica, Soc. currit, qui mouetur, & tñ ibi non eſt coniunctio vnius ipſas categoricas, igitur contra definitionē hypotheticæ. Quarto ſic. Aliqua eſt hypothetica cauſalis, vt hęc, quia Sol lucet dies eſt, & aliqua temporalis, vt qñ Sol lucet dies eſt, & aliqua localis, ut Soc. currit ubi Plato diſputat, & tñ ille ſpecies nō po
C nūtur in diuiſione p oppoſitionis hypotheticæ, igitur diuiſio non eſt bona.

Quinto ſic. eadē eſt copulatiua, & diſiūctiua, ut Soc. currit, & Plato uel Robertus diſputat, igiť mēbra illiꝰ diuiſionis coincidūt, igiť diuiſio ē inſufficiēs.

Ad argumēta. Ad primū dř, ꝙ licet
Solutio hypothetica non ſit una ſimpľr, eſt tñ una coniunctione, quia capit unitatē a cōiunctione uniēte ipſas categoricas.

Ad ſm uerò dř, ꝙ licet ex duobus exiſtentibus actu, vt actu ſunt non fiat vnus tertiū, tñ ex ipſis inquātum vnū eſt in potētia reſpectu alterius, bene fit vnum tertiū actu, ſed in hypothetica, vna categorica bene eſt in potentia ad aliā, eſt tñ categorica ſm propriū eius actū, q eſt vnio predicati, & ſubiecti in D
hypothetica, tñ ille actus proprius nō eſt ſibi vltimus actus, ſed ipſe eſt ſub actu totius hypotheticę, ideo nō dř ibi eſſe ſub actu ꝓprio, nec manet ibi ſub forma propria tanquā ſub vltima forma, q a forma eius ſe hēt per modum potentiæ ad formam totius hypotheticæ, Ad tertium dř, ꝙ in illa propoſitione non eſt coniunctio explicite, licet ſit implicite, & implicatur in hoc relatiuo q. quod tm̄ valet ſicut, & ille, ideo ſenſus eſt. Socr currit, q mouetur. i. Socrat. currit, & ille mouetur. & ſimiliter diceret de iſtis, Socr. eſt tantus, quantus eſt Plato, & Hector eſt talis, qualis eſt Paris. Ad quartum dř, quod illę ſpecies hypotheticæ continentur ſub iſtis tribus, tanquam ſibi inferiores, ideo non debuerunt contra ipſas enumerari, vnde cauſalis continetur ſub conditionali, & temporalis, & localis ſub co E
pulatiua, quia cum dř Socra. currit, qū Plato diſputat ſenſus, eſt Socr. currit in aliquo tpe, & in eodē Plato diſputat, & ſimiliter cum dicitur Socr. currit, vbi Plato diſputat. ſenſus eſt Socr. currit in aliquo loco, & in eodem Plato diſputat, & ſic vtraque reſoluitur in copulatiuam. Ad quintum dř, quòd licet eadem hypothetica ſit materialiter copulatiua, & diſiunctiua, nō tñ eſt eadem formaliter, quia ſm quòd in ipſa poſſunt capi diuerſæ coniunctiones ꝓ copula principali, ſi eſt diuerſarū ſpecierum, vt in iſta, Socr. currit, & Plato vel Robertus diſputat, & ſi ſit copula principalis eſt copulatiua, & ſi vel F
eſt copula principalis, eſt diſiunctiua.

Quid ſit Conditionalis, & quid ad eius ueritatem & falſitatem exigatur.

Cōditionalis eſt illa, in qua cōiūgūtur duæ categoricæ p hāc cōiunctionē ſi. vt ſi hō currit, hō mouet & categorica illa cui īmediate adiungitur, hęc cōiūctio ſi, dici

tur

A tur antecedens, reliqua vero cõſequens. Ad veritatem cõditionalis exigitur quòd antecedẽs nõ poſſit eſſe verum ſine conſequente, vt ſi homo eſt animal eſt, vnde omnis conditionalis vere eſt neceſſaria, & omnis cõditionalis falſa eſt impoſſibilis. Ad falſitatem eius ſufficit, quod antecedens poſſit eſſe ſine conſequente, vt ſic Socrates eſt, albus eſt.

Poſtq̃ auctor poſuit definitionẽ ꝑpoſitionis hypoteticæ, & eius diuiſionẽ, hic conſequẽter determinat de mẽ- B bris eius, & q̃a cõditionalis perfectior eſt oĩbus alijs, quia in ipſa vniũtur duę categoricæ per modum antecedentis, & conſequentis, in alijs aũt ſolũ vniũtur per modum diuerſarũ propoſitionum, ideo prius determinat de conditionali, quam de alijs eã ſic definens. Condõnalis eſt illa in qua coniungũt due categoricæ per hac cõiũctionẽ ſi.

Coniũctio ſi, quod denotat.

Primo ſciendum, ꝙ talis propoſitio dr̃ cõditionalis, quia ponit veritatẽ ſui cõſequentis conditionaliter tm̃, & nõ abſolute. vnde ponit ſuam veritatem ſub illa conditione, ſi antecedens eſt verum, de notando conſecutionẽ vnius C propoſitionis ad aliã, & q̃a iſta coniunctio ſi, denotat conſecutionẽ, & anteceſſionem vnius propoſitionis ad aliã, ideo in cõditionali duę categoricæ cõuenienter cõiungũtur per hãc cõiunctionẽ ſi, vel ꝑ aliã, ſibi æquiualẽtẽ. Ex quo patet, ꝙ ad perfectã rõnem conditionalis ſufficit ꝙ vna propoſitio denotet ſequi ad aliã, & hoc fit in ꝑpoſitione cauſali, vbi denotaẽ, ꝙ antecedẽs eſt cauſa cõſequẽtis, & infert ipſũ, vt hic, q̃a Sol lucet dies eſt ideo cauſalis eſt vna ſpecies cõtẽta ſub cõditionalis, & ſed vltra rõnẽ cõditionalis addit cauſalitatẽ ſui antecedens reſpectu conſequẽtis, rõne cuius, plus requirit ad veritatẽ eius, q̃ ad veritatem cõditionalis.

Veritas conditionalis.

Secundo ſciendum, ꝙ ad veritatem conditionalis requiritur, quod antecedens nõ poſſit eſſe verũ ſine cõſequẽte D hoc eſt ſine veritate ſui cõſequẽtis. Cuius rõ eſt. q̃a cõditionalis vera importat conſequentiã neceſſariam, ſed in oĩ bona cõſequẽtia, ſi antecedẽs ſit verũ, conſequẽs eius erit verũ, q̃a cõſequẽs, actu i intellectũ includit antecedẽtis, rõne cuius eſt vero nõ ſequiẽ niſi verũ ideo in oĩ conditionali, ſi antecedens eſt verum, conſequens eius erit verũ.

Falſitas cõditionalis.

Tertio ſciendum, quod ad falſitatẽ conditionalis requiritur ꝙ antecedẽs poſſit eſſe verum ſine conſequẽte. Rõ eſt, quia conditionalis, denotat conſequentiã vnius propoſitionis ad aliam. Sed ad hoc, ꝙ ſit mala conſequentia, oportet quod antecedẽs poſſit eſſe ve- E rũ conſequente eiuſdẽ exiſtente falſo, niſi ſit repugnãtia terminorũ antecedentis, eo ꝙ in tali conſequentia cõſequens nõ includitur in antecedẽte. Iõ ꝑꝑ habitudinẽ antecedẽtis, & conſequentis non repugnat antecedens eſſe verũ ſine conſequente vnde in conditionali illa propoſitio, cui immediatẽ iũgitur hæc cõiũctio ſi, dr̃ antecedens, alia vero cõſequẽs. Ex prędictis patet, quod oĩs cõditionalis vera eſt neceſſaria, q̃n dicit neceſſariã cõſequẽtiã vnius propoſitionis ad aliã, quod requiritur ad veritatem eius, ſed oĩs cõditionalis falſa eſt impoſſibilis, q̃a ipſa dicit cõſequẽtiã vnius propoſitionis ad aliã. & illa conſequentia pro nullo tempore F eſt neceſſaria, ſiue ſit ibi habitudo cõtingens, ſiue impoſſibilis. ideo eſt pro omni tp̃e falſa, & ſic eſt impoſſibilis.

Conditionalis vera neceſſaria eſt falſa impoſſibilis.

Quarto ſciẽdũ, quod a tota cõditionali duobus modis arguitur. Vno modo a poſitione antecedentis ad poſitionem conſequẽtis, vt hic, ſi Socr. currit, Socrate mouetur, ſed Socr. currit, ergo mouetur. Scđo modo a deſtructione conſequentis ad deſtructionem antecedẽtis, vt ſi Socr. currit, Socr. moueẽ ergo ſi nõ mouetur nõ currit, & tales ſyllogiſmi dicũtur hypothetici. Poſſet ẽt argui per alias regulas cõſequentiarũ, vt per iſtã. Quicquid ſequitur ad conſequens bonæ conſequentiæ, ſequitur ad ante-

Mõdus arguẽdi in cõditionalibus neceſſarij.

A ad antecedẽs eius. Et ꝑ iſtá, Quicq̃d an
tecedit ad antecedẽs, antecedit ad cóſe
quens. Et ratio eſt, q̃a conditionalis eſt
quędam conſequentia, vt dictum eſt.

Argu.

Sed cõtrà ꝓdictæ primo arguiẽ. Hęc
eſt conditionalis, ſi hõ eſſet aſin⁹ eſſet
rudibilis, & tñ ibi non coniúguntẽ duæ
categoricę, ſed duę orationes coniũcti
uę. igiẽ male definit ꝓpoſito códitiona
lis. Secũdo ſic eſt conditionalis. Socra-
tes currit, igiẽ mouetẽ, cum ſit hypothe-
tica, & non ſit copulatiua, nec diſiun-
ctiua, & tñ ibi non coniunguntẽ duę ca
tegoricę. ꝑ hanc coniunctioné ſi ergo
contra definitioné. Tertio ſic. In iſta ſi
hõ eſt aſinus, equus currit, antecedens
nõ põt eſſe verum ſine cũſequente, q̃a
illud antecedens nullo mõ põt eſſe ve
rũ & tñ non eſt vera conditionalis, er-
go ad veritatem conditionalis non ſuf
ficit, q͛d antecedens non poſſit eſſe ve-
B rum ſine conſequente. Quarto ſic. Hęc
conditionalis vera eſt, ſi Socrates cur
rit, Socrates mouetẽ, & tñ non eſt neceſ
ſaria, cum vtraq; pars ſit contingés. er
go. non oĩs conditionalis uera eſt ne-
ceſſaria. Quinto ſic. Iſta eſt falſa ſi hõ
currit, hõ eſt albus, & tñ poteſt eſſe ve
ra, ſuppoſito, ꝙ omne currens ſit albũ.
igiẽ non omnis falſa eſt impoſſibilis.

Solutio.

Ad argumenta. Ad primum diciẽ, ꝙ
iſta nõ eſt conditionalis per ſe primo,
ſe ſolum per reductionem iſtarum con
C iunctiuarum ad ꝓpoſitiones indicati-
uas. Ratio eſt, q̃a códitionalis denotat
veritatem ſui conſequentis ſeq̃ ad ve-
ritatem ſui antecedentis, ſed antecedẽs
non poteſt eſſe verum, vel falſum, nec
conſequens, niſi ſit oratio indicatiua.
Ad ſm dicitur ꝙ licet in illa non po-
natur formaliter hæc coniunctio ſi, po
nitur tamen virtualiter in hac coniun-
ctione ergo, quę denotat habitudinem
vnius propoſitionis ad aliam. ſicut il-
la coniunctio ſi, & licet illa propoſitio
ponat veritatem ſui antecedentis, hæc
tamen non eſt inquantum conditiona
lis ſe virtute modi poſitionis, & ꝓla-
tionis propoſitionis categoricę. Ad ter
tium dicitur, quod licet in illa propoſi

Conditionalis ſignificatio dependet ex habitudine antecedentis, et conſequẽtis.

tione antecedens non poſſit eſſe verũ, D
propter repugnantiã ſuorum termino
rum, hoc tñ non repugnat ꝓpter habi
tudinem eius ad ſuam conſequens cú
poſſit eſſe verum ſine conſequente, q̃a
ſi poneretur eſſe verum per impoſſi-
bile, non ꝑꝑ hoc ſequeretẽ conſequens,
ideo illa non eſt conditionalis vera.
Ad quartum dr̃, ꝙ licet vtraq; pars il-
lius cõditionalis ſit contingens, tñ ha
bitudo vnius ad aliã eſt neceſſaria &
hoc ſufficit ad veritatem cõditionalis,
quę ſolum denotat neceſſariã habitu-
dinem vnius categoricę ad aliã. Ad q̃n
tum dr̃, ꝙ ſi ſupponatur illa vniuerſa-
lis, oẽ currens eſt album, tunc cõcluſio
ſequiẽ de neceſſitate, ſed hoc erit virtu
te illarum duarũ pręmiſſarũ, oẽ currẽs E
eſt album, & hõ currit, & non virtute
illius ſolius propoſitionis hõ currit,
ideo illa conditionalis prima non ꝑꝑ
hoc efficiẽ vera, ſed ſꝑ ẽ impoſſibilis.

De copulatiua, & quæ ad eius veritatem, ſeu falſitatem requirantur.

Copulatiua eſt illa, ĩ qua cõiũ
gũtẽ duę ꝓpoſitiones categoricæ
ꝑ hãc cõiunctioné, & vel aliq̃ ſi-
bi ſimilẽ, vt Socrates currit, &
Plato diſputat. Ad veritaté copu
latiuæ exigitur utranq; partẽ eſ- F
ſe, ueram, ut homo eſt animal, &
De⁹ eſt. Ad falſitaté eius ſufficit
alteram partẽ eſſe falſam, ut ho-
mo eſt animal, & equus eſt lapis.

Poſtquã auctor determinauit de ꝓ-
poſitione conditionali, hic conſequen
ter ſecundum ordiné prius poſitum
determinat de copulatiua, ipsã ſic defi
niẽs. Copulatiua eſt illa in qua coniũ-
guntur duæ propoſitiones categoricæ
per hanc coniunctionem, et vel per ali
quod ſibi æquiualens. Et ponit ꝑ hanc
coniunctionem, et ad differẽtiam alia-
rum ſpecierum hypotheticæ, in quib.
categoricæ coniunguntur ꝑ alias con-
iunctiones.

A iūctiones, dē talis ꝓpoſitio copulatiua magis q̃ aliæ hipotheticę, quia licet in alijs coniūgantur categoricæ per aliq̃ coniunctionē, tñ in iſta ſolū copulātur per coniunctionem copulatiuā, vnde in conditionalis coniungūtur per modū vnius, ſicut antecedēs, & cōſequēs, quæ includunt ſe inuicem, & in diſiūctiua ſolū coniūguntur quantū ad voces, & diſiunguntur quantū ad ſignificata, iō in ſola copulatiua categoricæ vniuntur ſimpl̄r, & per modū diuerſorū. Primo ſciēdū, ꝙ ad veritatē copulatiuæ requirit, ꝙ vtraq; pars ſit vera. Cuius rō eſt, q̃a copulatiua ſimul ponit ambas partes eius, ſimul aſſerendo eas ſm ſua ſignificata, ideo ad veritatē

B eius requiritur ꝙ vtraque pars ſit vera ipſa.n.eſt ſicut totū integrale reſpectu partiū eius, ſed ad eſſe totius integralis ſequitur eſſe cuiuſlibet partis principalis eius, iō ad veritatē copulatiuę requiritur veritas vtriuſq; partis, quāuis in tēporali vltra hoc requirtatur, ꝙ ambę partes ſint veræ ꝓ eodem tpe, & hoc eſt, quia ſpecies ſemper addit aliquid vltra ſuū genus modo temporalis eſt vna ſpecies copulatiuę. et in locali requritur vtrāq; partem eſſe verā pro eodē loco, vt hic, Socrates currit, vbi Plato diſputat. hoc tamen non requiritur ad ipſam, inquantum copulatiua eſt, ſed inquantum eſt talis copulatiua.

C Secundo ſciēdum, quod copulatiua inter omnes ꝓpoſitionis hypotheticę ſpecies, habet minorē vnitatē, q̃a ipſa ponit duas categoricas ſimul. q̃a tū ad veritatē earū ſicut prius dictū eſt. Conditionalis autē ſolū ponit habitudinē vnius ad aliā, & Diſiunctiua ſolū ponit veritatē vnius categoric . iō copulatiua habet minorē vnitatē inter omnes, & eſt ſimpl̄r propoſitio plures, & ſolum eſt vna coniunctione. & ſm q̃d vnde, quia copulatiua ſimul ponit veritatē vtriuſq; partis eius, ideo arguēdo a tota copulatiua ad veritatē cuiuſlibet partis eius ſeorſum, eſt bona cōſequētia vt bene ſequitur, homo eſt animal, & eus eſt, ergo homo eſt aīal.

A tota copulatiua ad alteram partem eſt bona conſequentia.

Tertio ſciēdū, q̃d ad falſitatē copulatiuæ ſufficit alterā partem eſſe falſā. Rō eſt, q̃a ipſa ſimul ponit ambas partes eius, ſicut vniuerſalis omnes ſuas ſingulares, ergo ꝓp falſitatē vnius categoricæ, ipſa eſt tota falſa, & copulatiua, cuius ambæ partes ſunt falſę, nō eſt magis falſa intenſiue, quā illa, quæ habet tātū vnā falsā, licet ſit magis falſa extenſiue, quia falſitas eius ad plura ſe extendit. Ex iſtis ſequitur, quod arguēdo a falſitate vnius categoricæ ad falſitatem totius copulatiuæ eſt bona cōſequentia. Sequitur etiam ꝙ ad poſſibilitatem copulatiuæ requiritur poſſibilitas vtriuſque partis eius, & nō ſufficit ꝙ ambæ partes ſint ſm ſe poſſibiles, ſed requiritur ꝙ ſint inter ſe cōpoſſibiles. ideo iſta nō eſt poſſibilis. Socr. eſt & Socr. non eſt, q̃a illę duę non ſūt compoſſibiles inter ſe in veritate, cum ſint contradictoriæ. Sed ad neceſſitatē copulatiuę requiritur neceſſitas vtriuſque partis eius. Et ad impoſſibilitatem ſufficit impoſſibilitas vnius partis eis. Et ad contingētiā ſufficit contingētia vnius partis, niſi altera ſit īpoſſibilis.

D

E

Regula neceſſaria ad cognoſcendam contradictionem copulatiuarum.

Quod ſciendū, ꝙ ad dandū contradictionē in copulatiuis hr̄ talis regula, ꝙ copulatiua, & diſiūctiua de partib. contradicentibus contradicunt, quia non poſſūt ſimul eſſe veræ, nec ſimul falſæ, ſed repugnāt in veritate, & falſitate ſimul. Et poſſet ēt aliter dari cōtradictio in oībus hypotheticis ferendo negationē ad principalē copulā hypotheticæ, vel ꝓponendo negationē toti propoſitioni, quia non eſt verius dare contradictionē quā toti propoſitioni præponere negationē, & per hoc patet quid ſit propoſitio copulatiua, & quid requiritur ad falſitatē, & veritatē eius.

F

Arg.

Sed contra ꝓ dicta primo arguitur. Hęc eſt copulatiua, Socrates, & Plato currūt, & tñ ibi non ſunt duæ categoricæ, igitur contra definitionem copulatiuæ. Secundo ſic Hęc eſt copulatiua, omnis hō currit, q̃a copulatiuæ continet iſtas Soc. currit, Plato currit. & ſic de alijs, & tamen ibi non eſt coniūctio

copu-

A copulatiua, igitur contra definitioné.

Tertio ſic. Hæc eſt copulatiua vera, hō eſt animal, & equus eſt lapis, igitur ad veritaté eius non requiritur veritas vtriuſque partis. Antecedens patet, quia omnis propoſitio, aliquid dicens, ita eſſe ſicut eſt vera, ſed illa dicit aliquid eſſe ſicut eſt, igitur eſt vera, quia dicit hominem eſſe animal. Quarto ſic. In copulatiua magis vniuntur duæ categoricę, q̄ in diſiunctiua, in qua vniunt̄ ſm voces, tā ūm igitur copulatiua eſt magis vna, quam diſiunctiua. igitur non habet minorem veritatem omnibus alijs. Quinto ſic. Totum valet tantum, quantum quęlibet pars, igitur ad hoc, ꝙ tota copulatiua ſit falſa, oportet B quamlibet partem eſſe falſam, & non ſufficit falſitas alterius partis.

Solutio. Ad argumenta. Ad primū dicitur, quòd ſi in illa ꝓpoſitione, Socra. Plato currūt, illa cōiunctio, & copulet inter terminos. ſ. inter Socra. & Platoné, ipſa eſt categorica de copulato ſubiecto, ſed ſi copulet inter propoſitiones, ipſa eſt copulatiua, & tunc ibi ſunt duę categoricę ſ. Socr. currit, & Plato currit. Ad ſecundū dr̄ ꝙ licet iſta, oīs hō currit, materialiter contineat plures categoricas, etiam copulatiuę, tñ illę non tinentur per modum plurium, & formaliter, ſed per modū vnius tm̄, ideo nō eſt copulatiua. Ad tertium dr̄, ꝙ li- C cet iſta, oīs hō eſt animal, & equus eſt lapis, dicat aliquid eſſe ſicut eſt, quantum ad parté ſui ſignificati, non tamé quātum ad ſuū totum ſignificatum ꝙ ipſa affirmat, ꝙ requiritur ad veritaté ꝓpoſitionis copulatiuę. ad quartum dr̄. ꝙ licet in diſiūctiua categoricę minus vniantur, quā in copulatiua, quia tñ diſiunctiua ſolū pōnit veritaté vnius categoricę, ideo habet ſimpliciter maioré vnitatem q̄ copulatiua. Ad quintum dicitur, quòd ſi capiat tota, diſtributiue, tunc ad hoc quòd tota copulatiua ſi falſa, requiritur falſitas vtriuſq; partis eius, ſed ſi capiatur tota copulatiua pro perfecta, ſic tota dicitur falſa propter falſitatem vnius partis.

De diſiunctiua, deque eius veritate ac falſitate. D

Diſiūctiua eſt illa in qua cōiungūt̄ duę ꝓpoſitiones categoricę p hāc coniunctioné vel, aut aliā ſ. bi ęquiualété, vt Socrates currit, uel Plato diſputat. Ad veritaté diſiunctiuæ ſufficit alterā parté eſſe verā, vt hō eſt animal, vel equus eſt aſinus, tamen permittitur qđ vtraque pars eius ſit uera ſed non ita proprie, vt hō eſt aīal, vel equus eſt hinnibilis. Ad falſitaté eius oportet vtrāq. parté eius eſſe falsā, vt hō ē aſinus, vel equus eſt lapis. E

Poſtq̄ Auctor determinauit ſuperiꝰ de ꝓpōne copulatiua, in qua due categoricę cōiungunt̄ ſm voces, & ſignificata ſimul, hic cōſequéter determinat de diſiūctiua, ī qua categoricę cōiūgūtur ſm voces tm̄, ipſam primo ſic definiés. Diſiunctiua eſt illa, in qua coniūgunt̄ duę categoricę p hāc cōiūctioné vel aut per aliam ſibi ęquiualentem.

Primo ſciendū ꝙ hęc propoſitio dr̄ diſiunctiua, eo q in ipſa duę categoricę diſiungunt̄ quantum ad ſignificata, & quia hoc fit conuenienter p cōiunctioné diſiunctiuā ideo in ipſa categoricę vniunt̄ p aliquā coniunctioné diſiun- F ctiuā. Cōiunctionis autem diſiunctiuę duo ſunt actus. Primus eſt coniungere voces, in quo conuenit cum alijs coniunctionibus rōne cuius coniunctio dr̄. Scđus actus eſt diſiungere ſignificata, rōne cuiꝰ dr̄ diſiūctiua, & ī hoc differt ſic ab alijs ſpeciebꝰ cōiunctionis. & per hoc patet intétio definitionis ꝑmiſſę.

Secundo ſciendum, quòd ad veritatem diſiunctiuę ſufficit alterā eius partem eſſe veram. Ratio eſt, quia diſiunctiua ponit duas categoricas. ſ. vnam ſub diſiunctione ad aliam, ideo de ſuo formali ſignificato tm̄ ponit vnam categoricam. non tñ determinate hanc vel illam, ſed indeterminate. Iō ad veritatem eius ſufficit alteram partem eſſe veram, cum ponat ſolum vnam.

Ad veritaté diſiunctiuę quid requiratur.

A illarum partium, ipſa. n eſt ſicut totũ vniuerſale. Sed ad eſſe totius ac neceſſitatẽ vniuerſalis ſufficit poſitio vnius ſuarum partium, ſicut ad poſitionem animalis ſufficit poſitio hominis, ideo ad veritatem diſiunctiuæ ſufficit ueritas vnius partis. Ex quo patet quod ad poſſibilitatẽ eius requirit̃ poſſibilitas alteri⁹ partis ei⁹, & ſimiliter ad neceſſitatẽ partis ei⁹ ſufficit neceſſitas uni⁹ partis eius, q̃a eadẽ eſt rõ, de poſſibilitate, ſicut de neceſſitate ei⁹ & veritate.

Tertio ſciẽdũ, ꝙ ad falſitatẽ diſiũctiuę requiritur vtranq; partẽ eſſe falsã. q̃a, ſi tñ vna ſit falſa, & alia vera, cum ad veritatẽ eius ſufficiat veritas vnius partis, ipſa erit vera ſimpliciter, & nõ
B poterit dici falſa. Ideo ad hoc, ꝙ ipſa ſit falſa, requirit falſitas vtriuſq. partis eius, ſicut ad deſtructione vniuerſalis requiritur deſtructio omniũ ſuorũ partiũ ſubiectiuarũ. Et quo ſeq̃t, ꝙ ad impoſſibilitatẽ diſiunctiuæ requiritur impoſſibilitas vtriuſque partis eius, q̃a ſi vna eſſet poſſibilis, tota diceretur poſſibilis. Et ad contingentiam eius requiritur vtranque partẽ eſſe contingentẽ, vel q̃d vna ſit impoſſibilis, & alia contingens, q̃a ſi vna ſit neceſſaria, & alia cõtingẽs, tota diceret neceſſaria, & hoc intelligẽdũ eſt in affirmatiuis, quia oppoſitio modo ſe habet in negatiuis.

Quarto ſciendũ, quod dupliciter ar-
C guitur a diſiũctiuis. Vno modo, a tota diſiunctiua cũ deſtructione unius partis ad poſitionẽ alterius, vt hõ eſt aĩal, vel equus eſt lapis, ſed equus nõ eſt lapis igit̃, homo eſt aĩal. Secũdo modo, arguendo a veritate vnius partis ad veritatẽ totius & eſt bona conſequẽtia, vnde bene ſequit̃, hæc eſt vera, hõ currit, igitur hæc eſt uera, homo eſt aſin⁹, uel homo currit. Et poſſet argui a falſitate totius diſiunctiuæ ad falſitatem vtriuſq; partis, & econuerſo. De mõ autem dandi contradictionem in diſiunctiuis ſatis dictum eſt.

Duo modi arguẽdi in diſiũctiuis.

Argu. Sed cõtra prædicta primo arguitur. Hæc eſt diſiũctiua, omnis propoſitio eſt vera, vel falſa, cũ ibi ſit coniunctio diſiunctiua, & tamen ibi non ſunt duę categoricę, igitur. D

Sec̃do ſic. Coniungere & diſiũgere, ſunt actus oppoſiti, q̃ non poſſunt cõuenire eidẽ, ſed coniunctio diſiũctiua hẽt diſiungere ꝓpoſitiones, igit̃ p eã non coniunguntur duæ categoricæ in diſiunctiua. Tertio ſic Omne totũ integrale ſimul ponit oẽs ſuas partes, ſed diſiũctiua eſt totũ integrale, cũ integret̃ ex ſuis partibus, igit̃ ſimul ponit vtrãq; & ad veritatẽ eius non ſufficit veritas vni⁹ partis. Quartus ſic. Diſiunctiua non ponit veritatẽ alicuius partis eius, q̃a non ponit ueritatẽ nec primæ, nec ſecundæ, igitur ad veritatẽ eius nõn requirit̃ veritas vnius partis. Quinto ſic. Hæc diſiunctiua eſt falſa, E
oẽs homines ſunt aſini, uel homines, & aſini ſunt aſini, & tamen vna pars eius eſt vera, ſ. hęc, aſini ſunt, aſini. igitur ad falsitatem diſiunctiuę non requiritur falsitas vtriuſque partis.

Ad argumẽta. Ad Primũ dr̃, ꝙ ſi hęc coniũctio, vel coniũgat iter terminos, ſic illa non ẽ diſiũctiua, ſed categorica de diſiuncto p̃dicato, cuius prædicatũ ẽ hoc totũ, verũ, vel falsũ, & ſic ẽ vera. ſed, ſi coniũgat ĩ te, ꝓpoſitiones. ſic ẽ vna diſiũctiua falſa, & ſic ĩ ea sũt duæ categoricæ. ſ. iſtę oĩs propõ eſt vera, vel oĩs propoſitio eſt falſa. Ad ſcdm dr̃, ꝙ coniũgere, & diſiũgere nõ poſsũt conuenire eidẽ, & reſpectu eiuſdẽ, ſed bñ F reſpectu diuerſorũ, & ſic ſimul cõuenit cõiũctioni diſiũcti i e cõiũgere, & diſiũgere. q̃a coniũgit voces, & diſiũgit ſignificata reſpectu alicuius tertij. Ad tertiũ dicit̃, ꝙ ſi conſideret̃ deſiunctiua ſecundũ vocem, bñ eſt totũ integrale ſuarũ categoricarum, ſed non ſi conſideret quantũ ad ſignificata eius, quia non ponet formaliter ſignificatũ vtriuſque partis de ſuo ſignificato formali, ponit tñ ſignificatum unius tm̃. Ad quartũ dicit̃ quòd licet diſiũctiua non ponat veritatẽ alicuius partis eius determinate, tamen ponit veritatẽ eius indeterminate ſub diſiunctione ad aliã. Ad quintum dr̃, quod in illa

Solutio.

A propoſitione, prima categorica pōt eſſe de deſiūcto p̄dicato, & ſic eſt vna copulatiua vera, qa vtraq; pars eſt vera. prima.n.pars eſt oēs homines ſunt aſini, vel homines. Scd'a eſt, aſini ſunt aſini, alio mō, ſcd'a categorica poteſt eſſe de copulato ſubiecto, & ſic eſt diſiūctiua falſa, qa vtraq; pars eſt falſa, prima pars eſt oēs homines, ſunt aſini, ſecunda eſt, hoīes & aſini, ſūt aſini. & ſic eo mō, quo eſt diſiunctiuā hēt vtrāq. partē falſā, & ſic patet de hypotheticis

De propoſitionum æquipollentijs duæ regulę ponuntur.

B Sequit̄. De equipollētijs de qb. tales dāt̄ regulę. Quarū prima eſt talis. Si alicui ſigno vniuerſali vel particulari p̄ponat̄ negatio ęqpollet ſuo cōtradictorio. & ideo æqpollen iſtę duę non oīs hō nō currit, quidā hō non currit, & ita de alijs. Secūda regula talis eſt, ſi alicui ſigno vniuerſali poſtponatur negatio, equipollet ſuo cōtrario, ſicut iſte oīs hō non eſt animal, nullus hō eſt animal, vel iſtę nullus hō non currit, oīs homo currit, & ita de alijs ſignis vniuerſalibus affirmatiuis, vel negatiuis.

C Poſtq̄ Auctor determinat de p̄poſitionib. tam categoricis, q̄ hypotheticis, hic conſequenter determinat de quadam paſſione propoſitionis. ſ. de ęquipollentia, q̄ p ſe primo cōuenit p̄ponib categoricis, et p categoricas hypotheticis, & licet ordine naturæ æquipollētia debeat immediate poni poſt oppoſitiones, & ante conuerſiones, ſicut poſuit Buridan', eo qd̄ regulę ęquipollētiarū dant̄ p reſpectū ad oppoſitiones, tn̄ ordine doctrinæ cōuenietius ponunt̄ poſt p̄poſitione, hypotheticas ad innuēdū q̄ ęquipollētiæ, nō ſolū cōueniūt p̄poſitionib. categoricis, ſed ēt ex cōſequenti hypotheticis. ſ. rōne ſuarū partiū, vt illæ æquipollēt ſi null' hō mouet̄, nullus hō currit; & ſi non qdā hō mouetur, non quidam hō currit.

D Primo ſciendum, quod æquipollentia dr̄ æquiualentia duarū propoſitionum in qualitate, & quantitate, in veritate, & falſitate per aduentum negationis facta. Et dr̄ æquipollentia ab a qui, quod eſt ęquale, & polleo es, quod eſt idem, quod valeo es, ideo æquipollentia, & æquiualentia, idē dicūt realiter. Sed æquiualentia cōiter accipitur pro æquiualentia terū terminorū, & propoſitionum. Æquipollentia vero, quāuis, ita generaliter, & ita cōiter poſſit accipi, tn̄ magis proprie ſumitur pro æquiualentia propoſitionū. quam pro alijs: ideo æquiualentia ſe habet vt genus ad æquipollentiam. ideo bene ponit̄ in ſua diffinitione loco generis & reſiduū, quòd ſequitur loco differentiæ ad explicandum ſpecialiter naturam æquipollentiæ propoſitionum. *Quid & vñ dicatur ęquipollentia.*

E Secundo ſciendū q̄ triplex eſt negatio, ſ. negans, infinitans, & priuans. Negatio negans eſt, quæ negat totū q̄ reperit poſt ſe, & eius oppoſitū ponit, cuius p̄prius actus eſt negare in cōpōnem propoſitionis intrinſecā. Sed negatio infinitans eſt, quæ negat cōpōnē intrinſecam termini finiti, faciens ipſū infinitū, ſicut eſt negatio nōis infiniti, vel verbi infiniti, q̄ ſolū infinitat, & negat qualitatem, vel actū determinatū, relinquens ſubſtantiā infinitā, vel actū indeterminatum, vt non homo, & nō currit. Sed negatio priuans eſt, q̄ negat habitū ſubiecti, & relinqt ſubiectū cū aptitudine ad habitū ſicut eſt cæcitas, & de negatione negāte ſolū intelligit̄ ī definitione ęquipollētię, & ī regulis ſequētibus, nō aūt de alijs negationib. *Triplex negatio ſ. negās infinitās, & priuans.* F

Tertio ſciendū, q̄ ęquipollentię propoſitionum quatuor regulis notificantur in textu. Quarū prima eſt, ſi alicui ſigno vniuerſali, vel particulari præponatur negatio æquipollet ſuo contradictorio. cuius ratio eſt, quia contradictoriæ repugnant in qualitate, & quātitate ſimul, ſed negatio p̄poſita ſigno mutat quātitate, & qualitate, & quātitate ſimul, ſed negatio p̄poſita ſigno mutat

A quantitatē ſigni, & qualitatē copulæ in ſuā oppoſitā eo ꝙ ipſa totū negat, ꝙ poſt ſe reperit. ideo facit propoſitiones prius repugnantes in qualitate, & quantitate ſimul eſſe eiuſdem, qualitatis, & quantitatis. & ſic facit contradictorias æquipollere, per aduentū eius.

Quarto ſciendum, quod ſecunda regula eſt, q̄d ſi alicui ſigno vniuerſali, poſtponatur negatio æqpollet ſuo cōtrario cuius rō ē, qa cōtrarie repugnāt in qualitate ſolū, & in quātitate nō, ſed negatio, poſtpoſita ſigno addita copulæ, mutat qualitatē copulę, & nō quantitatē, qa nō agit in p̄cedens ideo ipſa facit prius cōtrarias eſſe eiuſdē qualitatis, & æqpollere inter ſe. Et harū
B regularum exempla, ſatis patent in textu.

Argum. Sed cōtra prædicta primo arguitur. Signo non eſt addenda negatio, vt dr̄. Primo Perihermenias, neque infinitās neque negans, eo ꝙ actus negationis negantis eſt negare compoſitionē ſubiecti cū prædicato, igitur ſigno non debet preponi negatio aliqua, vt dicit prima regula. Scd̄o ſic. Nulla negatio dat propoſitioni aliquā quantitatē, ſed ſolū negat, & deſtruit id, ꝙ reperit. igitur negatio addita ſigno particulari non dat ſibi quantitatē vniuerſalē, igitur nō facit ipſā ęquipollere ſuo cōtradictorio. Tertio ſic. Cōtradictoriæ nunquam ſunt æquipollentes, cū ſimul re-
C pugnēt in qualitate, & quātitate ergo negatio præpoſita ſigno non facit contradictorias ipſas æquipollere.

Quarto ſic. Negatio poſtpoſita ſigno eſt eiuſdē virtutis ſicut p̄poſita, cū ſit eiuſdē naturæ & rōnis. igit̄, ſicut negatio p̄poſita ſigno facit ęqpollere cōtradictoria, ita negatio poſtpoſita, ſic non facit ęquipollere cōtraria. igitur cōtra ſcd̄am regulam Quinto ſic. In iſtis. oē non currens mouetur, eſt negatio poſtpoſita ſigno, & tn̄ non facit contrarias
Solutio æquipollere, quia illæ nō æquipollent in veritate, ergo ſecunda regula falſa.

Ad argumenta. Ad primū dr̄, ꝙ ſigno nō eſt addēda negatio infinitās, qa nō eſt infinitabile, tn̄ ſibi pt̄, addi negatio negans, & licet actus primus negatio- D
nis negantis ſit, negare compoſitionē orationis, tn̄ ſecundario poteſt negare quantitatem ſigni, & alia, quæ reperit poſt ſeipſum. Ad ſcd̄m vero dr̄ ꝙ licet negatio negans, per ſe ſolum neget id, ꝙ poſt ſe reperit, tn̄ ex conſequēti poteſt ponere oppoſitum illius quod ipſa negat, licet ſit per accidens, & nō per ſe ideo, qn̄ negat particularē quantitatē, ex conſequenti ponit vniuerſalem, & econtra. & negando negationem ex conſequenti ponit affirmationem. Ad tertium dr̄ ꝙ ſi capiantur contradictorie formaliter, vt cōtradictorię ſūt, nūq̄ ſunt æquipollentes, ſed repugnātes, ſed ſi capiātur materialiter, ſcd̄m illud E
quod ſunt, bene ſunt æqpollentes per aduētū negationis, ſic quod illę duæ, q̄ prius erāt contradictoriæ per aduentū negationis fiunt ęquipollētes, & ſic intelligitur iſta regula, & omnes aliæ regulæ ſequentes. Ad quartum dr̄. quod licet negatio poſtpoſita ſigno ſecundū ſe ſit æqualis virtutis ſicut præpoſita, tn̄ non eſt eodem modo applicata ad ſubiectū, quod debet negare, eo quod nō reperit poſt ſe quantitatem propoſitionis ſicut alia, ideo non mutat quātitatem, nec facit æquipollere contradictoria. Ad quintum dr̄, quod licet in illis ſit negatio poſtpoſita ſigno, tn̄ nō fertur ſupra cauſam principalem propoſitionis, ſed ſupra illud participium currens. ideo nō facit contrarias ęquipollere, ſed ſolum mutat ſubiectum propoſitionis. Vnde regula intelligitur ſic, quod ſit negatio poſtpoſita ſigno; & toti ſubiecto, cādēs ſupra copulā propoſitionis quod tn̄ nō ſit in iſtis.

F Declaratio regulæ pulcherrima.

Tertia æquipollentiarum regula ponitur.

Tertia regula talis eſt, ꝙ ſi alicui ſigno vl̄i, vel particulari p̄ponatur, & poſtponat̄ negatio ęqpollet ſuo ſubalterno, ſicut iſtæ duæ nō omnis homo nō currit, quidā hō currit, vel iſtæ non nullus hō non currit, quidā hō non currit,

& ſic

A & ſic de alijs, ſimul, de quolibet alio ſigno. Ex iſtis regulis ſumitur alia regula talis. Si duo ſigna vniuerſalia negatiua ponantur in eadem oratione, ita φ vnum in ſubiecto, & reliquum fuerit in prędicato, primum æquipollet ſuo contrario per ſecundam regulam, reliquum vero contradictorio per primam regulam, vt illa, nihil eſt nihil, æquipollet huic, quodlibet eſt aliquid. quia per ſecundam regulã, non nihil & quodlibet æquipollent, ſunt omnis nõ & nullus, & per primam regulam, nõ nihil,
B & aliquid æquipollent. Vnde hęc, nihil eſt nihil æquipollent huic, quodlibet eſt aliquid, quia non nihil, & aliquid æquipollent, ſicut nõ nullus. & quidã. Vnde verſus.

Non omnis, quidam nõ, omnis non, quaſi nullus.

Nonnullus, quidam, ſed nullus non, valet omnis.

Non aliquis, nullus: non quidam non valet omnis.

Non alter neuter, neuter non, præſtet vterque.

Item.

Præ, contradic, poſt contra, prę
C poſtque ſubalter.

¶ Poſtq̃ Auctor determinauit, & poſuit duas regulas. ſ. primã ad habendũ ęqpollentiã cõtradictoriarũ, & ſcdam ad habendũ æquipollentiã cõtrariarũ, hic conſequenter ponit tertiã, ad habẽdũ æquipollentia ſubalternarũ, quæ talis eſt. Si alicui ſigno vl'i, vel particulari prępomatur, & poſtponatur negatio æquipollet ſuo ſubalterno, quia ſubalternæ repugnant in quantitate ſolũ, & non in qualitate, ſed negatio præpoſita ſigno mutat quantitatẽ propoſitionis, & poſtpoſitiua impedit ne mutetur qualitas, quia vna negatio deſtruit actum alterius. & ideo prima negatio variat quantitatem propoſitionis, & non qualitatem, & per conſequens facit æquipollere ſubalternas. D

Primo ſciẽdũ, φ vt in iſta regula habetur, duæ negatione æquiualẽt vni affirmationi. cuius ratio etiã, quia prima negatio, quæ poſt ſeipſam reperit aliã negationẽ, negat & deſtruit ipſam, ſed deſtructa negatione ponit̃ affirmatio, qa de quodlibet eſt affirmatio, vel negatio vera & de nullo ambæ ſimul. & ideo duę negationes cadentes ſupra ſe inuicem æquiualent vni affirmationi.

Secundo ſciẽdũ, φ duæ affirmationes nõ æqualẽt vni negationi, ſed duæ negationes vni affirmationi. cuius rõ eſt, qa vna affirmatio nõ deſtruit aliã, ſed magis affirmat. eã affirmatio. n. nõ eſt inſtitutã intellectus ad deſtruendũ illud, quod prius dcm̃ eſt, vel quod reperit poſt ſe, ſicut eſt negatio, ideo nõ deſtruit affirmationẽ ſequentẽ, quare nõ ponit negationẽ deſtructionẽ affirmationis, ſicut fit in negationib & licet affirmatio ex cõſequẽti deſtruat negationẽ rõne oppoſitionis, tñ nõ primo, & per ſe deſtruit ſicut negatio, ſed ſolum ex conſequenti. per hoc φ primo ponit ſuum ſignificatum propriũ cum quo non poteſt ſtare negatio eius. E

Tertio ſciẽdum, φ licet in textu ponantur tres regulæ ſpeciales de æqpollẽtia cõtradictoriarũ, cõtrariarũ. & ſubalternarũ, tñ nulla ponit̃ de ſubcontrarijs. Cuius ratio eſt qa, ſi daretur æquipollentiã in ſubcontrarijs vel negatio pponeret̃, & poſtponeret̃ ſigno particulari, vel pponeretur tñ, & ſic, vtroq; modo mutaretur quãtitas propoſitionis. ideo ſubcõtrariæ non eſſent eiuſdẽ quãtitatis, vel poſtponeret̃ tñ, & hoc dupłr. quia vel eſſet in affirmatiua, vel in negatiua. ſi ſm ſic eſſet negatio ponendo duas negationes vt hic, qdã hõ nõ currit. Si primũ, ſic eſſet penitus eadem propoſitio cũ alia, & ſic non eſſet æquipollentia duarũ propoſitionũ, ideo in iſtis non poteſt dari æquipollentia. F

Quarto ſciendũ, φ ex præcedentib. regulis Petrus Hiſpanus infert quartã regulam quodammodo continentem

 primam,

A primam,& ſecundam,quia talis eſt. Si
in eadē locutione ponantur duo ſigna
vniuerſalia negatiua, vnū in ſubiecto,
& reliquum in prædicato,primū ęqui
pollet ſuo contrario, & reliquum ſuo
contradictorio. Cuius ratio eſt, qa pri
mo ſigno poſtponitur negatio ſecūdi,
& ſic æquipollet ſuo contrario per ſe-
cundā regulā, & ſcdo ſigno præponit̄
negatio primi,& ſic æquipollet ſuo cō
tradictorio per primam regulam,vt il
læ æquipollent,nihil eſt nihil.& quod
libet eſt aliquid. vnde ad retinendū p̄-
dictas regulas cū exēplis earum ponū
tur metra in textu quæ ſatis faciliter
poſſunt intelligi per ea,quæ dicta sūt.

Argum. Sed cōtra p̄dictā primo arguit̄. Duo
ſubalternæ minus repugnant,quā duæ
cōtradictoriæ,iō minus reqritur ad fa
ciēdū eas æqpollere,ſed ad æquipollē
tiā cōtradictoriarū ſufficit vna negatio
ergo cū duæ negationes magis faciant
q̄ vna ſequitur ꝙ ad æquipollētiā ſub
alternarū non requiritur duæ negatio
nes,igit̄ cōtra tertiā regulā in ordine,
B & primā hui⁹ lectiones. Scdo ſic. Vna
negatio nō pōt deſtruere aliā, igitur ꝑ
hoc ꝙ negatio propoſita,& poſtpoſita
ſe deſtruāt,nō fit ęquipollētia ſubalter
narū. Antecedēs patet,quia oē, ꝙ cor-
rūpitur a ſuo contrario corrūpitur,ſed
duæ negationes nō opponūtur, immo
ſunt eiuſdem,rōnis igitur vna non de-
C ſtruit aliā. Tertiò ſic. Duæ negationes
non ponūt affirmationē, qa vnū cōtra
dictorium nunquā ponit reliquū. ſed
negatio contradicit affirmationi, ergo
negatio præpoſita,& poſtpoſita ſigno,
nō facit æqpollere ſubalternas. Quar-
to ſic. Signum vniuerſale eſt diſpoſitio
ſubiecti,inquantū ſubiectum eſt, ergo
nunq̄ dēt poni p̄dicato. igitur in quar
ta regula ſupponitur falſum, ꝙ ſignū
vniuerſale ponat̄ a parte p̄dicati. Quin
to ſic. Iſtæ nō æqpollēt, nihil eſt nihil,
& quodlibet eſt aliqd. quia prima eſt
negatiua, cum ibi ponatur tantū vna
negatio ante copulam,& alia eſt affir-
matiua,igitur contra quartam regulā.

Solutio Ad argumenta. Ad primū dr̄, ꝙ mi-
nus requiritur ad æquipollentiā ſubal D
ternarum,quā contradictoriarū; quia
ibi ſolum requiritur mutatio quantita
tis,& in cōtradictorijs requiritur mu-
tatio quātitatis,& qualitatis ſimul, &
licet duæ negationes ſint aliquid pluſ-
quam vna ſecundum vocem, tn̄ ſecun
dum actū negandi minus faciunt,quia
ſolum mutant quantitatem,& vna ſo-
la præpoſita ſigno mutat quantitatē,
& qualitatem ſimul. Ad ſecundū dr̄,
ꝙ ſi duæ negationes conſyderentur ſe
cundum ſuam rationem,ſic non oppo
nuntur,ſed ſi vna conſideretur inquan
tum eſt inſtrumentum intellectus ad
negandum aliquid,& alia,vt eſt obie-
ctum,quod negatur, ſupra quod cadit
actus negandi, illo modo bene oppo-
nuntur ſecundum rationem agētis, & E
patientis, & ſic vna deſtruit aliā quan
tum ad ſuus actus, & non ſecundum
ſubſtantiam eius. Ad tertium dr̄,quòd
licet negatio per ſe primo non ponat
affirmationem, tn̄ bene ex conſequen
ti, & per accidens, negando negatio-
nem qua negata ponitur affirmatio.

Ad quartum dicitur, ꝙ ſignum vni
uerſale,vt includit in ſe terminū ſuę di
ſtributionis,ſiue ſignificatū termini,q̄
per ipsū diſtribuitur bene ponitur in
p̄dicato propoſitionis,& adhúc inquā
tum diſtributum eſt,poteſt poni a par
te ſubiecti ſeu à parte p̄dicati,licet ma
gis proprie ponatur à parte ſubiecti.

Ad quintum dicitur,ꝙ licet in iſta, F
nihil eſt nihil,ſecunda negatio nō po-
natur ante copulam ſecundū vocem,
tamen ponitur ſecundum intellectum
& ſenſum conſtructionis, quia debet
reſolui ſecundū nihil, per non & ali-
quid,& eſt ſenſus,nihil eſt nihil, ideſt
nihil nō eſt aliquid. iō illa ſimpliciter
eſt affirmatiua, & æquipollet alteri af
firmatiuæ.& ſic patet de ęquipollētijs.

De Modalium propoſitionum natura, deque earum formatione, & vſu.

Modus eſt adiacēs rei determi
natio,& hēt fieri p adiectiuū. Sed
adiectiuū eſt duplex. Eſt.n.quod-

dam

A dā adiectiuū nōis, vt albus, niger, et ſimilia, et qddā eſt adiectiuum verbi, vt aduerbium, quia ſecūdū Priſcianū, aduerbiū eſt verbi adiectiuū, & ideo duplex eſt modus. Vnus eſt nominalis, qui fit p adiectiuū nominis, vt hic, hō albus currit, alius uero aduerbialis, qui fit per adiectiuum verbi, vt homo currit velociter.

De modo, & eius diuiſione, deque aduerbiorū multiplicitate.

Item aduerbiorum quędam determinant verbum, gratia compoſitionis, vt iſta ſex, neceſſario, contingenter, poſſibiliter, impoſſibiliter, vere, & falſe; alia determināt verbum gratia rei verbi, vt fortiter agit, velociter currit, alie deter-
B minant verbum, gratia temporis, vt hodie craſſa, alia ad verbia temporalia, alia determinant verbum rōne modi vt aduerbia optādi, & hortandi, & ſic de alij. Et ſecundū hoc ſumitur multipliciter modus per aduerbia.

POſtquā Auctor determinauit ſuperius de ꝑpoſitione de ineſſe, ī qua denotatur ſimplex inhærentia ꝑdicati ad ſubiectum, & eſt cōpoſitio ſimplex, hic conſequenter vult determinare de propoſitione modali, in qua eſt compoſitio modificata, & compoſita ſm rationem ex compoſitione dicti, et mo-
C dificatione, ratione cuius modalis ſequi ur illam de in eſſe, ſicut compoſitum ſuū ſimplex, & qa propoſitio modalis dr̄ a modo, per quem formaliter modificatur, ideo, antequam Auctor notificet propoſitionem modalē prius determinat de mō in cōi definitiue, & diuiſiue, vt eliceat modum facientem propoſitionem modalem.

Primo ſciendū, ꝙ modus eſt adiacēs rei determinatio. Et huius ratio eſt, qa idem eſt modus realiter ſm Logicū, et adiectiuū ſm Grammaticum, ſed oē adiectiuū eſt determinatio adiacēs rei ſ. ſuo ſubſtantiuo, omne. n. adiectiuum eſt determinatio ſui ſubſtātiui, & ſibi adiacet. ideo modus bñ dicitur determinatio adiacēs rei, & ponit ibi determinatio loco generis, qa determinatio eſt qddam ſuperius ad determinationē q̄ fit p adiectiuū, & ad determinatione, q̄ fit p ſubſtantiuū, uel p inferius additum ſuo ſuperiori, vt animal hō. Deinde dr̄ adiacens rei ad differentiam determinationis factę p ſubſtantiuum. Ex iſta definitione patet qđ oē adiectiuū ſiue ſit determinatio verbi, ſiue rei ſubiectæ, vel ꝑdicatæ, vel ſubiecti inquantum ſubiectum vel ꝑdicati, inquantū ꝑdicatū eſt, vt ſunt ſigna vniuerſalia, uel particularia, et aliȩ diſpoſitionis reſpectiuę, poſſunt dici modi, ac-
B cipiēdo modū cōter ſicut accipit hic.

Adiectiua modo dici poſsūt.

Secundo ſciendum, quod modus in communi ſic diuiditur, quia quidā eſt modꝰ nominalis, alius aduerbialis. Cuius rō eſt, qa ois modus habet fieri per adiectiuum cum ſit p adiacens rei, vel ergo fit per adiectiuum nominis, & ſic eſt modus nominalis, vel p adiectiuū verbi, ꝙ eſt aduerbium, & ſic aduerbialis, q modus eſt determinatio determinans ipſum verbum, & ſibi adiacens, vnde talis modꝰ pōt dici uerbalis rōne obiecti ſui, ꝙ determinat, qa eſt determinatio verbi, & pōt dici aduerbialis rōne ſui ſubiecti, eo ꝙ eſt aduerbiū.

F Tertio ſciēdum eſt, ꝙ nomen ſignificat p modum permanentis, ſiue p modum quietis, verbum vero p modum fluxus, & fieri, quia adiectiuum nominis ſignificat, p modum ꝑmanentis, iō ſolum habet determinare nomen, vel aliquid captum per modum nominis ſm ſuos modos ſignificandi, ſed aduerbium ſignificat per modum fluxus, & fieri in alio, rōne cuius eſt conueniens determinatio uerbi, et adiectiuum eius ideo illi modi ac differunt inter ſe, qa modus nominalis eſt adiectiuū nominis, & ēt determinatio nominis ſubſtātiui, ſed modus aduerbialis habet fieri aduerbia, & determinatio verbi.

Adiectiua, determinant nomina, aduerbia vero verba.

Quarto ſciendum, ꝙ modus aduerbialis ſubdiuidit̄ p quatuor modos ſecundum diuiſionem aduerbiorum, qa

In verbo quatuor ſūt compoſitiones

A tempus modus. penes ꝗ cũcta ſu muntur aduer-bia. quædam modificant verbum gratia cõpoſitionis, vt poſſibiliter, impoſſibiliter, & ſic de alijs, alia vero gratia rei uerbi, vt velociter cõiter fortiter, alia vero gratia tpis, vt aduerbia tẽporalia, alia gratia modi, vt aduerbia optandi, & hortandi cuius ratio ẽt, qa verbũ, ſpaliter adiectiuum includit in ſe quatuor iſta.ſ.compoſitionum, ꝗ eſt actus generalis, & rem verbi, ꝗ dicit actus ipſius verbi, vt in hoc uerbo currit importatur compoſitio, ꝗ eſt actus generalis eius, & curſus in ipſo dicitur rei verbi, & eſt actus ſpecialis per ipſam importatus tertium eſt tpus, quartũ eſt modus, ſed duo prima ſunt eſſentialia verbo, duo vero vltima sũt modi ſignificandi accidẽtales eius. Et ſm iſta quatuor ſunt diuerſa aduerbia verbum diB uerſimode determinantia. Ex prædictis patet definitio & diuiſio modi, & ſubdiuiſione eius. patet etiã quòd oĩs modus cadẽs in propoſitione eſt determinatio ſubiecti, vel pdicati, vel cõpõnis ipſorum, quia ſemper eſt determinatio alicuius nominis, vel aduerbij verbi.

Argu. Sed cõtra prædicta arguitur primo. Omnis determinatio eſt actio, quia determinare eſt agere. ſed modus non eſt actio, igitur nõ eſt determinatio. Scd̃o ſic Impoſſibile, eſt modus, & tamẽ nõ eſt determinatio rei adiacens, quia nõ ſignificat aliquam formã alteri adiacẽtem. igitur male ponitur definitio modi. Tertio ſic. Omne nomẽ ſignificat p C modum per ſe ſtantis, eum oẽ nomẽ ſignificet per modum ſubſtantiæ, igitur nullum eſt adiectiuũ nominis, nec modus nominalis. Quarto ſic. Vnus determinabilis eſt tm̃ vnica determinatio, ſed verbũ eſt vnum determinabile, ergo male ponuntur plura aduerbia quę poſſunt determinare idẽ verbũ. Quinto ſic. Quædam aduerbia determinant verbũ gratia loci, vt aduerbia localia, & quædam gratia numeri. vt aduerbia numeralia, igitur inſufficiẽter enumerantur aduerbia determinantia verba.

Solutio. Ad argumenta ad primũ dicitur, ꝙ determinare effectiue, & per modum agentis eſt agere, ſed non determinare D formaliter. ideo, licet determinatio actiua ſit actio, non tñ determinatio formalis de qua intelligit in definitione modi. ad ſecundum dicitur, ꝙ licet impoſſibile, non ſignificet formam realẽ, adiacẽtem compoſitioni, qa ſignificat impoſſibilitatem, quæ eſt priuatio potentiæ. tamen ſignificat formam, & determinationem ſecundũ modũ intelligẽdi, quia impoſſibilitas bene apprehẽditur per modum formæ. & determinationis compoſitionis, & ſic ſignificatur per hunc modũ impoſſibile. Ad tertiũ dicitur, ꝙ duplex eſt modus ſubſtãtiæ, ſcilicet modus permanentis, & p ſe ſtãtis. & omne nomen ſignificat p modũ E ſubſtantię quantum ad modum permanentis, ſed ſola ſubſtãtiua ſignificat per modum per ſe ſtantis, adiectiua uero per modũ alteri adiacẽtis. Ad quartum dicitur, quòd vnius determinabilis ſecundum idem eſſe, vel eandem rõnem eſt vnica determinatio, ſed tamẽ vnius determinabilis materialiter ſecũdũ diuerſas rationes, poſſunt eſſe plures determinationes, & ſic eſt de verbo, quod diuerſis rationibus determinatur per aduerbia. Ad quintum dicitur, quòd aduerbia loci, & numeri, & alia multa determinant verbum gratia rei verbi, & continentur in illa diuiſione. vnde ad uerbium numeri non F determinat uerbum ratione numeri, qui eſt modus ſignificandi verbi, ſed ratione numeri rei ſignificatæ per verbum. vt cùm dicitur Socrates omnis currit, ibi determinatur currit, ratione qualitatis curſus ſignificati per ipſum verbum, non autem ratione numeri ſingularis, aut pluralis abſolute.

Modi ſex tantum, verbi compoſitionem determinantes. modales propoſitiones formant.

Sed omiſſis cæ̃teris alijs, nũc eſt dicẽdũ ſolum de illis modis, ꝗ cõpoſitionẽ determinãt, et sũt ſolũ ſex neceſſa-

A neceſſario cōtingenter, et cętera. Cū.n. dicit, hō currit neceſſario, hic ſignificat, ꝙ cōpoſitio curſus cum homine ſit neceſſaria, cū aūt dicitur, hō currit bene, vel velociter, ſignificatur, ꝙ curſus hominis ſit bonus, vel velox, & ita in iſta determinatur res verbi, in prima vera compoſitio, & ſic intelligendum eſt de alijs p̄dictis aduerbijs. Vnde ſolus ille modus q determinat compoſitionem facit propoſitionem modalem, et ſolum de tali hic intendimus. Et ſciendū qd iſti ſex modi, quādoq; ſumunt ad

B uerbialiter, ut poſſibiliter, impoſſibiliter, neceſſario, cōtingēter, uere, & falſe, quādoq; nominaliter, vt poſſibile, impoſſibile, neceſſariū, contingens, verum, & falſum.

POſtq̄ Auctor determinauit de modo in cōi, tā definitiue, q̄ diuiſiue, hic conſequenter oſtēdit de quō eſt intentio ſpecialiter hic, ad propoſitū, dicens, qd hic ſolū in ſpeciali dicēdū eſt de mō, q determinat verbū gratia cōpōnis, & cōpōne ꝓpoſitionis. Cuius rō eſt qa hic ſolum principaliter conſiderat modus faciens ꝓpoſitionem moda

C lē. ſed ſolus modus determinans compoſitionem ꝓpoſitionis, facit ꝓpoſitionem modalē, eō ꝙ compoſitio eſt forma totius ꝓpoſitionis, iō modus ipsā modificans reddit propoſitionem modalem ſed modi determinantes ſubiectum, vel prædicatum, qa ſolum modificant partes materiales ꝓpoſitionis, nō faciūt ꝓpoſitionem modalē quare de illis non eſt amplius determinādū.

Primo ſciendū, ꝙ cōpoſitio propōnis pōt dupliciter determinari. Vno mō generali determinatione, qn̄ ſibi addit aliqs mod⁹ entis ſine ampliatione ipſius cōpōnis. et hoc mō determinat illis modis vere, vel falſe. Sed qa generalis determinatio nō eſt determinatio ſimpliciter, ſed ſm qd tm̄, iō compoſitio hoc mō non ſimpliciter modificat, nec fit ſimpliciter modalis ꝓpoſitio. Alio mō determinatur ſpeciali determinatione, qn̄ ſ. modus dicit ſpecialem modum entis, & ampliat cōpoſitionem vltra tps p̄ntis. & ſic determinatur illis modis poſſibile, impoſſibile, contingens, & neceſſarium & hoc mō ſimpliciter fit propoſitio modalis.

D Modus dupl.

Scdo ſciendū, ꝙ ad modum facientem propoſitionem modalem requiruntur tres conditiones. Prima ꝙ talis modus determinet compoſitionem propoſitionis defectu cuius adiectiua, quæ determinat ſubiectum vel prædicatum, materiale ꝓpoſitionis, vel v.g. rei verbi, modi, vel tpis non reddunt propoſitionem modalem. Scda conditio eſt, ꝙ

E talis modus dicat aliquam diam vel modum entis circa talē compoſitionē defectu cuius negatio, & iſti modi opinabile, & inopinabile, vel credibile, nō faciunt propoſitionē modalem. Tertia eſt, ꝙ talis modus ampliet compōnē vltra tps ſuæ præſentis defectu cuius vere, & falſe non faciūt propoſitionē modalē ſimplr dictā ſed gn̄aliter tm̄.

Tertio ſciendum, quod tantum quatuor sūt modi facietes ſimpliciter propoſitionē modalem. ſ. poſſibile, impoſſibile, contingēs, & neceſſarium, ꝓbatur per ſufficientia, quia omnis modus

F faciēs propoſitionem modalem determinat compoſitionē ꝓpoſitionis. vel ergo circa ipſam dicit nō eſſe, & ſic eſt impoſſibile, vel dicit eſſe. & hoc dupliciter; vel dicit ſimplr eſſe. & in actu & ſic eſt neceſſarium, vel eſſe permixtum potētiæ & hoc eſt dupliciter vel dicit ipſum per reſpectum ad ſuū actum, & ſic eſt poſſibile, vel per reſpectū ad ſuā cauſam contingentem. & ſic eſt cōtingens. vnde quod iſti modi determinēt compoſitionem, patet, quia cum dr̄ Socra neceſſario currit, deſignatur quod compoſitio curſus cū Socr. ſit neceſſaria, & non neceſſitas Socr. ſed neceſſ. rei curſus, ſed neceſſit. s cōpoſitionis vnius cū altero ſed ſi dicatur, Socr. currit velociter, deſignat ꝙ ille curſus eſt velox.

Quarto ſciendum, ꝙ prædicti modi poſſunt

A Modus capit tā nomina liter quā aduer-bialiter. poſſunt ſumi dupliciter. Vno modo nominaliter, alio mō aduerbialiter. E ratio eſt, quia modus in cōi, & adiectiuū idem ſunt. ſed omne adiectiuū poteſt ſumi nominaliter, cū ſignificat per modū permanētis, & aduerbialiter cū ſignificat p modū fluxus, & fieri ideo illi modi poſſunt duobus illis modis accipi, & vtroq. mō faciūt ꝑpoſitionem modalē ſimpliciter. qa ſimpliciter determināt cōpoſitionē ꝑpoſitionis, differunt tñ, q.a qñ ſumūt nominaliter, determinant cōpoſitionē acceptā per modū nominis, vt hic, Socr. currere eſt B poſſibile, cōpoſitio iſtius dicti Socratē currere, ſumit nominaliter, ſed quādo ſumit aduerbialiter determināt cōpoſitionē verbaliter deſignatā, vt hic Socr. currit poſſibiliter. Ex dictis patet qui, et ꝙ ſunt modi facientes ꝑpoſitionem modalem, & quod modis accipiātur.

Argu. Sed cōtra p̄dicta, primo arguit ſic. Oē determinabile eſt in potentia, ſed cōpoſitio ꝑpōnis, cū ſit forma toti' eſt in actu tantū, & per conſequens nō eſt determinabilis, igitur nullus modus determinat illam compoſitionem.

Scd̄o arguit ſic. Modus determinas partē totius ex cōſequenti denominat totū, vt ſignū diſtribuens primo ſubiectū ꝑpoſitionis ex cōſequenti denominat totā ꝑpoſitionē vniuerſalem, ergo C modi determinantes ſubiectum vel p̄dicatū debēt denominare totā ꝑpoſitionē, & nō ſolū modus determinans totā cōpoſitionē. Tertio ſic. Determinationes entis i cōplexi non determinant compoſitionem orationis, ſed neceſſarium, & contingens ſunt determinationes entis incomplexi quia ens dr̄ neceſſarium, vel contingens, ergo iſti modi non determinant compoſitionē.

Quarto arguit ſic. Per ſe, & p accidēs faciūt ꝑpoſitione modalē, vt dicēdo, Socr. accidentaliter currit, igit non ſunt tātō quatuor modi faciētes ꝑpoſitionē modalē. Quinto ſic. Nihil, qđ ſignificat nominaliter determinat cōpoſitionē verbi, ſed ſolū illud ꝙ deſignatur aduerbialiter, ſed modi facientes ꝑpoſitionem modalem determināt verbum gratia cōpoſitionis, igitur nō poſſunt nominaliter deſignari. D

Ad argumēta. Ad primū dr̄, ꝙ licet cōpoſitio orationis non ſit in potētia reſpectu eſſe totius ꝑpoſitionis, ſed in actu tātum, tñ eſt in potentia reſpectu determinationē accidentalē eius. ideo bene pōt modificari. Idem enim reſpectu diuerſorum bene eſt in potentia et in actu ſimul. Ad ſm dr̄, ꝙ in accidētibus, q̄ non coueniunt toti niſi grā partis accidens partis bene denominat totum, ſed in illis, q̄ poſſunt cōuenire toti. & partib. accidens partis, non ſufficit denominare totū, & ſic eſt de modificatione, qa tota propoſitio poteſt per ſe primo modificari, quādo modificatur ſua forma totius, & poſſunt modificare ſuæ partes, ſed illa modificatione nō denominat propoſitio modalis. Solutio. B

Ad tertium dicitur quod ſi contingens & neceſſarium accipiant vt ſunt differentiæ entis incomplexi. ſic ſunt determinationes eius, ſed ſi accipiantur vt ſunt defferentiæ entis complexi, quod eſt in hærentia prædicati ad ſubiectum, ſic ſunt determinationes compoſitionis, & ſic ſumuntur in propoſitio. Ad quartum dicitur, quod per ſe, & per accidens non ſunt modi diſtincti ab iſtis, quia per ſe ſub neceſſario continentur reductiue, & per accidens, ſub contingenti. Ad quintum dicitur, ꝙ licet illud, quod ſumitur nominaliter non poſſit determinare compoſitionē verbaliter acceptam, ſed ſolum aduerbium, tamen poteſt bene determinare compoſitionem nominaliter captam quomodo determinant iſti modi nominaliter capti.

Per ſe, æquiualet neceſſario ſicut per accidēs contingens. F

Quid Modalis propoſitio ſit.

Propoſitio modalis eſt q̄ modificatur aliquo iſtorū ſex modorū ſcilicet poſſibile cōtingēs, impoſſibile, neceſſario, vere, & falſe, vt Socr. currere eſt poſſibile, Soc. currere eſt contingens, et ſic de alijs.

Et ſcien-

A Et ſciendum quòd in modalibus verbum debet ſubijci, modus autem prædicari. oẽs autem aliæ propoſitiones, quæ non determinantur ꝑ illos ſex modos, dicũtur de ineſſe, i. de ſimplici inhærentia prædicati ad ſubiectũ. Et per hoc patet diuiſio propoſitionis, quę ſolet fieri. Propoſitionũ alia modalis, alia de ineſſe. Illæ autẽ propoſitiones, quæ modificantur his modis, ſ. vere, vel falſe, ad præſens relinquantur, quia eodem modo ſumitur oppoſitio, & æquipollentia in eis, ſicut in illis de ineſſe. In his autem modis, qui ſunt poſſibile,
B impoſſibile, contingens, & neceſſe, non ſic ſumitur oppoſitio, & æquipollentia, vt poſtea patebit.

Poſtq̃ Auctor determinauit de mõ, qui eſt principium formale propoſitionis modalis, hic conſequẽter determinat de ꝓpoſitione modali. & quia ſubſtãtia rei præcedit paſſiones eius, ideo prius determinat de propoſitione modali ſecundum ſe, quã de ęquipollẽtijs & oppoſitionib. eius, ipſam primo ſic definiens. Propoſitio modalis eſt illa, quæ modificatur aliquo iſtorum ſex modorum. ſ. poſſibile, impoſſibile, contingens, neceſſarium, verũ, & falſum.

C Primo ſciẽdũ, ꝙ propoſitio modalis dupliciter accipitur. Vno modo cõiter pro omni ꝓpoſitione, in qua modificatur cõpoſitio, ſiue hoc fit determinatione generali, ſiue ſpeciali. & ſic verũ & falſum faciũt propoſitionem modalẽ, & hoc modo definitur hic in generali. Alio modo capitur ſpecialiter ſolũ pro illa propoſitione, cuius cõpoſitio ſpeciali determinatione modificatur ampliãdo ipſam vltra tps ſuæ præiacẽtis. & ſic ſolum fit propoſitio modalis per illos quatuor modos, poſſibile, impoſſibile contingẽs & neceſſariũ, & ſolũ illæ, q̃ sũt modificatæ his modis, ſunt ſimpliciter modales & d̃ illis in ſequẽtib. ſolum determinabitur, eo ꝙ nõ habent eaſdem æquipollentias, & oppoſitiones, ſicut illæ de ineſſe. Illæ vero, q̃ D modificantur ꝑ verum & falſum hẽt eaſdẽ ęquipollentias, & oppoſitiones, ſicut illæ de ineſſe, quia non habẽt ampliationem vltra tempus pręſens, ideo de illis non determinabitur amplius.

Quæ modales compoſitæ, & q̃ diuiſæ.

Secundo ſciendũ, ꝙ duplex eſt propõ modalis. ſ. cõpoſita, & diuiſa. Compoſita eſt illa, ĩ qua ꝑdicatũ dicti cõponitur cũ materia, & forma ipſius ſubiecti, & debet proferri dictũ prolatione cõtinua, ad deſignandũ illã cõpõnem nõ pauſãdo inter partes dicti, ſed interdictũ, & modũ. Diuiſa ẽ illa, ĩ qua ꝑdicatũ dicti ſolũ cõponit materia ſubi, & diuidit a forma eius. & debet ꝓferri ꝓlatione diſcõtinua, ad deſignandũ illã diuiſionẽ inter partes dicti pauſando, & non inter dictum, & modum, vt hæc, album eſſe nigrum eſt poſſibile. ſi nigrum cõponatur cũ albo pro ſubiecto albedinis, & ꝓ ipſa albedine, tunc eſt cõpoſita, & falſa. ſed ſi cõponatur cũ albo ꝓ ſubiecto albedinis, diuidat
E ab albedine diſcõtinuãdo partes dicti, ſic eſt diuiſa, & vera. Ex qb. patet ꝙ tã in modalib. diuiſis, quã cõpoſitis, modus determinat totã cõpoſitionẽ dicti, licet differẽter. ideo vtraque eſt ſimplr modalis. & de vtraq; intelligitur definitio prius, poſita nec differunt ſpecie eſſentiali compoſita, & diuiſa de eodẽ modo, ſed ſpecie accidentali ſolum.

Tertio ſciendũ, ꝙ in propoſitionib. modalib. dctũ ſubijcit, & mod' ſꝑ ꝑdicatur. Cuius rõ eſt, quia ſicut ſe hñt eſſe, & nõ eſſe ĩ illis de ineſſe, ita modus in modalib. ſed ĩ illis de ineſſe, eſſe, vel nõ eſſe eſt prædicatũ formale, ergo ſilr modus in modalib. eſt ꝑdicatũ formale, & non materiale, quia eſt illud, quo
F ꝑdicatũ materiale denominat ĩ eſſe ſubiecto. Itẽ illud, ꝙ eſt determinatio, & ſe hẽt ꝑ modũ formæ reſpectu cõpoſitionis dicti, nunquã ſubijcitur ĩ ꝓpõne modali, ſed ſꝑ ꝑdicatur, eo ꝙ determinatio non hẽt ſubijci ſuo determinabilis, ſed modus ſe hẽt vt forma reſpectu cõpoſitionis dicti, q̃ eſt determina-

mina-

A minatio eius, licet nō ſit determinatio compoſitionis, quæ eſt inter dictum, & modum. igitur in modalib. nunq̄ modus ſubijcitur, ſed ſemper prædicatur.

Quarto ſciẽdū, ꝙ in modalib. dictū eſt illa orō, cuius compoſitio modificatur, ſiue ſit cōpoſita ex accuſatiuo caſu, & verbo infinitiuo, cui additur modus nominaliter captus, ſiue ſit oratio ꝑfecta, cui additᷓ modus aduerbialiter captus, & talis oratio, ante aduētum modi, dicitur præiacēs propoſitioni modali. & tale dictum, eſt materia ꝓpoſitionis, & modus determinans cōpoſitionē eius ſe habet vt forma partis, & eſſe modificatū compoſitionis reſultans B ex vnione modi & cōpoſitionis dicti, q̄ faciūt vnū ſicut determinatio, & determinabile eſt forma totius ꝓpoſitionis modalis. & per hoc patet quid ſit propoſitio modalis, & quot modis dr̄, & quid ſit ſubiectū, & prædicatū eius.

Argu. Sed cōtra prædicta primo arguitur. In iſta, Socr. currere eſt poſſibile, hic dictum, Soc. currere. eſt illud quod modificatur per illum modū poſſibile & tñ nō eſt ꝓpō modalis, ſed tm̄ eius ſubiectū, ergo ꝓpoſitio modalis, nō eſt, quę modificatᷓ aliquo iſtorū ſex modorū. Secundo ſic. Hæc eſt modalis, hoiem eſſe aſinū eſt impoſſibile, & tñ nō modificatᷓ igitur. Minor patet, quia in illa ille modus impoſſibile, deſtruit totam cōpoſitionē dicti. igitᷓ nō determinat, C vel modificat ipſam. Tertio ſic, Aduerbium in oratione nunquā prędicatur, ſed modus in modalib. qñque ponitur aduerbialiter, ergo modus in ipſis nō ſemper prædicatur. Quarto ſic. Modalis aliqñ conuertitur, igitur in ea fit de prædicato ſubiectum, & econtra ergo, cum modus quandoque prædicetur per conuerſionem mutatur in ſubiectum, & ſic non ſemper prædicatur.

Quinto ſic. Verbis ſemper eſt forma dictus unito, ſed modus vnitur cum dicto mediante copula verbali, igitur modus ſe habet in modalibus vt prædicatum materiale, & non vt formale.

Ad argumenta, Ad primum dr̄, ꝙ licet illud dictum modificetur primo D per modum partis, & tanquam quo, Solutio tñ tota propoſitio modificatur per modum totius. & tanq̄ quod licet hoc ſibi conueniat per compoſitionem dicti, q̄ primo modificatur ideo tota propoſitio dr̄ modalis. & non ipſum dctm tm̄. Ad ſm dr̄, ꝙ impoſſibile, non deſtruit primo, & per ſe illam compoſitionem ſed ex conſequenti tm̄, quia per ſe primo negat vnum ſpālem modū entis a tali compoſitione. ſ. poſſibilitatem ſiue potentiam ad eſſe, qua negata, deſtruitur ex conſequēti compō. Ad tertiū dr̄, ꝙ aduerbium, per ſe ſumptū non eſt prædicatum propoſitionis, ſed aduerbium cōiunctum cū verbo, ſicut determina- E tio ſuo determinabili pōt eſſe ꝓdicatū formale propoſitionis. & ſic eſt de modo aduerbialiter poſito in ꝓpoſitione modali, q̄a determinat formaliter verbū gratia cōpoſitionis, & inde fit vnū ꝓdicatū formale. Ad quartū dr̄, ꝙ propoſitio modalis non conuertitᷓ ſm ſed Propoſitionis categoricæ diuiſio in modalē & de ineſſe. totā ſic, ꝙ modus ponatur in ſubiecto, ſed ſolum conuertitur quantum ad dictum faciēdo de prædicato dicti ſubiectū, & ecōtra, vnde modales de poſſibili, & neceſſario ſcd̄m dictū, eodē mō cōuertuntur ſicut ille de ineſſe. & ſimr illæ de contingenti accepto pro poſſibili. ſed in illis de contingenti ad vtrū libet, fit conuerſio in oppoſitā qualitatem, & vniuerſalis negatiua in eis con- E uertitur ſimpſr in terminis, ſed particularis affirmatiua cōuertitur ſimpſr. Sed in illis de impoſſibili primo ad cōuertendum illas oportet videre quib. æquipollent de neceſſario. & conuertere illas de impoſſibili, ſicut cōuertuntur ſuæ æquipollentes de neceſſario, & in eis vlis affirmatiua nō conuertitur in terminis, ſed particularis negatiua bene conuertitur in terminis. Ad quintum dr̄. q modus non vnitur cū dicto mediante verbo inquātum eſt modus, ſed ſolū inquātum noiāliter ſignificatᷓ in ratione modi, & nō eſt in potentia ad copulā venientem, ſed eſt prædicatum formale reſpectu compoſitionis.

lor-

A *Formatio modalium propoſitionum iuxta quatuor modos.*

Et ſciendũ quod vnuſquiſque iſtorum quatuor modorum facit quatuor propoſitiones modales. Et cum quatuor ſint modi, erunt quater quatuor propoſitiones, & ſic ſunt ſexdecim propoſitiones. Verbi gratia, Iſte modus, qui eſt poſſibile, ſi ſumatur ſine negatione facit vnam propoſitionem modalem, vt Socr. currere eſt poſſibile, ſi ſumatũr cũ negatione poſita ad verbum facit ſecundã propoſitionem, vt Socr. non currere eſt poſſibile ſi vero ſumatur cum negatione poſita ad modum, facit. Tertiam propoſitionem vt Socr. currere nõ eſt poſſibile ſi ſumatur cũ duplici negatione, vna poſita
B ad modũ & alia ad verbũ, facit. Quartam propoſitionẽ, vt Socr. non currere non eſt poſſibile, &. ſic ſecundum vnumquemq; iſtorum quatuor modorum ſumũtur quatuor ꝓpoſitiones. Vñ verſus.

Deſtruit. V. totum, ſed A confirmat vtrunque.

C Deſtruit E, dictum, ſed deſtruit I, quoque modum.

Edictum Ique modum negat A. nil, ſed V. totum.

Poſtq̃ auctor determinauit de ꝓpoſitione modal. quantum ad ſubſtantiã eius. hic cõſequẽter determinat de ſuis paſſionibus. ſ. de æquipollentijs & oppoſitione. Et, quia æquipollẽtiæ, & oppoſitiones modaliũ faciliter cognoſci nequeunt niſi cognoſcatur multiplicatio propoſitionum modalium, ideo antequam de illis paſſionibus determinet, prius oſtendit quot propoſitiones poſſunt multiplicari ſecundum quemlibet modum.

Primo ſciẽdũ, ꝙ in propõne modali duplex eſt compoſitio: Prima eſt, compoſitio partium dicti inter ſe, Secũda vero eſt compoſitio modi cum dicto quæ eſt principalis in ipſa. Et, qa qualitas propoſitionis, ſiue affirmatio, & negatio attendũtur ex parte compoſitionis, ideo propoſitio modalis poteſt dupliciter dici affirmatiua, & negatiua. ſ. ex parte modi, & ex parte dicti. illa aũt, in qua negat modus, eſt ſimpliciter negatiua modalis, ſed illa ĩ qua ſolũ negat cõpoſitio dicti, non eſt ſimpl'r negatiua ſed vt dicit Ariſ. hẽt negatiuã figurã, & poteſt dici negatiua de dicto.

D Vide ad ho. n primo. Prior. ĩ multis locis

Secundo ſciendum ꝙ ſm iſtum modũ poſſibile, per variationem affirmationis, & negationis pñt fieri quatuor propoſitiones modales. Prima eſt affirmatiua, tã de dicto quam de modo. vt poſſibile eſt eſſe, Scd'a eſt negatiua de vtroq. vt non poſſibile eſt nõ eſſe. Tertia eſt negatiua de dicto ſolũ, vt poſſibile eſt nõ eſſe. Quarta eſt negatiua ſolum de modo, vt non poſſibile eſt eſſe. Et ſimiliter pñt fieri quatuor ſm quẽlibet aliorum modorum. & ſic in toto poſſunt multiplicari in ſexdecim ꝓpoſitiones modales ſm quatuor modos. Vnde prædictæ quatuor propoſitiones per quatuor vocales ſignificãtur ꝑ A, ſignificatur affirmatiua tam de dicto, q̃ de modo. per V, negatiua de vtroq; per E, negatiua de dicto ſolum ꝑ I, negatiua de mõ ſolũ. Iuxta illos verſus.

E Singuli modi quatuor ꝓpoſitiones formant.

F

Edictum Ique modũ negat A nil, ſed V, totum.

Vel illos verſus. (cue

Deſtruit V totũ, ſed A affirmat vtrũ

Deſtruit Edictũ, deſtruit quoq; modũ.

Ex quibus patet quomodo ſumitur, & variatur, qualitas in modalibus.

Sed ad videdũ de quantitate ipſarũ eſt tertio ſciendũ ꝙ in modalib. tripliciter attẽditur quantitas. primo ex parte dicti. ꝙ eſt ſubiectũ totius propõnis. ſecundo ex parte ſubiecti dicti, tertio ex parte modi. Vñ ex parte dicti oẽs ſunt ſingulares, quia in ipſis dictũ ſingulariter accipiť ꝑ vno ſolo dicto in defectu vnius vocis impoſitæ ad ſignificadũ ipſum,

A ſum, ſed ex parte ſubiecti dici poſſunt dici vniuerſalis, particulares indefinite, & ſingulares, ſcd͞m ꝙ tale ſubiectū differenter, tenetur vniuerſaliter, particulariter indefinite, aut ſingulariter, ſed ex parte modi, aliquæ ſunt vniuerſale, ſicut ſunt illæ de neceſſario, & impoſſibili aliæ particulares, ſicut ſunt ille de contingenti, & poſſibili, & nullæ ſunt indefinitæ, aut ſingulares. Quarto ſciēdum ꝙ quantitas modalis ſumpta eſt parte modi non eſt quantitas ſuppoſitorum, ſed temporum quæ eſt menſura acceptionis copulæ reſpectū temporis ſcd͞m ampliationem modi ſic vt quantitas ſuppoſitorū eſt mēſura acceptionis ſubiecti reſpectu ſuorū

Ex parte modi modales, vniuerſalis dicūtur vel particulares.

B ſuppoſito ū. vnde modales de neceſſario, & impoſſibili dn̄r vniuerſales, eo ꝙ neceſſarium ampliat ad omne tp̄s affirmatiue, ſicut oīs diſtribuit, vniuerſaliter, & affirmatiue, & impoſſibile, ampliat ad oē tp̄s negatiue, ſicut nullus diſtribuit vniuerſaliter, & negatiue. Sed illæ de poſſibili, & contingenti ſunt particulares, quia vtrūq; ampliat particulariter, & affirmatiuę, quia ſolū ampliant ad pręſens, & futurū, & hēt ſicut illud ſignū quidā. Vnde verſus.

Omne neceſſarium, impoſſibile eſt quaſi nullus.

Poſſibile eſt quidā, quidam non poſſibile non.

C Et p hoc patet multiplicatione, qualitate, & quātitate propōnū modaliū.

Argu.

Sed cōtra prædicta primo arguitur. Scd͞m hunc modum poſſibile, poſſunt fieri infinite propōnes modales, igitur maledictū eſt, ꝙ ſcd͞m ipſum, ſolum ſunt quatuor propoſitiones modales. Secūdo ſic. Oēs propoſitiones de eodē modo ſunt eadē propoſitio in ſpē, eo quod modales ſpecie diſtinguūtur ex parte mod, qui eſt forma ꝓpoſitionis modalis, igit nullus modus facit quatuor propoſitiones modales in ſpecie. Tertio ſic. Iſta, Socratem currerē non eſt poſſibile, & ſimiliter aliæ, vbi poſſibile negatur, nō eſt de poſſibili, ſed de impoſſibili, vel neceſſario, igitur male dr̄ ꝙ poſſibile facit vnā negatiuā propoſitionem modalem ex parte modi. Quarto ſic. Cuiuslibet rei eſt tantum vna forma, ſed qualitas eſt forma propoſitionis, igitur vnius propoſitionis modalis eſt vna qualitas. & ſic in iſtis non pōt accipi duplex qualitas. Quinto ſic. Modus in modalibus ſe habet per modum formæ, ſed quantitas rei ſe tenet ex parte materiæ, & nō ex parte formæ, igitur in ipſis non ſumitur quantitas ex parte modi. D

Solutio.

Ad argumenta. Ad primum dr̄, ꝙ ſecundū quēlibet modū poſſunt fieri infinitæ propoſitiones in numero, nō tn̄ poſſunt fieri pluſquam quatuor, in ſpecie, & ſolū de tali multiplicatione ſecundū ſpeciē eſt hic ad propoſitum. Ad ſecundum dr̄, ꝙ licet oēs modales de eodem modo affirmato ſint eadem propoſitio in ſpecie eſsētiali, & ex parte modi, tn̄ bene variantur ſpecie accidentali ex parte affirmationis, vel negationis dicti. Ad tertiū dicitur, quòd licet ꝓpoſitio, in qua negatur poſſibile, quātum ad ſignificatum eius, ſit de impoſſibili, vel de neceſſario, tamē eſt formaliter de poſſibile, quod ibi ponitē ſecundū vocē. Ad quartum dicitur, ꝙ licet vnius modalis ſit tantū vna qualitas principalis, tn̄ poſſunt eſſę plures ſubordinatæ ad ſe inuicē, quarum vna eſt minus principalis, & ſubordinatur alteri, ſicut compoſitio dicti reſpectu cōpoſitionis modicum dicto. Ad quintum dicitur, ꝙ quantitas ſuppoſitorū ſumitur ex parte ſubiecti, & materiæ propoſitionis, tamen quantitas tēporū bene ſumitur ex parte formæ, ideo poteſt ſumi ex parte modi ampliantis compoſitionem vltra tempus eius. E F

De modalium ęquipollentijs regulæ nonnullæ traduntur.

Harum autē propoſitionū modalium æquipollentiæ, ſiue conſequētiæ, quatuor regulis cognoſcūtur. Prima regula talis eſt, cuicūq; dicto affirmato attribuiē poſſibile,

A le, eidē attribuitur contingens, & ab eodē dicto remouetur impoſſibile, & ab eius contradictorio oppoſito remouetur neceſſe. Secūda regula eſt. cuicunq; dicto negatio attribuitur poſſibile, eidē attribuitur contingens, & ab eodē remouetur impoſſibile & ab eius cōtradictorio oppoſito remouetᷣ neceſſe. Tertia regula eſt. a quocunque dicto affirmato remouetur poſſibile ab eodē remouetur cōtingēs, & eidem attribuitur impoſſibile, & eius cōtradictorio oppoſito attribuitur neceſſe. Quarta regula eſt. a quocunque dicto negato remouetur poſſibile, ab eodē remouetur contingēs, & eidē attribuitur impoſſibile, & eius contradictorio oppoſito attribuitᷣ neceſſe. D

Iſtarum autem regularū exempla diſponūtur in quatuor lineis ſiue ordinibus figuræ ſequētis qui poſſunt per hos verſus denotari.

Primus amabimus eſt Edentulique. Secundus.

Tertius Iliacæ, ſedent Purpurea. Quartus.

B Omne. — Contrariæ. — Nullus. E

Purpurea. — Iliace.

Quarta. Regula. — Tertia regula.

Linea 4 Nō poſſibile eſt nō eſſe. — Non poſſibile eſt eſſe. Linea 3

Non contingēs eſt non eſſe. — Non contingens eſt eſſe. Ordo 3

Ordo 4 Impoſſibile eſt nō eſſe. — Impoſſibile eſt eſſe.

Neceſſe eſt eſſe. — Neceſſe eſt non eſſe.

Subalternæ. — Contradictoriæ. — Contradictoriæ. — Subalternæ.

Amabimus. — Edentuli.

Prima Regula. — Secunda Regula.

Poſſibile eſt eſſe. — Poſſibile eſt non eſſe.

Linea 1 Contingens eſt eſſe. — Cōtingens eſt non eſſe Linea 2

Nō impoſſibile eſt eſſe. — Nō īpoſſibile eſt nō eſſe

Ordo 1 Nō neceſſe eſt non eſſe. — Non neceſſe eſt eſſe. Ordo 2

Quidam. — Subcontrariæ. — Quidam non.

C

Omnes aūt illæ propoſitiones, q̄ ſunt in prima linea æquipollēt, ſibi inuicem per primā regulā, & cōuertuntur inter ſe, quæ autē in ſecūda linea, æquipollēt p ſecūdā regulā, & ſimiliter cōuertūtur, & quæ in tertia, per tertiā, & quæ in quarta per quartā. Ad cuius expoſitionem dantur quidam verſus.

Carmina modaliū conſequentias.

Omne neceſſe valet, valet impoſſibile, nullum.

Poſſibile, eſt quidam, quidam non, poſſibile eſt non.

Poſtquā Auctor oſtendit multiplicationē propoſitionū modaliū ad cognoſcendum earum æquipollētias, hic conſequenter determinat de æquipollentijs earum, quarū cognitio valet ad cognoſcendū conſequētias propoſitionū modaliū, quia inter æquipollentes ſemper vna propō ſequitur ad aliā, & ecōuerſo, eo q͡ ſunt æquipollentes, ſiue æquiualentes, in veritate, & falſitate. F

Vbi primo ſciēdū, qͩ hic magis determinat in ſpecialis de æquipollētijs modalium, quam de cōuerſionibus earum, eo q͡ modales eodem modo conuertunt ſicut ille de ineſſe, & ſolū quātum ad dictum, ſed æquipollentia, non conuenit ipſis eodē mō ſicut illis de ineſſe, quia in ipſis variatur æq̄pollentia, & etiā ſumitur ex parte modi ampliātis.

A tis compoſitionem & nō ex parte ſubiecti propoſitionis, ſicut in illis de ineſſe, & etiam conueniūt ipſis inquātum ſunt modales. ideo oportuit ſpecialiter determinare de æquipollentia earum.

Regulę quatuor, virtute quarum tenent cōſequentiæ.

Secundo ſciendū, q̄ prædictæ æquipollentiæ quatuor regulis cognoſcuntur. Prima eſt. Cuicūq. dicto affirmato attribuitur poſſibile, eidem attribuitur contingens, & ab eodē remouetur impoſſibile, & ab eius contradictorio oppoſito remouetur neceſſe. Cuius rō eſt, quia poſſibile, & contingens conuertūtur; igit̄ cuicunq. attribuit̄ poſſibile, & contingens. & poſſibile, & impoſſibile B contradicūt, ideo cuicunq. attribuitur poſſibile ab eodē remouetur impoſſibile, qa vnū cōtradictoriorū remouet reliquū, & ſi aliquid dictum ſit poſſibile pōt aliqñ verificari, & ſuum contradictoriū pōt eſſe falſum, ideo ſi alicui dicto attribuitur poſſibile, ab eodē remouet̄ impoſſibile, & ab eius contradictorio remouet̄ neceſſe. Scđa regula, cuicūque dicto negato attribuit̄ poſſibile, eidē attribuit̄ contingens, & ab eo remouet̄ impoſſibile, & a ſuo contradictorio oppoſito remouetur neceſſe. Tertia regula eſt, a quocunq. dicto affirmato remouetur poſſibile, ab eodē remouet̄ cōtingens, & eidem attribuitur impoſſibile, & ſuo contradictorio attribuitur ne C ceſſe. Quarta regula eſt, a quocunq. dicto negato remouetur poſſibile ab eodē remouetur contingens, & eidē attribuit̄ impoſſibile, & ſuo contradictorio attribuit̄ neceſſe, & iſtę tres regulæ poſſunt eodem modo probari ſicut prima.

Qñ modus dicto attribuatur, ſeu remoueatur.

Tertio ſciēdū, qđ modus dr̄ attribui dicto: qñ affirmatiuæ prædicat̄ de ipſo, & dr̄ ab eo remoueri, qñ negatur de ipſo. Dupliciter tñ pōt intelligi modū remoueri a dicto. Vno mō, qđ remoueat̄ ab ipſo ſm rem, & vocem, & ſic nō dēt intelligi in propoſito, quia, ſi ſic remoueretur, non remaneret propoſitio modalis. Alio mō, qđ remoueat̄ ſm modū enunciādi p negatione, & ſic capit̄ hic remouet̄, prout tm̄ valet ſicut negatur.

Quarto ſciendum qđ prædictarū regularum exēpla diſponunt̄ in quatuor D lineis, ſiue ordinibus, & oēs de primo ordine æquipollet per primam regula, & conſequuntur ſeinuicem, & oēs de ſecūdo per ſcđam. & ſic de alijs, & oēs illi ordines habentur per hos verſus.

Primus Amabimus eſt, Edētuliq. ſcđs.
Tertius Iliacæ, Purpurea, reliquus.

Prima dictio. ſ. amabimus ſignificat primum ordinē & quatuor eius vocales dant intelligere quatuor propoſitiones primi ordinis ſignificando per primum A. propoſitionem de poſſibili eſſe affirmatiuā tam de dicto, q̄ de mō, & per ſm A. illam de contingēti eſſe affir- E matiuam de vtroq. & I. ſignificat illam de impoſſibili eſſe negatiuam de mō, & V. ſignificat illam de neceſſario eſſe negatiuam de vtroque, & ſimiliter exponerentur aliæ dictiones pro alijs ordinibus ſecundum ſignificationes ſuarum vocalium iuxta ſententiam illorū verſuum in proxima expoſitione poſitorū ſuperius. Et per hoc patent æquipollentiæ propoſitionum modalium.

Argum.

Sed contra prædicta primo arguitur ſic. Hoc dictum hoīnē eſſe aial eſt poſſibile, & tñ non eſt contingens, cum ſit neceſſariū, ergo male dr̄ in prima regula, cuicunq. dicto affirmato attribuitur poſſibile eidem attribuitur contingēs. Scđo ſic. Huic dicto negato. Deū ñ eſſe attribuitur poſſibile, dicendo, Deū non F eſſe eſt poſſibile, & tñ ab eo nō remouetur impoſſibile cum ſemper ſit impoſſibile. igitur contra ſecundam regulam.

Tertio ſic. Impoſſibile ſemper negat dictum, cui attribuitur qđ deſtruit cōpoſitionē eius. igitur non pōt attribui dicto affirmato, contra tertiam regulā. Quarto ſic. Propoſitio affirmatiua, & negatiua nunquam ſunt æquipollētes, quia non æquiualēt in qualitate. igitur propoſitio negatiua de poſſibili, & affirmatiua de neceſſe. nunquā æquiualent contra quartam regulam. Quinto ſic. Omnes propoſitiones ęquiualentes debent eſſe euſdem ſubiecti, & eiuſdem prædicati, cum æquipollentia duarum propoſitionum vtroq. termino participantium

A pātiū ſm eūdē ordinē, ſed illa de poſſibili, & de neceſſario, q̃ ponunť in quarta regula, non hēnt idē ſubiectū, q̃a in eis cōtradictoria dicta ſubijciūtur, nec idē pdicatū, q̃a non eſt idem modus in ipſis. igit ille propōnes nō æquiualēt.

Solutio Ad argumēta. Ad primum dr, ꝙ ſi capiatur contingens ſpecialiter pro cōtingenti non neceſſario, ꝙ diuiditur p contingens natum, raro, & ad vtrumlibet, illud dictum hominem eſſe animal, non eſt cōtingens, ſed ſi capiatur gn̄aliter contingens, vt conuertitur cū poſſibili, & diuiditur per neceſſariū, & non neceſſarium, ſic bene eſt contingēs, illo modo capitur contingēs hic. Ad ſecundum dr, ꝙ licet ab hoc dicto,

B Deum non eſſe, non vere remoueatur impoſſibile. tñ falſæ remouetur ab ipſo eodē mō, ſicut poſſibile falſæ ſibi attribuitur. Ad tertiū dr, ꝙ licet impoſſibili neget virtualiter dictum, cui attribuitur, non tñ formaliter, ideo pōt attribui dicto formaliter affirmatio. Ad quartū dr ꝙ licet affirmatiua, & negatiua de eiſdē extremis nūq̄ ſint æquipollentes, tñ illę de diuerſis extremis poſſunt æq̃pollere, quo ad veritatē, & falſitatem, licet nō ſecundū qualitatē.

Ad quintum dr, ꝙ ſi capiatur æquipollentia ſpecialiter pro æquiuallentia propoſitionum vtroque termino participantium in qualitate, & quantitate, veritate, & falſitate, ſic maior eſt ve

C ra, ſed ſi capiatur gn̄aliter pro quocunque æquiualēt a duarū ꝓpoſitionū in veritate, & falſitate, ſic eſt falſa, in propoſito ſit accipit æquiualētia gn̄aliter.

Regula communes ad omnium modalium accidentia.

Item æquipollētia, & cōuertentia, & conſequentia propoſitionū modalium pōt haberi per has regulas. Prima regula. Oēs.n. propoſitiones de poſſibili & impoſſibili æquipollent verbo ſimiliter ſe habente, & mō diſſimiliter, vt Socr. currere eſt poſſibile, & Socr. currere non eſt impoſſibile. Secūda regula. Omnes propoſitiones de poſſibili, & de neceſſe æquipollent, verbo, & modo diſſimiliter ſe habentib. vt Socr. currere eſt poſſibile, & Socr. non currere non eſt neceſſe. Tertia regula omnes propoſitiones de impoſsibili, & neceſſe æquipollent verbo diſsimiliter ſe habente, & modo ſimiliter. vt Socr. currere non eſt impoſsibile, & Socr. nō currere non eſt neceſſe, & intelligatur modus ſimiliter & diſsimiliter ſe habere quātum ad affirmationem, & negationē; vt dicatur modus ſimiliter ſe habere, qñ affirmatur, vel negatur vtrobique. Diſsimiliter autem, qñ affirmatur in vna, & negatur in

E altera, & eodem modo intelligendum eſt de verbo ſicuti dictū eſt de modo. Et ſciendum eſt, ꝙ prædictæ regulæ non faciunt mentionem de cōtingenti, eo ꝙ cōtingēs conuertitur cum poſsibili. vnde idem eſt iudiciū de propoſitionibus vtriuſque. Exempla aūt huius q̄rātur in ſuperiori figura diſpoſita per quatuor ordines in prima, ſcda, tertia, & quarta linea, quia iſta regula eſt generali ad omnes.

F Poſtq̄ Auctor ſuperius oſtendit per quatuor regulas æquipollentias, & cōſequentias mo talium, hic conſequenter notificat ipſas ſecūdum alias regulas, & quamuis ipſæ æquipollētiæ ſufficiēter notificentur per regulas prædictas, tamen magis facile cognoſcuntur per iſtas regulas cum alijs, quam per alias tantum ideo iſtæ regulæ ad maiorē, & faciliorem cognitionē hic conuenienter ponuntur, & nō ſuperfluæ.

Primo ſciendū, quòd negatio poſita ad modum negat quātitatem ampliationis tempo um, quæ ſe te..et ex parte modi, & etiā qualitatem propoſitionis, quia negat modificationem, & eſt conſequenti compoſitionem modificatam. Negationis officiū in modalib.

F

A tũ, ideo mutat quantitatẽ, & qualitatẽ propoſitionis, & facit contradictorias æquipollere ipſa.n. negatio præpoſita modo ſimiliter ſe habet in modalibus ſicut negatio ꝓpoſita ſigno in illis de ineſſe. Sed negatio poſita ad dictũ tantum, negat ſolum compoſitionẽ propoſitionis, & non quãtitatem modi, & ſic non mutat quãtitatem ipſius, quia in negando præuenit ampliationẽ modi. ideo talis negatio mutat qualitatẽ, & non quantitatem, & ſe habet negatio poſtpoſita ſigno quæ facit æquipollere contrarias. ſed negatio poſita ad dictũ, & ad modũ ſimul, mutat quantitatem ſolum, ideo ſe habet vt negatio
B præpoſita & poſtpoſita ſigno, & facit æquipollentiam ſubalternam.

Prima regula. Secundo ſciendũ, ꝙ ad cognoſcẽdũ prædictas æquipollentias ponũt hic tres regulæ. Prima eſt, quòd propõnes de poſſibili, & impoſſibili æquipollẽt verbo ſimiliter ſe habente, & mõ diſſimiliter. Cuius rõ eſt, quia ꝓpoſitiones de poſſibili, & impoſſibili cõtradicũt, ſed negatio poſita ad modum tãtum, facit contradictorias æquipollere, vt dictũ eſt, ideo propoſitiones de poſſibili, & impoſſibili æquipollent mõ diſſimiliter ſe habente, & verbo ſiſr. Et dr̃ modus ſimiliter ſe habere quãtum ad affirmationẽ, & negationẽ, qñ in vtraque affirmatur vel negatur, & diſſimi
C liter, qñ in vna negatur, & in alia affirmatur. & ita intelligitur verbum ſiſr, vel diſſimiliter ſe habere ſuo modo.

Secũda regula. Tertio ſciẽdũ, ꝙ ſecũda regula talis eſt. Omnes ꝓpoſitiones de poſſibili, & neceſſario æquipollẽt verbo, & modo diſſimiliter ſe habentib. Cuius rõ eſt, qa ꝓpoſitiones de poſſibili, & neceſſario affirmatiuæ de dicto, & mõ ſimul opponũtur ſubalterne, ſꝫ negatio poſita ad dictũ, & ad modũ ſimul facit modalib. æqpollẽtiã ſubalternarũ, q̃ ſe hẽt ſicut negatio ꝓpoſita & poſtpoſita ſigno i illis de ineſſe, iõ ꝓpoſitiones de poſſibili, & neceſſario æquipollẽt poſita negatione ad dictũ, & ad modum ſimul, vñ ex iſtis duabus regulis ſeqt̃ ꝙ propoſitiones de cõtingenti, & impoſ D
ſibili etiã æquipollent verbo ſimiliter ſe habẽte, & modo diſſimiliter. ſed illæ de contingenti, & neceſſario æquipollent verbo, & modo diſſimiliter ſe habentibus, quia illæ de poſſibili, & contingenti adinuicem conuertuntur.

Quarto ſciedum, pro tertia regula, ꝙ propoſitiones de impoſſibili, & neceſſario æquipollẽt verbo diſſimiliter ſe habẽte, & mõ ſimiliter. Cuius ratio eſt, qa illæ de impoſſibili, & neceſſario affirmatiuæ de vtroq; cõtrariãtur, ſed negatio poſita ad dictũ tantum in modalibus facit contrarias æquipollere, quia ſolũ mutat qualitatẽ, igitur illæ de impoſſibili, & de neceſſario æqpollẽt verbo diſſimiliter ſe habẽte, & modo ſimiliter. Hic aũt nõ ponũtur regulæ in textu de æquipollentijs ꝓpoſitio E
nũ de cõtingẽti, qa de ipſis idẽ eſt iudiciũ, ſicut de illis de poſſibili, eo, ꝙ contingẽs, & poſſibile cõuertuntur, capiẽdo cõtingẽs in cõi, vt ſe extẽdit ad neceſſariũ, & nõ neceſſariũ, & cauſa eſt, quia vtrunq; ampliat ad præſens, & ad futurũ affirmatiue, & nõ ad ꝑteritum, eo ꝙ vtrunque dicit potentiam, & potẽtia ſe habet ad ꝑſens, & ad futurum, quia ad præteritũ nulla eſt potẽtia, iõ ꝓpoſitiones de poſſibili, & cõtingenti adinuicẽ conuertuntur, & æquipollẽt verbo, & modo ſimiliter ſe habẽtibus. Ad præteritum nulla eſt potẽtia.

Sed cõtra prędicta primo arguitur. F
Iſtæ duæ ęquipollẽt de poſſibili, & impoſſibili, Socr. currere eſt poſſibile, & Socr. currere non eſt impoſſibile. & tñ verbũ nõ ſe hẽt ſiſr, qa in vna negatur hoc verbũ eſt, & in alia affirmaĩ, igĩ illę de poſſibili, & ipoſſibili, nõ æqpollent verbo ſimiliter ſe habẽt. Scd̃o ſic. Oẽs æquipollentes in modalibus sũt eiuſdẽ quantitatis ex parte modi, igĩ modus in oĩbus eodẽ modo ampliat, & ſe habet ſimiliter, igitur illæ de poſſibili, & impoſſibili nõ æqpollent mõ diſſimiliter ſe hẽnte. Tertio ſic, illæ nõ æquipollent, Socr. currere eſt poſſibile, & Socratem non currere, nõ eſt neceſſe, quia prima aliqd ponit, & ſcd̃a

non

A non, cum ſit negatiua tam de dicto, q̄ de modo, igit illę de poſſibili, & neceſſario, non ęquipollent, verbo, & modo diſſimiliter ſe habentibus. Quarto ſic. Impoſſibile ſp includit negationem, & neceſſe affirmationem. igitur impoſſibile, & neceſſe non poſſunt ſimiliter ſe hr̄e quantum ad affirmationem, & negationem, ergo propoſitiones de ipſis non æquipollent, modo ſimiliter ſe habente, & verbo diſſimiliter.

Quinto ſic. Illa quæ ſunt inter ſe diuerſa non conuertunt̄, ſed poſſibile, & cōtingens ſunt diuerſi modi, nā aliter, nō erunt quatuor modi facientes propoſitionē modalem, ergo poſſibile, &
B contingens non conuertuntur inter ſe.

Ad argumēta. Ad primū dr̄, ꝙ licet
Solutio. in illis propoſitionibus verbum vniēs modū cū dicto, ſe habeat diſſimiliter, tn̄ verbū dicti ſe habet ſimiliter, et ſolū de illo hic intelligitur. Ad ſecundū dr̄, ꝙ licet in omnibus modalibus, q̄ æquipollent, modus ſe habeat ſimiliter quā tum ad ampliationem, non tn̄ quantū ad affirmationem, & negationem: & hoc modo intelligitur modus diſſimiliter ſe hr̄e, vel ſimiliter. Ad tertium dr̄, quòd iſta, Socratem non currere nō eſt neceſſe, nihil ponit primo, & ꝑ ſe, tn̄ ponit aliquid ex conſequentia, quia negat hoc dictum, Socratem non currere eſſe neceſſarium, ideo ex conſe-
C quenti ponit ſuum contradictorium ſe poſſibile. Ad quartū dr̄, ꝙ licet impoſſibile includat negationem intrinſecam, tamen non includit intrinſecā, de qua ſolum eſt ad propoſitum, ideo quò ad illam poſſunt ſimiliter ſe habere, & diſſimiliter impoſſibile, & neceſſarium.

Ad quintum dicitur, et licet illa, quę conuertūtur quantum ad ſuppoſita, & rōnem formalē nō ſint diuerſa, tn̄ illa quæ conuertuntur quantū ad ſuppoſita, & non quantū ad rōnem formalem pn̄t eſſe diuerſa, & ſic poſſibile, & contingens conuertunt̄ & faciunt inter ſe diſtinctas propoſitiones modales.

D

Oppoſitiones modalium nonnullis carminibus patefiunt.

ITem propoſitionum modaliū, alię ſunt contrarię, aliæ ſubcontrariæ, aliæ cōtradictoriæ, & aliæ ſubalternę. Vnde Quartus, et Tertius ordo cōtrariāt̄. Vnde verſus.

Tertius eſt quarto ſemper contrarius ordo.

Primus aūt modus, & ſecūdus ſubcontrariantur. Vnde verſus.

Sit tibi linea ſubcontraria prima ſecundæ.

Item primus ordo, & tertius, & E
ſimiliter ſecundus, & quartus contradicunt. Vnde verſus.

Tertius eſt primo contradictorius ordo.

Pugnat cum quarto contradicendo ſecundus.

Itē prima linea ſubalternat̄ quartæ, & ſecūda tertiæ. Vnde verſus.

Prima ſubeſt quartæ vice particularis habens ſe.

Hanc habet ad ſeriem ſe lege ſecunda ſequentem.

Vel ſic.

Ordo ſubalternamus ſi primus, F
ſiue ſecundus.

Et hoc totum patet in ſuperiori figura.

Poſtquam Auctor determinauit de æquipollentijs modalium, quæ ſunt inter propoſitiones eiuſdē qualitatis, & quantitatis, hic conſequenter determina de oppoſitionibus ipſarum, quæ quidem oppoſitionis ſunt inter ꝓpoſitiones diuerſę quātitatis. & primo ponit talem diuiſionem. Propoſitionum modalium, aliæ ſunt cōtrariæ, aliæ ſubcontrariæ, alię contradictoriæ, aliæ ſubalternæ. cuius diuiſionis eodem modo poteſt dari ſufficiētia, ſicut data eſt de oppoſitionibus propoſitionum de ineſſe.

A Quantitas oīū modalium in quocunque ordinum.

Primo ſciendum, ꝙ inter propoſitiones modales ſuperius poſitas in quatuor ordinibus, oēs de primo ordine, q̄ ſignantur per Amabimus, ſunt particulares ex parte modi, vel formaliter, vel æquiualenter. & ēt affirmatiuæ, q̄a oēs æquipollent iſti, Socrat. currere eſt poſſibile, q̄ ex particularis affirmatiua. Et oēs de ſecundo ordine, quę ſignificātur per edētuli, ſunt particulares negatiuæ, quia ęquipollēt iſti. Socratem nō currere eſt poſſibile, quæ eſt particularis negatiua. Et oēs de tertio ordine, q̄ ſignificantur per Iliace, ſunt vniuerſales negatiuæ, quia æquipollent iſti Socratem currere eſt impoſſibile. Et omnes de quarto ordine, quæ ſignificantur per Purpurea, ſunt vl'es affirmatiuæ, quia æquipollent iſti, Socr. currere eſt neceſſe.

B Secundo ſciendum ꝙ quartus, & tertius ordo, ſiue propoſitiones de tertio, & quarto ordine inter ſe contrariant̄. & ratio eſt, quia vniuerſalis affirmatiua, & vniuerſalis negatiua contrariantur. illæ autē de tertio ordine ſunt vniuerſalis negatiuę, & illę de quarto vniuerſales affirmatiuæ, vt patet intuenti. Sed propoſitiones de primo, & ſecūdo ſub contrariantur. & ratio eſt, quia illę de primo ſunt particulares affirmatiuę. & illę de ſecundo ſunt particulares negatiuæ. Sed illæ de primo ordine cōtradicunt illis de tertio, quia in primo particulares affirmatiuæ, & in tertio vniuerſalis negatiuæ. Similiter illæ de ſecundo, quæ ſunt particulares negatiuæ contradicunt illis de quarto, quæ ſunt vniuerſales affirmatiuæ, & ſic ibi eſt repugnantia in quantitate, quod qualitate ſimul.

C Tertio ſciendum, quòd ad dandum contradictionem modalibus de modo, ferēda eſt eadem negatio ad modū, & non ad dictū. cuius rō eſt, quia contradictio eſt affirmatio, & negatio eiuſdē de eodē. Sed in modali affirmatiua modus formaliter affirmatur de cōpoſitione dicti, & eſt prædicatū formale reſpectu ipſius. igitur ad dandū contradictionem deferri negatio admodum D dicto remanente eodem. Item, ſicut ſe habet verbum in illis de ineſſe, ita modus immodalibus, ſed ad dandum contradictionem in de ineſſe, negatio debet ferri ad verbum, igitur negatio in modalibus debet ferri ad modum, & nō ad dictum. & non refert vtrum immediate ponatur ad modum, vel ad cōpoſitionem, qua componitur cū dicto, vt non refert dicere, Socratem currere eſt non poſſibile, vel Socratem currere non eſt poſſibile.

Ad conſequētia modalium ad neceſſaria. E

Quarto ſciendum, quòd propoſitiones de primo ordine ſubalternantur illis de quarto. & illæ de ſc'do ſubalternant̄ illis de tertio q̄a repugnāt in quātitate, vt patet per ea, quæ dicta ſunt, et p̄ hoc poſſunt haberi plures conſequētiæ illarum modalium. q̄a omnes particulares ſequunt̄ ad vniuerſales, quibus ſubalternant̄, vt illę de primo ordine ſequuntur ad illas de quarto ordine, vt ad iſtam, Socratem currere eſt neceſſe. ſequuntur omnes de quarto, ordine per æquipollentiam, & omnes illæ de primo ordine per legem ſubalternarum, ſimiliter ad iſtam, Socratem non currere eſt neceſſe, ſequūntur omnes aliæ propoſitiones de tertio ordine p̄ æquipollentiā, & omnes illæ de ſecundo ordine per legē ſubalternarum. & ſic ad iſtas duas, Socr. currere eſt neceſſe, & Socratem nō currere eſt neceſſe, F ſequuntur omnes illæ modales de quatuor ordinibus, & etiā in ipſis poſſunt haberi cōſequentię ſecūdum leges oppoſitionum ſuperius poſitas. Ex p̄dictis patet, ꝙ ad neceſſe eſſe ſequitur poſſibile eſſe per legē ſubalternarum, & etiā ad neceſſariam ſequitur poſſibile, primū patet p̄ legē ſubalternarū q̄a neceſſe eſſe eſt de quarto ordine, & poſſibile de primo. Alia ratio eſt, quia poſſibile in communi dicitur tā de neceſſario q̄ de nō neceſſario, quia dicitur de omni illo, quod non eſt impoſſibile, & nō habet repugnantiā ad eſſe. ideo eſt ſuperius ad neceſſarium, ſed ſuperius ſequitur ad ſuum inferius, ergo

ad

A ad neceſſarium ſequitur poſſibile. con
ſequentia ualet per locum a ſpecies ad
genus ſuum, ſi conſyderentur poſſibi
le, & neceſſarium quo ad ſuppoſita,
de quibus verificantur, &, ſic conſyde
rentur quo ad ampliationem ipſorum
eſt locus a toto in quantitate ad ſuam
partem, quia neceſſarium ampliat vni
uerſaliter, & affirmatiue. & omnium
iſtorum exempla poſſunt videri in prę
cedenti figura.

Argu. Sed contra prædicta arguitur pri-
mo, Omnes contrariæ ſunt vniuerſa-
B les, ſed nullæ modales ſunt vniuerſa-
les, cùm omnes ſunt ſingulares, igitur
nullæ modales contrariantur. Secun-
do ſic, Omnes contrariæ repugnant in
qualitate, ſed propoſitiones de quarto
ordine, & de tertio non repugnant in
qualitate, quia iſtæ ſunt ambæ affirma
tiue, Socratem currere eſt neceſſe, So-
cratem non currere eſt neceſſe, igitur
illæ de quarto ordine, & tertio non cō
trariantur. Tertio ſic. Subcōtrariæ ſunt
eiuſdem ſubiecti, ſed illæ de primo or-
dine, & ſecundo non ſunt eiuſdem ſu-
biecti, ut patet de illis Socratem non
currere eſt poſſibile, igitur nō ſunt ſub
C contrariantur. Quarto ſic. Illæ de ſe-
cundo ordine ſequuntur ad illas de
quarto, igitur non contradicunt ſibi.
Antecedēs patet, quia ſequitur, Socra-
tem currere eſt neceſſe, Socratem cur-
rere eſt contingens, igitur per legem
ſubalternarum, & vltra ſequitur, So-
cratem currere eſt contingens, igitur
Socratem non currere eſt contingens,
per conuerſionem in oppoſitam quali
tatem. & ſic illa de ſecundo ordine ſe-
quitur ad primam, quæ eſt de quarto.
Quinto ſic, Particulare non ſequitur
ad ſuum vniuerſale, ſed neceſſarium
eſt vniuerſale reſpectu poſſibilis, igi-
tur ad neceſſarium eſſe, non ſequitur D
poſſibile eſſe. & ſic propoſitiones de
primo ordine non ſubalternantur il-
lis de quarto.

Ad argumenta. Ad primum dicitur. Solutio
quòd ex parte totius dicti oēs moda-
les ſunt ſingulares. tamen ex parte mo
di aliquæ ſunt vniuerſales, & aliquæ
particulares. ideo poſſunt eſſe contra-
riæ. Ad ſecundum dicitur, quòd licet
iſta, Socratem non currere eſt neceſſe,
ſit formaliter affirmatiua ex parte mo
di, tamen eſt virtualiter negatiua, quia
virtualiter includit iſtam, Socratem
currere non eſt poſſibile. Ad tertium E
dicitur, quòd licet in propoſitionibus
de ineſſe ſub contrariæ ſint eiuſdem ſu
biecti formaliter, tamen non requiri-
tur in modalibus. quia in ipſis non ſu-
mitur eodem modo oppoſitio ſicut in
illis de ineſſe Ad quartum negato an
tecedente, dicitur ad probationem, q
licet propoſitiones de contingenti ad
vtrumlibet conuertantur in oppoſi-
tam qualitatem, non tamen propoſi-
tiones de contingenti communi, quod
ſe extendit ad neceſſarium. & non ne
ceſſarium, de quo eſt hic ſermo. &, li-
cet illæ propoſitiones realiter ſint de
contingenti ad vtrumlibet, tamen pri- F
ma non ſequitur ad ſuam vniuerſalē,
inquantum eſt de contingenti ad
vtrumlibet, ſed inquantum eſt de con
tingenti communi & ſub illa ratione
non habet conuerti in oppoſitam qua
litatem Ad quintum dicitur, quod li-
cet ad vniuerſale in prædicando non
ſequatur ſuum particulare, ſicut ad ani
mal non ſequitur hō, tamen ad vniuer
ſale in diſtribuendo, vel ampliando, ſi
cut eſt neceſſarium reſpectu poſſibilis,
bene ſequitur ſuum particulare. Et
hęc de primo tractatu dicta ſufficiant.

A VERSORII PARISIENSIS D.

EXPOSITIO,

In Secundum Tractatum Petri Hiſpani.

SVMMA TRACTATVS SECVNDI.

De Quinque vniuerſalibus, ſeu prædicabilibus. Genere, Specie, Differentia, Proprio, Accidenti. Deq; his Communibus, ac proprijs.

B Prædicabile quãdoque ſumitur proprie & ſic ſolũ dicitur prædicabile, quod de pluribus prædicatur. quandoque ſumitur cõiter, & ſic dicitur prędicabile, quod de vno ſolo, ſiue de pluribus prædicatur. vnde prædicabile, proprie ſumptum, idem eſt quod vniuerſale, ſed differunt in hoc, quòd prædicabile definitur per dici de, & vniuerſale per eſſe ineſt enim prædicabile quod aptũ natum eſt dici de pluribus, vniuerſale autem quod aptum natum eſt eſſe in pluribus.

C Poſtquã Petrus Hiſpanus in primo tractatu determinauit de enũciatione ſiue propoſitione, quæ componitur ex terminis incomplexis. hic conſequẽter incipit determinare de ipſis terminis incõplexis. Ratio ordinis eſt, quia licet ordine naturæ termini præcedant enũciationẽ, tñ via doctrinæ ſcientia de enunciatione conuenienter præponitur ſciẽtiæ de terminis incõplexis. ſ. de prædicabilibus, & prædicamẽtis, eo, quod totũ eſt nobis notius ſuis partibus, & etiã quia oratio pfecta. ſ. propoſitio, quæ cõtinet nomen, & verbum de quibus agitur in primo tractatu quodãmodo præſupponitur cognita in Grãmatica. ideo pcedendo a notioribus, Auctor prius determinat de enunciatione, & cõſequenter de terminis incomplexis, licet econuerſo ordinentur in Logica, & primo determinat de incomplexis quantum ad rationes vniuerſalium in hoc ſecundo tractatu, deinde quantum ad rationes ordinabilium in genere ſecundum ſub, & ſupra in tertio tractatu.

E Primo ſciendum, ꝙ licet vniuerſale dicatur multipliciter quia quoddã eſt vniuerſale in cauſando, ſicut Deus. aliud in cognoſcendo, ſicut intellectus; aliud in diſtribuẽdo, ſicut ſignum vl'e. & aliud in repreſentando. vt ſpecies intelligibilis, tamen hic ſolum eſt propoſitũ de vniuerſali in prædicando, quod eſt natura cõis, quæ poteſt prædicari de multis. & tale vniuerſale iterum capitur dupliciter. Vno modo materialiter pro tali natura abſolute, & non per comparationem ad intentionem vniuerſalis, & ſic eius conſyderatio pertinet ad Metaphyſicum, alio modo conſyderatur formaliter quãtum ad rationem. & intentionem vniuerſalis, & ſic conſyderatur a Logico, & ſic eſt proprium ſubiectum huius tractatus, quia principaliter conſideratur in hac ſcientia, & ſub eius ratione formali alia hic tradita conſyderantur, & in nulla alia ſcientia conſyderatur ſub propria ratione vniuerſalis prædicabile autem eſt propria paſſio eius. D

Vniuerſalis variç acceptiones

Secundo ſciendum, quod tota argumentatio cõponitur ex enunciationib. enuntiatio autem ex terminis incomplexis qui ſunt ordinabiles in genere ſm ſub, & ſupra ſicut ſubiectum, & prædicatum quæ quidem ordinatio fit ſm rõnem vniuerſalis, vt gñis, aut ſpecie,

Vniuerſalium notitia ad quæ ſit vtilia.

nec

A nec pōt cognoſci illa ordinatio, quę fit in prædicamentis, niſi prius cognoſcātur rōnes vniuerſalem, quia ordinare neſcit q rōnes ordinabiliū ignorat. iō hæc ſcientia de vniuerſalibus vtilis eſt ad cognitionem prædicamentorū enūtiationis, quantum ad oēs eius ſpēs. Valet etiam ad aſſignandum definitionis quæ fiunt ex genere, dña, vel ex genere, & proprio, & ad cognoſcendū diuiſiones generis in ſuas ſpecies vel ſubiecti in accidentia, et iſti ſunt fines extrinſeci huius ſciētiæ, ſed eius finis intrinſecus eſt perfecta cognitio vniuerſalium quantum rationem vniuerſalis. Et per hoc patet cauſam materialis, et finalis huius tractatus. formalis, & efficiens eodem modo ſunt aſſignandæ, ſicut dictum eſt in primo Tractatu.

B Tertio ſciēdum, ꝙ hic primo determinatur de vniuerſali in cōmuni. dein de ſpeciali quātū ad partes eius. Et ad cognoſcendū eius definitionē. Auctor præmittit diuiſionem prædicabilis in cōi, ꝙ diuiditur in prædicabile ꝓprie ſumptum, qđ ꝑdicat de multis vniuoce, & i ꝑdicabile cōiter ſūptū, ꝙ ꝑdicatur de vno ſolo vniuoce; ſiue de multis, ęquiuoce. & per hoc facile eſt dare rationem huius diuiſionis, & de prædicabili proprie dicto ſolum eſt hic. ad propoſitum, non autem de prędicabili communiter ſumpto.

C Prędicabile, & uniuerſale in quo differant. Quarto ſciēdum, ꝙ ꝑdicabile, et vniuerſale, ꝓprie ſumptum, idē ſunt ſcđm rem, qa eſt eandē natura cōis realiter, q dr̄ vniuerſaliter, prædicabilis, tñ differunt rōne, quia dr̄ vniuerſale inquantum aptum natum eſt eſſe in multis, dr̄. n. vl̄e, quaſi unum verſum in multis, ſed dr̄ ꝑdicabile, ꝓut aptum natum eſt ꝑdicari de pluribus. & per hoc habēt diffinitiones vl̄is, et ꝑdicabilis. Vl̄e enim eſt ꝙ eſt aptū natum eſſe in multis, & ꝑdicabile eſt quod eſt aptum natum ꝑdicari de multis, & qa eſſe i multis naturaliter precedit, dici de multis, iō rō vl̄is præcedit, rōnem prædicabilis. & ſic ipſum vl̄e ſe habet vt ſubiectum prædicabile vero vt paſſio eius, & per hoc patet quid ſit uniuerſale, D & quid prædicabile, & quomodo inter ſe conueniant, & differant.

Argu. Sed cōtra ꝑdicta primo arguit ꝑ dicabili proprie ſumptum continetur ſub ꝑdicabili cōiter ſumpto, igit illa membra ꝑdicta diuiſionis concidunt & nō opponunt. Secundo ſic. Ois paſſio realiter, differt a ſuo ſubiecto prædicabile eſt paſſio uniuerſalis, igit differt ab eo ſm rē. Maior patet qa idē non pōt demonſtrari ſeipſo cum non habeat cauſā inhærētiæ ad ſe ipſum, ſed paſſio poteſt demōſtrari de ſuo ſubiecto, igit differt ab eo ſm rē. Tertio ſic. Quęcunq; ſunt eandē realiter hēnt eandē diffinitionem, quia diffinitio explicat eſſe eſſentiam rei. ergo, ſi uniuerſale. & prędicabile ſint idem ſm rem rationes eorum non differunt. Quarto ſic, ſol eſt prædicabile, & tñ non prædicatur de plurib. nec et luna, ergo definitio prędicabilis eſt in ſufficiens. Quinto ſic. Deus eſt quoddam uniuerſale, cum ſit cauſa uniuerſaliſſima, & tamen non eſt aptus natus eſſe in multis, ergo male ponitur, definitio vniuerſalis. B

Solutio Ad argumenta. Ad primum dicitur quod, ſi conſiderentur prædicabile proprie ſumptum, & prædicabile cōmuniter ſumptum ſecundum illud ꝙ ſunt non opponunt, ſed unum ſub alio continetur. ſed ſi conſyderentur quā tum ad rationes communis, & proprij, ut ſunt membra huius diuiſionis, habēt oppoſitionē. Et licet prædicabile communiter ſumptum conuertatur cum diuiſo, quantum ad ſuppoſita, non tñ quantum ad modos ſuę acceptionis. Ad ſm F dicitur quod licet omnis paſſio extrinſeca realiter differat a ſuo ſubiecto, nō tamen intrinſeca. & licet idem ſecundum rem, & rationem ſimul nō poſſit de ſeipſo demonſtrari, tñ idem rē differens ſecundum rōnem, bene poteſt demonſtrari de ſeipſo, quo modo ſunt uniuerſale, & prædicabile. Ad tertium dicitur, quod licet ea quę ſunt eadē realiter habeant eadem definitionē quidditatiuam poſſunt tamen habere diuerſas

A ſas rationes diſcreptiuas ſecundum diuerſos modos eſſendi eiuſdẽ rei, & ſic eſt de vniuerſali,& prædicabili.

Ad quartum dicitur, quod licet Sol non prædicetur actu de multis nec ſit actu in multis propter repugnantiam ſuæ materiæ quæ tota actuata eſt per vnam formam tñ prædicatur de multis ſm aptitudinem ſuæ formæ,quę de ſe cõicabilis eſt. Ad quintum dr, quod Deus eſt vniuerſale in cauſando,& nõ in prędicando,de quo datur definitio.

Quinque prædicabilia quæ ſint.

B Prædicabile autẽ,ſiue vniuerſale dicitur in genus ſpeciẽ,Differẽtiam,Propriũ,& Accidẽs, & ſolũ de his quinque hic intendimus.

Poſtquam Auctor definiuit vle, & prædicabile proprie ſumptum.hic cõſequenter ponit diuiſionem vlis, ſeu prædicabilis dicens,ꝙ prædicabile diuiditur in Genus, Speciem, Differentiam. Proprium,& Accidens,quæ diuiſio probatur per ſufficiẽtiam quia omne prædicabile prædicatur in quid,vel in quale.ſi in quid, hoc eſt dupliciter, vel in quid de pluribus differentibus numero, & ſic eſt Species,vel in quid de pluribus differentibus ſpecie, & ſic eſt Genus, ſi in quale,hoc eſt dupliciter. vel in quale eſſẽtiale,& ſic eſt Differentia,vel accidentale,& hoc eſt dupliciter, vel in quale conuertibile, & ſic eſt proprium, vel nõ conuertibile, & ſic eſt Accidens,& illorum ẽt faciliter daretur ſufficientia ſm,ꝙ conſyderãtur in ratione vniuerſalis accipiẽdo diuerſas rationes ipſorũ vniuerſaliũ. C

Vniuerſale triplex.

Primo ſciendum, quòd vle ſecũdũ ſuum eſſe diuiditur.ſ in vle in re, ante rem. & poſt rem, & ante rem adhuc dupliciter, ſ.ante rem natura,& tpe ſimul,& ante rem natura tantum,& ſic vniuerſale ante rem natura & tẽpore ſimul,eſt natura cõis accepta.& ſecundum eſſe,quod habet intellectu primæ cauſæ,vel in cauſis ſecundis in quo eſſe natura,& tpe præceſſit productionẽ ſingulariũ,ſed vniuerſale ante rẽ natura tñ, eſt eadem natura cõis conſiderata ſm ſe, & quantum ad ſua principia eſſentialia ſiue reſpectu ad ſua ſingularia,quæ ipſa naturaliter præcedit tanq̃ principiũ formale ipſorũ,licet non habeat ſuũ eſſe extra ſingularia. Sed vle in re eſt natura cõis,accepta ſm eſſe ꝙ habet in ſuis indiuiduis, quibus dat eſſe, & rõnẽ tanq̃ principiũ intrinſecũ, & eſſentiale ipſorum, ſed vle poſt rẽ eſt eadem natura cõis accepta ſecundũ eſſe,quod habet in intellectu noſtro,ꝑ quẽ abſtrahitur a ſuis ſingularibus.& illo modo vniuerſale,q̃nque dicitur intentio,quia mediante ipſo, intellectus tendit in cognitionem rei ad extra,vnde intentio dicitur conceptus rei. D

Qui prima, & ſecunda intẽtio.

E Secundo ſciendum quod duplex eſt intentio.ſ.prima,& ſecunda. Prima intentio eſt conceptus primarius quem habemus de re. Sed ſecunda intẽtio eſt ſecundarius conceptus, quem intellectus facit de re iam cognita in prima intentione vt cum intellectus cõcepit naturam animalis ſm ſe,ibi eſt prima intentio. & ſignificatur iſte conceptus hoc nomine primæ intentionis. ſ. ãial, Sed, cum intellectus concipit illã eandem eſſentiam per reſpectum ad multa inferiora,in quibus eſt. ibi eſt ſecunda intẽtio, & ſignificatur hoc nomine ſecundæ intentionis.ſ.vniuerſale, quia hoc modo concipit ipſam tanquã vnũ verſum in multis,& percipit vniuerſalitatem illius naturæ cõis, quia cognoſcit eam per reſpectũ ad multa. & cũ cognoſcit illam naturam eſſe communem ad multas ſpecies,ſibi attribuit generalitatem, quæ ſignificatur hoc nomine genus. & ſimiliter daretur exemplum de aliis quatuor prædicabilibus. F

Tertio ſciendũ,quod in præſenti diuiſione non diuiditur vniuerſale pro reliqua ſubiecta intẽtione vniuerſalis, ſed pro ipſa cõi intentione, & quia talis intentio cõis non ſignificat aliquã vnam naturam.ideo non poteſt habere aliquam vnam definitionem ſimpliciter cũ vnitas definitionis præſupponat vnitatẽ definiti, ideo nõ dicitur

vniuoce

A vniuoce de quinq; prędicabilib. q̄a nihil ē vnū realiter, ꝙ ſit vniuocū ad q̄n que prædicabilia, quæ d cūt res diuerſorū generū, & ēt intentio vniuerſalis non dicit eſſentiam rei ſm ſe, nec quidditatē eius, ſed formaliter importat reſpectū ſuperadditū eſſentiæ, vt viſum eſt, iō nō pōt prędicari in quid de quinque prædicabilibus, quare non eſt genus ad quinq; prædicabilia.

Quarto ſciēdū, qđ vniuerſa e dr̄ de iſtis quinque vniuerſalibus analogice i. ſecūdū prius & poſteri⁹, cuius ratio eſt q̄a vniuerſalis dēt eſſe vnū in multis. ſed vnū nō pōt eſſe in multis niſi per diuiſionē ei⁹, ſed diuiſio primo cō B uenit g neri, qđ diuidit̄ per differētias formaliter, & quia genus cōſtituit ſpeciē cum differentia ideo dat ſibi diuiſibilitatem, ipſa tn̄ diuidit̄ ſolū diuiſione materiali per ſua indiuidua. Et differentia eſt in ſpecie, & ēt ꝓpriū, ideo vtrunque diuiditur per diuiſionē ſpeciei. & per ipsā hēt eſſe in multis, & ſimiliter accidens cōmune, quo diuidit̄ diuiſione ſpeciei, vel generis ꝑ diuerſa indiuidua, hēt eſſe in multis, & ſic eſſe in multis primo cōuenit generi, ſecundo ſpeciei, tertio per ſpeciē cōuenit differentiæ, proprio, & accidenti, ideo vniuerſale per iſta quinque diuiditur diuiſione analogi in ſua analogata, & non generis in ſuas ſpecies.

C Sed cōtra ꝑdicta primo arguit̄. Ens Argu. eſt ꝑdicabile, cū ꝑdicet̄ de multis, & tamen nō cōtinetur ſub aliquo iſtorum quinq; vniuerſaliū. ergo diuiſio nulla.

Secundo ſic, vniuerſale, quod hic diuiditur eſt aliquod vniuerſale, cū ſibi conueniat definitio vniuerſalis prius poſita, & tn̄ non cōtinetur ſub aliquo iſtorū mēbrorū diuiſionis, igitur. Tertio ſic. Prædicabile, & prædicamentū idem ſunt, ſed decem ſunt prædicamē ta, igitur decem ſunt prędicabilia igit̄. Quarto ſic. Genus vere prædicatur de ſpecie. ergo genus, & ſpecies nō opponuntur inter ſe. igitur iſta diuiſio non datur ꝑ membra oppoſita. Quinto ſic. Qualitas eſt acc dens, & ēt genus cū ſit vnum prædicamentū. igitur genus & accidens, quę ſunt mēbra diuiſionis coincidunt. igitur diuiſio nō eſt bona. D

Solutio Ad argumēta. Ad primū dr̄, qđ ens nō prædicat̄ tan ua aliquod vnum de multis, quia nō Prædicat vniuoce, ideo nō eſt vniuerſale nec prædicabile ꝓprie ſūptū, licet ſit prædicabile cōmuniter ſumptū, q̄a æquiuoce prędicatur de multis, & hic ſolū diuid tur prædicabile propri e ſumptum. Ad ſecundū dicitur, quod vniuerſalis, quod hic diuidit̄ non dicit aliquā vnā cōmunē naturā, quę ſit in multis, ideo nō eſt aliqđ vniuerſale, ſed eſt vna intētio cōmunis dicta analogice de quinque prædicabili E bus, & definitio vniuerſalis nō conuenit ſibi æqualiter pro omnib. ſuis ſuppoſitis, ſed ſolū ſibi cōuenit tāq̄ cōmuni analogo ſm prius, & poſterius, nec dat̄ iſta definitio pro iſta intentione ſecundū ſe, ſed pro re ſub ecta intentioni. Ad tertiū dicit̄, quod licet idē ſit realiter prædicabile, & prædicamētū, hoc tn̄ eſt diuerſis rationib. quia dicitur ꝑdicabile inquantum poteſt prędicari de pluribus, & prædicamentū inquantum metitur, & collegit omnia prædicabilia eiſdem coordinationis, ſicut eſt genus generaliſſimum, vel ipſa tota coordinatio dicibilium eiuſdem generis. Aliter. n. diſtinguuntur prædicabile, prædicamentum, & prędicatum. nā F ꝑdicabilia diſtinguūtur per ſuos modos pręd cādi de ſuis ſubiicibilib. & ꝑdicamenta ſecundū diuerſos modos prædicandi de prima ſubſtantia ſecundum ꝙ prædicatur vniuoce, & de nominatiue, & ꝑdicata ſecundum diuerſos modos inhærendi ſuis ſubiectis, ſcilicet eſſentialiter, vel accidentaliter: iō nō oportet tot eſſe ꝑdicabilia quot ſunt prędicamenta, vel predicata. Ad quartū dicitur ꝙ ſi genus & ſpecies conſyderentur materialiter quantū ad id. ꝙ ſunt genus ꝑdicatur de ſpecie. & ſic non opponuntur. ſed ſi conſiderētur formaliter quantum ad intentiones generis. & ſpeciei opponuntur quia gen⁹ dicit reſpectum ad diuerſas ſpecies

Prędicabile ꝑdicamentum, & ꝑdicatū quō diſtinguātur.

A ſpecies, & ſpecies ad ſuum genus, qđ ipſa ſpecificat, & determinat. Ad quintum dr̄, ꝙ qualitas, per reſpectu ab ſubſtantiam, dr̄ accidēs, & per reſpectum ad ſua inferiora dr̄ genus. ideo non eſt idem formaliter quod dr̄ genus, & accidens, ſed materialiter tm̄ & ſecundum diuerſas formas reſpectiuas ſibi attribuuntur illæ diuerſæ intentiones.

De generis triplici acceptione.

Cap. 2. vniuerſalium.

Genus dr̄ tripliciter. Primo mō dr̄ genus collectio multorū ſe habentiū quodāmodo ad ſeinuicē, & ad vnum principium, vt collectio eorū, qui ſunt de eadē parētela, B deſcendentiū ab vno, vt Romani a Romulo. Scđo mō dr̄ genus, quod eſt principium vniuſcuiuſq; gnationis, vt pater, vel patria, ſiue locus. Tertio modo dicitur genus cui ſupponitur ſpecies, & hoc vltimo modo ſumitur hic genus.

Poſtquam determinatum eſt de vli in cōi tā diffinitiue, q̄ diuiſiue, hic cōſequēter in ſpeciali determinat de quolibet quinq. prædicabilium. &, quia genus, ſpecies, & differentia prędicantur eſſentialiter, ideo prius de ipſis determinatur, q̄ de alijs, quæ prædicantur C accidentaliter. & prius de gn̄e, & ſpecie, quæ prędicantur in quid q̄ de dña, quę prędicatur in quale. Illud.n. quod prædicatur in quid importat eſſentiā rei per modum ſubſtantiæ, & ꝙ prędicatur in quale importat eſſentiam per modum accidentis, i. ſub modo qualitatis & quia genus eſt in multis ſpeciebus, ſpecies vero in multis indiuiduis, iō genus eſt verius vle, q̄ ſpecies. quare Auctor prius determinat de genere, quam de ſpecie, primo ponens eius acceptiones ad eliciendum membrum, de quo eſt ſibi ad propoſitum.

Vide alios vbi hæc ad vnguē.

Vbi primo eſt ſciēdum, ꝙ tres ſunt acceptione gn̄is. nā primo mō accipit genus, vt eſt collectio multorum quodāmō ſe habētium ad ſe inuicē, & ad vnum principiū, vt eſt collectio multorum eiuſdem cognationis, vel pro- D geniei, vt tota progenies Romanorū, quæ deſcendit a Romulo, dr̄ vnum genus, & hoc modo genus eſt idē quod progenies. ſecundo modo dicitur genus quod eſt principium alicuius generationis, vt primus pater, vel genitor progeniei dicitur genus reſpectu filiorū, per hoc. ſ. ꝙ ab eo tranſmittitur ſemen, vnde ille generant. Etiam locus eſt principium generationis ꝑ hoc ꝙ in eo eſt virtus generatiuā, & conſeruatiua locati. rōne cuius homines nati in eodē loco conueniunt in colore, vel in complexione. vel in aliquo alio ꝑꝑ vnitatem virtutis generatiuæ loci quę coadiuuat virtutē generātiuā patris, in E de locus dicitur genus. Tertio mō dr̄ genus id, cui ſupponit̄ ſpecies, & illo modo eſt genus logicum, & alij modi ſunt modi dicti in ciuilibus, ad cuius ſimilitudinem genus logicum ſumitur.

Genus logicū.

Secundo ſciendū, ꝙ hic ſpāliter eſt determinandū de genere logico. & nō de alijs acceptionis generis, Et, quia genus logicū, ſūptū eſt per ſimilitudinē a gn̄e dicto in ciuilib. ideo hic enumerantur iſtæ duæ primæ acceptiones, ad quarū ſimilitudinem dr̄ genus logicū vt per illas acceptiones habeatur cognitio de genere logico. &, quia hic non enumerantur oēs acceptiones generis. ſed ſolum illæ, ad quarū ſimilitudinem dr̄ genus logicum. ideo hic nulla fit mētio de gn̄e fęminino, maſculi- F no, actiuo, paſſiuo, & neutro, quia ad ſimilitudinem eorum non ſumitur genus logicum, licet forſan habeat aliquam ſimilitudinem cum ipſis.

Tertio ſciēdū, ꝙ gen⁹ logicū hēt aliqualiter cōuenientiā, et dr̄iam cū genere primo mō dicto. cōuenit.n. in hoc, qa ſicut genus primo mō dcm̄ dicit collectionē multorum ad ſeinuicem, ita genus logicū dicit collectionē multarū ſpecierum. quæ ſub eo cōtinent̄. ſed ſic differūt, quia talis collectio eſt totū integrale reſpectu collectorū in ipſa, ſed genus logicū eſt totū vniuerſale reſpectu ſpecierum, & non totū integrale.

Quar-

A Quarto ſciendum, ꝙ genus logicū, & genus ſcđo modo dictū conueniūt ẽt, & differunt. Conueniunt quidẽ, qa ſicut genus ſcđo modo dcm̄ eſt principiū ſuorum generatorū, ſic ẽt genus logicum eſt principium formale ſuarū ſpecierum & ſicut ſcđo mō dictum trāſfundit virtutẽ generatiuā, & ſemẽ ꝓpagat onis p ſua generata, ſic ẽt genus logicum multiplicat ſua eſſentiā per ſuas ſpẽs. Sed differunt, quia genus ſcđo modo dcm̄ non eſt totum per eſſentiā in quolibet generatorum, ideo de ipſis non p̄dicat noīe, & rōne. ſed genus logicum eſt totum p eſſentiam in qualibet ſpecie eius. iō de ipſis prædicat̄ vniuoce, vnde patet, ꝙ ſecunda B acceptio generis maiorẽ habet conuenientiam cum genere logico, q̄ prima. ideo ſibi iuxta ponitur tanq̄ am magis pertinens ad propoſitum, quàm prima. & per hoc patent acceptiones generis. & ordo ipſarum.

Argu. Sed contra prædicta primo arguit̄ ſic. Omne genus eſt vniuocum, igitur non eſt æquiuocum, igit̄ non ſunt tres acceptiones generis. Scđo ſic. Genus ſemper dicit aliqd vnum ſed collectio multorum eiuſdem progeniei non eſt aliqd vnum, ergo nō debet dici genus. Tertio ſic. Genus eſt vnum vniuerſale, ſed principium generationis, vt pater, vel loc' eſt vnum ſingulare, igit̄ nō debet dici genus. Quarto ſic. Oē, qđ ẽ genus eſt gn̄ans, vel genitum, qa gen' dr̄ a gigno gignis, vel de gignoris. ſed patria vel locus non eſt gn̄ans vel geni-E tus, ergo nō ẽſt gen'. Quinto ſic Gen', & ſpecies idẽ ſunt, qa dicent eādẽ eſſẽtiā. ſed idẽ non ponit ſub ſeipſo, igitur genus non eſt cui ſupponitur ſpecies.

Solutio Ad argumẽtā. Ad primū dr̄, ꝙ gen' logicū captum ꝑ re ſubiecta in ĩtẽtioni ſp eſt vniuocem, tñ intentio generis in cōi bene dicit̄ æquiuoce de gn̄e ciuili, & logico. ad ſm dr̄ quòd collectio multorum eiuſdem prolis non eſt aliquid vnum in numero, tñ eſt aliquid vnum ꝓpter vnitatẽ principij materialis, ꝙ eſt ſemen propagationis multiplicatū in tota progenie, a quo exiſtentes in illa progenie habent affinitatem D interſe, & ad ſuum principium. Ad tertium dr̄, ꝙ licet genus logicum ſẽper ſit vniuerſale. non tñ genus dictum in ciuilibus ſed eſt qn̄q; ſingulare, ſicut patet generans aliquam prolem. Ad quartū dicitur, ꝙ licet locus non ſit generans principale, tñ coadiuuat virtutẽ principalis agentis ratione virtutis diffuſæ in loca a corporib. cœleſtib. Ad quintum dicitur quod licet genus, & ſpecies dicant eandem eſſentiam, non tñ ſub eodem modo eſſendi, ſed ſub diuerſis quia genus dicit eam ſub eſſe confuſo, & communi, ſpecies vero ſub eſſe determinato per differentiam. ideo genus ratione communitatis bene ponitur ſupra ſpeciem.

Quid ſit genus.

Et definitur ſic. Genus eſt quod prædicatur de pluribus differentibus ſpecie in eo quod quid eſt, vt aīal prædicatur de homine, & de quo, & leone q̄ differunt ſpecie.

Poſtq̄ Auctor poſuit tres acceptiones generis, hic conſequenter determinat de tertia. ſ. de gn̄e logico, de quo ſolū eſt hic ad propoſitionem, ipſum primo in rōne prædicabilis definiens ſic. Genus eſt quod prædicatur de pluribus differẽtibus ſpecie in eo quod qd. In qua definitione ſub intelligitur vni F uerſale loco generis per hoc relatiuū quod, dans intelligere ſuum antecedens. ſ. vniuerſali deinde ponitur prædicatur in quid, ad dr̄iam differentiæ, proprij, & accidentis, quæ prædicantur in quale. deinde ponitur de plurib. differentibus ſpecie, ad differentiā ſpeciei, quæ prædicatur ſolum de plurib. differentibus numero, per hoc etiam poteſt genus diſtingui ab indiuiduo, ſed potius diſtinguitur ab eo per primam partem definitionis, in qua ſubintelligitur vniuerſale.

Primo ſciendum ꝙ genus eſt nomẽ ſcđæ intẽtionis, & in ſua ſignificatione duo repr̄ſẽtat. Primū eſt natura cōis' plu-

A pluribus ſpeciebus quæ dr̄ res ſubiecta eius. Secundū eſt reſpectus naturæ cōis ad diuerſas ſpecies qui dr̄ gñalitas. & conceptus generalitatis illius eſt intētio generis. Primum eſt materiale in genere, & ſe hēt vt ſubſtantia cui nomen generis attribuitur. Secundū vero eſt formale, & ſe habet vt qualitas, a qua nomen generis imponitur, ideo genus formaliter inquantū genus eſt, dicit tamen reſpectum generalitatis. et quia talis reſpectus nō eſt actualiter in rebus ſed ſolū in intellectu, qui abſtragit talem naturā a plurib. ſpeci b. & ipſam poſtea ad eas cōparat, ideo talis intētio habet fundamentum in re,

B & complementum in intellectu. Ex dictis patet ratio quare genus qñq; ſupponit pro illa natura communi, ut dicendo genus prædicatur in quid, qñq; vero pro intentione generalitatis, vt dicendo genus eſt ſecūda intētio. in hac autem definitione definitur genus ſub intentione communi pro ipſa re ſubiecta, cui conuenit prædicari in quid.

Prędicari quid ſit, et q̄d ad ipſū requiritur.

Secundo ſciēdū, ꝙ ꝑdicari dupliciter capitur. Vno mō generaliter vt cōprehēdit prædicari vere, vel falſe affirmatiue, vel negatiue. Alio mō ſpāliter pro prædicatione vera, & affirmatiua, & hic ſumitur ꝑdicari ſpāliter, & non generaliter, quia indiuiduum pōt prędicari in qd negatiui, vel falſe de pluribus differentib. ſpecie, ſed hoc nō eſt ꝑ

C dicari ſimpliciter, ſed ſolum ſm quid. Et dicit hoc verbū ꝑdicaē. aptitudinē & non actum, ſicut in alijs definitionibus vniuerſalium. Et ad hoc ꝙ aliquid prædicetur requiruntur tres conditiones. Prima, ꝙ ſit forma, iō materia nō poteſt prædicari de toto compoſito. Secunda, ꝙ ſit forma totius, ideo forma partis non eſt prædicabilis, vt hæc nō eſt vera, hō eſt animal rationalis. Tertio eſt, ꝙ illa forma deſignetur per modū totius, ideo forma deſignata in abſtracto per modum partis nō eſt prædicabilis. vt hæc non eſt vera, Soc. eſt humanitas, ſed iſta Socrates eſt homo, quia ibi tenet per modum totius.

Tertio ſciēdum, ꝙ illud prædicatur in quid, quod importat formam eſſentialem rei per modum per ſe ſtātis, & nō præſupponit aliquid ante ſe, quod qualificet, & determinet, & qa genus importat eſſentiā ſpeciei per modum per ſe ſtantis, & nō ſub modo adiacētis alteri, quia nō præſupponit aliquid ante ſe, ꝙ determinet ſicut facit differētia, ideo genus prædicatur in quid. Aliquid tamen poteſt tripliciter dicere quid, ſiue eſſentiam rei. vno modo ſecundum rem, & modum ſimul, ſicut genera, & ſpecies dè genere ſubſtantiæ. alio modo ſecundum rem tātum, ſicut differentia ſubſtantialis, quæ dicit quid tātum ſecundum rem per modum qualitatis. Tertio modo, ſecundū D E modū tm̄, vt gña, & ſpēs accidentium.

Quarto ſciēdū, ꝙ genus in ſua potētia habet drias oppoſitas, per quas diuiditur, ſed quælibet dria cōſtituit vnā ſpeciem ſub genere, ideo genus ſub ſe continet ſpecies oppoſitas, & diſtinctas, in quib. eſt eſſentialiter, ideo prædicatur de differentibus ſpecie. & per hoc patet intellectus definitionis.

Sed cōtra prędicta primo arguitur. Argu. Omnis definitio debet notificare naturā definiti, ſed in iſta ponitur illud nomen infinitū. quod, qđ nihil pōt notificare, eo ꝙ eſt infinitum, & ignotū, igitur definitio mala eſt. Secūdo ſic. Omne prædicabile dicit formā totius. ſed genus nō dicit formam totius ſpeciei, F ſed ſe habet per modum partis materialis ad ipſā, & differentia per modū formæ, igitur male dr̄. ꝙ genus prædicatur de ſpecie. Tertio ſic. Omne qđ prædicatur dicit totū eſſe illius, de quo prædicatur. genus aūt nō dicit totum eſſe ſpeciei, cum non dicat eſſe datum ſpeciei per differentiam, igitur nō prædicatur de ſpecie. Quarto ſic. Omnis forma qualificans aliquid formale & ꝑdicatur in quale, ſed genus dicit formā qualificantem aliquid cum oīs forma qualificet materiam ſuam, ergo genus prędicatur in quale & non in quid. Quinto ſic. Quæcunq; conueniunt in

aliquo

A aliquo indiuiſibili ſm eſſentiã ſunt idẽ eſſentialiter, & in ſpecie, ſed quæcunq; ponũtur ſub genere cõueniunt in vno indiuiſibili per eſſentiã, quia genus eſt in diuiſibile ſm eſſentiam. igitur illa, quæ ſunt ſub genere cõueniunt in ſpecie, & ſunt idẽ eſſentialiter. igitur genus non prædicatur de pluribus differentibus ſpecie.

Solutio. Ad argumenta. Ad primum dr̃, ꝙ licet hoc ꝓnomen qđ, de ſe ſit infinitũ, tñ in illa definitione capiẽ finite, & finitur per ea q̃ ſibi adduntur, & per ſuũ antecedens. ideo põt notificare definitum. Ad ſm dr̃, ꝙ conſyderetur genus, vt contractum eſt ad ſpẽm per differentiã, bene hẽt modũ partis materialis, & ſpecies modum totius, ſed ſi cõ-

B ſyderet in cõi, vt ſub ſe continet multas ſpecies, ſe habet per modũ totius, & eſt totũ vniuerſale reſpectu ſpeciei. ideo hoc mõ põt de ſpecie ꝑdicari. Ad tertiũ dr̃, ꝙ ſpẽs hẽt duplex eſſe. ſ. confuſum, qđ habet in genere, in quo conuenit cũ alijs ſpecieb. & eſſe diſtinctũ qđ hẽt ꝑ drĩam, in quo differt ab alijs ſpecieb. & licet genus nõ dicat totũ eſſe diſtinctũ ſpeciei, tñ dicit totũ eſſe cõfuſũ eius. Ad quartũ dr̃, ꝙ licet forma qualificans aliud, deſignata ꝑ modum adiacentis alteri, & qualificantis alterum dicat quale, & prædicetur in quale tñ forma eſſentialis deſignata ꝑ modum ꝑ ſe ſtantis non dicit quale, ſed ſo-

C lũ prædicatur in qđ, quia non capiatur ſub illo reſpectu, quo qualificat aliud, ſed ab eo abſtrahitur. mõ ſic eſt de genere vt prius patuit. Ad quintum dr̃, ꝙ omnia contenta ſub genere conueniunt potentialiter in vno indiuiſibili ſm eſſentiam, non tñ actualiter, ideo non oportet ꝙ inter ſe conueniant eſſentialiter, & ſpecie. ideo genus nõ ſolũ prædicatur de differentibus ſpecie, ſed etiam de conuenientibus.

Idem, ac differens quot modis dicantur.

Ad cognoſcendũ aũt hoc membrũ de differentib. ſpecie, oportet ſcire qđ differens dicĩ tot modis quod dicit idẽ. Idẽ aũt dicit tripliciter, ſ. idẽ genere, idẽ ſpecie, idẽ numero Eadẽ genere ſunt, q̃cunque ſub eodẽ genere cõtinent, vt hõ, & aſinus ſub animali. Eadem ſpecie ſunt, q̃cũq. ſub eadẽ ſpecie continentur, vt Socrates & Plato ſub homine. Idẽ numero dicitur quadrupliciter, ſ. idẽ nomine, idẽ definitione, idẽ proprio, & idẽ ac-

D cidente. Eadẽ noĩe dicunt quorũ res eſt vna, nomina vero plura, vt Marcus Tull. Cic. Eadẽ definitione dicunt, quorũ vnũ eſt definitio alterius, vt animal rõnale mortale, & hõ. Eadẽ proprio dicũt, quo-

E rũ vnũ eſt propriũ alterius, & cõuertit cũ eo, vt riſibile, & hõ. Eadẽ accidẽte dicunt quorũ vnũ eſt accidẽs alterius, vt Socrates, & albedo quæ eſt in ipſo. Similiter differens dicit tripliciter. ſ. genere, ſpecie, numero, Differentia genere ſunt, quæcũnq; ſub diuerſis generib. continent vt hõ, & arbor, quia hõ continet ſub hoc gñe, qđ eſt animal, & arbor ſub hoc genere, ꝙ eſt planta. Differentia ſpem ſunt, q̃cunq; ſub diuerſis ſpecieb.

F cõtinent, vt Socr. ſub homine, & Brunellus ſub aſino. Differẽtia numero ſũt, q̃cunq. diuerſũ numerũ conſtituunt, vt Socrates, & Plato.

Poſtquam Auctor poſuit definitionem generis. hic conſequenter declarat aliquas partes eius, & primo illam partem differentibus ſpecie. Et, quia priuatio cognoſcitur per ſuum habitum, & differens ſe habet per modum priuationis reſpectu eiuſdem, ideo ad cognoſcendum modos differentis, Auctor notificat modos eiuſdẽ quia tot modis dicitur differens quot modis dicitur idem. Nam quot modis dicitur vnum oppoſitorum; tot modis dicitur, & reliquum. Etiam eadem

forma

A forma eſt cauſa identitatis inter illa, q̃ cõueniũt, & cã diuerſitatis ab alijs.nã per eãdem formam habet res identitatẽ in ſe, & diuerſitatem ab alijs. ideo primo videndũ eſt de modis eiuſdem.

Pro quo ſciendum,primo, ꝙ idẽ dr̃ tripliciter, idem gene e,idẽ ſpecie, idẽ numero.patet per ſufficientiam , quia oĩs identitas, & vnitas ſumitur a forma.vel igitur ſumitur a forma incõica bili,& ſic eſt idẽ numero, uel cõicabili, & hoc eſt dupr,vel ſumitur a forma completa,& determinata,& ſic eſt idem ſpecie, vel incomplexa , & indeterminata,& confuſa, & ſic eſt idẽ genere, & inter iſtos modos. eadem numero habent maiorẽ vnitatem q̃ eadẽ

B genere , vel ſpecie, qa habẽt maiorem diuiſionẽ. Ideo ille eſt perfectior modus identitatis. ſic aũt non ponit ideo ſm analogiã, qa illa non eſt identitas ſimpliciter,nec ſumitur ab aliqua forma una,& hic ſolũ enumerãtur modi identitatis, qui ſumuntur ab aliqua identitate formæ.

Differẽs & diuerſũ diſtiguũtur. Secundo ſciẽdum, ꝙ eadem genere ſunt, quæ ſub eodem genere cõtinent. & per oppoſitum diia genere,q̃ ſub diuerſis generibus continetur.& licet genera generaliſſima,qñq; dicant differẽtia genere, tñ magis ꝓprie diuerſa genera dñt,q̃ differentia genere.Differũt .n.diuerſa & diia.qa diuerſa ſunt,q̃ in

C nullo coi vniuoco conueniunt,differẽtia,vero,q̃ in aliquo cõi conueniunt,et in aliquo ſpeciali differunt, ꝙ nõ conuenit generibus generaliſſimis.Sed eadem ſpecie ſunt quæ continent ſub eiſdem ſpeciebus, & differentia ſpecie, q̃ ſub diuerſis ſpeciebus cõtinent. Et eadem numero ſunt, quæ non faciunt diuerſum numerum inter ſe,vt Socra.& homo,& ꝓuenit talis vnitas a forma, quæ format,& actuat materiam,et realiter idẽ ſunt vnitas numeralis,& indiuiſo,ſed differunt rõne,qa dicitur vnitas inquantum cauſatur a forma, quæ vnit partes materiæ & indiuiſio, iquã tũ prouenit a materia,quæ reddit formam incõicabilem.Sed differentia numero ſunt , quæ faciunt diuerſum numerũ inter ſe,vt Socr.& Pla.& prouenit illa diuerſitas originaliter ex parte materiæ diuiſæ ab agente in diuerſas partes,ſub quãtitate, complectiue aũt prouenit a forma totius,q̃ variat ſm eſſe in diuerſas partes materiæ prius diuiſæ,& ꝑ hoc hr̃ quõ ſpẽs diuiditur diuiſione materiæ,& quõ indiuidua eiuſdem ſpeciei formaliter differunt. D

Quę eadem numero dicantur. Tertio ſciendũ , ꝙ idẽ numero quadrupliciter dr̃. ſ.idem noie,idem diſinitione,idem proprio,idem accidẽte,qđ patet per ſufficientiã.qa quæcunq; ſũt eadem numero,vel ſunt eadẽ eſſentialiter,vel accidentaliter.ſi primũ,eſt dupliciter. vel ſunt eadẽ ſm rẽ,& rationẽ ſimul, & ſic ſunt eadẽ nomine, vel ſũt eadem ſm eſſentiam tm̃,& differũt rõne,& ſic ſunt eadẽ definitione,in quib. definitio ſm naturã precedit definitũ.ſi ſunt eadẽ accidentaliter. hoc eſt dupliciter.vel ſunt vnum accidentaliter accidente proprio, & ſic ſunt eadẽ ꝓprio, vel cõi,& ſic ſunt eadem accidente. & ſicut habetur ſufficientia modorũ eiuſdẽ, ita poteſt dari ſufficientia modorũ differentis,& etiam modorum vnius, qa vnum & idem, realiter idem ſunt. E

Quarto ſciendũ,ꝙ eadẽ noie dicuntur,quorũ res eſt vna,noia vero plura, & hoc modo ſynomina dicunt eadẽ. Sed eadem definitione dicunt , quorũ vnum eſt definitio alterius, vel etiã de definitione,ſicut ſpẽs eſt vna definitione cũ indiuiduo, & oẽ ſuperiꝰ eſſentiale cũ ſuo inferiori eſt eidẽ Eadẽ ꝓprio ſunt,quorũ vnũ eſt ꝓpriũ, & eadẽ accidente ſũt quorũ vnũ eſt accidens,& ꝓuenit hæc vnitas formaliter ex parte formę accidẽtalis,q̃ ſeipſa inhæret formaliter ſuo ſubiecto, effectiue vero ex parte ſui ſubiecti,qđ dat accidẽti eſſe, & vnitatem in genere cauſæ efficientis,materialis,& finalis. F

Argu. Vide x. Mat. a 16. & ibi A. Sed cõtra prædicta arguitur primo. Cælũ & terra ſub eodem genere continent.ſ.ſub corpore, & tñ nõ ſunt eadẽ genere,qa corruptibile, & icorruptibile differũt plusq̃ genere,ergo male hic

diſiniun-

A definiuntur eadem genere. Secũdo ſic. Homo,& aſinus differunt ſpecie,& tñ non contingentur ſub diuerſis ſpeciebus, igitur male definiuntur differentia ſpecie. Tertio ſic. Socr.& Plato differunt numero, & tñ non faciunt diuerſum numerum inter ſe,ſed tñ faciunt vnum numerum. ſ.binarium ergo male definiuntur differẽtia numero. Quarto ſic. Plura nomina ſunt differentia nomine, ergo non poſſunt eſſe eadem nomine,quorum res eſt vna,noia vero plura. Quinto ſic. Vbi ſunt diuerſæ formæ ibi ſunt diuerſa eſſe,ſubiectum, & accidens important diuerſas formas, igitur non habent vnum eſſe,nec ſunt eadem numero.

Verr. oẽs Doctor.

B Solutio. Ad argumenta Ad primum dicitur, ꝙ corruptibile, & incorruptibile nunqui ſunt eadem in gñe Phyſico, qď eſt materia eo ꝙ habent eiuſdem rationis materiam,tñ bene poſſunt eſſe eadem genere Logico,de quo ſolum eſt hic ad propoſitum. Ad ſm dr ꝙ licet homo & aſinus non ſint ſub diuerſis ſpeciebus, tñ habent diuerſas differentia ſpecificas, quibus differunt ſpecie, ideo poſſunt differentia ſpecie, ſed magis proprie dñr diuerſæ ſpecies. Ad tertiũ dr, ꝙ ſi capiatur numerus proprie, prout eſt multitudo ex vnitatibus, aggrega-

C ta,ſic Socr.& Plato non faciunt diuerſum numerum, ſed, ſi capiatur improprie, pro vnitate numerali, vel cõiter vt ſe extendit ad numerum,& vnitatẽ, ſicut hic capitur,ſic Soc & Pla. faciunt diuerſum numerum, i.diuerſas vnitates numerales,ſiue materiales. Ad quartum dr,ꝙ licet diuerſa nomina ſint differentia ex parte vocis, ſiue nominis nominantis, poſſunt tñ eſſe eadem ex parte rei nominatæ, & propter illam vnitatem dicuntur eadem nomine. Ad quintum dicitur,ꝙ licet ſubiectum, & accidens habeant diuerſa eſſe eſſentię, tamen habent vnum ſolum eſſe exiſtentiæ,per quod ſubiectum exiſtit per ſe, accidens vero ex conſequenti, ad exiſtentiam ſubiecti,vel ſubſtantiæ.

Quid nam ſit prædicari in quid, aliaque generis definitio datur. D

Illud autem dicitur prædicari in quid,quod cõuenienter reſpondetur ad interrogationem factam per quid,vt cum quęritur quid eſt homo? cõuenienter reſpondetur, animal. ergo animal prædicatur de homine in quid. Aliter autem definitur genus ſic. Genus eſt cui ſuponitur ſpecies.

Poſtquam Auctor notificauit illud membrum definitionis generis.ſ.differentibus ſpecie,hic conſequenter notificat aliud membrũ.ſ.prædicari in quid dicens, quòd illud dicitur prædicari in quid, quod conuenienter reſpondetur ad quæſtionem factam per quid cuius E ratio eſt, quia interrogatiuum quid, quærit de ſubſtantia, & quiditate rei, &, quia interrogationi debet eſſe proportionata reſponſio,ideo ad illud interrogatiuum quid debet reſponderi illud,quod dicit eſſentiam, & quiditatem rei. ideo quod conuenienter reſpondetur ad quæſtionem factam per quid, dicitur prædicari in quid.

Primo ſciẽdum, ꝙ forma,actus,quiditas,rõ.eſſentia,& natura, idẽ ſm rẽ, ſed differunt rationibus.qa eſſentia rei quinq, modis cõſyderatur. Primo modo inquantum informat materiam,vel totũ compoſitum,& ſic dicĩ forma ſecundo modo, prout actuat potentiam materiæ, & ſic eſt actus. tertio modo, F vt eſt principium eſſendi,et ſic dicĩ eſſentia. eſt.n.eſſẽtia id,quo res habet eſſe. quarto modo. conſyderatur,inquantum eſt principium cognoſcendi rẽ,& ſic dicitur quiditas, quaſi dicens quid eſt res,quia res formam eius ab intellectus cognoſcitur. & etiam quãdoque dicĩ ratio,quia eſt id quo rõ, vel intellectus cognoſcit ipſam rẽ. quinto modo conſyderatur,in quantũ eſt principium operandi. & ſic dicitur natura,& dr Natura a naſcor naſceris, qa ab ea, naſcũt motus,& operationes cõpoſiti, vel quia eſt principiũ naſcentiæ rei, &

per

A per hoc patet q̄d ſi. quiditas rei,& q̄d prædicatur in quid quia illud q̄ impor tat quiditatē rei per modū ſubſtantiæ,

Secundo ſciendum, ꝙ hic definitur dña pro re ſubiecta eius, vt ſtat ſub intētione vniuerſalis, & prędicabilis. & non ſub ratione intētionis differentię. Ratio eſt, quia hic definitur, differen- B tia, vt habet reſpectu ad plura inferiora eius. ſ. ad plures ſpecies in quib. eſt, ſcd̄m talem reſpectum habet rationē vniuerſalis, & prædicabilis. Ideo hic definitur ſub ratione prædicabilis, & nō ſcd̄m illū reſpectū, quo facit differre a quo ſumitur ratio dñæ. ideo hic non definitur differentia quantum ad rōnē intentionis dñę, quare hic conuenientius dr̄, differētia eſt quod predicatur, quam differentia, eſt quæ prædicatur quia quod prædicatur, dat intelligere prædicabile, quod eſt ſuū antecedens.

Tertio ſciendum, ꝙ dña magis propria dupliciter capitur, vno modo gñaliter, pro quacūque dña conſtitutiua ſpeciei, ſiue ſpecialiſſimæ, ſiue ſubalternæ, & hoc modo non definitur hic, qa hæc definitio non conuenit dñæ conuertibili cum ſpecie ſpecialiſſima. alio C modo capitur ſpecialiter ſolū ꝓ dña generica, quæ conuertitur cum genere ſubalterno, & conſtituit ſpeciem ſubalternam. & hoc modo hic definitur, talis. n. cōſtituit ſpeciem ſubalternā quæ diuiditur per plures ſpecies, ideo eſt cōis plurib. ſpecieb. ſicut illa ſpecies, quam cōſtituit ideo prędicatur de plurib. ſpecieb. ēt immediate quātum ad ſuū modū ꝑdicandi de ipſis, ſ. in quale.

Quo differentiā prædicetur in quale.

Quarto ſciendum, ꝙ illud dr̄ prædicari in quale quod importat formā, ſiue eſſentiā per modū qualitatis, ſed differentia importat ſpēi eſſentiā per modum qualitatis. quia per modū qualifi- D cantis, & determinantis genus ad ipsā ſpeciem. ideo prædicatur in quale de ipſa ſpecie. Etiā conuenienter per differentiā rn̄detur ad quæſtionem factam per quale de ipſa ſpecie. ideo prædicaṫ de ſpecie, in quale, non accidentale, ſed eſſentiale. Eſt. n. triplex quales ſ. quale gñis, quod importat differentiā, quod non eſt quale ſimplr. quia dña non aduenit generi poſt eſſe ſuum completū ſicut accidens aduenit ſubiecto, ſed dicit eandem eſſentiam cum ipſo. ideo dicit quale eſſentiale, aliud eſt quale ſpeciei, ꝙ importatur per propriu, & eſt quale ſimpliciter. tertium eſt quale indiuiduorum, & eſt quale pure acci- E dētale, quod importantur per accidēs cōe, quod eſt, ſimpliciter quale, quia aduenit rei poſt eſſe eius completum.

Sed contra prædicta primo arguit. Arg.

Omne prædicabile dicit totū eſſe res, de qua prædicatur, ſed dña non dicit totū eſſe ſpeciei, cū ſit tm̄ pars ſpēi, & non dicat totum eſſe cūfuſum eius, ꝙ importatur ꝑ genus, igitur ipſa nō prędicatur de ſpecie. Scd̄o ſic. Differentia ſolū prædicatur de ſpecie, quā conſtituit, ſed vna dña vnā ſolā ſpeciē conſtituit, igitur dña prædicatur de vnica ſpecie, & non de plurib. Tertio ſic. Rōnale eſt dña, & tn̄ non prædicatur de plurib. ſpecieb. quia conuertitur cum F homine, igitur definitio differētiæ non competit omni contento ſub definito.

Quarto ſic. Illud, quod dicit quiditatē rei prędicatur in quid, ſed dña dicit quiditatē ſpeciei, quia ponitur in ſua definitione quiditatiua, igitur prædicatur in quid, & nō in quale. Quinto ſic. Accidens commune prędicatur de plurib. ſpecieb. in quale, igitur iſta definitio competit alijs a definito.

Ad argumēta. Ad primū dr̄, ꝙ licet dña nō dicat totū eſſe ſpēi ſm oēs modos eius, quia non dicit ipsū per modū cōfuſi, tn̄ ipſa dicit totum eſſe eius ſm vnū modū eſſendi. ſ. actuantis, & determinātis, & quia ſolum dicit illud eſſe ſm vnum modum eſſendi, ideo dicitur Solut.

A pars ſpeciei nõ quantũ ad eſſe, ſed quã
tũ ad ſuos modos eſſendi. Ad ẽm dr̃.
ꝙ differẽtia generica ſolũ primo cõſti
tuit vnam ſpeciem ſubalternã, tñ ex cõ
ſequenti conſtituit ſpecies plures infe
rioris eius, de quibus prædicat̃ in qua-
le. Ad tertium dr̃. ꝙ rõnale eſt differen
tia ſpecifica, & non generica, de qua
ſolũ datur iſta definitio. ideo nõ conti-
netur ſub definitio huius definitionis.
& licet Auctor exemplificet de illa in
textu, hic tñ eſt ſolum ad explicandum
falſam opinionem eorum, qui poſue-
runt animal rationale cõe ad Deos, &
ad hoies, & non ad oſtendendũ, ꝙ aĩal
rõnale ſit in pluribus ſpeciebus. Exem
B plorum tñ non requiritur veritas ſed
ſufficit ut addiſcẽs intelligat. Ad quar
tum dr̃ ꝙ licet differentia dicat quidi-
tatem ẽm rem, hoc tñ eſt ſub mõ qua-
litatis, & quia a modo eſſendi, & non
ab eſſentia ẽm rem ſumitur modus p̃-
dicandi, iõ prædicat̃ in quale. Ad quin
tum dr̃, ꝙ licet accidens prædicetur in
quale accidentale. non tñ prædicat̃ in
quale eſſentiale, de quo in hac defini-
tione ſolum intelligitur.

Alia differentia deſcriptio prout ſpeciei conſtitutiua eſt.

Aliter ſic definitur. Differentia
eſt qua ſpecies abundat a genere,
C vt hõ abũdat ab aĩali his differen
tijs, quæ ſunt rationale, mortale.
Poſtq̃ Auctor poſuit definitionem
differentiæ ſub ratione prædicabilis &
declarauit ipſam, hic conſequẽter po-
nit aliam definitionem quæ ſibi cõue
nit in quantũ eſt conſtitutiua ſpeciei,
quæ talis eſt. Differentia eſt qua abun
dat ſpecies a genere; ſicut homo abun
dat ab aĩali per rõnale, & primo loco
huius definitionis intelligitur genus
definiti, qđ eſt forma, vel natura, per
illud relatiuũ, qua quia ſenſus eſt dif-
ferentia eſt qua, i. forma, qua ſpecies
abũdat a genere, & per totum reſiduũ
differentia diſtinguit ab omnibus alijs
prædicabilibus, quia in nullo aliorum
ſpecies abundat a genere eſſentialiter. D
Primo ſciẽdũ, ꝙ ſcđm quinq; actus
differentię, differentia conſiderat̃ quin
que modis, & ſcđm hoc hẽt diuerſas
definitiones, Primo modo conſiderat̃
vt eſt vna forma cõicabilis multis ſpe
ciebus, & p̃dicabilis de ipſis, & ſic de
ipſa dat̃ prima definitio eius. ſecundo
mõ, vt eſt cõſtitutiua ſpeciei, & actua-
liter includit̃ in ipſa datur pręſens de
finitio. Tertio mõ, vt facit differre ſo-
lũ ſpeciẽ, q̃ cõſtituit ab aliis, & tũc ſic
definit̃. Differẽtia eſt qua differũt a ſin
gula, i. ſingulæ ſpecies alicuius gñris.
Quarto modo vt eſt diuiſiua gñris,
& ex conſequentia ſpecierũ, quę ſunt
in poteſtate generis & tũc definit̃ ſic. E
Differentia eſt, q̃ eſt apta nata diuide
re genus, & ea quę ſub gñre sũt. Quin
to modo, vt determinat genus ad eſſẽ
tia ſpeciei. & hoc mõ eſt pars eſſentia-
lis ſpeciei, & ẽm hunc actũ ſic definit̃.
Differentia eſt quod conducit gen᷒ ad
eſſe rei, & ei᷒ ꝙ eſt eſſe rei pars eſt, &
p hoc patet q̃uo ſcđm diuerſos mo-
dos eſſendi differẽtię ſunt eius plures
definitiones, & quò hæc ſcđa differen-
tia definitio aliter de ipſa dat̃ q̃ prima.
Secundo ſciẽdum, ꝙ ſpecies actu, &
intellectu includit differentiã cuius rõ
eſt. q̃a ſpecies cõponitur eſſentialiter
ex genere, & differentia, ſicut ſtatua ex
ęre, & figura, ſed cõpoſitũ actu inclu-
dit cõponẽtia, ergo ſpecies actu inclu- F
dit differentiã, & ẽt intellectu, q̃a im-
poſſibile, & intelligere ſpeciẽ nõ intel
ligendo definitionẽ, & eius eſſentiã,
ſed in eſſẽtia ſpeciei eſt differẽtia, ergo
ipſa ẽ de intellectu eius. Sed genus nõ
includit ſuas differẽtias in actu q̃a cũ
illæ differentię ſint oppoſitę, oppoſita
ſimul, & actualiter eſſent in eodẽ, ꝙ
eſt impoſſibile, nec etiã includit eas ſe
cundum intellectũ, quia genus ſecun-
dũ naturã ei᷒ p̄cedit ſuas dr̃ias mõ po
ſterius non eſt de intellectu prioris iõ
dr̃ię nõ ſunt de intellectu gñris ſed gen᷒
põt intelligi nõ intelligẽdo dr̃ias eius.
Tertio ſciendum, ꝙ illud dicit̃ abũ-
dare, reſpectu alterius quod pl᷒ habet

Dr̃ia q̃a que modis capitur.

A alio ſcd̃m actũ. & dr̃ notanter ſecundum actum, q̃a aliquid non dr̃ abundare vltra aliud, qd ſecundum potentiã includit plura alio, ſicut homo pauper quãuis ſit in potentia ad habendũ plures diuitias q̃ habeat diues, non tñ dr̃ abundantior diuite, quia illa potentia non eſt reducta ad actum. & quia ſpecies actu includit differentiam generis, vero nullam includit actu, ideo ſpẽs dr̃ abundare a genere per differẽtiam, quamuis tamen genus plures differentias includit in ſua poteſtate.

Quid ſit abundare.

Quarto ſciendũ, ꝙ poteſtas generis eſt aptitudo eſſentia gñris, q̃ hẽt determinari ꝑ diuerſas differẽtias in diuerſas ſpecie. Eſſẽtia.n.gñris eſt de ſe ĩdeterminata, & eſt de ſe in potẽtia vt determinetur ad diuerſas ſpẽs. vt natura animalis de ſe cõis, eſt, & indeterminata reſpectu ſuarũ ſpecierum, & cũ hoc

B eſt in potentia vt determinetur ad hominẽ, vel equũ per differentiã eius, & talis potentia, vel aptitudo per q̃ põt determinari vocatur poteſtas gñris, & q̃nque vocatur ambitus, vel cõitas generis, q̃a eſt cõis reſpectu eſſentiæ generis ad oẽs ſpecies, q̃nque vero dr̃ habitus confuſus differentiarũ gñris. q̃a ĩ tali aptitudine, cõfuſione, & potẽtia cõtinenẽ oẽs differẽtiæ eius, q̃ poſtea diſtinctæ accipiunẽ per intellectũ abſtrahentẽ illas differentias ab illo eſſe cõfuſo, & non differt talis poteſtas realiter ab eſſentia gñris. ſed, ratione tñ.

C quia tali eſſentia eſt ens abſolutum, poteſtas vero reſpectiuum Ex quib. patet intellectꝰ definitionis prius poſitę.

Argu. Sed cõtra prędicta primo arguitur. Hæc definitio explicat differentiã, vt eſt cõſtitutiua ſpeciei, in qua ẽ, & præcedens explicat differentiã, per reſpectũ ad inferiora ſpeciei conſtitutę per differentiam. ſed differẽtia prius reſpicit ſpeciem q̃ inferiora eiꝰ, ideo iſta diffinitio debet præcedere primã. Secundo ſic. Genus includit plures differentias, ſimul, ſpecies vero vnã tñ, igitur ſpecies non abundat gn̄re per differentiam. Tertio ſic. Differentia nihil addit realiter vltra genus. q̃a realiter in gn̄e

D continet. igitur per differentiã ſpecies non abundat gn̄e, antecedens patet, quia, ſi differẽtia aliquid adderet vltra genus, cum ſit in ſpecie eſſentialiter genus, nõ diceret totã eſſentiam ſpecie. Quarto ſic Illud, quod eſt ſeparatum a gn̄re eſt ſeparatũ ab oĩ ſpẽs eius, ſed differentia eſt ſeparata a genere cũ ſit vltra naturã eius, vt habet quarto Topicorum, ideo eſt ſeparata a ſpecie, & ſic ſpẽs non abundat a genere per differentiam. Quinto ſic. Spẽs includit ꝓprium, ſicut homo riſibile, quod tamen non includit genus, igitur proprium eſt quo ſpẽs abundat a genere. igit̃ definitio cõuenit alijs a definitio.

Ad argumenta. Ad primum dicit̃, ꝙ licet differentia prius reſpicit ſpeciem quam conſtituit, quam inferiora determinata illius ſpeciei, tñ non prius reſpicit ipſam ſpeciem, cum ſit forma cõmunicabilis multis quia, vt ipſa pręcedit naturaliter ſpeciem in illo eſſe, eſt apta nata eſſe ĩ multis, & dici de multis, licet non ſic reſpiciat determinata inferiora. ideo prima definitio explicãs eã in eſſe prædicabilis cõuenienter ꝓponitur. Ad ſcd̃m dr̃ ꝙ licet genus includat plures differentias virtualiter, & ſecundũ poteſtatem, non tñ in actu, quare non dr̃ abundare reſpectu ſpeciei. Ad tertium dicitur, ꝙ licet differentiã nihil addat realiter vltra genus ſecundum eſſentiam, addit tñ ſcd̃m determinationẽ aliq̃d, & ſecundũ modũ eſſendi, quia genus dicit eſſentiam ſecundũ eſſe indeterminatũ, differentia vero dicit eã per modum determinantis, & cauſat modũ terminati in ipſa.

Solutio

E

F

Ad quartum dicit̃, quòd licet illud ꝙ ſeparatũ eſt vniuerſaliter, & ſecũdũ rẽ a gn̄re ſit a ſpecie ſeparatum. nõ tñ oportet de illo, quod eſt ſeparatum a gn̄re ſecũdum rationẽ tñ, & ſic dr̃ differentiam eſſe extra genus, q̃a nõ includitur in eſſentia gn̄ris differentia, eo quòd differentia de ſuo formali ſignificato, ſolum dicit vltimum actum ſpeciei qui non includit eſſe

confu-

A cõfuſum generis. Ad quintũ dicitur, ꝙ licet ſpecies includat propriũ tanq̃ conſequẽs eſſentiam, & accidẽtaliter; non tamẽ includit ipſum eſſentialiter, ſicut includit differentiam ideo ſolum abundat eſſentialiter per differentiã.

Differentia diuiſiua, & conſtitutiua eſſe dicitur.

Et ſciendum eſt, qđ eadẽ differẽtia ẽ diuiſiua, & cõſtitutiua, ſed diuiſiua generis, cõſtitutiua vero ſpẽi, vt rõnale diuidit animal cum dr̃ia ſibi oppoſita, ſ. irrationale. dicimus. n. animaliũ, aliud rationale, B aliud irrationale, & iſtæ duæ differẽtiæ cõſtituũt diuerſas ſpẽs ſub animali. omnis. n. differentia aduenĩes gñi cõſtituit ſpeciem, & iõ cõſtitutiua, ſeu ſpecifica nominatur: mortale enim, additũ ſuper hoc genus, quod eſt aĩal, cõſtituit hominẽ, & ob hoc dicit Boethus, qđ ſola ſpẽs definit. Definitio. n. conſiſtit ex gñe, & differentia, ſed ſola ſpẽs hẽt genus, & differentia, ergo ſola ſpecies definitur.

Poſtq̃ Auctor determinauit de dr̃ia ponendo duas definitionis eius, hic cõ C ſequenter ponit vnum notabile ipſius dr̃ia dicens, quod eadẽ dr̃ia poteſt dici diuiſiua, & conſtitutiua, diuiſiua generis, & conſtitutiua ſpeciei. cuius ratio eſt, quia ipſius differentię per ordinem ſunt tres actus.

Tres ſũt dr̃iæ actus. Primus eſt diuidere genus, vnde denominatur diuiſiua. Secũdus eſt conſtituere ſpẽm ſub genere, qđ diuidit, vñ dr̃ conſtitutiua. Tertius eſt facere differre ſpẽm, q̃ conſtituit ab alijs, & inde dicitur differẽtia. Et quia vnũquodque denominatur a ſuo vltimo actu, q eſt formalior alijs, ideo ipſa magis denominatur differentia ab hoc vltimo actu quam nominetur a præcedentib.

Primo ſciendũ, ꝙ genus dupliciter conſyderatẽ. vno modo quãtũ ad eſſentiã eius, q̃ eſt natura importata per genus, & q̃a natura eſt forma ſimplex, iõ D eſt indiuiſibilis, tota contrahitur ad q̃libet ſpẽm eius, ſicut tota eſſentia animalis eſt in hoĩe, & tota in equo. variatur tñ in diuerſis ſpẽbus eſſentialiter ſcđm eſſe formale, quod capit a differentijs, quæ contrahunt genus ad diuerſas ſpẽs. Scđo. mõ conſyderatẽ, quantũ ad poteſtatem eius, q̃ eſt potentia ipſius eſſentiæ, q̃ põt contrahi per diuerſas dr̃ias in diuerſas ſpẽs, & q̃a hęc potẽtia importat plures reſpectus, & vna differentia aduenĩens gñi, ſolũ contrahit ipſum per vnũ reſpectũ, quẽ hẽt ad vnã ſpeciem, & per aliũ contrahit ab alia dr̃ia, ideo genus ſcđm ſuã poteſtatẽ diuiditur per duas dr̃ias. ideo differentia bene dicitur diuiſiua generis. E

Secundo ſciendũ, quod illud eſt cõſtitutiuũ ſpeciei, ꝙ contrahit, & determinat genus ad eſſe determinatæ ſpeciei. Per hoc. n. ꝙ genus ſpecificatur in eſſe determinato, cãtur ſpes, ſed differẽtia contrahit genus ad determinatũ eſſe, & diſtinctũ ſpeciei, ideo differentia cum gñe eſt conſtitutiua ſpeciei. In tali aũt conſtitutione, gen9 ſe hẽt per modũ materiæ, nõ tñ eſt vera materia ſpeciei, ſed ſolũ ſcđm modũ, q̃a ſicut materia ẽ determinabilis per diuerſas formas, ſic ẽt genus dicit potẽtiã formalẽ determinabilẽ ꝑ diuerſas dr̃ias, differentia uero ſe habet per modũ for- F mæ, vel actus, & ſpẽs ſe hẽt vt totum compoſitum ex genere, & differentia. ideo vt dicit Porphyrius. ſpecies componitur gñe, & differentia, ſicut ſtatua ex ære, & figura. Quare cõuenĩẽter differẽti eſt conſtitutiua ſpẽi. ſ in genere Cap. de ſpẽ te. 3. & ibi Duct. cauſæ formalis, & non in genere cauſę efficiẽtis. Illud. n. ꝙ effectiue cauſat, eſt extrinſecum conſtituto. Ex prædictis patet, quod tota eſſentia ſpeciei completur per genus, & differentiã. quorũ vtrunq. eſt forma. & non materia. ideo ſpẽs ſcđm ſe accepta in ſua eſsẽtia, nõ includit materiam, ſed includit eam in eſſe phyſico, & in ſuis ſuppoſitis.

Tertio ſciẽdũ, quòd duplex eſt compoſitio, quædã eſt compoſitio realis, q̃

H habet

A hēt extrema realia diſtincta, vt cōpoſitio hominis ex corpore, & aīa, & ad talem cōpoſitionē duo requirunt̄ primo, ꝙ ſit entiū realium, ſcdo, quod illa entia ſint realiter diſtincta. Alia eſt cōpoſitio rationis, q̄ eſt inter entia rationis, vel alicuius. in quo extrema ſola rōne diſtinguuntur. exemplū primi, vt cōpoſitio chymeræ, & alterius imaginabilis exemplum ſcdi, vt cōpoſitio primę cauſę, & voluntatis eius. Et qa in cōpoſitione ſpeciei extrema nō sūt realiter diſtincta, qa genus, & differentia non sūt realiter diſtincta, ſed ratione ſolum, & ſm modum eſſendi, ideo compoſitio ſpeciei, ad generee, & dif-
B ferentia non eſt compoſitio realis, ſed rationis tantum.

Diuidit unūquodq; quæ ex quib. componitur.

Quarto ſciēdū, quod vnumquodq; diuidit̄ per ea ex quibus cōponit̄. ſicut .n. res cōponitur ex ſuis partibus, ita ī ſuas partes diuidit̄, & qa ſpecies cōponitur ex genere, & differētia, ideo reſoluitur per genus, & differentiā, ꝙ ſit in definitione quidditatiua ſpeciei. iō ex p̄dictis patet, ꝙ ſola ſpecies definit̄ definitione quidditatiua. Rō eſt, qa talis definitio cōtinet genus, & differentiā, qa dēt explicare definitū a prima potētia q̄ eſt gen⁹ vſq. ad vltimū actū, q̄ eſt differētia, ſed ſola ſpecies hēt, genus, & differētiā, qa genus gn̄aliſſimū non habet genus, nec etiā differentiā, q̄a diffe-
C rētia ſuperior nō eſt genus inferioris, nec ēt indiuiduū habet genus, & differētiam, niſi ſolum mediāte ſpecie, ſed ſola ſpecies habet genus, & differētiā. ideo ſola ſpecies definitur quidditatiuę.

Argu.

Sed contra prædicta primo arguit̄. Diuidere, & conſtituere ſunt actus diuerſi, & oppoſiti, igitur non poſſunt ſimul conuenire eidem, igitur eadē differentia nō eſt diuiſiua generis, & conſtitutiua ſpeciei. Secūdo ſic. Genus eſt indiuiſibile, igitur differentia non eſt diuiſiua gn̄is. Nec ualet dicere, ꝙ gen⁹ diuiſibile ſm poteſtatē ſit, nā poteſtas et eſſentia generis idem ſunt, igitur, cū eſſentia generis ſit indiuiſibilis, ſic ēt erit ſua poteſtas. Tertio ſic. Idē nō eſt diuiſiuū, & conſtitutiuū reſpectu eiuſ- D
dē, ſed differentia eſt diuiſiua gn̄is, qa differentia eſt apta nata diuidere gen⁹ & ea, quæ ſub eo ſunt. igr̄ ipſa non eſt conſtitutiua ſpeciei. Quarto ſic. Subſtātia eſt genus generaliſſimū, & tn̄ definitur definitione quidditatiua dicendo ꝙ eſt ens p ſe, quia ibi explicatur eſſe ſubſtantiæ p ſuā eſsētiā. ergo non ſola ſpēs definitur definitione quidditatiua. Quinto ſic. Differentia dicit totū eſſe ſpēi in actu, igitur in definitione ſpeciei præter differentiam non requirit̄ genus, cū differentia ſufficienter notificet eſſe ſpeciei, igitur non omnis definitio datur per genus, & differentiā. Solutio

E Ad argumēta. Ad primū dr̄, ꝙ diuidere, & conſtituere comparata ad idē, & ſm idem, ſunt actus oppoſiti, tamē comparata ad diuerſa, non opponunt̄. igitur eadem differentia poteſt diuidere genus, & cōſtituere ſpēm. Ad ſm dicitur, quod licet genus ſi indiuiſibile ſm ſuā eſſentiā, eſt tamē diuiſibile ſecundū ptātē eius, & licet illa poteſtas non differat realiter ab eſſentia diſtinguitur tamen ſecundū modū eſſendi, quia eſſentia eſt ens abſolutū, & Poteſtas reſpectiuum, ideo Poteſtas diuidi poteſt, eſſentia non diuiſa Ad tertium dicitur, quòd licet differentia ſit diuiſiua, vnius ſpeciei ab alijs ſpēbus p hoc ꝙ ſeparat, & facit eā differre ab alijs, tamē nō eſt diuiſiua ſpeciei per ſe, & ſe- F
cundū ſe ſed cōſtitutiua. Ad quartū dr̄, & illa definitio ſubſtantiæ nō eſt qditatiua, ſed deſcriptiua tm̄. quia ens. ꝙ ibi ponitur non eſt cōius ſm rem quā ſubſtantia, ſed ſm vocem tm̄, & per ſe nō eſt differentia formalis, q̄ contrahit ipſum ens. Ad quintum dicit̄ quòd licet differentia, dicat tū eſſe ſpeciei implicite, & ſm vnum modum eſſendi, non tn̄ explicite, & ſcd̄m oēs modos eſſendi, quod tamē requiritur ad definitionem. Nam definitio explicat eſſe definiri ſm eſſe potētiale, & actuale ſimul. Ideo in definitione nō ſufficit differentia tantum, nec genus tn̄, ſed requiritur genus, & differentia ſimul.

De

A

De Proprio quarto prædicabili.

Propriũ quatuor modis dr̃.

Propriũ quadrupliciter dr̃, vno .n. mõ dicitur propriũ ꝙ ineſt alicui ſoli ſpeciei, ſed non oĩ indiuiduo. vt eſſe Medicũ vel Grãmaticũ conuenit ſoli homini, ſed non oĩ. Secundo mõ dicitur Propriũ, qd̃ ineſt oĩ, ſed non ſoli, vt eſſe bipedem ineſt oĩ homini, ſed non ſoli. Tertio modo dicitur Propriũ, qd̃ ineſt omni ſoli, ſed nõ ſp. vt ca-

B

neſcere ineſt omni homini, & ſoli, ſed non ſp, quia ſolũ in ſenectute. Quarto modo dicitur Propriũ qd ineſt homini & ſoli, & ſp, vt riſibile ineſt omni homini ſoli homini, & ſp, nõ iõ quod actu ſẽper rideat, ſed quod aptus natus eſt ridẽdũ & hoc quarto modo dicit̃ ꝓpriũ, vnũ de quinq; p̃dicabilib.

Poſtq̃ auctor determinauit de gñe, Specie, & Differẽtia, quæ prædicantur eſſentialiter, hic determinat de alijs p̃dicabilib. q̃ prædicantur accidẽtaliter. Rõ ordinis eſt, quia illa, q̃ prædicãtur eſſentialiter, cũ dicãt eſſe eſſẽtiale rei,

C

veriori mõ p̃dicantur q̃ illa, q̃ p̃dicantur accidẽtaliter. Primo determinatur de ꝓprio, q̃ de accidente ꝑ duplicem rõnẽ. Primo, quia Propriũ fluit a principijs ſpeciei, & cõſequit̃ ſpẽm, accidẽs vero a principijs indiuidui modo ſpẽs eſt prior indiuiduo. Scd̃o, qa propriũ veriori modo prædicatur, quã accidẽs cum p̃dicetur conuertibiliter. Accidẽs autem non conuertibiliter. ideo conuenienter proprium præcedit accidens.

Primo ſciẽdũ, ꝙ Proprium, vt dr̃ in textu, accipitur quadrupliciter primo modo. Propriũ eſt, quod ineſt alicui ſoli ſpẽi, & nõ oĩ indiuiduo. cuius rõ eſt; quia propriũ primo mõ cõſequit̃ propria principia ſpeciei contingenter. & quia illa principia ſoli ſpẽi cõueniunt, cũ ſint propria principia. ideo propriũ fluẽs ab ipſis conuenit ſoli ſpeciei. ſed, quia fluit ab ipſis contingenter & non neceſſario, ideo non cõuenit omni in-

Vnde canicies hominibus.

diuiduo eius, ſicut eſſe Grammaticũ

D

fluit a proprijs principijs hominis mediãte intellectu, & volũtate ſm, quod intellectus per voluntatẽ ad ſtudium applicatur. &, quia voluntas libere applicat intellectum, & non de neceſſitate, nec eodem modo inclinatur in omnibus hominibus, ideo eſſe Grammaticum fluit contingenter ab illis principijs, & non conuenit omni homini, & hoc capiẽdo eſſe Grammaticũ, vt dicit actũ & nõ aptitudinẽ na ſi diceret aptitudinẽ, ſic conueniret oĩ homini.

E

Scd̃o ſciẽdũ ꝙ Propriũ ſcd̃o modo ineſt oĩ, ſed non ſoli. cuius rõ eſt, qa tale proprium cõſequitur cõia principia ſpeciei de neceſſitate. & quia illa principia conueniunt oĩ indiuiduo ſpẽi, & nõ ſoli ſpeciei, cũ ſint cõia plurib. ideo proprium conſequẽs ipſa de neceſſitate conuenit oĩ indiuiduo ſpẽi, ſed non ſoli, ſicut eſſe bipedẽ conſequitur principia cõia hominis, in quib. conuenit cum auibus in hoc. ſ. ꝙ in omnibus eſt forma requirens talem diſpõnem materiæ ad debite exercẽdum ſuas operationes. ſ. gradiẽdo cũ duob pedib. ideo bipes conuenit oĩ homini. & non ſoli. Et licet per accidens, quãdoque homo non habeat duos pedes in actu, tamen ſecũdum aptitudinem ſuæ ſpeciei quilibet naſcitur cum duobus pedibus.

F

Tertio ſciẽdum, ꝙ proprium tertio modo ineſt omni, & ſoli, ſed nõ ſẽper. cuius ratio eſt, quia tale propriũ cõſequitur ꝓpria principia ſpẽi de neceſſitate, non tñ ſub quacunque diſpoſitione, ſed ſub vna determinata ipſorũ diſpõne. &, quia conſequitur neceſſario talia principia, quæ cõueniũt omni, & ſoli, ideo oĩ, & ſoli conuenit; ſed, quia ſolum cõſequitur ea ſub vna determinata diſpoſitione. q̃ non ſemper cõuenit, ideo tale Propriũ non ſemper conuenit, vt caneſcere. conſequitur principia naturalia hoĩs neceſſario, vt ſtant ſub vna determinata diſpõne tẽporis. vnde canicies hominis cauſat̃ in ſenectute ꝓp debilitatem caloris naturalis qui nõ ſufficit digerere ſuperfluos hu-

A mores cerebri, vnde cauſatur putredo in cerebro, ex quo cauſatur albedo, & canities pilorũ, & non conuenit homini niſi in ſenectute, niſi per accidẽs in iuuentute nimis debilitetur calor naturalis. & licet in alijs animalib. generentur pili albi, tñ hoc non eſt ex putredine cerebri, ſed humorũ corporis ideo non dicuntur caneſcere, ſed griſeſcere.

Quarto ſciendũ, ꝙ Proprium quarto modo ineſt oĩ, & ſoli, & ſp. cuius rõ eſt, quia tale Propriũ neceſſario cõſequtur propria principia ſpeciei in trãſmutabiliter, & ſub quacunq. d ſpõne. ideo ſicut illa propria principia conueniũt ſoli ſpeciei, & oĩ indiuiduo ei⁹, & ſem-

B per, ſic & proprium quarto modo. Et iſtorum modorũ ſufficientia iſto mõ habet. q ia oẽ proprium fluit principijs ſpẽi, vel igiť fluit ab ipſis adequate, vel non adæquate ſi primum eſt dupliciter, vel conſequit trãſmutabilr, & ſic eſt tertius modus, vel non trãſmutabil, & ſic eſt quartus modus, ſi non adæquate, hoc eſt dupliciter. vel principia ſpẽi excedũt ꝓpriũ, & ſic eſt prim⁹ modus; vel excedũtur ab eo, & ſic eſt ſecundus modus. Et inter iſtos proprium quarto modo eſt verius proprium, & conſequenter alia, ſecundum quod magis accedunt ad ipſum, & ſolum proprium quarto modo eſt

C prædicabile ab alijs diſtinctum, aliã continentur ſub Accidenti communi.

Argu. Sed prædicta primo arguitur. Philoſophus, q ſufficiẽter enumerat modos proprij, ſolũ ponit tres modos eius. ſ. Proprium qñ proprium ad aliquid, & Proprium ſimpliciter, igitur male dr ꝙ Propriũ accipit quadrupliciter. Secundo ſic Species de neceſſitate conuenit oĩ indiuiduo eius. igitur Proprium primo mõ oĩ indiuiduo ſpeciei conuenit. Tertio ſic. Eſſe bipedẽ eſt propriũ ſecundo mõ, & tñ conuenit ſoli homini, igiť male dicitur, ꝙ ꝓprium ſecũdo mõ ineſt oĩ, & nõ ſoli. Minor patet, q2 bipes eſt vltima dr̃a definitionis hominis, qua dr homo eſt animal greſſibile bipes, ſed vltima dr̃a ſp eſt conuertibilis. cum definito, igitur bipes ſoli homini conuenit. D

Quarto ſic. Illud, quod ineſt oĩ conuenit plurib. & nõ ſoli, igiť, ſi Propriã tertio modo conueniat oĩ, non poteſt conuenire ſoli. Quinto ſic. Illud quod ineſt, oĩ eſt cõe multis, cũ multis conueniat, ſed Proprium quarto modo eſt cõmune, igitur non conuenit omni.

Ad argumenta. Ad primum dr, ꝙ Ariſt. primo Topic ſub Proprio ad aliquid comprehendit duos iſtorum modorum. ſ. primum, & ſecundum, quia vtrunque dr Proprium ſubiecto ſolũ per reſpectum ad aliquid, vt eſſe bipedẽ eſt Proprium homini comparato ad equum, cui non conuenit, ſed quia illi duo modi diſtinguuntur abinuicem, vt dictum eſt, ideo hic bene ponuntur quatuor modi. Solutio E

Ad ſecũdum dr, ꝙ licet illud, quod conuenit neceſſario ſpeciei, & neceſſario conueniat oĩ indiuiduo eius, non tñ oportet de illo, quod ineſt ſpẽi contingenter, & acciden aliter, ſicut eſt Proprium primo modo. Ad tertium dr, quòd licet in definitione quiditatiua, in qua ponitur propria dr̃a ſub nomine proprio, vltima dr̃a ſit conuertibilis cum definito, non tñ oportet de illa, vbi ponitur propria dr̃a ſpẽi per circũlocutionem tm̃. ſicut eſt in iſta, homo eſt animal greſſibile bipes, quia hæc duo ſ. greſſibile. bipes, circumloquuntur propriam dr̃iam hominis, ſ. rationale, ideo non oportet, qđ bipes conuertatur cũ homine. Ad quartum dr quod licet aliud, quod ineſt oĩ inſit pluribus indiuiduis, tñ non ineſt plurib. ſpeciebus. ſed poteſt ineſſe vni ſoli, hic. n. omni refertur ad indiuidua, & ſoli, ad ſpeciem. Ad quintum dicitur, quod licet ꝓpriũ cõparatum ad ſpẽm non dicatur commune, ſed proprium, tamen reſpectu indiuiduorum ſpeciei dicitur commune, & vniuerſale, ergo poteſt conuenire omni, & ſoli. F

Proprij, & definitionis definitio.

Et definitur ſic ab Ariſt. Propriũ eſt,

V eſt, quod in eſt oĩ, ſoli, & ſemper, & conuerſim prędicatur de re, & non indicat quid eſt eſſe rei, vt riſibile ineſt homini. Et nõ indicat quid eſt eſſe rei, ponitur in definitione ꝓprij ad differentiam definitionis. definitio. n. cõuerſim p̃dicat̃ de re, & indicat quid eſt eſſe rei, vt ſubſtantia animata ſenſibilis conuertitur cum animali, & indicat quid eſt eſſe eius, quia omnis definitio fit per ſubſtantialia, oẽ aũt ſuperius eſt de eſſentia ſui inferioris. Definitio. n. ſic definitur ab Ariſt. Definitio eſt oratio, quid eſt eſſe rei ſignificãs Propriũ aũt non indicat quid eſt eſſe rei.

Quid nam definitio ſit 7. Topic. c. 4.

B Poſtq̃ Auct. diuiſit Propriũ in quatuor modos, vt el. ceret mẽbrũ de quo erat ſibi ad ꝓpoſitũ. ſ. Propriũ quarto mõ, qd eſt vnũ prędicabile d. ſtinctũ ab aliis, hic cõſequenter ponit definitionẽ Proprij quarto mo dicens, ꝓpriũ eſt, quod conuerſim p̃dicatur de re, & nõ indicat qd eſt eſſe rei. hic aũt ponit ꝙ prędicatur loco gñris. ſ. pręd cabile, deinde ponitur cõuerſim, ideſt conuertibiliter, ad dĩã aliorũ quatuor prædicabiliũ, quorũ nullũ de ſuis ſubijcibilibus cõuertibiliter prædicat̃, & ponit, & nõ indicat qd eſt eſſe rei ad differẽtiã p̃dicati definitionis, ꝙ prædicat̃ eſſentialiter, & cõuertibil̃r. hęc. n. definitio ꝓprij data eſt in primo Topico. vbi Propriũ definit, vt vnum de quatuor prædicatis, q̃ ſunt genus definitio, proprium, & accidens, ratione cuius ponit illa particula p q̃ differt a definitione.

C

Primo ſciẽdũ, ꝙ ſpẽs dupliciter cõſyderat̃, vno mõ in cõmuni, & ſm ſe, & ſic cõſyderat̃ p modũ vnius, & ñ multorũ, & ſub tali rõne eã nõ conſequit̃ Propriũ. alio mõ cõſyderat̃ p inclinationẽ eius ad materiã, & ad ſua indiuidua, & illo modo proprium conſequitur ſpeciem, & de ipſa p̃dicatur. Et qa ſpecies multiplicata, & diuiſa per ſua indiuidua non habet rationem vnius, ſed multorũ, & Proprium de ipſa, hoc mõ p̃dicat̃, iõ ꝓprium immediate p̃dicat̃ de multis, & ſic eſt vnũ p̃dicabile, & ẽt hẽt ꝓpria ſubijcibilia form̃r diſtincta a ſubijcibilib. aliorũ prędicabilium. vñ inferiora ſpẽi cõſyderata reſpectu accidentiũ, q̃ conſequunt̃ ſpẽm ſunt ſubijcibilia Proprij. & conſyderẽtur quantum ad eſſe eſſentiale, ꝙ habẽt a ſua ſpecie, ſunt ſubijcibilia ſpẽi, vt Soc. & Plato, ſunt ſubijcibilia hoĩs, & etiam riſibilis ſm diuerſa eſſe.

Proprium quonã mõ ſpeciem ſequatur.

D

Secundo ſciẽdũ, ꝙ Propriũ fluit, & cauſat̃ a ꝓprijs ſpẽi, ſicut riſibile a ꝓprijs principijs hoĩs, per hoc. n. quod hõ eſt rõnalis, & itellectiuus, ex cognitis principijs conſurgit in admirationem, & ex admiratione fit inquiſitiꝰ veritatis, & per iquiſitionem iuentiꝰ, & per iuentionem apprehenſiꝰ delectabilis, vñ cauſat̃ in eo reſibilitas, vel etiã triſtabilis, vñ ſibi ꝯuenit flebilitas, qa ꝓpria principalia ſpẽi conueniunt huic ꝓprio conuertibiliter. iõ Propriũ conſequens ipſã conuerſim p̃dicat̃ de re, ſ. de ſpẽ. & iſte eſt ꝓpriꝰ modꝰ prædicãdi eiꝰ. ſ. prędicari cõuertibiliter & accidentaliter. non eſt tñ intelligendũ, ꝙ Propriũ form̃r fluat a ꝓprijs principijs ſpẽi, ſed fluit effectiue ab ipſis, et in genere cauſę formalis fluit a principijs ſui generis, vt riſibile, quod eſt de ſecunda ſpecie qualitatis habet principia in tali genere vt, ſunt cognoſcibilitas, & admiratio.

Riſus ac fletus in hoie ortus.

E

F

Tertio ſciendum ꝙ principia, a quibus Propriũ fluit dupliciter conſyderant̃, vno modo ſm ꝙ habent habitudinem potentię, et actus, et ſub tali rõne ſolum ſunt principia eſſentialia ſpeciei, alio modo conſyderatur ſub habitudine totius cõpoſiti ad operationem ſuam, & ſic ſunt principia effectiua ꝓprij. ideo ſecundum diuerſas rationes, ſunt principia formalia ſpeciei, et principia effectiua Proprij vñ patet, quod Proprium non eſt de eſſentia ſpeciei, ſed accidens eius, qa conſequitur eſſe conſtitutiuum ſpecie. Quãdoq; tñ dr ineſſe ſpeciei eſſentialiter, eo ꝙ immediate

A diate cōſequit̃ eſſentiā ſpẽi, ſed nō eſſẽtialiter tanq̃ exiſtẽs de eſſẽtia ſpeciei.

Quarto ſciendū, ꝙ illud dr̃ iudicare q̃d eſt eſſe rei, quod explicat principia eſſentialia ipſius rei. quia eſſe eſſentiale rei cognoſcitur per illa principia, a quib. intrinſece cauſatur, ſed Propriū non explicat, nec formaliter oſtendit principia eſſentialia, nec eſt de eſſentia ſpecie, vt dictum eſt, ideo non indicat quid eſt eſſe rei, & per hoc differt a definitione, quæ explicat quiditatem & eſſentiam ſpeciei. per hoc. ſ. ꝙ importat genus, & differentiam, ex quib. tota eſſentia, & eſſe eſſentiale ſpeciei cōſtituitur, & inde dicitur definitio eſt
B oratio indicans quid eſt eſſe rei. Et ſic per hoc ſatis poteſt intelligi aperte q̃d ſit intellectus definitionis Proprij.

Argu. Sed cōtra predicta primo arguitur. Omne prædicabile dicit totū eſſe ſui ſubijcibilis. Proprium nō dicit totum eſſe ſpeciei, nec indiuiduorum eius, cū ſit accidens conſequens eſſe ipſorum, igitur Proprium non eſt prædicabile.

Scdo ſic. Omne prædicabile debet immediate prædicari de multis, Propriū, autẽ immediate non p̄dicatur de multis, ſed de vna ſola ſpecie, mediāte ipſa de ſuis indiuiduis, igitur nō eſt p̃-
C dicabile. Tertio ſic. Dicendo, Soc. eſt riſibile riſibilis prædicatur de Socra vt Propriū, & tñ nō prædicatur conuertibiliter de Soc. igitur Proprium prædicatur conuerſim. Quarto ſic. Accidentia magnā partẽ conferunt ad cognoſcendū quod quid eſt, & ſpecialiter accidētia proprij, igitur Proprium facit cognoſcere quod quid eſt ſpeciei, igit̃ male dr̃, ꝙ Propriū non indicat quid eſt eſſe rei. Quinto ſic Nullum accidēs extrinſecum indicat, quid eſt eſſe rei, ſed definitio eſt accidens extrinſecum definito, cum ſit oratio imperfecta, ergo ipſa non indicat quid eſt eſſe rei.

Solutio Ad argumēta. Ad primum dicitur, quod Proprium nō dicit totum eſſe eſſentiale rei, vt ſpeciei, & indiuiduorū eius tamẽ dicit totum eſſe accidētale, quod dat a forma importata per ipſū Proprium, hoc ſufficit ad hoc ꝙ prædicet de ſpẽ, & indiuiduis eius. Prædicabile. n. dicere debet totū eſſe rei ſcd̃m vnum modum, non tamen ſcd̃m oẽs. D

Ad ſecundum dr̃, ꝙ licet Proprium immediate prædicetur de ſpecie, tamẽ prædicat̃ de ipſa accepta per modum multorum, vt eſt diuiſibilis, vel diuiſa per ſua indiuidua, & non ſolum prædicatur de ipſa accepta per modū vnius, & ſecundum ſe, ideo immediate, & ſecundum aptitudinem prædicatur de multis. Ad tertium dr̃, ꝙ in hac propo- E
ſitione Soc. eſt riſibilis, riſibile eſt Proprium reſpectu hominis incluſi in Socrate. non tñ reſpectu Socratis, vnde riſibile ſub ratione prædicabilis prædicatur de Socrate, & Plato, & de alijs hominibus, ſed ſub ratione proprij prædicatur de homine in cōi. Ad quartū dr̃ quod licet proprium faciat a poſteriori, & quo ad nos cognoſcendum ꝙ quid eſt, & non tñ a priori, tanquā dicens principia eſſentialia rei. ideo non indicat eſſe rei. Ad quintum dr̃ quòd ſi definitio cōſyderetur ex parte vocis tantum, ſic eſt accidens extrinſecū definito, ſed ſi cōſyderetur ex parte vocis, & ſignificati ſimul, ſic non eſt accidēs eius, quia ſignificata definitionis ſunt principia eſſentialia intrinſeca definiti. ſcilicet genus & differentia. vnde il- F
la principia ſimul ſumpte dicūt quod quid eſt, vel quiditatem ſpeciei, & definitio eſt ſignum explicans illam quiditatem, ideo definitio, & quiditas differunt ſicut ſignum, & ſignatum.

De Accidente.

Accidens eſt ꝙ adeſt, & abeſt præter ſubiecti corruptionem, vt albū, nigrū, ſedere, & non ſedere, hæc enim poſſunt adeſſe homini, & abeſſe præter eius corruptionẽ.

Poſtquam auctor ſuperius determinauit de quarto prædicabili. ſ. proprio, hic cōſequēter determinat de vltimo, ſ. de Accidens. Accidens. n. inter cætera prædicabilia eſt imperfectius. q̃a ſolū dicit totū eſſe accidentale rei nō cō-

uerti-

A uertibiliter.ideo habet inperfectiorem
modum ṗdicandi alijs oibus ideo con
uenienter,o dinatur in vltimo loco,&
ſic definitur. Accidẽs eſt quod adeſt,et
abeſt præter ſubiecti corruptionẽ. vbi
ꝑ quod intelligitur vniuerſale ſiue ṗdi
cabile,ꝙ ſe habet vt genus definiri, &
reſiduum ponitur ad differentiam alio
rum ṗdicabiliũ.qa oĩa alia ſunt de eſsẽ
tia rei,vt ſunt genus,ſpẽs,& differẽtia,
vel neceſſario ſequunť eſſentiam ſicut
Proprium. iō nul ũ aliorũ pōt adeſſe
vel abeſſe ṗter ſubiecti corruptionem.

Primo ſciendum,quòd accidens du-
pliciter capitur.uno mō cōiter,ꝓ oĩ il-
lo,ꝙ aduenit rei poſt eſſe eius comple
B tum.& ſic diuiditur contra ſubſtantia,
& dr̃ de oĩ illo, ꝙ non eſt ſubſtantia.
hoc mō accidens ſub ſe continẽt Pro-
prium, & Accidẽs cōe.& illo mō non
definiť hic. Alio mō capiť ſpecialiter,
ꝓ oĩ illo, qđ aduenit rei poſt eius eſſe
completũ, & non fluit a ꝓpris princi-
pijs idiuidui, & ſic eſt ṗdicabile diſtin
ctũ a ꝓprio, & oĩbus alijs, & hoc mō
hic definiť,& tale accidens qñque vo-
catur accidẽs cōe,qñque infinitum &
qñque accidens ꝑ accidens. Dr̃ cōe,ſm
Accidẽs qñque cōe,qñque infinitum, & ꝑ accidẽs dr̃.
cauſalitatem eius qa a pluribus cauſis
in differenter pōt in ſuo ſubiecto cau-
ſari. & dr̃ infinitũ,quia infinitis modis
variari poteſt ſecum va iationem prin
cipiorum indiuidui. & dr̃ Accidens,
quia non cauſatur in ſubiecto per cau
ſam eſſentialem, ſed per cauſam ac-
C cidentalem.

Secundo ſciẽdum,ꝙ Accidens cōe,
quod hic definitur pōt dupliciter con-
ſyderari. vno mō ſm eſſe particulare
eius, quod habet accidentaliter in ſuo
ſubiecto, & illo mō corrumpiť, & va-
riatur in infinitũ, nec iſto mō eſt ens
neceſſarium,ideo ſub tali eſſe non defi
niť,oẽ n.ꝙ definitur debet habere eſſe
neceſſarium, ꝙ expliceť per definitio-
nem eius. Alio modo cōſyderať ſcđm
eſſe vniuerſale ſub quo attribuitur ſibi
intentio accidentis. & ſic capiatur, vt
ens neceſſarium,& hoc mō multa ſibi
de neceſſitate conueniunt, vt ꝙ ſit acci
dens.& quod ſit variabile in aptitudi- D
ne vnde eſſe variabile ſibi conuenit in
variabiliter, & iſto modo in vniuerſa-
li hic definitur.

Tertio ſciendum,ꝙ illud accidẽs po
teſt adeſſe & abeſſe ſubiecto, ꝙ habet
eſſe variabile, & cauſatur contingẽter
in ipſo,ſed Accidens habet eſſe varia-
bile,& cauſatur contingẽter in ipſo ſu
biecto ꝑ cām contingentem,eo ꝙ con
ſequitur principia indiuidui.q̃ ſunt va
riabilia, & tranſmutabilia ſicut rube-
do cauſata in hoĩe ꝑꝑ verecundiã. qa
cauſať in eo ꝑ cām contingentem,pōt
faciliter adeſſe,& abeſſe,igitur accidẽs
cōe pōt adeſſe & abeſſe ſubiecto eius,
& per hoc datur intelligi modus ṗdi-
candi accidentis.ſ. ꝙ ṗdicať accidentali
ter & non conuertibiliter, per hoc.n. E
ꝙ hẽt cauſam contingentem,prædica
tur accidentaliter,& quia quandoque
abeſt, prædicatur non conuertibiliter.

Cur accidens adſit,& abſit.

Quarto ſciendum, quòd illud quod
aduenit rei poſt eſſe eius completum.
& contingenter poteſt adeſſe & abeſſe
præter ſubiecti talis corruptionem,eo
ꝙ ante aduentum eius res eſt comple-
ta,ideo non eſt de cōpoſitione. vel con
ſtitutione rei. ideo ꝑ aduentũ eius non
conſtituitur ſubiectum,nec ꝑ remotio
nem eius cauſat illius corruptionẽ,ſed
accidens cōe aduenit rei poſt eſſe eius
completum,& per cauſam contingen
tẽ,ergo pōt adeſſe,& abeſſe ſiue corru F
ptione ſui ſubiecti. Item ad corruptio-
nem poſterioris non ſequiť corruptio
prioris,qa eſſe prioris a poſteriori non
depẽdet ſed accidens cōe eſt poſterius
ſubiecto.iō ad eius corruptionẽ nō ſe-
quiť corruptio ſubiecti,quare pōt adeſ
ſe & abeſſe ṗter ſubiecti corruptionẽ.
& ꝑ hoc pōt intelligi ṗmiſſa definitio.

Sed cōtra prædicta arguitur. Omne
definibile habet eſſe neceſſariũ, & fini
tum,quia contingens,& infinitum nō
ſunt definibilia, ſed accidens non hẽt
eſſe neceſſarium, & finitum, ſed con-
tingens,& infinitum,igitur nō eſt defi
nibile. Scđo ſic. In nulla definitione de Solutio
bent poni oppoſita ſimul. ſed adeſt,&

A abeſt ſunt oppoſita. igitur definitio accidentis nō eſt bona. Tertiò ſic. Mors, cōbuſtio ſunt accidentia, & tñ nō pñt adeſſe præter ſubiecti corruptionem, igitur cōtra definitionem. Quarto ſic. Viuere eſt accidens, cum non ſit de eſſentia viuētis, & tñ non pōt abeſſe præter ſubiecti corruptionem. igitur Quinto ſic, accidens corrumpitur per ſui ſubiecti corruptionem, igitur non poteſt abeſſe præter ſubiecti corruptionem.

Solutio

Ad argumēta. Ad primū dī, ꝙ licet accidens ſcd'm eſſe particulare, ꝙ hēt accidētaliter in ſubiecto non ſit neceſſarium, & finitum, tñ ſcd'm eſſe vniuerſale eius bene accipitur vt finitum, & neceſſarium. ideo iſto modo pōt defi-B niri. Ad ſm dī, ꝙ adeſſe, & abeſſe vt dicunt actū contradictoriè opponuntur, & non pñt ſimul ineſſe eidē, ſed vt dicūt actū aptitudinem, nō opponunt. & pñt in eſſe eidē ſimul, & ſic ſumunt in iſta definitione, vñ ſenſus eſt, ꝙ accidens in vniuerſali adeſt, & abeſt ſm aptitudinem, ſed in particulari adeſt, & abeſt actu. ſed hoc ſibi conuenit ſucceſſiue. Ad tertium dī ꝙ mors capitur dupliciter, vno mō materialiter, vt dicit alterationem, q̄ pcedit corruptionē uiuentis, & ſic ē accidēs, & pōt adeſſe, & ab-

C

Mors an ſit accidens.

eſſe pter ſubiecti corruptionē, alio mō capit formaliter ꝓ corruptione viuentis ſ. ꝓ ſubita mutatione, qua mutatur de eſſe ad non eſſe, & hoc mō non eſt accidēs, ſed mutatio ſubſtantialis, q̄ reductiue eſt de gñe ſubſtantiæ, ſicut motus eſt reductiue in gñe ſui termini ad quē. & ſimiliter dicendū eſt de cōbuſtione. Ad quartū dī, ꝙ ſi capiat viuere pro eſſe ſubſtantiali viuenti, ſm ꝙ viuere viuētibus eſt eſſe, hoc mō vita, vel viuere non eſt accidens, ſed eſſe ſubſtantiæ, ſed ſi capiatur ꝓ operationib. viuentis, vt ſunt videre, & audire, ſic eſt accidens, & pōt abeſſe ſubiecto præter ſubiecti corruptionem. Ad quintū, dicitur, ꝙ licet accidens cōe corrūpat per corruptionem ſubiecti non tñ hoc modo ſolum corrūpit, ſed tribus alijs modis. vno mō per accidens ſibi contrarium. vt frigus per calorē, alio modo per remotionē cāę per q̄ eſt in ſubiecto, vt lumen corrumpit in aere per remotionē Solis, tertio modo per remotionem terminī accidentis reſpectiui, vt pater per corruptionem filij, iō non oportet ꝙ ꝓpter corruptionem accidentis fiat corruptio ſubiecti, ſed corūpi præter ſubiecti corruptionem. D

Duæ aliæ Accidentis deſcriptiones, hic traduntur, ac comparantur.

Definitur etiam ſic Accidēs eſt quod neque eſt genus, neque ſpecies, neque differentia, neque propriū, ineſt aūt rei, vel ſic. Accidēs E eſt quod contingit eidē ineſſe, & nō ineſſe, vt album, nigrum, ſedere & huiuſmodi. et de his duabus vltimis definitionibus dicit Ariſtoteles qđ ſecunda melior eſt, q̄ prima, quia ad intelligendum primam neceſſe eſt præſcire quid ſit genus, & qđ ſpēs, qđ differētia, & quid proprium, ſecunda autē per ſe ſufficiens eſt ad cognoſcendū, quid eſt quod dicitur per ipſam.

Poſtq̄ auctor poſuit definitionem Accidentis, hic conſequenter notificat ipſum ponēdo duas alias definitiones, quarum prima eſt accidens eſt, quod neque eſt genus neq. ſpecies, neq. dīa, neque proprium, ineſt autē rei. In pri- F ma parte huius definitionis, per hoc relatiuum, quod intelligitur genus definiti, ſ. prædicabile, & reſiduum ponit ad differentiā aliorum pdicabilium, per abnegationem .n. aliorum oſtenditur accidens habere vnum alium modum prædicandi ab ipſis. Deinde ponitur ineſt autem rei, ad explicandum eſſe eius in ſubiecto.

Accñs tripliciter conſyderari poteſt.

Primo ſciendum, quod Accidēns tripliciter conſideratur, vno modo per reſpectum ad ſubiectum, in quo eſt reſpectu cuius dicit accidens quaſi ad aliud cadēs, & hoc mō dat de ipſo prima definitio illa. n. explicat ipſum per reſpectum ad ſuum ſubiectum. Scđo modo

con-

A conſyderaẽ p reſpectũ ad alia pdicabilia, & ad prædicabi'e in cõi, & hoc mõ definitur per hanc definitionem q̃ daẽ p abnegationem alio ũ prædicabiliũ, & explicat ipſum i eſſe pdicabilis. Ter tio modo conſyderatur per reſpectum ad cauſam, ppter quã ineſt ſubiecto, & ſic conſideratur tertia definitione, & per hoc patet quõ illæ definitiones diuerſimode explicãt eſſe accidentis.

Scdo ſciendũ, q̃ oĩs priuatio hẽt eſſe, & cognoſci per ſuũ habitũ, ſed definitio rei explicat eſſe rei, iõ oĩs priuatio hẽt definiri per reſpectum ad ſuum habitum, & quia accidens ſe habet, vt priuatio reſpectu aliorum prædicabi-

B lium. q. hẽt imperfectionem modum prædicandi oĩbus alijs, ideo hic conuenienter definitur per abnegationem aliorum, ſicut priuatio per abnegationem ſui habitus, non tamen definitio eſt proprie negatiua, quia prima pars, quia intelligitur vniſe, eſt affirmatiua, & etiã vltima. ſ. ineſt autem rei, & ita negatiua aliorum prędicabilium explicat aliquid affirmatum, ſ. ſpãlem modum prædidandi accidentis, inde eſt, quod prædicabiliter accidentaliter, & non eſſentialiter, vt tria prædicabilia prima, & prædicatur non conuertibiliter, & per hoc non eſt proprium.

C Tertio ſciendum, q̃ alia eſt definitio accidentis. Accidens eſt q̃ contingit eidem ineſſe, & non ineſſe. rõ eſt, quia illud, q̃ eſt in ſubo per cãm contingẽnte, contingit eidẽ ineſſe, & non ineſſe. ſed Accidens eſt hmõi, vt prius patuit, & in hac definitione explicaẽ cã per q̃ accidens eſt in ſuo ſubo per hoc, q̃ dicit, contingit, i. contingenter aduenit, ſ per cãm contingentem, & li, ineſſe, & nõ ineſſe poſſunt ſumi octo modis, ſcdm octo modos oſtendi in. tñ hic accipiẽ ineſſe pro illo mõ, quo forma accidentalis ineſt ſuo ſubiecto, & ſimilr non ineſſe & hic modus continẽ ſub quinto modo eſſendi in; & per hoc ſatis patet intellectus hui⁹ definitionis.

Comparatio de — Quarto ſciendum eſt, q̃ inter has tres definitiones accidentis, tertio eſt melior, quã ſecũda, ppter duas rões. Primo eſt, q̃a ſecunda explicat eſſe accidentis p reſpectum ad alia prædicabilia, & per negationem aliorum, tertia vero explicat ipſum per reſpectum ad ſuam cãm, & ad ſuum ſubiectum, & quia accidens habet ſuum eſſe reſpectu cãæ, & ſubiecti, & definitio dẽt explicare eſſe rei, ideo tertia eſt perfectior ſecunda, quia p rfectius explicat eſſe accidentis. Secunda cauſa eſt, quia illa definitio eſt melior, quæ facilius explicat definitum, ſed tertia facit facilius cognoſcere accidens, quam ſecunda, quia ad cognoſcendũ ſcdam oportet cognoſcere alia prædicabilia, non autem ad intelligendum tertiam, ideo tertia eſt melior ſecunda. — D finitionum. Accidetis.

Argu. — Sed contra pdicta primo arguiẽ. Nulla bona definitio debet dari per negationem, quia negatio non explicat eſſe rei, ſed iſta definitio accidẽtis, in qua dicitur, accidens non eſt genus, &c. datur, per negationem, igitur.

Scdo ſic Color eſt accidẽs, & tñ eſt genus albedinis & ſpẽs qualitatis igiẽ male diciẽ in ſecunda definitione, q̃ accidens non eſt genus, neque ſpecies.

Tertio ſic. Anima ſoc. non eſt genus, neque ſpecies, neque differentia, neq; Proprium, & ineſt rei. ſ. corpori igitur iſta definitio ſibi competit, & tamen non eſt accidens, igiẽ definitio mala.

E Quarto ſic. Illud, q̃ eſt ſp in ſubo ſubſiſtens. nõ põt ineſſe, & non ineſſe i ſubo, ſed accidens ſp eſt in ſubiecto, ſubſiſtens, vt dicit Porphyrius, igiẽ nõ contingit eidem ineſſe, & non ineſſe.

Quinto ſic. Pes Soc. cõtingit eidẽ ineſſe, & nõ ieſſe, & tñ nõ eſt accidẽs, igiẽ.

Ad argumenta. Ad primũ dr. q̃ ſi negatio conſideret formalr. inquãtum dicit nõ ens, & eſt negatio pura. ſic nulla definitio dẽt dari per negationẽ. ſed ſi conſideret materialr inquantum ex cõſequenti põt implicare aliq̃ affirmationẽ, & dare itelligere eſſe definiti. ſic definitio poteſt dari per negationem oppoſitorum ei⁹. cuiuſmodi eſt in prædicta definitione. Ad ſm dicitur q̃ licet color

A pluribus prædicari. Differunt aũt, quia Genus de plurib. prędicatur quã alia, & per hoc differt ab alij.

Differentia vero differt a genere; eo quòd prædicatur in quale. Genus aũt in quid. Itẽ differt differentia à Specie, & a Proprio, qa Dña prædicatur de plurib. differentibus ſpecie, illa vero non. Differt etiam ab accidente. quia Accidens ſuſcipit intenſionẽ, & remiſſionem. Differentia vero nõ ſuſcipit, magis, neq; minus. Differt aũt Species a genere, quia genus continet ſpecies, & nõ continetur ab

B eis. Item ſpecies differt a differentia, quia ex pluribus differẽtijs bene conſtituitur vna ſpecies, vt iſtæ duæ differentiæ, rationale, & mortale coniunguntur ad conſtitutionem huius ſpeciei homo, ſpecies vero non coniũguntur ſpeciei, vt gignat aliam ſpeciem. Quedam enim particularis equa cuidã particulari aſino permiſcetur ad mulì generationem, ſed non equa, & aſinus in communi.

Itẽ, Species differt a proprio, qa Species natura prior eſt Proprio,

C proprium aũt poſterius ſpecie. prętere a, quorum termini, ideſt definitiones ſunt differentes, & ipſa ſunt dña, ſed definitiones Proprij & Speciei ſunt differẽtes, ergo & ipſa erunt differẽtia. Item, Species differt ab accidente, quia Species prędicatur in quid. Accidens autẽ in quale, vel quomodo ſe habet. & ſpecies natura prior eſt accidente; omne enim accidens natura poſterius eſt ſuo ſubiecto.

Proprium aũt differt ab accidẽte, quoniã proprium de vna ſola ſpecie prædicatur, cuius eſt proprium, accidens vero de pluribus ſpeciebus, & accidẽs primo ineſt D indiuiduis, & per poſterius. ſpeciebus, & gñib. non, n. hõ, vel animal currit, niſi qa Soc. vel Plat. currit.

Propriũ aũt primo ineſt ſpeciei & per ſpeciem indiuiduis conuenit. Idem, genus, dña, ſpecies, & proprium, æqualiter participatur ab omnibus, de quibus prædicantur, accidens vero non, ſed ſuſcipit intenſionem, & remiſſionem.

Item, genus, differentia, ſpecies & proprium vniuoce prædicãtur, accidens vero nõ prædicatur vniuoce, ſed denominatiue.

E Prædicari aũt vniuoce eſt prædicari ſecundum nomen vnũ, & rationem vnam, ſecundũ illud nomen ſumptam, vt homo ſecũdum vnum nomen ſolũ prædicatur de Soc. & Plat. vt Soc. eſt homo, Plato eſt homo, & ratio eius ſecundũ illud nomen eſt vna, vt animal rationale mortale, ſecundũ quòd prędicatur de ſuis inferioribus, vt Socrat. eſt animal rationale mortale, & ſic de alijs. & ob hoc ens non poteſt eſſe genus, quia licet ſecũdum vnum nomen prædicetur de omnibus, tamen non ſecũdum rationem vnam. ratio enim entis F ſecundum quod dicitur de ſubſtãtia, eſt ens per ſe, ſecũdum autem quod dicitur de alijs nouem prædicamentis; eſt ens in alio. & ita pdicatur ſcdm diuerſas rationes, & ideo non prædicatur vniuoce, ſed potius æquiuoce, aut multipliciter. Prædicari aũt æquiuoce eſt prædicari nomine vno, & rõnib. diuerſis ſcdm illud nomẽ ſumptis vt canis pdicatur nomine vno de latrabili animali, marino piſce, & celeſti ſidere, ratio aũt ſcdm illud nomen, non eſt eadem omnibus,

ſed

A ſed alia,& alia. Denominatiua dicũtur quęcũq; ab aliquo ſolo caſu ſunt differẽtia, & ſecũdũ illud nomẽ hñt appellationẽ, vt a Grammatica Grãmaticus, a fortitudine fortis. Vnde Grãmaticus, & fortis prædicãtur denoĩatiue, & iõ accidens dicit̃ ꝑdicari denominatiue.

Quid cõe oib. ꝑdicabilibus.

Poſtquam Auctor determinauit de vno quoq; quinq; ꝑdicabiliũ, hic conſequenter determinat de ipſis cõparatiuę .ſ. comparando ipſa ſcd̃m conueniẽtiã, & dñam eorũ. Prius.n. vnũquodq; habet ſecundum ſe cognoſci, quã per reſpectum ad aliud, & quia cõuenientia eſt, vt habitus, & dña ſe habent per modũ priuationis. ideo antequam ipſa

B comparat ſcd̃m dñam oſtendit conuenientiam ipſorũ dicens, cõe eſt oib. quinque prædicabilibus de plurib. prędicari, cuius ratio eſt, quia hoc eſt de ratione prædicabilis in cõi, ſ. prædicari de pluribus. ideo in hoc omnia prædicabilia habent conuenientiam.

Gñis a cæteris prædicabilib. diſcrimẽ.

Sed ad videndum de ſuis differẽtijs. Primo ſciẽdum, ꝙ genus differt ab omnibus alijs prędicabilibus in generali, per hoc ꝙ genus prędicatur de plurib. quã quodcunque aliorum, & ẽt quia genus eſt principium aliorum prędicabiliũ. Eſt.n. principiũ differentiarum, q̃ incohantur in poteſtate generis, & ẽt ſpẽrum, quæ ſunt ſub ipſo, & quia proprium cãtur a ſpẽ, accidens vero ab indiuiduis, quorum genus eſt principiũ, & iõ genus eſt principiũ ꝓprij, & accidẽtis, & ſic eſt principium, & cã oĩum

Iſte eſt Tertius tractatus de Praedicamẽtis, in quo poſtquã Petr. Hiſp. in praecedenti tractatu determinauit de Dicibili incomplexo ſub rõne praedicabilis, & vniuerſalis, hic conſequẽter determinat de dicibili incõplexo ſub rõne ordinabilis in genere ſecundum ſub, & ſupra. Cuius ordinis rõ eſt, ꝙ ordinatio ſm ſub, & ſupra eſt ordinatio in linea praedicamentali, in qua genus ordinatur. ſupra ſpẽm, & ſpẽs ſub genere, & indiuidua ſub ſpeciebus, & ſic de alijs. Sed quia talis ordinatio fit ſm rationes praedicabilium, iõ oportebat determinare prius de dicibili incõplexo quantũ ad rationẽ vniuerſalis, q̃ ſm rationẽ ordinabilis in gñe ſm ſub & ſupra, quod fit in hoc tractatu de p̃dicamẽtis. Et intitulatur hic Tractat. de praedicamentis, quia inter dicibilia incomplexa, praedicamẽta ſunt principaliora, a principaliori autẽ parte ſubiecti ſepae fit denominatio ſcienciae.

E Quomodo praedicamenta ad Logicum, & Meth. p̃tineant.

Primo ſciendum, quòd praedicamẽta q̃ ſunt genera generaliſſima dupliciter conſiderantur. Vno modo inquãtum ſunt prima principia diuerſitatis rerum formalia, & hoc mõ nõ poteſt de ipſis aliquid dẽmõſtrari, nec de ipſis ſub tali ratione haberi ſciẽtia. Alio modo conſyderãtur per reductionem ad aliquod cõmune in quo cõueniũt, & hoc dupliciter, vel inquãtum reducunt ad ens, & sũt partes entis, & hoc modo conſyderant in Methaphyſica, quae conſyderat de ente inquãtũ ens, alio modo inquãtũ reducũtur ad dicibile incomplexum, & ſub tali rõne in Logica conſyderant, Logicus.n.nõ conſyderat res abſolute, ſed inquantũ referuntur ad rationem dicibilis, & praedicabilis, vel vt in ipſis fundantur aliquae ſecundae intentiones.

F

Scdo ſciendum, ꝙ ſubiectum huius Tractatus eſt dicibile incomplexũ ordinabile in gñe ſm ſub, & ſupra. Dicit dicibile, eo quòd hic conſyderant res ut referuatur ad dici, & dicit incõplexũ, ad dĩam ſubiecti primi Tractatus, quod eſt dicibile complexũ, ſ. enũciatio. Dicitur ordinabile in gñe ad differentiam ſubiecti libri praedicabilium, ꝙ eſt dicibile incomplexum ſub ratione vniuerſalis, et non ſub rõne ordinabilis in genere. & non eſt p̃dicamentũ ſubiectũ huius tractatus, quia ſit

A ſit principalior pars eius q̃a non noīa hic conſyderata principaliter conſyderantur ſub ratione pdicamenti, ſed ſub ratione dicibilis incomplexi, ordinabilis in gñe, & per hoc patet, quæ ſit cauſa materialis huius tractatus, per q̃ habet q̃ ſit cã finalis eius, vñ finis intrinſecus eſt perfecta cognitio ſub ecti, ſicut in alijs ſciētijs ſpeculatiuis, & finis extrinſecus eſt cognitio enūciationis q̃ fit ex dicibilib. incomplexis, & argumētationibus, & ēt gñaliter acquiſitio oium aliarū ſcientiarū. Et eius cã formalis eſt mod' pcedendi, q eſt definitiuus, diuiſiuus, & exemplorum poſitiuus. Et forma tractatus eſt eius diuiſio per capitula, & capitulorum per

Huius tractat' cauſæ.

B partes. vnde tres ſunt partes principales. In prima traduntur. Ante prædicamenta. In ſecunda Prædicamenta. In tertia Poſt prædicamenta.

Tertio ſciendū, quod ante pdicamētum eſt documentū pcedens determinationē Prædicamentorū, immediate ordinatū ad cognitionē eorū habēdā. Et dr immediate ordinatū, etc. q̃a licet definitiones pdicabiliū ad cognitionē pdicamentorū valeant, non tñ immediate ordinat ad cognoſcendū prędicameta, ſed ad cognoſcendū ipſa vniuerſalia. Et ſunt tria ante pdicamēta i gñali, ſ definitio, diuiſio, & regula. Et ſeptē in ſpāli. ſ. tres, definitiones, diuiſiones, & duę regulę Quorū ſic habet ſufficientia. q̃a ante pdicamentorū ordinat ad cognitionē pdicamētorū. vel ergo valet ad cognoſcēdū conuenientiā, vel dñā, vł ordinē ſi primū, hoc eſt tripliciter, vel valet ad cognoſcēdū cōnueniētiā pdicamentorū in unū cōem ęquocū vt ē ens, & ſic eſt definitio ęquocorū, vel ad cognoſcēdū cōuenie iā dicibiliū vni' ordini, & ſic eſt definitio vniuocorū. vel ad cognoſcēdū cōueniētiā oium pdicamētorū accidētiū i vnū

Tractatus partitio.

Quid ante pdicametū, & quot ſint, valet tres in genere, & ſeptem in ſpecie.

C cōe ſubiectū ſ. ſubſtātiā, de qua dñr denominatiue, & ſic ē definitio denominatiuorū. Si ad cognoſcēdū differētiā, hoc ē q̃ ūplr uel docet differētiā eorū, q̃ ponunt in gñe ab his, q̃ nō ponunt in gñe re, & ſic eſt prima diuiſio vel eorū, q̃ ponunt i diuerſis gñrib. inter ſe. & ſic eſt ſecunda diuiſio. Si ad cognoſcēdū ordinē in linea pdicamētali. hoc eſt dupliciter, vel reſpectu vnius coordinationis, vel diuerſarum: ſi primum ſic eſt prima regula: ſi ſcdm, ſic eſt ſcda. Et iſta antepradicamēta ſunt illa, q̃ pmit. eda ſunt antepdicamēta, ſine quo. ū cognitione non pōt haberi faciliter cognitio prædicamentorum. D

Quarto ſciendum, quod ad cognoſcendū tria prima antepradicamenta. Auctor ponit vnā diuiſionē modorū pdicandi, ſiue eorum, q̃ pdicātur dicēs, quod eorū, q̃ pdicant, alia ſunt vniuoca, alia æquiuoca, & alia denominatiua. Cuius rō eſt, q̃a omne quod pdicat vel pdicat, tanq̃ multa, & ſic ſunt æquiuoca, vel tanq̃ vnum, & hoc dupliciter, vel pdicantur nomine tm̃, & ſic eſt denominatiuum, vel nomine, & ratione, & ſic eſt vniuocum, & de his tribus poſtea in ſpeciali videbitur. E

Sed contra prędicta primo arguitur ſic. Omne illud, de quo eſt ſcientia hēt principia per quæ de illo probātur paſſiones, & cognoſcuntur, ſed prædicamenta. cum ſint prima principia, non habent principia. ergo de ipſis non eſt ſcientia Secundo ſic. Logicus non hēt conſyderare res, cum Logica ſit ſciētia rationalis, & non realis, ergo, cū prædicamēta ſint res naturales, hic male determinatur de pdicamentis. Tertio ſic. Prima principia ſunt de ſe nota ſimpliciter, & quo ad nos, ergo prædicamenta erunt p ſe nota, & ad cognoſcēdum ipſa aliqua non ſunt præmittēda. Argu F

Quarto ſic. In libro pdicabiliū dtermninatū eſt de modis pdicandi, ergo de ipſis nō debet hic determinari, ſed tm̃ de dicibilibus incōplexi ordinabilib. in gñe. & ſic male diſtinguit triplex modus pdicādi. Quinto ſic. Mēbra hui' diuiſionis coincidunt, ergo, &c Antecedens patet. q̃a hō vniuoce pdicatur de Socr. & Plat & æquoce de hoīe viuo, hoīe picto, ergo iſta diuiſio eſt mala.

Ad argumenta. Ad primum dr, q̃d licet Solutio

A Licet prædicamenta nõ habeãt princi pia formalia, & vniuoca, habent tamẽ effectiua, & formalia ęquiuoca, ideo de ipſis, vt reducuntur in vnum cõe, poteſt eſſe ſcientia per talia principia.

Solutio. Ad ſecundũ dr̃, ꝙ Logicus non cõſiderat primo de rebus ſecundũ ſe acceptis ſed tm̃, vt ſubſtant intentionibus primis, & ſecundis, ex quibus fiunt argumentationes, & ob hoc dicit Auicẽna, ꝙ Logica eſt de ſecundis intẽtionibus adiunctis primis. Ad tertium dicitur, ꝙ licet prima principia complexa ſint per ſe nota, & ſimpliciter, & quo ad nos, vt illud omne totum eſt maius

B ſua parte non tamen prima principia incõplexa, ſed nobis ſunt difficillima ad cognoſcendum prędicamenta autẽ ſunt principia incomplexa, & nõ complexa. Ad quartũ dicitur, ꝙ licet i hoc libro nõ debeat determinari de aliquibus modis prædicandi quinq; vniuerſalium in ſpeciali, poteſt tamen determinari in generali de aliquib. modis, ad oſtendendum quomodo genus prædicatur de ſuis inferiorib. & accidẽs de prima ſubſtantia. Ad quintum dr̃, ꝙ licet hõ, vt accipitur pro omnibus ſignificatis eius prędicetur ęquiuoce, & qñ accipitur pro vno tm̃ prędicetur vniuoce non tñ eſt ęquiuocũ,

C & vniuocum ſm eandem acceptionẽ eius, ſed ſolum ſcd̃m diuerſas, ideo iſta membra diuiſionis non coincidunt.

Quæ dicantur Æquiuoca.

Aequiuoca dñr, quorum tamẽ ſolum eſt cõmune, & ſcd̃m illud nomẽ ratio ſubſtãtiæ eſt diuerſa, vt cũ animal ſignificat animal vivuum, vel verũ, & pictũ, & nomen ſolũ cõe eſt eis, & ſecũdũ nomen rõ ſubſtãtię eſt diuerſa. Dicimus .n. de Leone picto in pariete, ecce terribile animal, & de Leone viuo idẽ dicimus, & de ſtatuis regũ dicimus iſti sũt tales reges, & de his, qui adhuc regnant dicimus, iſti ſunt reges, ſumendo æquiuocè nomen regis.

Poſtq̃ Auctor pręmiſit diuiſionẽ dicibilium per vniuoca ęquiuoca, & denominatiua, hic cõſequẽter ponit definitionẽ horũ mẽbrorũ, & primo ponit definitionẽ ęquiuocorũ. Cuius rõ eſt quia illa valet ad cognoſcendũ reductionẽ prædicamẽtorum ad vnũ cõe, ꝙ eſt ens, quod dr̃ ęquiuoce de ipſis, et definitio vniuocorum valet ad cognoſcendum reductionẽ oĩum dicibilium eiuſdem generi ad ipſum genus gñaliſſimum, & definitio denominatiuorũ valeat ad reducendũ oĩa prędicamẽta accidentium ad ſubſtãtiã, de qua pdicantur denominatiuę, & quia reductio prædicamẽtorum ad eñ eſt prior alijs, ideo definitio ęquiuocorũ conuenienter precedit alias, & quia ẽt reductio dicibilium ad ſuum genus pcedit reductionem accidentiũ ad ſubſtãtiã,

D ideo definitio vniuocorum pcedit definitionem denominatiuorũ. ſic ergo ponitur definitio ęquiuocorũ. Equiuoca dñr quorũ ſolũ nomẽ eſt cõe, & rõ ſubſtãtię ſecũdũ illud nomẽ eſt diuerſa. In qua definitione ponit dñr .ſ. ſunt dicibilia ad explicandum genus definiti, ꝙ eſt dicibile, & nõ ponitur ſunt, quia hic nõ conſiderãtur inquantum ſunt entia, ſed inquãtũ ſunt dicibilia, & totũ reſiduũ ponit ad drĩam vniuocorũ, & denominatiuorũ, qa vniuoca non

F habẽt ſolũ nomen cõe, ſed cum hoc habent rõnem, & denominatiua non pręducantur ſecundum diuerſas rõnes.

Primo ſciẽdũ, ꝙ duplicia ſunt ęquiuoca .ſ. ęquiuoca ęquiuocantia, & ęquiuoca ęquiuocata. Aequiuocum æquiuocãs eſt nomẽ cõe, diuerſis rõnib. plura ſignificans, ſicut hoc nomen aĩal, diuerſis rationib. ſignificat animal viuum, & aĩal pictum. ſed æquiuoca ęquiuocata dñr res diuerſę diuerſis rõnib p vnum nomen ſignificatę, ſicut aĩal viuũ, & aĩal pictum sũt diuerſę res diuerſis ronib. ſignificatę per hoc nomen aĩal. Hęc autem definitio, ſolum dat de equiuocis ęquiuocatis & nõ ęquiuocãtib. q. ęquiuoca ęquiuocata ſolum habent nomẽ commune, tamẽ per hãc definitionem Aequiuocum duplex ęquiuocans, & ęquiuocatũ.

A poteſt haberi definitio, æquiuoci æquiuocamus, quia ſicut æquiuoca æquiuocata habent vnum nomen commune, & diuerſas rationes, i. æquiuocū æquiuocans eſt nomen commune diuerſis rationibus plura ſignificatus, & quia æquiuoca æquiuocata ſemper ſunt plures res ſignificatæ per vnum nomē cōe ideo ad deſignandum iſtam pluralitatem hic definiuntur æquiuoca in plura i numero.

Aequiuocum a caſu, et a conſilio, ſeu analogū

Sc͂dò ſciendum, quod adhuc duplex eſt æquiuocum æquiuocās, & ſimiliter æquiuocum æquiuocatum. ſ. æquiuocū a caſu, & a conſilio, quod dicitur analogum. vnde æquiuocum a caſu eſt, quod æque primo plura ſignificant, & dr̃ a caſu, quia imponens ipſum ad ſignificandū in ſecunda impoſitione ei⁹ non habuit reſpectum ad ſuam primā B ſignificationē, ſed a caſu accidit, quod tale nomen prius habuit aliud ſignificatū, ſicut equus, ſi dicatur idē eſt, qđ æqualis, vel idem eſt quod animal, & imponens ipſum ad vnum ſignificatū non habuit reſpū ad aliud, & per hoc pñt definiri æquiuoca æquiuocata a caſu. Sed æquiuocum a conſilio eſt vnū nomen per prius, & poſterius plura ſignificans, & dicūtur a conſilio, quia ſicut in iudicio vnus imitatur iudicium alterius, ſic ēt tali nomini attribuitur vna ſignificatio per reſpū ad aliā, ſicut aīal ſignificat aīal viuū, & ex cōſequēti per ſimilitudinē ſignificat aīal pictū C vñ æquiuoca æquocata a conſilio ſunt res diuerſæ ſm prius, & poſteri⁹ ſignificatę p vnū nomē, & de vtriuſq; ſ. caſu & a cōſilio datˀ hęc dͥfinitio ęquocorū.

Nomen cōmune duplex.

Tertio ſciendū, ꝙ nomē dr̃ cōe dupliciter, vno mō ſecūdū vocē, quæ cōis eſt ad multa ſignificata, ſicut Socr. dr̃ nomen cōe ad iſtum Socratē, & ad illum. alio mō dr̃ cōe ſecūdū ſignũ ei⁹, qđ eſt cōe ad plura ſuppoſita, ſicut ſignũ eius, ꝙ eſt cōe ad plura ſuppoſita ſicut ſignũ hoīs ſ. humanitas, quæ eſt cōis ad oīa indiuidua eius. hic aũt ſumit nomen cōe primo mō pro illo, ꝙ eſt cōe ſecūdū vocē per reſpectum ad plura ſignat, & non ſecundo mō, quia D ſi ſic caperetur, tunc nullus terminus ſingularis diceretur æquiuoce de multis non ſit nomen cōe cōitate ſui ſignati. vnde æquiuoca æquiuocata, ex quo diuerſæ res diuerſa ſunt ſignata eiuſdem vocis, iō habent nomē cōe primo mō.

Quarto ſciendū quod ratio ſubſtantiæ dupliciter accipitur, vno mō ſpāliter pro definitione quidditatiua veræ ſubſtantiæ; quæ eſt per ſe, & illo mō non accipitur hic, quia ſic in accidentibus non eſſent aliqua æquiuoca, cū nō hēant hoc mō rōnem ſubſtantiæ. Alio modo capitur gñeraliter pro quacūq; definitione quidditatiua ſubſtantiali, et E accidentali, quæ aliquo modo explicat eſſentiā rei, capiendo ſubſtantiam pro eſſentia, & hoc modo æquiuocorū rō ſubſtantiæ eſt diuerſa. Cuius rō eſt, qa quæcunque habent diuerſas formas, quibus ſignificantur per vnum nomē & eſt ſub diuerſis conceptionibus habent diuerſas definitiones ſecūdū tale nomē, ſed æquiuoca æquiuocata ſunt diuerſæ res ſecūdū diuerſas formas, & diuerſos cōceptus, quib. ſignificātur p vnū nomen cōe, & non ſignificāt per vnum cōceptū cōem; & ideo ſecundū nomen ipſorum rō ſubſtantię generaliter ſumpta eſt diuerſa. Et per hoc patet intellect⁹ definitionis ęquiuocorū.

Argũ. Circa prædicta arguitur primo. Canis eſt quoddā æquiuocorū ad canem latrabilē, piſcē marinū, ſydus cęleſte, et F tñ non hēt vnum cōe nomen, cum ipſum ſit vnum nomē, ergo male dr̃ pro æquiuoca habent vnum nomen cōe.

Secundo ſic. In verbis reperiuntur æquiuoca, & tamē ibi non eſt nomen commune, igitur definitio mala. Tertiò ſic. Aequiuoca a conſilio habent vnam rationem cōem vnitatem proportionis, & analogiæ, & tamen ſunt ęquiuoca, ergo male dr̃, quod æquiuoca habēt ſolum nomē cōe conſequentia tenet, quia iſtis æquiuocis, vltra nomen commune, eſt ratio communis.

Quartò ſic. Canis latrabilis, marin⁹ piſcis, ſūt ęquiuoca ęquiuocata, & tamen

A men non habet ſolum nomen cõe, ſed conueniunt in rõne ſubſtantiali corporis animati, & habent vnam rationem communem. ergo male dr̃, ꝙ æquiuoca habent ſolum nomen commune, & rationem ſubſtantiæ diuerſam.

Quinto ſic.

Vnius rei eſt tm̃ vna forma, ſed ſignificatio eſt forma nois, & ſic vnius nois eſt tm̃ vna ſignificatio. ergo, & vnũ ſignificatũ, & per cõſequẽs, ſi ęquiuoca hñt vnũ nomẽ cõe, hñt vnam rationem, quæ ſignificatur per tale nomen.

Solutio Ad argumẽta. Ad primum dicitur, quod licet hoc nomen canis ſit æquiuocum æquiuocans, nõ tñ eſt ęquiuocatum, & de æquiuocis æquiuocatis datur tm̃ præſens definitio. Ad ſecundum dicitur, ꝙ ſi nomen capiatur ſpecialiter pro voce, quæ ſignificat p modum permanẽtis, ſiue habitus, & quietis,
B & vt eſt pars orationis diſtincta cõtra verbum. ſic in verbis non reperit nomẽ, ſed ſi capiat generaliter, put eſt nota mentis, id eſt ſignum illius, ꝙ in mente concipitur, ſic verbũ bñ dr̃ nomẽ, & hoc modo capit in definitione. Ad tertium dicitur, ꝙ licet ęquiuoca a conſilio habeant rationem communẽ ſecundum modum, non tamen ſcd̃m rem, quia vnitas analoga nõ eſt vnitas
C ſecundum rem ſed tm̃ ſcd̃m modũ, & ad cõmunitatẽ requirit vnitas rei. vñ illa, quæ habent talem vnitatem proportionis ſunt ſcd̃m rem diuerſa, licet habeant quẽdã modum vnitatis. Ad quartum, dicit, ꝙ licet canis latrabilis & canis marinus habeat vnam cõmunem rõnem, vt conueniunt in corpore animato, non tamen vt conueniunt in nomine canis. ideo rationes eorũ ſumptæ ſcd̃m illud nomen ſunt diuerſæ. Ad quintum dicit, ꝙ licet ſignificatio ſit forma accidentalis nominis, nõ eſt tamẽ forma eſſentialis. ideo vnius nominis poſſunt eſſe plures ſignificationes, ſicut eiuſdẽ rei plures formæ accidentales, ſed ſua forma eſſentialis eſt dearticulatio, ſiue modus proferendi, & ipſa vox eſt materia eius.

De vniuocis. D

Vniuoca dicunt quorũ nomen eſt cõe, ſecũdũ illud nomen ratio ſubſtãtię eſt eadem. vt hoc nomẽ animal, eſt cõe homini, & boui, & ſimiliter ratio ſubſtãtiæ ſecundũ illud nomen, eſt eadem. dicimus em̃, hõ eſt animal, bos eſt animal, & hõ eſt ſubſtãtia animata ſenſibilis, & bos eſt ſubſtantia aĩata ſẽſibilis, & ſic nomen eſt cõe eis, & ratio eorum ſecundum illud nomen eſt eadem. nihil enim aliud eſt homo ſecundum, quod eſt animal, niſi ſubſtantia animata ſenſibilis, ſimiliter, & bos. E

Poſtquã Auctor poſuit definitionẽ ęquiuocorum, hic conſequenter ponit definitionẽ vniuocorũ dicẽs, Vniuoca dicunt quorũ nomen cõe eſt, & ſcd̃m illud nomen, ratio ſubſtantiæ eſt eadẽ. In hac definitione dicunt. i. ſũt dicibilia, ponit loco gñis definiti, qđ eſt dicibile, & non ponitur ſunt, quia hic nõ conſideratur vniuoca ſub ratione entis, ſed in quantum referuntur, ad dici. Illud quod ſequitur, ponitur ad differentiam aliorum vt ſtatim declarabitur. & accipitur hic nomen commune pro voce ſignificatiua, quæ eſt nota mẽtis, & nõ ſpecialiter vt eſt pars orõnis diſtincta a verbo, quia in verbis reperiunt vniuoca, ſicut, & in nominib. F

Vniuocum duplex vniuocans, & vniuocatũ.

Primo ſciendum, ꝙ duplicia ſunt vniuoca: ſ. vniuoca vniuocãtia, & vniuoca vniuocata. Vnde vniuocũ vniuocans eſt nomen ſecundum vnam rõnẽ pluribus attributũ, vt hoc nomen animal ſcd̃m vnã rõnem cõem attribuit hoĩ, et aſino. Et vniuoca vniuocata ſũt res diuerſæ ſecundum vnã rationem communem per idẽ nomen importatæ, vt homo, & aſinus ſecundum vnã rationem communem reperta in hoc nomine aĩal. hic autẽ definiunt vniuoca vniuocata, & nõ vniuocũ vniuocãs, ſicut prius dictũ ẽ de ęquiuocis. & qa vniuoca vniuocata ſũt res plures.

A & diuerſæ contenta ſub eodem nomine, ideo ad notandum illã pluralitaté, hic vniuoca in plurali definiuntur.

Secundo ſciendum eſt, quod vniuoca differunt a multiuocis, & diuerſiuocis quia multiuoca ſunt diuerſę voces vni rei attributæ, q̃ aliter vocant ſynonima, & diuerſiuoca sũt diuerſę voces diuerſis rebus attributę. & de iſtis hic non determinat ſicut de æquiuocis. & vniuocis, quia non valent ad cognoſcendũ reductionẽ pdicamentorũ in aliquod vnũ, nec neceſſario requirũt ad cognitioné eorũ, & in iſtis non repeciť vnũ nomen cõe, ſed ſunt plura noĩa vniuoca vero habent vnũ nomen cõe ſignificans vnum conceptum cõem, in quo B conueniunt. ideo in definitione vniuocorum conuenienter poniť quorũ nomen eſt commune, ad differentiã multiuocorum, & diuerſiuocorum.

Vniuocorũ ab ęquiuocis diſtinctio.

Tertio ſciendum, q vniuoca differunt ab æquiuocis: quia ęquiuocum hét plura ſignificata formalia ideo d ęquiuocum quaſi ęqualiter plura vocans. Et licet ęquiuocum a cõſilio, ex parte rõnis noĩs non æqualiter vocet oĩa ſignificata eius, ſed ſm prius, & poſterius, tñ ex parte vocis, ſecluſa rõne ſe hét æqualiter. ſed vniuocum hét tm̃ vnum ſignificatum formale, & immediatum. ideo dr vniuocum, quaſi vnum vocans, ſicut aĩal immediate ſignificat aĩalitaté, & quia vniuoca vniuocata cõ- C ueniũt in ſignificato formali q eſt forma cõis ſignificata per nomen vniuocum, & illa forma cõis hét vnam rõnem eſſentialem, ideo vniuoca habét eandem rationem ſubſtantię, ſumptã ſm nomen cõe eorum. ideo hæc particula rõ ſubſtantiæ eſt eadé, poniť conuenienter ad differentiã ęquiuocorũ.

Quomodo vniuoca a denominatiuis diſtinguãtur.

Quarto ſciendum, q vniuoca, & denominatiua ſic differunt inter ſe, quia vniuoca vniuocata includunt eſſentialiter ſignificatũ formale noĩs vniuoci in quo conueniunt, ideo rõ propria illius ſignificati cõis eſt rõ cõis, & eſſentialis vniuocatorum, ideo vniuocũ noĩe, & rõne dr de vniuocatis, ſed denominata alicuius denominatiui non inclu- D dunt eſſentiale ſignificatũ formale ipſius denominatiui, ſed accidentaliter tm̃. ideo rõ eſſentialis illius ſignificati nõ eſt ratio denominatiuorum, vt cũ album pdicat de hoĩe, & equo, homo, & equus ſunt denominata albi. album vero denominatiuum. & homo, & equus includũt ſolum accidentaliter formale ſignificatũ albi, quod eſt albedo. ideo rõ illius ſignificati non eſt rõ illorum denominatorum. ideo p hanc particulã, rõ ſubſtantiæ eſt eadé vniuoca differunt a denoĩatiuis. Et p hoc patet, q iſta definitio explicat naturã vniuocorũ, faciẽs ipſa differre ab oĩbus alijs. ideo eſt ſufficiens.

E Sed contra prædicta primo arguiť ſic. Nomen vniuocum hét tm̃ vnum ſignificatũ, ſed vniuoca vniuocata sũt res diuerſæ, & non ſunt unum ſignificatũ noĩs, ergo vniuoca vniuocata nõ importantur p idem nomen commune. *Argumenta.*

Scđo ſic. Homo, & equus ſunt vniuoca vniuocata, & tñ ipſorũ non eſt vna ratio ſubſtantiæ, ſed habent diuerſas definitiones, cum differãt ſpẽ, ergo rõ ſubſtantiæ vniuocorum non eſt eadé. Tertio ſic. Albedo, & nigredo ſunt vniuoca vniuocata, & tñ non habent eadem definitionem ſubſtantiæ cõem cum ſit accidentia, ergo, contra definitioné. Quarto ſic. Aequiuocum dr, qđ eſt æqualiter plura vocans, ſed animal æqualiter vocat hoiem, & aſinum, quia tale ſub ſuo gñe ęqualiter contineť, F ergo male dať exẽplum, q aĩal ſit cõe vniuocum hoi, & aſino. Quinto ſic. Ratio animalis, ſm vnum quãq; ſpẽs aĩalis eſt altera, & altera, vt dicitur Septimo phyſicorum. ergo hic male dicitur, quod homo, & aſinus conueniunt in vna ratione animalis.

Solutio.

Ad argumenta. Ad primum dr, qđ ſi vniuoca conſyderentur quãtum ad id, q ſunt, & ad ſuas rationes pprias, ſic non ſignificãtur p nomen commune vniuocum, ſed ſi conſiderenť, quantum ad naturã cõem, ĩ qua conueniũt ex conſequẽtis importanť per nomen vniuocum tanq̃ ſignificata materialia

eius

A eius, & illa natura cõis eſt ſignificatũ ſuum formale, & immediatum. Ad ſecundum dicit, quod ſi hõ, & aſinus cõſyderentur ſecundum proprias ipſorũ formas, & ſic habẽt diuerſas definitiones proprias. ſed ſi conſyderent vt conueniunt in animali, bene habent vnã definitionem ſubſtantialem cõmunẽ ipſis; quæ ſumitur ſecundum formam communem, in qua conueniunt.

Ad tertium dicit, qđ ſi capiat ſubſtantia proprie pro ente per ſe, ſic albedo, & nigredo non habent rationẽ ſubſtantię. ſed ſi capiatur generaliter ꝑ eſſentia, ſicut accipitur in illa definitione, ſic hñt bñ eandem rationem ſubſtantię cõem. Ad quartum dicit, quod B licet hoc nomen aĩal, ex conſequenti plura ſignificet æqualiter, ſcilicet ſpẽs ſui ſignificati, non tñ primo, & immediate plura vocat æqualiter, ſed tãtum vnũ ꝓpriũ ſignificatũ eius. ĩõ animal non eſt æquiuocum. ſed vniuocum, æquiuocum enim eſt ꝑ parte vocis immediate plura ſignificans. Ad quintũ dr, qđ ſi animal conſyderet ſecundum eſſe quod hẽt in diuerſis ſpeciẽb. eius, contractũ per diuerſas differentias, ſic rõ aĩalis ſecundum vnãquamq; ſpeciem eius bene eſt altera, & altera. ſed ſi conſyderetur ſecundum ſimplicem eius eſſentiam, ſic ſua rõ eſt eadem, & C non diuerſa, quia ſic accipit ſua eſſentia indiſtincta, & non diuiſa per differentias eius, ideo ratio explicans ipſã ſic acceptam non eſt diuerſificata.

De denominatiuis.

DEnominatiua dicunt quęcunque ab aliquo ſolo caſu ſunt differẽtia, & ſecundum illud nomẽ habẽt appellationẽ, vt a Grãmatica Grammaticus, & a fortitudine fortis. Differunt ſolo caſu, id eſt ſola cadẽtia, q̃ eſt ex parte rei, & ſecũdum illud nomẽ habẽt appellationẽ. nomẽ. n. denominatiuum debet cõmunicare cum nomine uniuoco in principio, ſed differre, in fine, ut a Grammatica D Grammaticus.

Poſtq̃ Auctor poſuit definitionẽ vniuocorũ, q̃ docet reductionẽ dicibilium in ſuum genꝰ gñaliſſimum, ꝙ dr de ipſis vniuoce, hic conſequenter ponit definitionẽ denominatiuorũ ꝑ q̃ cognoſcitur reductio accidẽtium ad ſubſtantiã, de qua ꝑdicat denominatiue dicẽs. Denominatiua dicunt, q̃cunq; ab aliquo, ſolo caſu differẽtia ſunt, & ſecundum illud nomẽ hñt appellationẽ. In qua definitione ponitur dñr, loco gñis definiti, vt dictum eſt i ꝑcedentib. Deinde alia pars ponit ad differentiã vniuocorum, & æquiuocorum, quia vniuoca, & æquiuoca non habent appellationem, ideſt nominationem ſecundum illud nomen abſtractum, a quo differunt ſolo caſu, ſicut denominatiua. ſed primo & per ſe importat ſua ſignificata, & non ꝑ cadẽtiã ab aliquo. E

Quid denominatiuũ.

Primo ſciẽdum, ꝙ in denominatione tria requirunt. ſ. denominans, denominatum, & denominatiuũ. Denominãs, eſt forma accidẽtalis, q̃ importat ꝑ nomen abſtractũ. & dr denominãs, quaſi de ſe aliud noĩas, qa de ſe dat cõcreto, ꝙ ꝑdicet & nominet ſubiectũ. Sed denominatiuũ eſt accidẽs cõcretũ, qđ ꝑdicat denominatiue de ſuo ſubiecto, vt album vel nigrum. Et dicitur denominatiuum, quaſi de alio nominatiuum, quia eſt denominatiuum ſubiecti rõne formæ accidentalis, q̃ eſt alia a ſubiecto. Denominatum eſt ſubiectum de quo ꝑdicatur accidens concretum, vt in hac prædicatione denominatiua, Socrãtes eſt albus, albedo ſignificata in hoc noĩe albus. & per illud abſtractum, albedo, eſt forma denominãs, & illud cõcretum album ẽ denominatiuũ Socratis, & Soc. ẽ ſubiectum denominatũ. Et F per hoc patet denominatiuum, & concretum idem ſunt, & denominans, & abſtractum ſimiliter important.

De noĩatiuũ nõ differt a concreto, neq; denominans abſtracto.

Secundo ſciendum, quod ad veram denominationem requiruntur três cõditiones. Prima conditio eſt, ꝙ forma

Ab denominationem.

A denominans ſit alia a ſubiecto, ſic qđ non ſit de eſſentia eius, ſicut genus reſpectu ſpeci, & ꝙ nō fluat ex principijs eſſentialib. eius ſicut ꝓprium, defectu cuius pdicata eſſentialia, & ꝓpria non pdicant denominatiue, hic enim non eſt vera denominatio, hō eſt humanꝰ, vel hō eſt riſibilis. Secunda conditio eſt, ꝙ forma denominans ſignificetur ſecundum cadentiā, & inhærētiā ad ſubiectum, vt fit in noie cōcreto, rōne cuius nulla abſtracta pdicantur denominatiuæ. Tertia conditio eſt, ꝙ denominatiuum, & abſtractum cōueniant in principio dictionis, & differāt in fine, cuius defectu, ſtudioſus non dr̄ denominatiue a virtute, quia ibi non eſt cōuenientia in principio dictionis.

Tres conditiones requirūtur.

B Tertio ſciēdū, ꝙ triplicia ſunt denominatiua, q̄dā ſecundū rē tm̄, & nō ſm vocē in q̄bus, l. forma concreti naturaliter prouenit a forma abſtracti, & tñ nō eſt conueniētia in principio dictionis, & differētia in fine, & ſic ſtudioſꝰ dr̄ denominatiue a uirtute. Alia ſunt denominatiua ſecundū vocē tm̄, & nō ſecundū rē, q̄ hñt conueniētiā in principio, & differētiā i fine nois abſtracti, & concreti, & tñ non importāt alienā naturā a denominato, ſicut hō & humanus. Alia ſunt denominatiua ſecūdum rē, & vocē ſimul & ſunt illa, qui bus conueniunt tres conditiones præ C ſuppoſitę ſimul, ſicut album, & nigrū, q̄ ſunt vera denominatiua, & ſolum de ipſis datur definitio præſens.

Quarto ſciēdum, ꝙ denominatiuū, & denominās, ſiue concretū, & abſtractum conueniunt dupl'r, & differunt dupliciter. Conueniunt primo in re ſignificata, quia ſignificant eandem formā eſſentialiter, ſicut albedo, & albū ſignificant formam albedinis. Dicitur enim in prædicamētis, album autē ſolā in qualitate ſignificat. Secundo conueniunt in principio dictionis, vt albedo, & album, illa conueniētia in principio dictionis ſignificat conuenientiā in re ſignificata. ſed differunt in mō ſignificandi, & in modo eſſendi, q̄a concretum ſignificat formam cum cadentia, & inhærentia ad ſubiectum per reſpectum ad ſubiectum & ideo dr̄ concretum quaſi ſimul cernens formā, & ſubiectum eius, ſicut album ſignificat albedinē inhærētē ſuo ſubō, ſed abſtractum ſignificat formā ſecundū ſe ſine inhærentia, & cadentia ad ſubiectū, & ſignificat eā ſubſtātiue, & p modū p ſe ſtātis, & ide dr̄ abſtractū, quaſi ab alio tractum, q̄a ſcđm modum eius ſignificādi ſignificat formā cum præciſione ſubi, deſignādo ipsā omnino ſine ſuo ſubō, & inde eſt, ꝙ non pōt verificari de ſuo ſubō, ſcđo differunt in finali terminatione vocis, & iſta differentia ſignificat differentiam, quæ eſt in modo ſignificādi. ideo in definitione denominatiuorum conuenienter dicit, ꝙ differunt ab aliquo, ſ. quodlibet a ſuo abſtracto in ſolo caſu, quia ſolum differunt ab ipſis in cadētia, & in mō ſignificandi, & in hoc explicātur duę differētię, denominatiui, et denominātis, et ſubiungitur, ſecundum illud nomē habent appellationē ad explicandum cōuenientiā illorum in principali ſignificato, & in principio dictionis. vñ ordine naturæ, concretum habet appellationem, id eſt denominationē a ſuo abſtracto, quia ab ipſo accipit ſuum ſignificatum, & per hoc patet intellectus definitionis.

In quo differāt ac cōueniant ab concretum.

D

E

Sed contra prędicta primo arguitur ſic. In nulla bona definitione debet poni ſignū vniuerſaliter ſumptum, quia ſic talis definitio non poſſet vere prędicari de definito, ſed in iſta ponitur vīe, vniuerſaliter ſumptum, ſcilicet quęcūque, ergo male ponitur in iſta definitione, quęcunq. Secundo ſic. Album et nigrum ſunt denominatiua, & tñ non differunt ſolo caſu, ſed et in principali ſignificato, ergo in hac definitione male ponitur, ab aliquo ſolo caſu differētia ſunt. Tertio ſic. Denominatiuū, & abſtractum differunt in mō ſignificandi, vt prius dictum eſt, & etiā in gñe, ſicut albedo, & albus, ergo non differunt ſolo caſu, ergo. Quarto ſic. Studioſus

F Argu.

A dios* eſt denominatiuum virtutis, q2 ꝑdicatẽ denominatiue de ſuo ſubiecto, & hoc non hẽt niſi forma virtutis, & tñ non hẽt appellationẽ ſcd̃m nomen virtutis ergo male dr̃, ꝙ ſcd̃m illud nomẽ hẽt appellationem. Q. imo ſic. Abſtractũ denominatur a cõcreto, ſicut a iuſto iuſtitia, ergo abſtractum habet appellationem a concreto, & non e contra, ergo male quod dr̃, denominatiuum ſecundum illud nomẽ abſtracti

Solutio habet appellationem.

Ad argumenta. Ad primum dicit, ꝙ quacunque in hac diffinitione non tenetur vniuerſaliter, ſed infinite, & tantum valet ſicut ille, quæ ideo non ponitur vſe, vniuerſaliter ſumptum.

B Ad ſecundum dicit, ꝙ licet album, & nigrum non differant inter ſe ſolo caſu, tñ reſpectu ſuorum abſtractorum, ſ. albedinis, & nigredinis ſolo caſu differunt & ſic intelligitur in diffinitione, qđ denominatiua ſolo caſu differũt a ſuis abſtractis. Ad tertium dicitur, quod negatio conſequentia, & cã eſt, quia, cum dicitur ſolo caſu non ſolum dicitur de cadentia vocis, ſed etiã de cadentia q̃ eſt in modo ſignificandi concreti & abſtracti, & etiã quantum ad modos eſſendi, qui p iſtos modos ſignãdi importantur.

C Ad quartum dicitur, qđ licet ſtudioſus ſic denominatiuum ſm rẽ, non tñ ſm vocẽ, & tem ſimul & ſolũ de illis denominatiuis datur illa diffinitio. Ad quintum dr̃ quod licet ſcd̃m formationem vocis, q̃ a Grammatico principaliter conſyderatur, abſtractum denomine ur a concreto, tñ ſm ordinem veræ ſignificationis, & denominationis concretũ deriuatur ab abſtracto, eo quod abſtractum importat formã ſecundum ſe, & concretum importat eam per cadentiam ad ſubiectum. modo ipſa ſecundum ſe naturaliter præcedit in herentiam eius ab ſubiectum. ideo in tali ordine concretum capit denominationem & appellationẽ ab abſtracto. & talis ordo denominationis a Logico conſyderatur. ideo dicitur concretum ab abſtracto deriuari.

Abſtractũ formam ſe ſignificat, cõcretũ in alio.

Eorum quæ dicuntur, diuiſio. D

Eorum, quę dicuntur, quędã dicuntur cũ cõplexione, vt homo currit, quędam ſine complexione, vt homo, vel currit.

Poſtq̃ Auctor poſuit in ſpeciali tria ante ꝑdicamenta. ſ. diffinitiones, q̃ valet ad reductione dicibilũ, & conuenientia eorum in aliqd vnũ cõe, hic conſeter ponit duas diuiſiones valentes ad cognoſcẽdum diuiſionem, & diſtantiam eorum, q̃ ponuntur in prædicamento, adinuicem, & ab his, q̃ non ponuntur, & q̃a prius oportet diſtinguere illa, q̃ non ponuntur in ꝑdicamento ab his, q̃ ponuntur in prædicamento, q̃ diſtinguere ea, q̃ ponuntur in ꝑdicamẽto ad inuicẽ, iõ Auctor ponit primo hãc diuiſionẽ, q̃ valet ad cognoſcẽdũ q̃ ponuntur in ꝑdicamẽto, & q̃ non dicens. Eorũ q̃ dicuntur, q̃da dicuntur cum complexionem, ſicut oro, quædã vero ſine cõplexione vt termini incõplexi. Cui* ratio eſt, qa oẽ, qđ dr̃ exprimitur, vel ſignificatur per vocem complexam, ex pluribus vocibus ſignificatiuis, et ſic dr̃ cum complexione, vel exprimitur per vnam ſolam vocem ſignificatiuam, et ſic dicitur ſine complexione.

Primo ſciẽdum, qđ dici tripl̃r accipitur, vno mõ vt tm̃ valet, ſicut deriuari ab alio, vt cum dicitur doct* dicitur a doctrina. i. denuatur. ſcd̃o m do ro vt tm̃ valet, ſicut prædicari, vt in diffinitione prædicabilis cum dicitur, prædicabile eſt quod aptum na um eſt de pluribus dici. i. ꝑdicari tertio modo dicitur, accipitur put tm̃ valet, ſicut exprimi, vel ſignificari per vocẽ ſignificatiuam. et iſto modo ſumitur in propoſito. et p hoc patet quid ſit diuiſum in ac diuiſione ſ. ſ. n. dicibile, quod eſt ſignificabile, et dici poteſt p dictionem q̃ eſt vox ſignificatiua iõ tm̃ valet dicere, Eorũ q̃ dicuntur, ſicut, Dicibiliũ q̃ per vocem ſignificatiuam exprimuntur. E

Scd̃o ſciẽdum, quod complexio dupliciter accipitur, vno mõ generaliter

Dici tria ſignificat.

A ꝑ quacūq; compoſitione duorum ad inuicem, ſiue ſit duarū rerū vel dictio nū, literarū, vt ſillabarū. et iſto mō nō accipit̃ hic. Alio mō accipit̃ ſolū ſpāliter, ꝑ cōpōne pluriū vocū ſignificatiuarum, & iſto mō ſumit̃, in ꝓpō, & iō cōplexio, vt hic ſumit̃, eſt, cōpoſitio ex pluribus vocibus ſignificatiuis. Et dici cum cōplexione, eſt ſignificari, vel exprimi ꝑ vocē compoſitā ex plurib. vocib. ſignificatiuis, & dici ſine cōplexione, eſt exprimi ꝑ vnā ſolum dictionē.

Cōplexio diſtans, & non diſtans.

Tertio ſciēdum, ꝙ duplex eſt complexio. Quędā eſt cōplexio diſtans in qua extrema copulātur per copulam verbale, ſicut in qualibet oratione perfecta. Et dicitur complexio diſtās, qa B extrema illius compoſitionis accipiuntur ab anima diſtincte, & tāquā entia diſtincta concipiunt̃, & poſtea vniuntur ad inuicem, & hoc ſignificatur ꝑ copulā verbalē, q̄ eſt nota cōpōnis factę i. intellectu. Vel ēt di diſtās, iō ꝙ inter extrema eius media copula verbalis. Alia ē cōplexio indiſtās cui' extrema nō copulātur ꝑ copulā verbalē, & ſe habent ſicut determinatio, & ſuum determinabile, ſicut ſit in orōne imperfecta, vt dicēdo homo alb. Et dicitur indiſtās, qa extrema talis compoſitionis deſignantur confuſæ, & apprehenduntur ab aīa, vt vnum ab alio, & iō inter ipſa nō mediat copula verbalis.

C Cōplexa quot, & q̄ reponant̃ in prędicamento.

Quarto ſciendum, ꝙ illa, q̄ dr̄ cum complexione, dupl̄r pn̄t conſyderari, vno mō in quantum hn̄t complexionē, ex plurib. vocibus. & importāt conceptū complexum, & iſto modo complexa non ponuntur in ꝑdicamēto niſi per ſuas partes. & ſi illę partes ſint de diuerſis ꝑdicamentis, vt hic, homo eſt albus, tale dicibile ſm̄ ſuas partes reponitur in diuerſis ꝑdicamentis, & ſi illæ partes ſint de eodē ꝑdicamento, vt aīal rōnale, tale dicibile ponitur in eodē prędicamēto tn̄ ſm̄ ſuas partes, qa tn̄ non per ſe eſt vnum, dicibile, ſed plura, ideo ſimpl̄r loquendo dr̄, ꝙ tale dicibile complexum non eſt reponibile in prędicamēto. Alio modo pōt conſyderari illud, ꝙ dicitur cum complexione i. dicibile complexū, in quātum ſumitur ad circumloquendum vnum D incomplexum, & illo modo bn̄ ponitur in prædicamento loco illius incōplexi, ꝙ circumloquitur, vt quando definitio ponitur loco definiti ad circūloquēdum ipsū definitum. ſed, ſi capiatur definitio in quātum includit gen', & differentiā, hoc modo non ponitur in prædicamento ꝑ modum vnius, ſed ꝑ modum plurium ſm̄ ſuas partes. ſ. per modum gn̄is, & differētię, & ſic dicibilia complexa. vt cōplexa ſunt non ponuntur in prędicamēto, incomplexa vero ponuntur, & per hanc diuiſio B nē cognoſcimus quo differunt dicibilia complexa. & incomplexa. ideo hęc diuiſio valet ad cognoſcendum differētiam eorum, q̄ ponuntur in prædicamento ab ijs, quæ non ponuntur.

De hoc vide Bur. & alios in anteprędica.

Argu.

Sed cōtra prædicta arguitur primo, ſic Oē dicibile eſt prædicabile, cum idē ſit dici, & prędicari, ſed oē prędicabile eſt in complexū, ergo & oē dicibile ergo nulla dicuntur cū complexione. Secundo. ſic. Vnūquodq; hēt dici, & ſignificari eo modo quo hn̄t eſſe, ſed oē ens hēt eſſe incomplexum, & eſſe. vnum ergo oē dicibile eſt incōplexum. Tertio ſic. Canis eſt unum dicibile, & tn̄ non eſt incomplexum, cum includat plura ſignificata, nec comple- E xū, cum non heat plures voces, ergo male dr̄, ꝙ dicibiliū qdā dn̄r cū cōplexione, & qdā ſine. Quarto ſic. Hui' diuiſionis mēbra non ſūt oppoſita quia cōplexū & incōplexū i eodē incidunt, ergo diuiſio eſt mala. Quinto ſic. Oē cōpoſitū ex uoce, & mō ꝓferēdi ē cōplexum, ſed omne dicibile habet vocem & modum proferendi, ergo nullum habet ſine complexione.

Solu.

Ad argumēta. Ad primum dr̄ quod ſi capiatur dicibile, vt eſt aptū natum prædicari. ſic oē dicibile eſt prædicabile; ſed, ſi capiatur vt ē aptū natum exprimi, & ſignificari per dictionē, vt in ꝓpoſito ſumitur, ſic nō oē dicibile eſt prædicabile. Ad ſecundū dicitur, quod

licet.

A licet oẽ ens ſcđm ſe ſit vnũ incomplexum, tñ i ordine ad aliud, cũ quo ẽ cõplexum, vel cum quo eſt componibile aliqđ ens, põt dici complexũ licet hoc ſibi conueniat formał̃r per reſpũm ad intellectum componẽtem, & diuiden

Solutio tẽ, q̃ facit actualiter tm̃ complexionẽ, q̃ prius eſt in reb. ẛm aptitudinẽ. Ad tertium dr̃, qđ licet canis ex parte vocis, & materiał̃r ſit vnum dicibile. & tñ formaliter ex parte ſignificatorum non eſt unum dicibile, ſed plura. nõ tñ debet dici dicibile complexum, qa illa ſignificata non hñt inter ſe aliq̃ vnionem, vel compoſitionem. nec ſe hñt vt determinatio, & determinabile. iõ illo modo non põt dici complexum, vel incomplexum, qa hic diuiditur dicibile, qđ aliquo modo hẽt rõnẽ vnius

B dicibilis. Ad quartum dr̃ qđ licet complexum, & ĩcomplexum materialiter coincidunt in eodem, eo quod incomplexum materialiter eſt pars cõplexi, tñ formaliter opponũtur q̃tum ad formas complexi, & incomplexi, & ſicut dictũ eſt circa diuiſionẽ vocis, per cõplexam, & incomplexam, ĩ qua multa ponuntur, q̃ ad intellectum huius diuiſionis præſupponuntur. Ad quintum dicitur, quod licet compoſitum ex uoce, & modo proferendi hẽat complexionem generaliter acceptam, non tñ hẽt complexionem proprie dictam, q̃

C eſt pluribus vocibus ſignificatiuis de. qua eſt hic ſolum ad propoſitum.

Eorum quæ ſunt diuiſio iuxta octo modos eſſendi in.

Sed antequã alterũ mẽbrũ huius diuiſionis ſubdiuidatur, & diſtinguẽdi ſunt modi eſſendi, quia neceſſarij ſũt ad ſequentẽ diuiſionẽ cognoſcẽdã, & ad ea, q̃ poſtea dicẽtur. Primus igit̃ modus eſſendi in, eſt, qñ dr̃ aliquid in alio eſſe, ſicut pars integralis ĩ ſuo toto, vt digitus in manu, paries in domo, & ſimilia. Secundus modus eſſendi in, eſt ſicut to um integrale ĩ ſuis partib. ſimul ſũptis, vt do

D mus in pariete, tecto, & fũdamẽto. Tertius modus eſſendi in, eſt, ſicut ſpẽs in gñe, vt hõ, vel bo s in aĩali, & vnumquodq; inferius in ſuo ſuperiori. Quartus modus eſſendi in, eſt, ſicut genus in ſpecie, vt animal in homine vel boue, & ſimiliter qđlibet ſuperi⁹ in ſuo inferiori. Quint⁹ modus eſſendi in, eſt, ſicut forma in materia. & iſte quintus modus ſubdiuidit̃, quia eſt quędam forma ſubſtãtialis, vt animal eſt forma ſubſtantialis hominis, q̃dã eſt forma accidẽtalis, vt albedo hominis, & prima harum dicit̃ ꝓprię eſſe in, ſicut forma in materia, vt aĩa in corpore,

E alia aũt dicit̃ eſſe in, ſicut accidẽs in ſubõ, vt albedo in parietẽ. Sextus modus eſſendi in, eſt, ſicut aliquid in ſua cã efficiente, vt regnũ in regente. Septimus modus eſſendi, eſt, ſicut aliquid eſt in ſuo fine, vt virtus in beatitudine. Octauus modus eſsẽdi in, eſt, ſicut aliquid in ſuo continente, vt vinũ in uaſe locatũ in loco. Hos aũt octo modos eſſendi diſtinguit Ariſtoteles I 4. Phyſ. Boethus autẽ aſſignat̃ nouẽ, quia ſubdiuidit quantum quẽadmodum dictũ eſt. Vnde verſus.

In ſunt pars totum ſpecies genus & calor igni. F

Rex in regno, res in fine, locoque locatum.

Carmina modorum eſſendi in.

Poſtquã Auctor poſuit primã diuiſionẽ ante prædicamentalẽ, hic conſequenter vult ponere ſecundã. ſed, quia illa diuiſio non poteſt perfecte cognoſci, niſi cognoſcuntur modi eſsẽdi in, ideo, priuſq̃ Auctor ponat illã diuiſionem diuidit eſſe in alio per octo modos, quæ in his uerſibus continentur,

In ſunt pars, totum, ſpecies, genus, & calor igni.

Rex ĩ regno, res ĩ fine, locoq; locatũ.

Quo-

A Sufficientia modorum eſſendi in.

Quorũ ſic hr̃ ſufficientia, quia oẽ ꝗ in aliquo, vel conuenit realr̃ cũ eo in quo eſt, vel ab eo differt realiter. ſi conuenit cum eo realr̃ i quo eſt dupl'r. vel eſt in eo ꝑ modũ partis, vel ꝑ modum totius, ſi ꝑ modũ partis, hoc ẽ dupl'r, vel ꝑ modum partis integralis, & ſic eſt primus modus, vel ꝑ modum partis ſubiectiue, & ſic eſt terti⁹ modus. Si ꝑ modum totius, hoc eſt dupl'r vel per modum totius integralis, & ſic eſt ſecundus modus, vel per modum totius vlis, & ſic eſt quart⁹ modus. Si differt ab eo in quo eſt realr̃, hoc eſt dupl'r. vel eſt i eo actualiter, vel virtualiter tm̃. ſi actualiter hoc eſt dupl'r, vel id, ꝙ eſt in alio dat eſſe cui ineſt, & facit vnum eſſe cũ eo. & ſic eſt quintus modus quo, ſ. forma eſt in materia, vel ab eo i quo eſt ſuſcipit eſſe, & diſtinguit in eſſe ab ipſo, & ſic eſt octauus modus, quo locatum eſt in loco. Si ſit in alio virtualiter tm̃ hoc eſt dupliciter. vel eſt i alio quantum ad virtutẽ productiuã, quo ꝓducitur in eſſe, & ſic eſt ſextus mod⁹ quo effectus eſt in cã efficiente, vel eſt in eo ſolum virtualr̃ et quãtum ad bonitatẽ, & ſic eſt ſeptimus modus quo effectus habet eſſe in ſuo fine, & non eſt hæc diuiſio ante prædicamentum, qa non immediate ordinatur ad cognitionẽ ante ꝓdicamentorum, ſed ad cognitionẽ vnius diuiſionis ante prædicamentalis, licet ex conſequenti valeat ad cognitionem prædicamentorum.

B

C De diſtinctione toti⁹ a ſuis partib.

Primo ſciendum eſt, ꝙ partis diuerſimode ſunt in toto integrali, & totũ integrale in ſuis partib. qa partes ſunt i toto ꝑ modum materiæ, & cõponũt ipſum totũ materialr̃, & actualr̃ vniũtur, & cõtinentur ad inuicẽ ꝑ formam totius ſub qua vniuntur. Sed totum integrale eſt in ſuis partibus ꝑ modũ formæ, cum ſit vniens actualiter, & cõtinẽs ſuas partes ad inuicẽ, vnde cum totum hẽat rõnẽ actus, reſpũ ſuarum partium, & ex ipſis cõponatr̃, & actus eſt in eo cuius actus, eſt iõ totum conuenienter dr̃ eſſe in ſuis partib. & nõ differt realr̃ ab ipſis coniũctim exceptis, ſed rõne tm̃, licet diſtinguatr̃ realr̃ a ſuis ꝑ ſe diuiſim acceptis, ſicut corpus differt manu eius, eo ꝙ includit alias partes, quæ realiter a manu diſtinguũtur, & ſimiliter a quacunque alia parte diuiſim accepta. D

Secundo ſciẽdũ ꝙ diuerſimode ſpecies eſt in gñe, & genus in ſpecie, quia ſpecies eſt in gñe poteſtate tm̃, & non actu, & continetur ſub eo ſcd̃m totã entitatem eius, & ſimiliter intelligendum eſt de qualibet alia parte ſubiectiua reſpectu ſui totius. Sed genus eſt i ſpecie actu, & intellectu. qa ſpẽs nõ põt intelligi non intelligẽdo genus. & ẽ eſt in ſpẽ ſcd̃m eſſentiã & ſm partẽ ſuæ poteſtatis, & non ſm totã communitatem eius, & ꝑ hoc habetur differentia tertij modi, & quarti, & licet genus, ſpẽs ſint idẽ realiter, quantum ad eſſentia, non tñ ꝓpter hoc ſequitur, ꝙ idẽ eodẽ modo ſit in ſeipſo eõ, ꝙ genus, & ſpẽs diſtinguunt ſm diuerſos modos eſſendi. quare nõ eſt incõueniẽs, ꝙ ſub illis diuerſis modis vnũ ſit alteri, et ecõtra. E

Distinctio ſubſtantialis formæ ab accidentali.

Tertio ſciendum circa quintum modũ, ꝙ forma ſubſtãtialis, & forma accidentalis multipliciter inter ſe differũt & differenter ſũt in aliquo. Primo mõ quia forma ſubſtantialis dat eſſe ſimpliciter materiæ, in qua ſuſcipitur, qa dat ſibi eſſe ſubſtantiale. ꝙ eſt eſſe ſimpliciter, ſed forma accidẽtalis dat eſſe ſm quid ſubiecto ſuo, quia ſolum dat ſibi eſſe accidentale in gñe cauſæ formalis. & ſuſcipit eſſe a ſuo ſubiecto in triplici genere cauſæ, ſ. cauſe efficiẽtis, materialis, et finalis. Secundo differũt, quia forma ſubſtantialis nunquã præſupponit eſſe in actu, & cõplementum ſui ſubiecti, ſed in potentia tm̃. Sed forma accidentalis præſupponit eſſe completum in actu ſui ſubiecti. Tertio differunt, quia diſtructa forma ſubſtantiali diſtruitur in illud in quo eſt non aũt deſtructa forma accidentali. & ꝓpter has cauſas quintus modus ſubdiuiditur a Boetho in duos modos. F

Quarto ſciẽdum, ꝙ aliquid eſt differenter in ſua cã efficiẽte, & in ſua cauſa

A ſa finali, quia res eſt in ſuo efficiente ꝑ hoc, ꝙ ipſū efficiēs hēt virtutem ꝓductiuā, qua pt̄ ꝓducere effectū. ſicut domificator hēt virtutē ꝓductiuam qua pōt ꝓducere domum, & i efficiēte per natura nō eſt cognitio effectus. Sed in agente ſm ꝓpoſitum, effectus eſt i ſua cā q̄tum ad ſimilitudinē eius, ꝑ q̄ cognoſcit, ſicut domus eſt in mente. Artificis ſcd̄m ſuā ſimilitudinē, qua cognoſcit domus, & ad cuius imaginem ipſa ꝓducit. Sed res eſt in ſuo fine accidentaliter tm̄. ſ quantum ad bonitatē eius, qa tota bonitas rei ordinate ad finē prouenit ex bonitate finis, & ſic ſua
B bonitas cōtinet in ſuo fine, ſicut bonitas ſecuris continetur in ſecatione, & bonitas equi in equitatione. & ꝑ hoc aliqualiter habetur intellectus octo modorum eſſendi in.

Argu. Sed contra ꝑdicta arguitur, primo ſic. Oē contentum exceditur ab eo, in quo continet, ſed totum integrale nō excedit a ſuis partib⁹, ſed ipſas oēs cōtinet, ergo non continet in ſuis partib. & per cōſequēs non eſt in ipſis. Secundo ſic. Vnum oppoſitorum non pōt eſſe in alio, ſed materia, et forma sūt oppoſita, cum materia ſit potētia, forma vero actus, ergo forma non eſt in materia, contra quintum modum. Tertio ſic. Effectus eſſentialiter, & realiter di-
C ſtinguitur a ſuo effeciente, & fine, cum illæ duæ ſint cauſæ extrinſecæ effect⁹. ergo res non eſt in efficiēte, nec in ſuo fine. Quarto ſic. Locus & locatum diſtinguunt eſſentialr, & realr, qa locus eſt in locāte, & nō in locato: ergo locatum non hēt eſſe in loco, ſed eſt extra ipſum. Quinto ſic. Sicut aliqd eſt in loco, ſimiliter aliqd eſt in tpe, & tñ modus eſſendi in tēpore inter iſtos modos non enumeratur, ergo non ſufficienter ponuntur modi eſſendi in.

Solutio Ad argumenta. Ad primum dicit, quod licet totū integrale ſm ſuppoſita, & eſſe actuale nō excedat a ſuis partibus, tñ excedit quantum ad eſſe potentiale, & ſecundum rōnem, eo quod eſſe potentiale ſibi conuenit a ſuis partibus, in quibus primo reperit. Ad ſecundum dicitur, quod licet forma & materia, quantum ad ſuos modos opponant. ſ quantum ad modum actus, & modum potētiæ, non tñ ſecundum eſſe ſuum per quod quidem eſſe conſiſtunt, materia & forma in cōpoſitio. iō forma bene eſt in materia, cui dat eſſe. D
Ad tertium dr̄, quod licet effectus nō ſit actualiter, et eſſentialiter in ſua cā efficiente vel finali, tñ bene eſt in aptitudine in ipſis, et virtualiter, vt prius viſum eſt. Ad quartum dr̄, qđ licet locatum non ſit in loco per inhærentiā, ſic quod loco inhæreat, tñ eſt in eo per continentiā, quia a loco continetur, et circundat. Ad quintum dicitur, quod licet eſſe in tēpore non numeretur hic E
diſtincte, et formaliter, tñ æquiualenter enumerat, qa continetur ſub octauo modo, ſcilicet ſub eſſe in loco, quia eſſe in loco, et in tempore eſt eſſe in alio vt in menſura extrinſeca rei.

Diuiſio entium penes dici, & eſſe in ſubiecto.

Eorū aūt q̄ ſunt, q̄dā dicuntur de ſubiecto, in ſubiecto vero nullo sūt, vt gña. & ſpēs ſubſtātiæ, & differētię earū q̄ oīa dicūt ſubſtā- F
tiæ vnīēs extēſo noīe ſubſtātię, vt hō animal rōnale. Dici de ſubiecto, vt hic ſumit, eſt ſuperius dici de inferiori, ut animal dr̄ de homine, & hō de Socrate, & color de albedine. Eſſe autē in ſubiecto eſt vt hic ſumit ſcd̄m, qđ accidēs eſt in ſubiecto. Alia vero neq; dicunt de ſubiecto, neque ſunt in ſubiecto, vt indiuidua ſubſtantiæ, alia vero dicuntur de ſubiecto, & sūt in ſubiecto, vt gña & ſpēs aliorum nouē prædicamentorum, q̄ dicuntur de ſuis inferioribus & ſunt in ſubiecto, vt accidēs in ſubiecto, vt color dr̄ de albedine vt de inferiori, & ē in corpore vt in ſubiecto. Alia vero i ſubiecto sūt


de ſubie-

A de ſubiecto autẽ nullo dñr, vt hęc ſciẽtia eſt in anima, ſicut accidẽs in ſubiecto, & nõ dicit' de aliquo iſeriori, vt iſte color ẽ i ſubiecto, vt i corpore, & nõ dicit' de ſubiecto, oĩs em̃ color in corpore eſt.

Poſtq̃ Auctor præmiſit diuiſionem modorum eſſendi in quæ, valet ad cognoſcendum ſecundã diuiſionẽ ante pdicamentalẽ; hic conſequẽter ponit ſecundã diuiſionẽ ante pdicamẽtalẽ dicẽs, q Entiũ dicibiliũ aliqua non ſunt in ſubo, & dñr de ſubiecto, & alia nec ſunt in ſubiecto, nec de ſubo dñr, alia in ſubiecto ſunt, & de ſubiecto dicuntur, & alia in ſubiecto ſunt, et de nullo ſubiecto dicuntur. Cuius diuiſionis ſic D
poteſt haberi ſufficientia, qa oẽ ens dicibile eſt ſubſtãtia, vel accidẽs; ſi ſubſtãtia, hoc eſt dupl'r, vel ſuba vnl'is, & ſic eſt primũ mẽbrũ, vel ſuba particularis, & ſic eſt ſm. Si accidens, hoc eſt dupliciter; vel accidens vl'e, & ſic eſt tertium membrum, vel accidens particulare, & ſic eſt quartum membrũ. Et in hac diuiſione ſubdiuiditur ſm mẽbrum primæ diuiſionis ante pdicamẽtalis. ſ. dicibile in cõplexũ, non tñ diuidit hic dicibile in complexum in tota cõmunitate eius, ſed ſolum dicibile q eſt ens reale ideo ponit Ariſto. in textũ pdicamentorũ in hac diuiſione, eorum E
q ſunt, & non eorum q dicuntur.

Hanc figuram, quæ ex Boethio ſumpta eſt conſpicientibus, præſens incomplexorum diuiſio manifeſta fiet.

B



F

Primo ſciẽdum, qd' dici de ſubo, & eſſe in ſubo ſic differunt iter ſe, q dici de ſubo, vt hic ſumit' eſt ſuperius dici
C de iſeriori. vñ ſuperius, eo q dr totũ eẽ ſui inferioris, pdicat' de ſuo iſeriori, & ſic capit' hic ſubiectũ, non p ſubo accidẽtis, ſed pro inferiori ſubiicibili alicuius ſuperioris. Sed eſſe in ſubiecto eſt eẽ in alio vt accidens, in ſubiecto, tanquã forma ſibi in hęrens, & aduenies ei poſt eẽ completum. Ad hoc. n. quod ſit accidens reqrit' ipſũ hr̃e ens completum añ ſe, ad qd' cadit, aut inhæret. & ſic capit' hic ſubiectum p ſubo accidentis, quod eſt indiuiduum de gñe ſubiectæ, & per hoc patet quo diuerſimode capit' ſubiectum dicendo, quod aliquid dñr de ſubiecto, & dicendo, q aliqua ſunt in ſubiecto, quia. ſ. in primo modo capitur pro inferiori, in ſecundo vero pro ente completo, & perfecto, quod eſt ſubiectum accidentis.

A Secundo ſciendum, ꝙ in primo membro huius diuiſiones dicitur, ꝙ aliqua dnr de ſubiecto, & non ſunt in ſubiecto, per quod intelliguntur ſubſtantiæ vniuerſales, illæ enim licet ꝙ ſint ſubſtantiæ, & quod ſint vniuerſales, inquantum ſunt ſubſtantiæ, non ſunt in ſubo. quia proprium eſt ſubſtantiæ in ſubo nõ eſſe eo qđ eſt ens per ſe. & non in alio. ſed inquantum ſunt vniuerſales, dñr de ſubiecto, quia habet inferiora ſub ipſis. Sed in ſecundo membro dr, quod quędam non dicunt de ſubiecto, nec ſunt in ſubiecto, & per hoc intelligunt ſubſtantiæ particulares. Illæ en. inquantũ ſubſtantiæ, non ſunt in ſubiecto, inquãtum vero particulares ſunt non dñr de ſubiecto, quia non habent aliqua inferiora ſub ipſis. & per iſtos duos modos habetur differentiæ inter ſubſtantias vniuerſales, & particulares.

Subiectæ particulares & vlis differentia.

Tertio ſciẽdum, quod in tertio mẽbro dicit. Alia ſunt in ſubiecto, & dñr de ſubiecto per quod intelligũtur accidẽtia vniuerſalia Illa n. inquantum accidentia ſunt in ſubiecto ſunt, quia oẽ accidens habet eſſe in ſubiecto. vñ proprium eſſe accidentis eſt inhærẽtia ad ſubiectum, ſed inquãtum vniuerſa'ia ſunt, dñr de ſubiecto .ſ. de ſuis inferioribus. & cum dicitur in quarto membro, alia ſunt in ſubo, & de ſubiecto nullo dñr, per hoc intelliguntur, accidentia particularia, quæ inquantum ſunt accidẽtia, ſunt in ſubo inquantum vero particularia nõ dñr de ſubo q̃a nõ habẽt inferiora, & iſtorũ modorũ ſiue mẽbrorum exempla ſatis patent in textu.

B

C Quarto ſciẽdũ, ꝙ ſubſtãtiæ particulares, et accidentia particularia diuerſi modè particularizãtur, & indiuiduantur, quia particulares ſubſtãtiæ particularizãtur, & indiuiduãtur per materiã ſignatã, quæ eſt principium indiuiduationis, & ſic illæ ſubſtantiæ indiuiduãtur per aliqđ de ſuo genere, & q̃a a ſuis ſpecieb per principiũ indiuiduationis, iõ talia indiuidua de genere ſubſtantię p aliquid de ſuo gñe à ſuis vniuerſalib differũt. ſed accidẽtia particularia particularizãtur per indiuiduatione ſui ſubiecti, quia capiunt vnitatẽ, & pluralitatem numeralẽ ab vnitate, & pluralitate ſui ſubiecti, & q̃a ſuũ ſubiectum non eſt de ſuo gñre, iõ non indiuiduãtur vt per aliquid ſui generis nec per aliquid ſui generis differunt à ſuis vniue ſalibus ſicut ſubſtantia indiuiduæ. Vnde ex prædictis patet, qđ per hanc diuiſionem cognoſcitur differentia eorum, quæ ponuntur in prędicamento ſubſtantiæ ab his, quæ ponuntur in prędicamentis. Accidentiũ etiam cognoſcunt differentia eorum, quę ponuntur in prædicamento eodẽ, ſ. penes vniuerſale, & particulare & iõ habetur ad quid hæc diuiſio eſt vtilis.

Suba & accidẽs per qđ indiuiduantur

D

Sed contra prędicta arguitur primo Quicquid dicitur de ſubiecto ẽ in ſubiecto, cũ dici de pſupponat eſſe in, ergo nul'a dñ de ſubiecto, q̃ nõ ſunt in ſubiecto, vt dicitur i primo mẽbro. Secundo ſic. Omne ſubiectũ prius eſt illo, cuius eſt ſubiectũ, ſed inferius non ẽ prius ſuo ſuperior, ergo nõ ẽ ſubm ſui ſuperioris. per cõſequẽs dici de ſubiecto non eſt dici de inferiori. Tertio ſic Aliquis homo eſt ſubſtãtia particularis. & tñ dicitur đ ſubiecto .i. ſuo inferiori, vt dicẽdo Socr. eſt aliquis homo. vbi aliquis hõ eſt ſuperius ad Socr. ergo male dr quid ſubſtãtia particularis nõ dr de ſubiecto, nec eſt in ſubiecto. Quinto ſic. Omne, ꝙ eſt in ſubiecto eſt in eſſentia, vel eſſe ſubiecti, ſed accidẽs vniuerſale non eſt intra eſſentiã ſubiecti cum nõ ſit de eſſentia ei⁹, nec de eſſe, cũ eſſe rei aliẽ naturæ nõ pmiſceatur, igit accidentia vniuerſalia nullo mõ ſunt in ſubiecto. Quinto ſic. Oĩs forma cõicabilis dr de ſubiectõ, hoc ẽ, de inferiori, ſed accidẽtia particularia ſunt formæ cõicabiles, cũ oĩs forma ſit cõicabili, ergo illa accidẽtia dñr de ſubiectõ, ꝙ eſt contra quartum mẽbrũ.

B Argu.

E

Ad argumenta. Ad primum dicitur quod ſi capiatur ſp eodem mõ ſubiectũ, tũc verum eſt, ꝙ quicquid dicitur de ſubiecto, hoc eſt de inferiori, eſt in ſubiecto .i. in inferiori, ſed capiendo

ſub-

A ſubiectum diuerſimode vt accipit in iſtis memoriis, tunc non oē quod dr̃ de ſubiecto, hoc eſt de inferiori, eſt in ſubiecto accidētis, quod eſt ens cōpletū & perfectū exiſtens actu, quod eſt cā, & occaſio alteri exiſtenti in eo, ſicut homo eſt cā albedinis exiſtentis in eo.

Solutio Ad 4m dr̃, q̄ licet ſubm accidētis ſit natura ſr prius eo cuius eſt ſubm, non tñ ſubm al cui⁹ ſuperioris. & illo mō capit hic ſubiectum in definitione dici de ſubiecto. Ad tertiū dr̃, q̄ licet aliquis homo pdicatione ſpeciei, & cōſyderando ipſum ex parte naturæ cōtractæ, dicatur de Soc. & vt de inferiori,

B non tñ prædicatione indiuidui, & conſyderādo ipſum ex parte ſigni contrahētis naturam ſed hoc modū dicēdo, Soc. eſt aliquis homo, pdicatur idē realiter de ſeipſo & non ſuperius de inferiori. Ad quartum dicitur, q̄ licet accidens non ſit in eſſentia ſubi, tanq̄ principium eius eſſentiæ, tñ per inhærentiam dicitur eſſe in eſſentia ſubiecti ex conſequenti, vt eſt in toto compoſito, & ſub eſſe ipſius, ſed tñ p ſe, & primo non inhæret eſſentiæ, vel eſſe, ſed toti compoſito, licet q̄nque rōne materiæ, & q̄nque rōne formæ. Ad quintū dr̃, q̄ licet oīs forma ſm ſe accepta ſit cōmunicabilis, non tñ forma accepta, & indiuiduata per ſubm eius, ſed eſt in

C communicabilis. ideo accidens particulare, eo quod particulare, & non eſt cōmunicabile, nec dicitur de ſubiecto.

Regulæ duæ quarum vna coniungere, altera diſtinguere docet.

Quando alterū, de altero pdicatur, vt de ſubiecto, q̄cunque de eo quod pdicatur dnr̃, omnia de ſubiecto dnr̃. vt Soc. eſt hō, homo eſt aīal. ergo Soc. eſt animal, Diuerſorum generum, & non ſubalternatim poſitorū diuerſæ ſūt ſpecies, & differentiæ, vt animalis, & ſcientiæ, quæ ſunt diuerſa genera. differentiæ n. animalis ſunt rationale, & irrationale, diuidit̃. n. per has differentias. vt aialiū aliud rationale, aliud irrationale. Differentiæ autem ſcientię ſunt naturale, moralē, & ſermocionale. diuidimus. n. ſcientiam p has differentias, vt ſcientiarū, alia Naturalis, alia Moralis, alia Sermocinalis.

Poſtq̄ Auctor ſuperius poſuit duas diuiſiones valentes ad cognoſcēdum differentias dicib liū inter ſe, tā ponibilium in pdicamento, quā non ponibilium, hic cōſequēter ponit duas regulas ante pdicamentales valentes ad cognoſcēdum ordinē illorum, q̄ in prędicamento ponuntur. Et qa prius eſt

E cognoſcere ordinem dicibilium reſpectu vnius pdicamenti q̄ dr̃ per primā regulam, quā cognoſcere ordinē ipſorum reſpectu diuerſorum prædicamētorum, quod ſit per ſecundam regulā, ideo conuenienter præponit primam iſtarum regulam quæ talis eſt. Qñ alterum de altero prædicat̃ vt de ſubiecto, quæcunque de eo q̄ prędicatur. dicūtur, oīa de ſubiecto dicūtur, vt ſi Socrates eſt homo, & animal prędicetur de homine, & prædicabit̃ de Socrate.

Primo ſciēdum, quod in iſta regula per illud quod prædicatur, ſiue per pdicatum, intelligitur ſuperius, habens modum prædicandi alicuius prædicabilis, & per ſubiectum intelligitur inferius alicuius ſuperioris, ideo ſenſus regulæ eſt, quando aliquod ſuperius prædicatur de ſuo inferiori quæcunq; prædicantur eſſentialiter de illo ſuperiori, etiam prædicantur de inferiori eius. cuius ratio eſt, qa ſuperius actualiter includit̃ in ſuo inferiori, ideo quę cunque in ſunt tali ſuperiori, & de ipſo prædicantur eſſentialiter, ſunt etiā actualiter in ſuo inferiori, & de illo actualiter prædicantur. & ſi primum ſuperius eſſentialiter pdicetur de ſuo inferiori, etiam ſua ſuperiora prædicabunt eſſentialiter, & ſi accidētaliter & ſua ſuperiora prædicabuntur accidentaliter de ſuo ſubo, & per hoc patet, q̄ iſta

Primæ regulæ intellectus ac ratio.

F

A iſta regula valet ad cognoſcendum ordinem, dicibi iū in vna linea pdicamétali, & quomodo de ſe omnia ſuperiora, alicuius generis, ſunt ſuperiora ſuarum ſpecierum, & etiam quæ prædicabilia poſſunt de ſe inuicem prædicari.

Condónes duæ requirūtur ad huius regulæ ueritaté.

Scdo ſciēdū, q ſecundū iſtā regulā dēnt obſeruari duę cōditiones. Prima eſt, q prima ppō ſit directa, & ordinata, ſiue ſit ibi eſſētialis pdicatio, ſiue accidētalis. oportet. n. ibi aliquod ſuperius pdicari ſecundū ordinē alicuius quinq. prædicabiliū. Scda cōditio eſt, qđ in ſcda præpoſitione ſit pdicatio eſſētialis & directa defectu cuius hic nō arguit p regulā, hō eſt aīal, aīal eſt aſinus, ergo hō é aſin⁹. qa in ſecunda ppoſitione nō eſt eſſētialis pdicatio, cū inferius nō pdicat eſſentia'iter de ſuo ſuperiori, qđ tñ hic reqrit pp̄ter hoc, q reducēdo talē ordinē ad ſyllogiſmū ſcda ppoſitio fit maior in prima figura, & illa dēt eſſe vniuerſalis ſp actualiter, vel virtualiter, & non eſſet virtualiter vniuerſalis niſi eſſe ibi prædicatio eſſētialis, & tenet iſta regula in negatiuis, ſuppoſitio tñ q prima ppoſitio ſit affirmatiua, q oportet fieri minoré i prima figura, & in ſecūda ppoſitione pdicatū negat eſſētialr de pdicatio primę. vñ ſequit Soc. é hō, hō non eſt aſinus, ergo Soc. non eſt aſin⁹.

B

C Tertio ſciendum, q ſecunda regula pdicamētalis talis eſt. Diuerſorum gñrum, & nō ſubalternatim poſitorū diuerſę ſunt ſpēs, & dr̄ię. Cui⁹ rō eſt, qa ſpēs, & dr̄æ alicui⁹ gñis eſſentialr deſcendūt a ſuo gñe, & dicunt eandē eſſentiā cū ipſo, ſed diuerſa gña eſſentialiter differūt. ergo ſpēs, & differētia includūt eſſentias oppoſitas illorū generū, & per conſequēs diuerſorū generū, & non ſubalternatim poſitorū diuerſæ ſunt ſpēs, & drię. & per hoc patet q iſta regula valet ad ſciēdū quō ſub diuerſis pdicamentis dēnt ordinari diuerſæ ſpēs, & quomodo eſſentiæ prædicamentorum ſunt impermixtæ.

Quæ genera ſub alternatiri poſita dicātur.

D Quarto ſciēdū quod gña ſubalternatim poſita dicunt, quorum vnum eſſentialiter eſt ſub alio ſicut corpus, & aīal, & per oppoſitum illa dñr nō ſubalternatim poſita, quorum vnum non continet ſub alio eſſentialiter, vt ſunt ſubſtātia, & qualitas, & in hac regula dr̄ nō ſubalternatim poſita, ad differētiā generum ſubalternatim poſitorū, qa ipſorum poſſunt eſſe eadē ſpēs, & differentię, ſicut ſpēs aīa'is ſunt ſpēs corporis, & etiā ſubſtantię, licet non ſint immediate reſpectu illorū gñum, & ſimiliter differentiæ aīalis ex conſequēti ſunt differētię coordinationis ſubſtantiæ, ſed gña poſita non ſubalternatim non poſſunt ex conſequenti habere eadē differentias, nec ſpecies, propter cauſam prius dictam.

Argu.

E Contra prędicta primo arguit ſic. Non ſequit, Soc. eſt hō, homo eſt ſpēs, igitur Socr. eſt ſpēs, & tñ ibi arguitur per primā regulā ergo illa non eſt bñ aſſignata. Secundo ſic Non ſequit per illam regulā, homo eſt albus, albū eſt accidens, ergo homo eſt accidēs, & tñ arguit ſcdm conditiones regulę primę, ergo non eſt ſufficiens Tertio ſic, ſubſtātia, & quātitatis ſunt diuerſa genera, & tñ corpus eſt ſpēs utriuſque, ergo male dicitur in ſecunda regula, diuerſorū generum diuerſæ ſunt ſpēs.

Quarto ſic. Animal, & ſcientia ſunt diuerſa gña non ſubalternatim poſita, & tñ ipſorum eſt eadē differentia ſ. rationale, q eſt differentia hóis, quia diuidit animal, & etiam ſcientiam, qa ſcientia diuiditur per ſcientiam rationalem, et realem, ergo diuerſorū generum non ſunt diuerſæ differentiæ. Quinto ſic, intellectuum de differētia hominis, & etiam angeli, & tñ homo, & angelus non continentur ſub eodem gñe, ſed ſub diuerſis, quia homo continetur ſub corpore, & angelus eſt ſubſtantia incorporea, ergo diuerſorum generum eſt eadem differentia.

Solutio

Ad argumenta. Ad primum iſtorū dicitur, q ibi non arguitur per regulā, qa in hac propoſitione, homo eſt ſpecies, non eſt prædicatio eſſentialis, qa intentiones ſecundę non prędicantur de

A de primis eſſentialiter, ſed accidentaliter ſolum, eo quod dicunt reſpectus accidentales, qui accidunt rebus primæ intentionis, & eodem mō diceretur de illo, hō eſt ſubſtātia eſt genus, ergo hō eſt genus, & ſic de alijs. Ad ſecundum dicitur, quod album in prædicato primæ propoſitionis, & in ſubiecto ſecūdæ differenter tenetur, quia in prima, album tenetur cōtractum ad ſubiectū ſecundum, ꝙ dicit totum eſſe eius, in ſecūda vero tenetur ſub propria rōne eius, & non inquantum dicit eſſe per rectum ad ſuum ſubiectum, iō in illa ſecunda propoſitione non pˀdicatur
B aliquid de prædicato primæ formæ accepto, ſicut tenebatur in prima, iō non arguitur per primam regulā, ſed committitur fallacia accñtis. Ad tertiū dr̄, quod corpus non eſt ſpecies ſubſtantiæ, & quantitatis capiendo corpꝰ vniuoce, ſed capiendo æquiuoce tm̄, quia prout corpus eſt ſubſtā, quæ pōt ſuſcipere tres dimenſiones eſt ſpecies ſubſtantiæ, & ſecundū ꝙ importat actu illam dimenſionem. ſ. longitudinē, latitudinem, & profunditatem, eſt ſpecies quantitatis, & ſi tenetur equiuoce, nō eſt vna ſpecies, ſed diuerſæ. Ad quartū dicitur, ꝙ rationale non eſt eadē drīa, vt eſt dr̄a animalis, & ſciētiæ, quia nō tenetur vniuoce, ſed æquiuoce, quia ſe
C cundum quod dicit formā, qua poſſumus, vti rōne eſt differentia animalis, & ſecundū ꝙ dicit ſciētiam, quæ eſt de Ente rōnis eſt differentia ſcientiæ. Ad quintum dicitur, ꝙ intellectiuum nō reperitur æqualiter in homine, & in angelo nec ſunt intellectus hominis, & angeli in equali gradu perfectionis cum intellectus angeli ſit pfectior eſſentialiter intellectu hominis, & ideo intellectiuum dr̄ de ipſis analogicè, & non vniuoce. iō nō eſt differētia eadē.

Pars ſecūda, quę primo continet diuiſionē decem prædicamentorum.

EOrum, quę ſecundum nullā cōplexionē dicuntur, ſingulū, aut ſignificat ſubſtantiā, aut quantitatem, & qualitatē, aut Ad aliquid, aut Agere, aut Pati, aut Vbi, aut Quando, aut Situm eſſe, aut habere. Eſt enim Subſtātia, vt exemplariter dicatur, vt hō, equus, Quantitas, vt bicubitum, tricubitū, Qualitas, vt albedo, nigredo. Ad aliqd vt duplum, triplū, Vbi, vt in loco eſſe Quando, vt eri fuiſſe cras fore, Situs, vt iacere, ſedere, habere, vt calciatū eſſe, armatū eē. Agere, vt ſecare, vere. Pati, vt ſecare vti. D

Poſtq̄ Auctor determinauit de Antepraedicamētis, q̄ neceſſario requirūtur ad cognitionem prædicamentorū
E hic conſequenter incipit determinare de prædicamentis, & quia cognitio generalis & cōfuſa pcedit ī nobis cognitionē ſpecialē, & diſtinctam, iō determinat de ipſis in gn̄ali prius q̄ in ſpeciali, pmittens talē diuiſionē. Eorū, q̄ dn̄r ſecundū nulla cōplexionē. i. vnoquodq; dicibilium incōplexorū, ſingulū, aut ſignificat ſubſtantiā, aut Quantitē, aut Qualitatē, aut Ad aliquid, & ſic de alijs, de quolibet iſtorū ſatis patent exēpla in textu. Vnde patet quod iſta diuiſio non eſt vnum antepraedicamētum, qa nō præcedit determinationē prædicamētorū, ſed determinat de prædicamentis in gn̄ali diſtinguendo ipſa, & exēplificādo d' quolibet ipſorū.

Primo ſciendum, quod dicibile incomplexum accipitur dupliciter. Vno
F modo pro oī illo, qd̄ ſignificatur per vnā vocem incomplexam, vt capitur in prima diuiſione antepraedicamentali, & iſto modo nō capitur hic qa multa dicibilia hoc modo incōplexa ſunt quę non ponuntur in aliquo prædicamēto, vt chymera, & multa aliā entia rationis. Alio modo capitur ſpecialiter ſolum pro dicibili incomplexo ordinabili in genere, & hoc modo ſumit dicibile in iſta diuiſione ſecūdum, qd̄ ſignificat Subſtantiā, Quantitatē, &c. & per hoc quod dicit ſignificat dat intelligere, ꝙ hoc non conſiderant res ſub ratione entis, nec homo ordinatur

A in prædicamẽtis. Sed conſiderant illæ vocis,& per quas res ſignificantur, & ſub tali conſyderatione ordinantur res in prædicamento

Secũdo ſciẽdũ eſt, qđ ad hoc quod aliquid ſit ordinabile in gñe quatuor cõditiones requirunt. Prima eſt quod tale dicibile ſit vnum formałr, & virtualiter. qa, ſi eſſet ęquiuocum, eſſent plura dicibilia, & poſſet ordinari i diuerſis ordinibus ſiue in diuerſis prędicamentis & ,pptec hoc æquiuoca,vt æquiuoca ſunt nõ ordinant i pdicamẽto. Secunda conditio eſt, quod tale dicibile ſit incõplexũ qa, ſi eſſet complexum, ſm diuerſas partes ejus eſſet i diuerſis pdicamentis, vel in diuerſis locis eiuſdem ordinis, ſicut patet de defi- B nitionę. genus n. ponit in recta linea, dña vero in linea laterali. & pp hanc rationẽ complexa non ponũt in genere ſm ſe vt cõplexa ſunt. ſed ſm ſuas partes ſolum, vel inquantum ſumunt pro vno incomplexo. Tertia conditio eſt ꝙ tale dicibile ſit ens reale, qđ hẽat ordinem certũ in rebus, & ,ppter hoc entia rõnis, ut chimera & hircocerũ, & ſimilia nõ ponunt in pdicamentis. Quarta cõditio eſt, quod tale dicibile ſit vle vel particulare, qa ordinatio ſecundum ſub, & ſupra ſit ſecundum rõnes vlis, vel particularis, ſic quod particulare ponit ſub, & vle ſupra, & ,p- C pter hoc Deus non ponitur in prædicamento. non n. eſt vniuerſalis, quia non poſſunt eſſe plures Dij, nec particularis cum non hẽat aliquid ſuperius vniuocũ, & per hoc patet quod id, qđ diuiditur in præſenti diuiſione eſt dicibile incomplexũ ordinabile in genere.

Quatuor cõditionib. qđlibet in pdicamẽto reponitur.

Tertio ſciendum, qđ hui⁹ diuiſionis ſic habetur ſufficientia. qa oẽ dicibile ordinabile in gñe, vel dicit ens per ſe, vel in alio. ſi primũ, ſic eſt Subſtantia. ſi ſecundum hoc eſt dupliciter, vel eſt ens abſolutũ, vel reſpectum. ſi abſolutum hoc eſt dupliciter, vel conſequit ſubſtantiam gratia materiæ, & ſic eſt Quantitas, vel gratia formę, & ſic eſt Qualitas, ſi reſpectiuũ, hoc eſt dupliciter vel ſumitur a reſpũ ſubſtãtię ad ali D quod extrinſecum, vel a reſpectu alicuius extrinſeci ad ſubſtãtiã ſi primum, hoc eſt dupłr, vel dicit reſpectum partium ſubſtantię ad ſuum totum, & ad locum & ſic eſt Situs, vel dicit reſpectum ſimplice ſubſtantiæ ad aliquod extrinſecũ, & hoc eſt tripłr. qa uel orit a forma, & ſic eſt Actio, vel orit a materia. & ſic eſt Paſſio, vel a toto cõpoſito, & ſic eſt ad aliqd. Si vero dicat reſpectũ extrinſeci ad ſubſtantiã, hoc eſt dupłr, vel tale extrinſecum eſt adiacẽs, & applicatum ſimul, & ſic eſt Habit⁹, vel adiacens tm & hoc eſt dupliciter, vel adicet rei motu, & ſic eſt qñ; vel in quiete, & ſic eſt Vbi & per hoc habet quod tm decem ſunt prædicamento. E

Quarto ſciendum, quod pdicamentum eſt genus gñaliſſimum reſpectu alicuius coordinationis, vel eſt ipſa tota coordinatio. Et dr pdicamentum de pdicari, & metior metiris, qa eſt mẽſura oĩum aliorum, q ſunt in tali gñe, vel quia in ſe, vel ſub ſe colligit oĩa pdicata eiuſdẽ gñis, & ſicut patet in definitione pdicamenti, pdicamẽtum põt accipi dupliciter. & vtroq; modo tm decem ſunt prędicamẽta quia, ſi ſumatur primo modo pro genere generaliſſimo tantum decẽ ſunt genera generaliſſima, & quia coordinationes pdicamentales diſtinguunt per generaliſſima quæ ſunt prima principia formalia illarum coordinationum, igit ſi ſecundo modo ſumat ,p tota coordina- F tione, erunt decẽ pdicamenta ſolum.

Quid, et a quo pdicamẽtum dicatur, et quot ſit.

Sed contra pdicta arguitur, primo ſic. Ens eſt dicibile, & incõplexum, & ſimiliter Res, Aliquid, Vnum, Verum, Bonum, quæ ſunt trãſcendentia, & tñ non ponuntur in aliquo pdicamento. cum ens ſit cõius quolibet pdicamẽto, ergo iſta diuiſio nõ valet. Secundo ſic Deum eſt in prædicamento, & tñ non eſt in aliquo iſtorum, ergo diuiſio mala. Antecedens patet quia oẽ particulare dicibile incomplexum ponitur in pdicamento, ſed Deus eſt quoddã particulare, cum ſit vnũ ens in numero, ſed

Argu.

A vnum in numero,& particulare,idem ſunt ergo. Tertio ſic. Genus, & ſpecies ſunt dicibilia incomplexa,& tñ nõ ponuntur in aliquo iſtorum prædicamẽtorum, igitur. Quarto ſic. Iſti termini incomplexi, ꝓpõ,& oratio ſunt dicibilia incomplexa,& ordinabilia in gñe, qa ꝓpõ eſt ſpẽs reſpectu orationis,& tñ non ſunt in aliquo iſtorũ ꝑdicamentorũ. Quinto ſic. Materia eſt dicibile incõplexũ,& ens reale. & ſibi cõueniũt conditiones ordinabilium ,& tñ non ponit̃ in aliquo iſtorum ergo nõ ſufficienter enumerant̃ hic prædicamenta.

Argu. Ad argumenta. Ad primum iſtorũ dicitur, ꝙ licet ens ex parte vocis ſit B vnum dicibile quodãmodo, tñ ex parte ſignificatorũ eius non eſt vnũ dicibile, ſed multa dicibilia, quia ipſum acceptũ in cõi non eſt vniuocũ. igit̃ non ponit̃ in aliquo vno ꝑdicamento, ſed ſm diuerſa ſignificata eius ponitur in diuerſis ꝑdicamẽtis, ſimiliter dicendũ eſt de alijs tranſcendẽtibus. Ad ſm dr̃, ꝙ licet Deus ſit vnius in numero, quia eſt indiuiſibilis, non eſt tñ quod ſam particulare, qa particulare dicit partẽ alicuius totius. Deus aũt ſub nullo toto continetur,& licet vnũ in numero, & particulare in aliquo ſint, idem realiter tñ non ſunt, idẽ formalr, ſed differunt rõne, ut dictũ eſt. Ad tertium dr̃ C ꝙ licet genus, & ſpẽs de materiali ſignificato eorũ dicãt ens reale aliquod, tñ quantũ ad ſua formalia ſignificata importat entia rõnis, a qbus ſumunt̃ intentionis ſcdę, & illi reſpectus non ſunt entia realia, iõ genus,& ſpẽs non ponuntur ꝑ ſe in ꝑdicamẽto. Ad quartum dr̃, ꝙ licet iſti termini, ꝓpõ,& oratio ex parte vocis ſint dicibilia incomplexa, tñ ex parte ſignificatorum ſunt dicibilia complexa,& quia non conſyderant̃ voces tm̃, ſed capiunt voces ꝓ reb. ſignificatis, ideo ꝓpoſitio, & orõ, & alia, q̃ importãt dicibilia complexa non ſunt in prædicamento, iõ m̃ale ponit Buridanus vndecimum prædicamentũ .ſ. Signi ad reponendum omnia iſta ſigna, vel entia rationis. Ad quintum dicit̃, ꝙ licet materia ſit ens D reale reductiue, & ꝑ modũ principij, non tamẽ eſt ens completum, ideo ꝑ ſe non ponitur in pꝛędicamẽto, ſed bñ ponitur reductiue in ꝑdicamento ſubſtantię, & ꝑ modum principij ſubſtantię corporeę, eo mõ quo ipſa eſt ens.

De ſubſtantia, & eius diuiſione in primum, & ſecundam.

His habitis dicẽdum eſt de vno quoq; ipſorũ ꝑdicamentorum,& primo de ſubſtãtia, cum ſit prior alijs ꝑdicamentis. Subſtantia diuiditur in primam ſubſtãtiam, & ſecundam. Prima ſubſtãtia eſt, quæ proprie, & principaliter & maxime ſubſtare dicit̃, vel prima ſubſtantia eſt, quæ neque de ſubiecto dicitur, neque in ſubiecto eſt. vt aliquis homo,& aliquis equus. E

Poſtq̃ Auctor determinauit de decẽ ꝑdicamentis in gñali, hic conſequẽter determinat de ipſis in ſpãli. & qa ſubſtantia eſt prior accidẽtib. natura, definitione,& tpe. & eſt cã oium accidentiũ in triplici gñe cauſę .ſ. efficiẽtis, materialis,& finalis, cã naturaliter ꝓcedit ſuũ effectũ, ideo prius Auctor determinat de ſubſtantia, q̃ de accidentibus, ipſam primo diuidens per primã, & ſecundam ſubſtãtiã cuius diuiſionis ſic habet̃ ſufficientia, quia omnis ſubſtantia, vel per ſe primo ſubſtat accidentibus, vt ſubſtãtia particularis,& ſic eſt ſubſtãtia prima, vel ſecundario ſubſtat accidentibus, vt ſubſtantia vnĩs,& ſic eſt ſecunda ſubſtantia, & per hoc patet, quod non ſunt ponendæ tres, aut quatuor ſubſtantiæ, ſed ſolum duę, ſcilicet prima,& ſecũda, eo quòd omnis ſubſtantia, vel eſt particularis, vel vniuerſalis, ſed oẽs vñes, ſubſtantiæ ſecundo ſubſtant accidentibus per hoc, qd̃ ſunt in primis, particulares vero primo,& per ſe ſubſtant. Accidẽs a ſubſtãtia tripliciter dependet. F

Primo ſciendum, ꝙ ſubſtãtia tripliciter

citer

A aliter accipit, vno mō vt eſt prima, & perfectior pars entis, & ſic eſt de conſyderatione Metaphyſici, ſecūdo mō, vt eſt genus, & principiū primū oīum ſubſta. tia ū, ad q oēs aliæ reducunt, tertio mō accipitur, vt eſt primum ſubiectū omniū accidentiū, & iſtis duobus modis cōſyderat a Logico, principalius tñ vt eſt ſubiectū accidentium, q diſtinguuntur inter ſe, ſecundum diuerſos modos pdicandi de prima ſubſtantia ideo hic conuenientius diuidit per primam, & ſecundam inquantum eſt ſubiectum accidentium, & diuerſimode ſubſtat ipſis quam diuideretur ſub rationis generis in ſuas ſpecies.

B Secundo ſciendū, q nomē ſubſtātiæ a duobus ſumit. Primo modo, a per ſe eſſendo, & ſic ſumit a pprio eſſe ſubſtātię, q eſſe per ſe, & abſolutū, & hoc mō ſubſtātia vniuoce dr de omnib. ſubſtātijs, & eſt genus ipſarū. Alio mō ſumit a ſubſtādo, et ſic ſumitur ab eſſe reſpectiuo ſubſtāt ię, quo eſt in potentia ad ſubſtandū accidentibus, & iſto mō ſubſtātia prius dr de ſubſtātijs particularibus, q principaliter ſubſtant accidētibus qua de ſubſtātis vniuerſalibus q ſecundario ſubſtant, & qa hic diuidit ſubſtātia in quantū hēt ſubſtare accidentibus, & ut ſic per prius dr de primis ſubſtātijs q de ſecundis, iō iſta diuiſio eſt diuiſio analogi in ſua analogata, & hinc eſt, q per prius ſubſtātia

C diuidit, quā definiat, quia æquiuocum prius eſt diuidendum, quā definiendū.

Tertio ſciendum quod ſubſtātiam prima, vno modo ſic definitur. Prima ſubſtantia eſt, quę pprie, & principaliter, & maxime ſubſtare dicitur, in qua definitione pēr illud relatiuum, q ſubintelligitur ſubſtantia loco gnis definiti, & ponitur proprie ad differentiā, accidentium, in qbus licet vnū aliquo mō ſubſtet alteri, ſicut ſuperficies albedini, tamen hoc non eſt proprie, & tāquam ſubiectum principale, & per ſe ſubſiſtēs, ſicut prima ſubſtātia. deinde ponitur principaliter ad differentiā ſecundarum ſubſtātiarum, q min' principaliter, & ſecūdario ſ. bſtāt accidentibus. Tertio ponitur maxime ad differentiā ſpecierum de gñe ſubſtantiæ q magis principaliter videntur ſubſtare quam gña, ſed adhuc prima ſubſtātia pluribus ſubſtat, quā illa ſpecies, qa quibuſcunque ſubſtat ſpecies ſubſtat indiuiduum, & vltra hoc ipſi ſpeciei, & ponit ſubſtare, ad explanandum eſſe ſubſtantiæ, quæ eſt ſuſceptiua accidentiū. D

Quarto ſciendum, q aliter definit prima ſubſtātia, q eſt q nec in ſubiecto eſt, nec de ſubo dr, vt aliquis hō, aliqs equus, in qua definitione ſubintelligit genus definiti, ſ. ſubſtātia. Deinde dr q nec eſt in ſubiecto, ad drīa accidentiū, quæ ſunt in ſubiecto, deinde ponitur, nec de ſubo dr, ad differentiā ſecundū. E ſubſtantiarum, quę licet nō ſint in ſubiecto dicuntur. Prima. n. ſubſtantia habet, quod ſubſtantia, quod ſit prima inquantum. n. ſubſtantia, conuenit cum ſedis ſubſtantijs. & ſibi conuenit non eſſe in ſubiecto, quia hoc eſt cōmune omni ſubſtantiæ, ſed inquantū prima eſt nō habet inferiora ſub ſe, nec dr de ſubiecto, per hoc differt a ſecūdis ſubſtātijs, & iſta definitio exemplificatur per indiuiduū vagū, vt aliquis homo, aliquis equus magis q per indiuiduū determinatū, eo q indiuidua determinata, vt determinata ſunt per cōditiones idiuiduātes, ſunt ab arte relinquenda, quòd per hoc patet diuiſio ſubſtantiæ & definitiones primi membri eius. F

Sed contra prædicta arguit primo ſic Vbi eſt ęqualitas ibi nō eſt primū, & ſecundum, ſed ſubſtātia ęqualiter dicitur de ambabus ſubſtantijs cū ſit genus ipſarū, ergo male hic diuidit per primam, & ſecundā. Secundo ſic. Vnū membrum huius diuiſionis pdicatur de alio, quia ſecunda prædicatur de prima, ergo prima, & ſecunda non opponuntur. ergo iſta diuiſio non datur per oppoſita. Tertio ſic. Materia prima principaliter ſubſtat, quia ſubſtat formæ ſubſtantiali, & prima ſubſtātia ſolum ſubſtat accidentibus, & tñ nō eſt prima ſubſtantia, ergo illa definitio cō Argu.

A uenitalijs a defini*o. Quarto ſic. Oīs paſſio, quæ realiter conuenit plurib. in diuiduis cōuenit ipſis realiter ratione alicuius cōmunis in quo cōueniūt, ſed ſubſtare eſt paſſio communis omnib. ſubſtātijs primis, ergo cōuenit ipſis rōne alicuiꝰ ſuperioris ipſarū. ſed tale ſuperius non eſt niſi ſecunda ſubſtātia, ergo ſubſtare ꝑ prius conuenit ſecundæ ſubſtantiæ, & principalius, quā primę. Quinto ſic. Definitio primę ſubſtantię ſolum datur ꝑ negationem, ergo non ſufficienter naturam definiti explicat: & ergo non eſt ſufficiens.

Solutio Ad argumenta. Ad primum dr̄, qđ licet ſubſtantia, vt dr̄ a ꝑ ſe eſſēndo dicat æqualiter de omnibus ſubſtantijs,

B & vniuoce, tñ non vt dr̄ a ſubſtādo, & iſto mō diuidit hic. Ad ſm dr̄, quod licet ſecunda ſubſtantia, & prima, ſm id quod ſunt, non opponant, & ſecunda prædicetur de prima, tñ ſecundum rōnem primi, & ſecundi, opponuntur, et ſic ſunt membra diuiſionis.

Ad tertium dicitur, ꝙ licet materia prima proprie, & principaliter ſubſtet reſpectu formę ſubſtantialis, non tamen reſpectu accidentium, ſed totum compoſitum principalius ſubſtat accidentibus, & materia, & forma non ſubſtant ipſis, niſi ex conſequenti inquantum ſunt in toto compoſito, & de tali

C ſubſtare, accidentibus, ſolum intelligitur in iſta definitione.

Ad quartum dicī, ꝙ licet ſubſtare per prius conueniat ſcdæ ſubſtātiæ. ſ. ſubſtantiæ in cōi, ſicut cauſæ, & formę a qua prouenit talis paſſio, non tamen ſibi primo conuenit tāquam ſubiecto, ſed iſtud ꝑ prius conuenit primæ ſubſtantiæ, quæ eſt ens, ſeu ſubiectum cōpletum ꝑ ſe ſubſiſtēs per hoc, ꝙ non eſt

Denegationes, q̄ operentur. in alio, & quod eſt vltima. Ad quintū dicitur, quod in ſecunda definitione primæ ſubſtantiæ, licet ponantur duæ negationes, tñ ponuntur ad explicandum aliquam affirmationem. ibi enim explicat, ꝙ prima ſubſtantia eſt prima in ſubſtando ꝑ hoc, ꝙ non eſt in alio, & ꝙ eſt vltima in prædicādo per hoc, quod non dicitur de ſubiecto. id eſt de inferiori, & etiam prima pars definitionis eſt affirmatiua.

D

De Secundis ſubſtantijs.

Secundæ ſubſtātię ſunt ſpēs, in quib. ſunt primæ ſubieclæ, & harum ſpecierum gn̄a, vt hō, & animal. eſt.n. aliquis hō in hoc, qui eſt ſpēs, & hō in animali, quod eſt genus. Indiuiduæ ſubſtātiæ dicuntur primę ſubſtantię, quia primo ſubſtant alijs, gn̄a uero, & ſpēs eorum dicūt ſecūdę ſubſtantię, quia ſcđo ſubſtāt alijs. Aliquis.n. hō dr̄

E Grammaticus, & currens, & animal, & ſubſtātia, & ita hō dr̄ Grāmaticus, currens, aīal, & ſubſtantia. Item ea q̄ dicunt de ſubiecto omnia prędicantur nomine, & ratione, vt hō prædicatur de Socrate, & Platone. Eorum vero q̄ ſunt in ſubiecto, in pluribus neq. ratio prædicatur, vt hæc albedo. in aliquibus autem nomen nihil prohibet prædicari aliqñ de ſubiecto; rōnē vero ꝑdicari de ſubiecto eſt impoſſibile, vt album de ſubiecto prædicatur, ratio vero albi nunquam de ſubiecto prædicatur.

F

Poſtquam Auctor ſuperius determinauit de primo mēbro diuiſionis ſubſtantiæ. ſ. de primis ſubſtātijs. hic cōſequenter determinat de ſcđo mēbro. ſ. de ſecundis ſubſtātijs. ad eus, ꝙ ſecundæ ſubſtantię ſunt vniuerſalia, vt genera, & ſpecies in quibus ſunt primę ſubſtantiæ, & dicuntur ſubſtantiæ vles ſecundę, eo ꝙ tales ſubſtantiæ ſecundario ſubſtant accidentibus nō primo, & per ſe, ſicut ſubſtantię particulares, cuius rō eſt, quia accidēs fluit immediate a principijs indiuidui, & ſubſtantię vles non includunt principia indiuidui, iō non primo ſubſtāt accidentibus, ſed ſolum ex conſequenti, inquantum habent eſſe in primis ſubſtantijs.

De iſtis diſtinc. Primo ſciendum, ꝙ ſubſtātię vniuerſales

A ſales dupl̄r conſiderantur, vno modo quantum ad eſſe eſſentiæ ipſarum, & quantum ad hoc, quod eſt per ſe eſſe, hoc modo ſunt priores ſubſtantijs particularibus, eo quod ſunt cauſæ formales ipſarum, ipſis dantes eſſe, nomen, & rōnem, alio mō conſiderantur ſm eſſe exiſtentiæ, & quantum ad hoc qđ eſt ſubſtare accidentibus. & hoc modo ſubſtantiæ particulares p̄cedunt vniuerſales. Cuius ratio eſt, quia ſubſtantiæ vniuerſales non habent eſſe exiſtētiæ, nec ſubſtare accidentibus, niſi ex conſequenti, & ſm eſſe, q̄ habent in primis ſubſtantijs, & iō ſubſtantię vniuerſales quātū id exiſtere, & ſubſtare, & accidentib dñr ſecundæ ſubſtantię.

Quæſt maxima cō trouerſia inter Socr. & Tho. 1. Sententiarum & i alijs

Solutio. Secundo ſciendū, q̄ ſecundæ ſubſtātiæ diuerſimodè ſunt in primis, & primo in ſcđis. Primæ n. ſunt in ſcđis virtualiter, & potentialiter tm̄, ſicut pars B totius vniuerſalis eſt in toto vniꝰ, & inferius in ſuo ſuperiori, ſed ſcđæ ſubſtātiæ ſunt in primis actu, & intellectu q̄a ſūt de intellectu, & eſſentia primarū ſubſtantiarū, & ſolum hēt eſſe exiſtentiæ in primis ſubſtantijs, nō tñ capiunt illud eſſe exiſtentiæ à primis ſubſtātijs, ſed in gñe cauſę efficiētis, & finalis cauſant à cauſis extrinſecis, ſicut prima cauſa & à natura. ſed ī gñe cauſæ formalis hēnt à ſeipſis, ſicut ſūt formæ q̄dā, & nō hēnt ipſū ab alia cā formali, & ī gñe cauſæ materialis quodāmodo, & ſm quid accipiunt eſſe à primis q̄ ſunt materia in qua reſpectu C ipſarum ſecundarum ſubſtantiarum.

Diuerſus modus prædicandi ſubſtantiarū, & accidentium,

Tertio ſciendum, q̄ ea, quæ dñr de ſubiecto. ſ. ſuperiora aliquorū inferiorum, & ea, q̄ ſunt in ſubo. ſ. accidētia, diuerſimodè p̄dicantur de ſuis ſubiectibus, q̄a ſuperiora p̄dicātur de ſuis inferioribus nomine, & rōne, & ca eſt q̄a illud dr̄ p̄dicari ſcđm nomen cuiꝰ nomen de aliquo prædicat, ſeu verificatur, illud dicit̄ prædicari rōne, cuius definitio, vel eſſentia includitur eſſentialiter ī inferiori ſed oē ſuperiꝰ ſcđm nomen eius verificat̄ de inferiori, & includitur eſſentialiter in definitione ſui D inferioris, & etiam definitio eius conuenit ſuo inferiori, iō omne ſuperius eſſentiale prædicatur nomine, & rōne de ſuis inferiorib. & ſic prædicatur vniuocè. Sed accidētia aliqua, nec nomine, nec ratione de ſubo prædicantur, vt albedo, & nigredo, alia vero nomine prædicantur, ſed non rōne, ſicut album, vel nigrum, & ſic ſolum prædicātur denominatiuè de ſuis ſubiectis.

Modus prędicādi accidentis abſtracti, et cōcreti.

Quarto ſciētum quod duplex eſt accidens, quia quoddam eſt accidens abſtractum, quod importat formam accidentalem ſcđm ſe, & non ſcđm habitudinem eius ad ſubiectum, vt albedo, & tale accidens nullo modo de ſubiecto prædicatur, quia omne illud q̄ de alio prædicatur, debet dicere totū eſſe eius ſed accidens abſtractum non dicit totum eſſe ſui ſubiecti, ſed importatur E cum præciſione ſubiecti, & ſine inhærentia ad ipſum, ideo non prædicatur de ſubiecto, nec nomine, nec ratione. Aliud eſt accidens concretum, quod importat formam cum inhærentia ad ſubiectum, & tale de ſubiecto prædicatur nomine, ſed non ratione, cuius cā eſt, quia prædicari rōne eſt eſſentialiter includi in ratione alterius modo accidens concretum nō prædicatur eſſentialiter de ſuo ſubo, nec includitur eſſentialiter in ratione ſui ſubiecti, iō non prædicatur de ipſo ſcđm rōnem & per hoc cognoſcitur differentia ſecundarum ſubſtantiarū, & accñtium reſpectu primæ ſubſtantiæ, ſecundę. n. F ſubſtantiæ prædicantur de ipſis vniuocè, accñtia vero denominatiuè tm̄, per hoc etiam cognoſci poteſt q̄d eſt eſſe ī ſubiecto, & quid dici de ſubo, q̄ in definitione primæ ſubæ ponuntur.

Argu. Cōtra prædicta arguitur primo ſic. Subſtantiæ ſecūdæ ſubſtant ſecūdario accidentibus ſed ſubſtantiæ vniuerſales nō ſubſtant accidentibus, cum accidens ſolum in diuiduis inſit, & ſolū fluat à principijs indiuiduis, ergo ſubſtantię vniuerſales non ſunt ſecūdę ſubſtātię. Secundo ſic. Subſtantię vniles ſunt priores particularibus, & per prius cō

A ueniteis ratio ſubſtantię.ſ.per ſe eſſe,q̃ indiuiduis,ergo ſubſtantia vniue ſales debēt dici primæ,& non particulares. Tertio ſic. Genus generaliſſimū dr̄ de ſubiecto.ſ.de ſuis inferioribus,& tamē non p̄dicatur rōne, quia non habet definitionem,ergo nō oē ſuperius p̄dicatur noie,& ratione de inferiori. Quarto ſic. Ois forma,dās eſſe alteri dat etiā nomen ſibi, & prædicatur nomine de ipſo,ſed accidens abſtractum eſt forma dans eſſe ſuo ſubiecto,ergo ſecundum nomen de ſubiecto p̄dicatur. Quinto ſic De quocunque prædicatur definitū prædicatur,& definitio,ergo ſi accidēs B concretum prædicatur de ſubiecto, ergo & definitio eius, & per conſequens Solutio prędicatur nomine, & ratione ſimul.

Ad argumenta. Ad primū iſtorum, dr̄, ꝙ licet Subſtantię vniuerſales non primo,& per ſe ſubſtent accidentib.tñ ſubſtāt ſecūdario,vt ſunt in primis ſubſtātijs,& accñs conueniens primis ſubſtantijs ēt conuenit ex conſequenti ſecundis ſubſtantijs, q̃ ſunt in primis, vt quia Socrates eſt albus ex conſequenti homo dicit albus,& animal ſubſtātia.

Ad ſm dr̄,quod licet ſubæ vniuerſales ſunt priores primi quātum ad eſſe eſſentię,et quantū ad eſſe per ſe,tñ ſunt poſteriores quantum ad actum ſubſtādi accidētib. Ad tertium dicitur, quod C licet genus generaliſſimum nō habeat propriam definitionem quiditatiuam, qua prædicetur de ſuis inferiorib.tamē includitur eſſentialiter in rōne ſuorum inferiorum,& etiam definitio notificās eſſentiam eius conuenit ipſis ideo prædicatur nomine,& rōne de ſuis inferiorib. Ad quartum dicitur,quod licet ois forma deſignata per modū totius det nomē ſuo ſubiecto, & prędicetur noie de ipſo, nōn tamen forma deſignata ꝑ modum partis cum illa nō dicat totū eſſe ſubi, modo accidens abſtractū deſignatur per modū partis. Ad quintū dicitur,quod licet definitio accñtis cōcreti prædicet de ſuo ſub̄o denominatiue,ſicut ipſum accidens,nō tamē prędicatur eſſentialiter.ideo non prædicatur noie, & ratione. definitio. n. debet D conuertibiliter, & eſſentialiter ineſſe.

Secundarum ſubſtantiarum ad inuicem comparatio.

Item ſecundarum ſubſtantiarū ſpecies eſt magis ſubſtantia,quam gen⁹,quia ſpēs eſt propinquior primæ ſubſtantiæ,quā genus, & etiā quia pluribus ſubſtat. quibuſcunque enim ſubſtat genus,eiſdē ſubſtat ſpecies, & hoc ſpecies ſubſtat ipſi gñi. Sed ſpecies ſpecialiſſimæ æqualiter ſunt ſubſtantiæ, vt homo, equus,& ſimilia.

Poſtq̃ Auctor determinauit de primis ſubſtantijs, & ſecundis ſecundum ſeipſa definiendo, & comparando eas adinuicem, hic conſequenter comparat ſecundas inter ſe dicens, quod ſe- E cundarum ſubſtantiarum magis ſpēs eſt ſubſtantia quam genus, cuius Auctor duas aſſignat rationes. Prima eſt quia ſecundarum ſubſtantiarum illa eſt magis ſubſtantia,quę eſt ꝑpinquior primę ſubſtantiæ, cum in omni analogia illud,quod eſt propinquius primo, magis participet rationem analogi,ſed ſpecies eſt propinquior primæ ſubſtantiæ quam genus, quia ordinatur inter F primam ſubſtantiam, & ſuum genus, & ſpecies eſt magis ſubſtantia quā genus. Secunda ratio eſt, quia ſecundarū ſubſtantiarum illa eſt, magis ſubſtantia,quę pluribus ſubſtat ſecundum diuerſos modos ſubſtandi,& ſpecies pluribus ſubſtat accidentibus generis, & cum hoc ſubſtat ipſi generi,& ſic ſubſtat vt ſubiectum accidentibus, & generi,vt inferius ſuperiori. ideo ſpecies eſt magis ſubſtantia quam genus.

Primo ſciendum, quod ſubſtātia, vt viſū eſt dupliciter cōſideratur. Vno modo quātum ad ſuum propriū eſſe quod eſt per ſe eſſe,& ſic ſumitur à per ſe eſſendo,& ſic vna ſubſtantia nunquā dicitur magis, vel minus ſubſtantia quā alia. Secundo modo quantum ad eſſe accidētale, quo eſt in potētia ad ſubſtādum

Quō vna ſubſtantia alia ſubſtantia, magis eſſe intelligatur.

A dum alteri,& hoc modo vna ſubſtantia poteſt eſſe magis ſubſtantia, quàm altera. ſed quia tale eſſe. ſ. in potentia ad ſubſtandum alteri, non eſt propriũ ſubſtantiæ, ſed ſubſequitur ſuum proprium eſſe, ideo ipſa in proprio ſuo eſſe non intẽditur, nec remittitur. Ideo propter hoc non debet dici ſuſcipe e magis,& minus, ſicut etiam dicitur in vna proprietate eius.

Sc'do ſciẽdũ, ꝙ ſpẽm eſſe ꝓpinquiorem primę ſubę dupl'r intelligi poteſt. Vno modo, quod ſit ꝓpinquior primæ ſubſtãtiæ quãtũ ad ei ſ eſſe,& hoc nõ ipſa non eſt propinquior quam genus, qa in eſſe primę ſubę, & genus,& ſpẽs B idẽ ſunt eſſẽtialiter,& ſub actu ſimul. Ideo quantum ad tale eſſe non dr̃ ſpecies primæ ſubſtantiæ propinquior, q̃ genus. Secundo modo poteſt intelligi, quod ſit ꝓpinquior primæ ſubæ quantum ad modos ſubſtandi alijs, & hoc modo ſpẽs eſt propinquior primæ ſubſtantiæ, quam genus, quia genus habet eſſe in determinatum,& confuſũ, ſpẽs vero habet eſſe determinatũ per dr̃iam non ſm numerum, ſed ſecundũ ſpẽm, prima vero ſuba habet eſſe determinatum ſm numerum, & ſic ſm iſtũ modũ eſſendi ſpẽs eſt genere propinquior primæ ſubſtantiæ, & etiam, quia ſpẽs ſubſtat accidentib.& etiã ſuis ſuperio-C ribus genus aũt in quantũ genus non, ſed ſolum ſubſtat accidentibus,& non ſuperiorib. ideo inquantum ad illud, ꝙ eſt ſubſtare alijs, magis conuenit ſpecies cum prima ſubſtantia, quã genus.

Species ſpecialiſſimæ æqualiter ſubſtantiæ ſunt.

Tertio ſciẽdũ ꝙ omnes ſpecies ſpecialiſſimæ de gñe ſubſtãtiæ dñr æqualiter ſubſtantiæ, cuius ratio eſt, quia illę ſubſtantiæ, quæ æqualiter appropinquant primis ſubſtantijs,& æqualiter habent ſubijci ſuis accidẽtib. sũt ęqualiter ſubſtantiæ. ſed oẽs tales ſpẽs ſpecialiſſimæ æqualiter appropinquãt primis ſubſtãtijs, quia oẽs immediatè diuiſione materiali deſcendunt ad indiuidua, & ſic ſpẽs ſpecialiſſimę ſunt ęqualiter ſubſtãtiæ,& licet i anologia membra ſubordinata, inquantũ ſunt ſubordinata, inęqualiter ſuſcipiant rationem analogi, D tamen membra non ſubordinatã inter ſe, quæ ſolum ſunt ſubordinata vni tertio, poſſunt ęqualiter ſuſcipere rationẽ ſui ſuperioris, modo ſpẽs ſpecialiſſimę nõ ſunt ſubordinatæ inter ſe. ideo licet ſuba ſit quoddam analogum, tamẽ nõ eſt inconueniens quod ſpecies ſpecialiſſimę ęqualiter dicantur ſubſtantiæ.

Primæ ſubſtantiæ, æqualiter ſubſtantię ſunt.

Quarto ſciendum, quod omnes primæ ſubſtantiæ dicuntur æqualiter ſubſtantiæ. vnde Socrates non eſt magis ſubſtantia, quam Plato, vel econtra cuius rõ eſt, quia illæ æqualiter dñr ſubſtantiæ, quæ æque primo ſubſtant accidentibus, ſed omnes primæ ſubſtantiæ æque primo ſubſtant accidentib. ergo æqualiter debent dici ſubſtantiæ. Et licet quandoq; vnum indiuiduum ſub- E ſtet pluribus accidentibus, quam aliud tamen æque primo ſubſtant, modo ſubſtantia nõ dicitur magis ſubſtantia ꝓpter numerũ illorũ, qu b. ſubſtat, ſe ſm quod habet plures modos ſubſtandi, & perfectiores quam alia ſubſtantia.

Argu.

Sed contra prædicta arguitur primo ſic. Ois ſuba eſt ens per ſe, ſed genus, et ſpecies, non ſunt entia per ſe, ſed ſolũ habent eſſe in alio. ſ. in prima ſubſtantia, ergo ſpecies,& genus non ſunt ſubſtantiæ.& ſic vnum nõ eſt magis ſubſtantiã, quam aliud. Secũdo ſic. Genus ſubſtat plurib. accidentib. quam ſpẽs, quia ſubſtat omniq; accidentib pluriũ ſpecierum eius, ſpecies autẽ ſubſtat accidẽtib. vnius ſpeciei, ſicut animal ſub- F ſtat accidentibus omniũ animaliũ, homo autem ſolum ſubſtat accidẽtib. hominis, ergo genus eſt magis ſubſtãtia, quam ſpecies, & per conſequens male dicitur, ꝙ ſpecies eſt magis ſubſtãtia, q̃ genus. Tertiò ſic. Genus per prius cõuenit primæ ſubſtantiæ, q̃ ſpẽs, quia Socr. ſecundũ naturã eſt prius animal, q̃ ſit homo. ergo genus eſt propinquius primæ ſubæ quã ſpecies, & per conſequens male dr̃, ꝙ ſpecies eſt ſibi ꝓpinquior. Quarto ſic. Genus,& indiuiduũ in hoc conueniunt, quia vtrunq; eſt in determinatũ, & quodãmodo infinitũ,

A quia indiuidua variantur infinitum ſecundum potentiam,& ēt genus hēt de ſe eſſe confuſum.ergo genus magis cō uenit cum prima ſubſtantia,quam ſpēs ergo eſt ſibi propinquius. Quinto ſic. Vna ſpecies ſpecialiſſima eſt perfectio ſuba,quam alia ſpecies,ſicut homo eſt perfectior,& prior cæteris ſpecieb.animalis. ergo vna ſpecies ſpecialiſſima ē prior,& per conſequens nō ſunt ęqualiter ſubiectæ, ſicut dictum eſt.

Solutio Ad argumenta. Ad primū dr̄,ꝙ licet ſpecies,& genus ſint in aliquo,ſicut ſuperius in ſuo inferiori,nō tñ ſunt i alio ſicut accidens in ſubiecto ſuo modo.illud, quod eſt i alio ſicut ſuperius in inferiori, pōt eſſe ens per ſe, qñ ſuum inferius eſt ſubſtantia,q̄a per vnū, & idē eſſe ſunt inferius,& ſuperius in ipſo in feriori. vnde, cū ſubſtantia dicitur ens per ſe, ibi per ſe,non dicit negationem cuius libet cauſæ,à qua ſuba habeat eſſe,ſed ſolū dicit negationē alicuius entis cōpleti, ꝙ ſit cā materialis, in qua, per cuius exiſtētiam ſuba habeat eſſe.

B Ad ſm dicit,ꝙ licet genus qm̄ ad numerum accn̄tium plurib ſubſtet quam ſpēs,non tñ plurib ſubſtat, qm̄ ad plures modos ſubſtandi alijs, quam ſpecies,quia ſpecies ſubſtat alteri vt ſubm accn̄tib. & alteri vt inferius ſuperiori.

C Ad tertiū dicit,ꝙ licet,genus,quantū ad viā generationis,prius concurrat ad eſſe primæ ſubſtantiæ quam ſpecies non tamē eſt propinquius primæ ſubſtantię,quantum ad modū eſſendi eius nec etiam quantum ad modum ſubſtādi alijs,ſed illo modo ſpecies eſt ꝓpinquior primæ ſubſtantię, vt dictum eſt.

Imo ſpecies ſe habent ſicut numeri 7. Metap.

Ad quartum dr̄,ꝙ licet indiuiduum ſit indeterminatū quantum ad conditiones accidentales eius, quæ variātur in infinitum,tñ quātum ad eſſe ſubſtantiale eſt determinatū, cum illud eſſe ſit tm̄ vnum in numero. genus autem nō eſt hoc mō determinatū. Ad quintum dr̄, ꝙ licet vna ſpēs ſit perfectior alijs qm̄ ad gradum perfectionis ſuę naturæ.& ſecundum hoc dicatur prior, & perfectior alijs ſpēb. tamen quantum ad modum ſubſtandi ſuis accidentibus vna non eſt perfectior alijs,ſed hoc modo oēs ſpecies ſpecialiſſimæ de genere ſubiectę dicuntur æqualiter ſubſtātiæ. D

De proprietatibus ſubſtantię.

His autē viſis dicendū eſt de cōmunitatibus,& proprietatib.ſubſtantiæ, commune eſt autem omni ſubſtantię in ſubiecto non eſſe, quia eſſe in ſubiecto ſolum conuenit accidenti. & hoc patet de primis ſubſtantijs per definitionem primę ſubſtantiæ. dē ſecundis autē patet inductione,& ſyllogiſmo in ductione, ſic homo nō eſt in ſubō equus non eſt in ſubiecto, leo non eſt in ſubiecto, neq; animal, & ſic de ſingulis,ergo nulla ſubſtātia ſecunda eſt in ſubiecto, ſyllogiſmo ſic. Nihil eorum, quæ ſunt in ſubiecto prædicatur nomine, & rōne de ſubiecto,ſed omnis ſecunda ſubſtantia prædicatur noīe,& rōne de ſubiecto,ergo nulla ſecunda ſubſtantia eſt in ſubiecto. Hoc autem non eſt proprium ſubſtantiæ, ſed etiam differentiæ competit,& hoc intelligitur de differentiæ cōpetit,& hoc intelligitur de differētijs ſubſtantiæ.Neque eſt inſtantia de partibus ſubſtantiæ, quæ ſunt in ſuo toto, & ideo vn̄t eſſe in ſuo ſubiecto,quia alius eſt modꝰ eſſendi,in vt accidēs i ſubiecto,& alius ſicut pars i ſuo toto,vt priꝰ patuit. a E F

Poſtq̄ Auctor determinauit de ſubſtātia ſm ſe, & qm̄ ad eſſe ſubſtantiale eius,hic cōſequēter determinat de ꝓprietate eius, quia eſſe ſubſtantiale rei debet ꝓcedere proprietatem eius cū tale eſſe ſit cauſa illarū ꝓprietatū,& primo ponit iſtā ꝓprietatem,quod cōe eſt omni ſubſtātia in ſubiecto non eſſe. Et iſtius ꝓprietatis rō eſt, quia nullū ens per ſe eſt i ſubiecto,per cuius eſſe ſubſtet,quia tunc non eſſe ens,p ſe ſed ens in alio.vnde eſſe in alio ſolum cōuenit

Cōmune eſt oī ſubſtantię in ſubiecto nō eſſe

A accidentib ſed omnis ſubſtantia eſt ens per ſe. cum hęc ſit definitio, ideo conuenit oī ſubſtantiæ in ſubiecto nō eſſe.

Primo ſciendum, quod per id qđ dr̃ commune eſt omni ſubſtantiæ in ſubiecto non eſſe non intelligitur pura negatio, ſed iſta negatio fundatur in affirmatiuā .ſ. ꝙ proprium eſt ſubſtātiæ eſſe ꝑ ſe, & nō eſſe in ſubiecto. vñ i tali eſſe duo ſunt ſecundū rōnem .ſ. eſſe ꝑ ſe, q̨ eſt modus eſsēdi ſubſtātię, & negatio modis accn̄tis, quia modus eſt eſſe i alio, & licet eſſe ꝑ eſſe nō ſit ꝓprietas ſubſtantiæ, q̨a nō ſequit̃ ſuū eſſe cōpletū, ſed eſt ipsū eſſe, tn̄ negatio modi eſſendi accn̄tis bene ponit̃ ꝓprietas ſub- B ſtātiæ, q̨a cōſequitur rōnē ſubſtantię, licet nō diſtinguat̃ realiter a tali eſſe, & ꝑ hoc patet, ꝙ iſta ꝓprietas nō cōuenit chymeræ, nec entib. rationis, q̨a licet nō ſint in ſubiecto, tn̄ non hēnt eſſe qđ præſupponitur in iſta proprietate.

Secundo ſciendum, ꝙ iſta proprietas conuenit tam primis ſubſtantijs, quam ſecundis, de primis patet per ſuam definitionem, & de ſecūdis per inductionē & ſyllogiſmum in textu, quę probatio ſatis clara eſt. Aliter etiam probatur, quia eſſe in ſubiecto, vt accidēs, eſt eſſe in alio tanquam forma adueniens ſibi poſt eius eſſe cōpletum. ſed ſecūdæ ſubſtantię non adueniunt primis poſt eſſe earum cōpletum, cum ſint cauſæ formales dantes eſſe primis ſubſtantijs, iđ ſecundę ſubſtantię nō ſunt in ſubiecto.

Tertio ſciendū, ꝙ ſubſtantia dupl̃r accipitur. vno mō generaliter, pro om- C ni illo, quod importat naturā, vel eſſentiam de genere ſubſtātiæ, & hoc modo ſubſtātia cōprehēdit omnes ſubſtātias completas. & differentias ſubſtantiales & ſi hoc mō ſumatur ſubſtātia, ſic iſta proprietas eſt ſubſtantiæ propria, quarto modo. Alio modo capitur ſubſtātia ſpecialiter pro ſubſtantia cōpleta ſolū quę eſt ſubſtantia ſecundum rē, & modū ſimul, per hoc qđ importat ſubſtantię eſſentiam, & proprium modum eſſendi eius, & ſic ſubſtantia cōtinet ſubſtantias perfectas, quæ ponunt̃ in recta linea prædicamentali, & hoc mō hæc D proprietas eſt propria ſecundo mō ſubſtantiæ, quia conuenit omni, & nō ſoli quia conuenit differentijs ſubſtantiæ, quæ non ſunt ſubſtantiæ hoc modo.

Qūo partes ſubarū in ſubiecto ſint.

Quarto ſciēdū, ꝙ licet parte ſubſtātiæ, quæ ſunt in toto ſuo aliquo modo videant̃ eſſe i ſubiecto, quę tn̄ ſunt ſubſtantiæ, & per hoc aliqua ſubſtantia videat̃ eſſe in ſubiecto, tn̄ illæ partes non ſunt in ſuo toto, ſicut accidens in ſubiecto, quia eſt alius modus eſsēdi, in quo partes ſunt in ſuo toto, ab illo quo accidēs eſt in ſubiecto. vnde differunt tripliciter. Vno modo, quia pars integralis eſt de compoſitione, & perfectione E totius, & requiritur ad eſſe eiꝰ cōpletū accidens vero non, ſed conſequit̃ eſſe cōpletū ſui ſubiecti. Scđo mō differūt, quia per ſeparationē partiū a ſuo toto, aliquo mō deſtruit̃ totū, accidens vero pōt a ſubiecto ſeparari, præter ſubiecti corruptionem. Differūt tertio q̨a pars integralis, poteſt remanere ſeparata à ſuo toto, accñs vero non, niſi hoc eſt ſupernaturaliter, q̨a ſcđm naturam accidēs ſꝑ eſt in ſubiecto perſiſtens, & per hoc patet prima proprietas ſubſtātiæ.

Contra prędicta arguitur primo ſic. Proprium eſt ſubſtantię in ſubiecto nō eſſe, ergo male dicitur, ꝙ commune ē, omni ſubſtantiæ in ſubiecto non eſſe. Scđo ſic. Iſta proprietas non conuenit F oī, nec ſoli, ergo nullo modo eſt ꝓprietas. Antecedens patet pro prima parte forma quia ſubſtantialis eſt ſubſtantia q̃ eſt in ſubiecto. cū ſit in materia, & ſecunda pars probatur, quia accidēs quādoque non eſt in ſubiecto, vt in Sacramēto altaris, vbi accidētia exiſtunt ſine in ſubiecto, ergo non eſſe in ſubiecto non conuenit ſoli ſubſtātia. Tertio ſic. Illud, ꝙ eſt in ente cōpleto in actu, habet eſſe in ſubiecto, ſed ſubſtantiæ ſecundæ ſunt in primis, & prima ſubſtātia eſt ens cōpletum in actu, ergo ſecūda ſubſtātia eſt in ſubiecto. Quarto ſic. Omne qualificās aliquid eſt in ſubō, ꝙ qualificat, ſed differentia ſubſtantialis qualificat, aliquid ſ. eſſentiam generis,

A ris,ergo ſit in ipſa,vt in ſubiecto. ergo male dr̃,ꝙ iſta ꝓprietas differẽtijs conuenit Quinto ſic. Differẽtia ſubſtãtialis dr̃ ſubſtãtia,ergo iſta ꝓprietas nõ conuenit ipſi differentiæ, & ſic male dr̃ in textu,ꝙ conuenit alijs. ſ. differentijs.

Argu. Ad argumenta. Ad primum dr̃, qđ licet non eſſe in ſubiecto ſit proprium ſubſtantię in communi.ſ.ſecundũ ſe cõſideratæ,tamẽ hoc eſt cõe ſubſtãtiæ diuiſæ,& multiplicatæ per ſua inferiora. Ad ſm̃ dicit,ꝙ licet forma ſubſtantialis adueniat materiæ tanq̃ in illo,ꝙ recipit ipſam,tamẽ non aduenit materiæ poſt eius eſſe completum, ſed dat eſſe materię, ideo non eſt in ea ſicut accñs in ſubiecto. Et ad ſecundum probationem dicitur,quod licet accñs ſuperna-
B turaliter ſi ſine ſubiecto actu,hoc eſt ſecundum actum, tamen eſt ſemper in ſubiecto ſecundũ aptitudinem,ſed ſubſtantia,nec actu,nec aptitudinẽ vnquã eſt in ſubiecto. Ad tertium dicitur, qđ licet ſecunda ſubſtantia ſit in prima,ut principium eius,non tamen aduenit ei poſt eſſe eius completum,ideo non eſt in ipſa,vt accidẽs in ſubiecto. Ad quartum dicitur, quod differentia non aduenit generis poſt eius eſſe completũ, ſed implet, & perficit ſuum eſſe determinando ipſum ad certam ſpeciem.

Ad quintum dicitur,ꝙ licet differentia ſubſtantiæ, ſit ſubſtantia ſecũdum
C rem,quia importat eſſentiam ſubſtãtię non tñ ſecundũ rem,& modum ſimul, quia non importat eam per modũ entis,ſ.qualificantis, ideo non eſt ſubſtantia completa, cũ non habeat ſimul eſſentiam,& proprium modum eſſẽdi.

Secunda ſubſtantia prædicatur vniuocè, prima ſignificata hoc aliquid.

Item,omnibus ſecundis ſubſtantijs, & differẽtijs earum conuenit vniuoce prędicari de primis. Hæc enim omnia prædicantur de primis ſubſtantijs nomine, & ratione, quare vniuocè prædicãtur. Itẽ omnis prima ſubſtantia ſignificat hoc aliquid, id eſt indiuiduum, & D vnum numero,ſed ſubſtantia ſecũda videtur ſignificare hoc aliquid ſub appellationis figura, eo quod eſt in prima ſubſtantia,& de eſſentia eius non tamen ſignificat hoc aliquid, ſed potius ſignificat quale quid, ſeu aliquid commune, nõ enim illud,qđ ſignificatur per ſubſtantiam ſecundã,eſt vnum numero, ſicut eſt illud, quod ſignificatur per primam ſubſtantiam.

Poſtquam auctor poſuit primã proprietatem ſubſtantię,hic conſequenter ponit ſecundam dicens, ꝙ oĩbus ſecũdis ſubſtantijs, & differentijs earũ conuenit vniuoce prædicari de primis, cu- B ius ratio eſt quia vniuocè prædicari eſt prædicari vno nomine,& vna ratione, ſed omnes ſecundę ſubſtantiæ,& differentię earum vno nomine,& vna ratione p̃dicantur de primis ſubſtantijs, & includuntur eſſentialiter in rationibus primarũ.ideo omnib. ſecundis ſubſtantijs,& differẽtijs earũ cõuenit vniuocè prædicari de primis,& dicitur notãter de primis ſubſtantijs,ad differẽtia accidentium vniuerſalium,quæ licet prędicentur vniuocè de ſuis inferioribus. tamen de primis ſubſtantijs prędicantur de nominatiuè ſolum, & nõ vniuocè.

Primo ſciendum,ꝙ prædicari vniuocè tripliciter accipitur. Vno mõ cõiter F ꝓ omni illo,ꝙ ſm̃ vnũ ſignificatũ prædicat̃ de plurib. & ſic cõtinet ſub ſe denominatiue p̃dicari,& hoc mõ accidẽs vniuoce p̃dicat̃ de primis multis ſubſtantijs,vt albũ de Soc.& Platone p̃dicatur ſecũdũ vnũ ſignãtur. Alio mõ capit minus cõiter,pro illo ſolo,ꝙ p̃dicatur vno nomine,& vna rõne de multis ſiue ſit rõ quiditatiua ſiue deſcriptiua, & ſic propriũ tantũmodo p̃dicatur vniuocè de primis ſubſtantijs,vt dictũ eſt in prædicabilibus, quod proprium vniuocè prædicatur de indiuiduis ſpeciei. Tertio modo ſumitur propriè, vt ſolũ conuenit illi, quod ſecundum vnum ſignificatum prędicatur,quod ineſt,eſſentialiter

Vniuocè p̃dicari tripliciter ſumitur.

ſentialiter

A ſentiali eſt ſubiecto, & cuius eſt ratio eſſentialis ſubiecti, & hoc modo ꝓpriũ, & accidens nõ prædicãtur vniuocè de primis ſubſtantijs, cũ nullum eorum inſit eis eſſentialiter, ſed hoc ſolum cõuenit ſecundis ſubſtantijs, & differẽtijs earum, & ſic capitur in propoſito, & ꝑ hoc patet, quod ſi capiatur ſubſtãtia ſecunda generaliter pro omni ſubſtantia vniuerſali completa vel incõpleta, hæc proprietas eſt ſibi ꝓpria quarto modo ſed ſi capiatur ſolũ pro ſubſtantia completa, quæ importat ſubſtantiã ſub modo ſubſtantiæ, ſic eſt ꝓpria ſecũdo modo, quia conuenit omni, ſed non ſoli.

B Secundo ſciendum, quod tertia proprietas ſubſtãtiæ ponitur, quod oĩs ſubſtantia prima ſignificat hoc aliquid .i. indiuiduum, & vnum numero, cuius ratio eſt, quia hoc aliqd eſt indiuiduũ ſubſiſtens in ſpẽ cõpletum, ſed omnis ſubſtantia prima ſignificat indiuiduũ, ſubſiſtens, cum omnis ſubſtantia particularis ſit per ſubſiſtens, & et importat aliqd completũ in ſpẽ, aliter non eſſet prima ſubſtantia, quę directè ponit̃ ſub ſpẽ, ideo oĩs prima ſubſtãtia ſignificat hoc aliquid. Et ratione huius, qđ eſt hoc aliquid tria requiruntur. Primo, requiritur, quod ſit indiuiduum, quare nullum vniuerſale ſignificat hoc aliqd. Secundo requiritur, ꝙ ſubſtet per ſe rõne cuius nulla accidentia ſignificant hoc aliqd, nec ẽt ſcdæ ſubſtantiæ, qa nõ per ſe ſubſtant, ſed in primis ſubſiſtere n. ẽ ſub ſuo proprio eſſe ſtare. Tertio reqritur, quod tale indiuiduũ ſit in ſpẽ completũ, & propter hoc anima rationalis

Ad hoc aliquid tria exiguntur.

C a corpore ſeparata nõ ſignificat hoc aliquid, quia licet ſit indiuiduũ ſubſiſtens non tñ eſt in ſpẽ ens completum, cum ſit pars ſpeciei humanæ. Et hæc tria ſimilr requiruntur ad ſuppoſitũ, ꝙ idem dicit, ſicut hoc aliquid, & primũ iſtorũ triũ importatur cũ dr̃ hoc enim eſt pronomen demõſtratiuum, tm̃ rei ſingularis, tertio importat̃ cũ dicit̃ aliquid aliquid .n. dicit ꝓpriè aliquid ſub genere ſubſtantiæ, in ſpẽ diſtinctũ, ſecũdũ prouenit. ſ. quod ſit ſubſiſtens ex cõiunctio-

ne illorum duorum, & per hoc patet, D quod prima ſubſtantia habet, quod ſignificet hoc, a principio indiuiduationis, & quod ſignificet aliquid. habet a forma ſpeciei, quam includit.

Tertio ſciendum, quod licet ſecunda ſubſtantia non ſignificet hoc aliquid, eo quod non eſt indiuidua, ſed vniuerſalis, videtur tamen ſignificare hoc aliquid, primo propter hoc quod ineſt eſſentialiter primæ ſubſtantiæ, & eadem eſt realiter cum ipſa ſecundo propter figuram appellationis, quia eadem res quandoq; vocatur nomine primę ſubſtantiæ, & quandoque nomine ſecundæ, ſicut Socrates quandoq̃ vocatur E ſub nomine Socratis, & quandoq, ſub nomine hominis, ſicut per hoc nomen homo, qñq; vocatur hõ in cõi, qñque vero in particulari ſub eadem forma vocis, quæ eſt figura appellationis.

Quarto, ſciendum, qđ omnis ſecunda ſubſtãtia ſignificat quale quid ſicut omnis prima ſubſtantia ſignificat hoc aliquid. cuius ratio eſt, quia quale quid dr̃ forma ſubſtãtialis, communicabilis multis, q inquantũ forma eſt, di qualis ſm modum, quia qualificat aliquo modo illud, cuius eſt forma, & inquãtum ſubſtantialis eſt, dr̃ qd, quiditas. n. propriè ſubſtantiam importat, ſed oĩs ſecũda ſubſtantia importat formã ſubſtantialẽ cõem multis, ideo quælibet ſignificat quale quid, & per hoc patet de genere, qđ importat eſſentiã qualificabilem, per differẽtias eius, & rõne eſſentiæ dicit quid, & ratione eius quod qualificabile eſt, dicit quale, & ſimlr differentia dicit eſſentiam qualificantem ſpẽs vero qualificatã, & per hoc patet ſecũda & tertia proprietas ſubſtantiæ.

Secunda ſubſtantia quale quid ſignificat.

F

Sed contra prædicta arguitur primo ſic. Prima ſubſtantia prædicatur vniuoce de ſeipſa, quia non prædicatur æquiuoce, nec denomiuatiue. ergo nõ eſt ꝓprium omnibus ſecũdi ſubſtantijs vniuoce prædicari de primis. Secundo ſic. Differẽtia ſubſtantiæ non habet genus & differentiam, quia ſubſtãtiæ non eſt differẽtia, ergo nõ habet rationẽ. ergo non

Argu.

A nō ꝑdicatur nomine, & ratione de primis ſubſtantijs. Tertio ſic. Idē nō ſignificat ſeipſū, ſed ſubſtātia prima eſt hoc aliquid, ergo nō ſignificat hoc aliquid Quarto ſic. Hoc albū ſignificat hoc aliquid, & tamen nō eſt prima ſubſtātia, ergo ſignificare hoc aliquid nomen eſt propriū primę ſubſtantię. Antecedens patet primo, qđ ſignificet hoc ꝓbatur. quia eſt indiuiduum, & ꝙ ſignificet aliquid, probatur q̃a nihil eſt, quod nō ſignificet aliquid vel nihil, ſed album nō ſignat nihil, ergo ſignat aliquid. Quinto ſic. Idē ſignificatur per primā ſubſtātiā, & ſecundam, ſed prima ſubſtantia ſignificat hoc aliquid, igitur, etiam ſecunda, & ſic non ſolū ſignificat quale.

Solutio Ad argumenta. Ad primū dicitur, ꝙ
B licet prędicatione impropria, ſubſtātia prima prędicetur de ſe ipſa, non tñ prędicatione ꝓpria. Quia ꝑdicatione propria denotatur prędicatū eſſe in ſubiecto, ſed idē totaliter non eſt proprie in ſeipſo, iō idē nō prędicatur ꝑdicatione, proprie dicta de ſeipſo. iō vt hic dr̃ ab Ariſ. a prima ſubſtātia nulla eſt ꝑdicatio. Ad ſecundū dr̃, quod licet drīa nō habeat ꝓprie definitionē, tñ bene eſt eſſentialiter in definitione primæ ſubſtātię, & hoc ſufficit ad ꝑdicandū vniuoce de ipſa Ad tertiū dr̃, ꝙ licet prima ſubſtātia, capta ꝑ ſe ſubiecta intētioni, ſit hoc aliqđ, & nō ſignificet hoc aliqđ,
C tñ ipſa accepta pro intentione cōcreta rei bene ſignificat hoc aliqđ, & ſic cōſiderat a Logico, q cōſiderat res, vt ꝑ voces importātur. Ad quartū dicitur, ꝙ ſi capiatur aliquid, vt cōuertitur cū ente, hoc album ſignificat hoc aliqđ. ſed, ſi capiatur proprie, vt dicit quiditatē ſpēi ſubſtantialis vt capitur in ꝓpoſito, hoc albū non ſignificat hoc aliqđ, ſed bñ ſignificat hoc quale albū enim ſolā qualitatē ſignificat. Ad quintum dicitur, ꝙ licet prima ſubſtātia, & ſecūda dicant idē ſecūdū eſſentiā, hoc tamē eſt ſub diuerſis modis eſſendi, q̃a ſecūda, dicit illud ſub eē cōi vni, prima vero ſubeſſe particulari, ideo nō oportet quod ſi prima ſignificet hoc aliqđ, qđ etiam ſecunda, cum iſti modi ſignificādi ſumantur a diuerſis modis eſſendi. D

Subſtantia non habet contrarium, nec ſuſcipit magis, & minus.

Itē, ſubſtantię nihil eſt cōtrariū ſed hoc nō eſt propriū ſubſtantię, quia non conuenit ſoli ſubſtantię, ſed etiam quantitati, & quibuſdā alijs. Item ſubſtantia non ſuſcipit magis, nec minus, non aūt dico qđ vna ſubſtantia non ſubeſt magis, quam alia, ſed dico, qđ vnaquæq; ſubſtantia ſecundum eſſe ſuum nō intenditur, nec remittitur, vt albū quod quandoque eſt magis albū, quandoque minus album. Socrate verò non eſt magis homo in vno tempore, quam in alio, nec magis homo, quàm Plato. E

Poſtquam Auctor poſuit tertiam ꝓprietatem ſubſtantiæ, hic conſequenter ponit quartam, quæ talis eſt, quod ſubſtantiæ nihil eſt contrarium, cuius ratio eſt, quia cōtraria ſunt formæ actiuæ, & paſſiuæ ſub eodem genere maxime diſtantes, quæ ab eodem ſubiecto mutuo ſe expellūt actu, vel aptitudine, nulla autem ſubiecta eſt in ſubiecto, vt dictum eſt prius, ergo nullæ ſubſtātiæ adinuicē contrariantur. & hęc proprietas non eſt propria quarto modo ipſi ſubſtantię, q̃ conuenit alijs. ſ. quantitati, & quibuſdam alijs, vt poſtea dr̃. Cur ſubſtantię nihil ſit contrarium.

Primo ſciendum, quod contrarietas dupliciter accipitur vno modo generaliter, prout ſe extendit ad contrarietatem perfectam, & imperfectam. & iſto modo contrarietas continet oppoſitionem inter priuationem, & habitum, et etiam continet ſub ſe repugnantiā differentiarum, quæ econtrario diuidunt aliquod genus, & aliquo mō tales differentiæ dr̃ contrariæ, ſm quod dr̃ ꝙ in vnoquoque genere eſt vna prima contrarietas. ſ. repugnantia differentiarum quæ immediatè diuidunt ipſū genus, alio mō capitur cōtrarietas ſolum pro cōtrarietate perfecta, quæ eſt repugnantia F

A gnantia formarum actiuarum, & paſſiuarum eiuſdem generis, quæ mutuo ſe expellunt ab eodem ſubiecto, & talis contrarietas ſolum reperitur inter qualitates de recta ſpecie qualitatis.

Quo nã modo i telligatur, ſubſtantiæ nihil eſt contrarium.

Sc̃do ſciẽdũ q̃ ſi ſubſtantia capiat gñaliter pro oĩ illo, quod ponitur p ſe vel reductiue in gñe ſubæ, ſiue ponat vt ſuba cõpleta in recta linea prędicamẽtali, vt genus, ſpẽs, vel indiuiduũ, ſiue ponat reductiue ãquã principium diuiſiuũ gñis & cõſtitutiuum ſpẽi, vt ſunt drĩæ (ſiue ponat vt principia ſpẽrum de tali gñe, vt materia, et forma, ſiue ponatur vt via ad terminũ, vt gñatio, & corruptio, ſiue vt negatio vł priuatio aliquorum de tali gñe) tunc hoc

B modo in ſubiecta bñ reperit contrarietas imperfecta, quia ibi reperiuntur repugnantia oppoſitarũ d iarũ, q̃ imperfecte contrariãt. Etiã ibi reperitur oppoſitio formæ, & priuationis & cõtrarietas formarũ naturaliũ q̃ aliquo mõ ſe expellunt ab eodẽ ſubo, & et gñatio, & corruptio aliquo modo contrariãtur imperfecte. Sed, ſi capiat ſpecialiter ſuba, pro ſubiecta cõpleta ſolũ, q̃ eſt ſubſtantia ẜm eſſentiam, & modũ eſſendi, & ponitur in recta linea p̃dicamentali, ſic in ſubſtãtia non reperitur contrarietas, nec perfecta, nec imperfecta, & quia hoc modo hic accipitur,

C ideo bene dicitur ſimpl̃r, quod ſubſtãtiæ nihil eſt contrarium, eo quòd nulla talis ſubſtantia eſt in ſubiecto & p hoc patet intellectus huius ꝓprietas, & quo modo eſt propria ſubſtantiæ.

Propriũ eſt ſubſtantiæ non ſuſcipere magis, & minus.

Tertio ſciẽdum, q̃ quinta ꝓprietas ſubiectæ pon. f. f. q̃ ſubſtãtia nõ ſuſcipit, magis & minus cuius rõ eſt, quia Suſcipere magis, & minus, eſt aliquid intendi, & remitti ẜm ſuum eſſe eſſentiale ꝓpriũ, ſed ſubſtantia non intẽdit, nec remittit ẜm ſuum propriũ eſſe eſſentiale, quia eſſe eſſentiale ſubſtantiæ ſolum ſimul acquirit, & conſiſtit in indiuiſibili, ideo ſubſtantia non ſuſcipit magis, & minus. Et licet vna ſubſtãtia quãtũ ad eſſe accidentale eius ſ quantũ ad actũ ſubſtandi alijs, dicat magis ſubſtãtia quã alia, vt prima eſt magis

D ſubſtantia quã ſecunda, tamẽ quãtum ad ſuum proprium eſſe, quod eſt eſſe p ſe, vna non dicitur magis ſubſtantia q̃ alia, ideo non intenditur, nec remittit ſecundum ſuum proprium eſſe neque ſuſcipit magis neque minus.

Quid ſit intẽdi ac remitti.

Quarto ſciẽdũ, q̃ intẽdit eſt aliquid ſucceſſiue perfici in ſuo ꝓprio eſſe, vt cũ aliquid eſt album, et efficitur albus, illa albedo perficit in ſuo ꝓprio eſſe, & talis argumentatio pfectionis vocatur intẽſio, quia ibi forma tendit ab eſſe imperfecto in ſuum eſſe completũ. & ecõtra, remitti eſt aliquid imperfici in ſuo eſſe, & dr̃ illa imperfectio remiſſio, qua ſi formæ amiſſio ſui eſſe perfecti, vel iterata miſſio ad ſuum eſſe in-

E completũ, & imperfectũ. Et dupl̃r aliquid põt ſuſcipere intẽſionẽ, & remiſſionẽ. quo mõ ẜm maiorẽ et minorem pmixtionẽ cũ ſuo cõtrario, vt aliquid dicitur eſſe albus, q̃ eſt nigro impermixtius, vel dr̃ minus album ẜm q̃ eſt nigro plus pmixtum, alio mõ fit intenſio, & remiſſio ſcd̃m maiorẽ & minore radicationẽ formæ ĩ ſubiecto, q̃ quidẽ radicatio ſequit actionẽ cõtrarium, q̃ magis, & minus diſponunt ſubiectũ ad ſuſceptionẽ talis formę, & quia ſubſtantia non eſt in ſubiecto, neq. hẽt cõtrariũ, vt prius dictum eſt. ideo nullo iſtorum modorum põt ſuſcipere intẽſionẽ, & remiſſionẽ, ſiue magis & mi-

F nus, capiendo ſubſtantiã pro ſubiecta completa. vt in proprietate præcedenti, & hęc eſt proprietas eodem modo propria ſubiectæ ſicut præcedens.

Argu.

Sed cõtra prędicta arguitur primo ſic. Ignis & aqua cõtrariãt. & tñ ſunt ſubſtãtiæ, ergo ſubſtãtię aliquid eſt cõtrarium. Sc̃do ſic. Oẽ q̃ corrumpit, a ſuo cõtrario corrumpitur, ſed multę ſubſtãtię corrumpunt, ergo ſubſtãtia hẽnt cõtrarium. Tertio ſic. Elemẽta, vt ignis & aqua, ſunt ſubſtãtiæ, & tñ in mixto intenduntur, & remittuntur, ergo ſubſtantia ſuſcipit magis, & minus.

Quarto ſic Ratio aliqualis eſt ſubſtãtia, & tamẽ ſuſcipit magis, & minus, cuius

al-

A aliqui hominis dicuntur magis rōnales, alijs. Quinto ſic. Ignis lux eſt magis ſubſtantia, q̄ ignis flamma, & Ignis flamma, q̄ ignis carbo, ergo cum ignis ſit ſubſtātia completa, ſequitur, quod ſubſtantia ſuſcipit magis, & minus.

Solutio

Ad argumēta. Ad primū dicitur, ꝙ ignis, & aqua ſcd̄m accidēs cōtrariantur, ſ. ſcd̄m ſuas qualitates, q̄ ſunt calidū, & frigidū, humidum, & ſiccum, tn̄ non contrariant̄ per ſe ſcd̄m ſuas formas ſubſtantiales, & de contrarietate ꝑ ſe ſolū eſt hic ad ꝓpoſitū. Ad ſcd̄m dr̄, quod omne, ꝙ corrumpit̄, corrumpitur a ſuo contrario, vel per ſe, vł per accidens, ſed non oportet oē, quod corrumpitur, habere contrarium. nā ſubſtantia, q̄ corrumpitur, corrumpit̄ ab aliqua qualitate. Ad tertium dicitur, ꝙ licet elementa in mixto ſecundum ſuas qualitates intendant̄, & remittantur, non tn̄ ſecundum ſuum ꝓpriū eſſe ſubſtātiale, ideo non ſuſcipiunt magis et minus. Ad quartum dicit̄, ꝙ rationale capitur dupl̄r, vno modo quantum ad formam, q̄ importat ſecundum ſe, & ſic nō ſuſcipit magis & minus, alio modo capit̄, vt eſt principium operationis rōnis, & adhuc dupliciter. vno mō ex parte ipſius formæ, & ſic iterū non ſuſcipit magis & minus, alio modo ex parte materiæ, q̄ ſecundum magis, & minus pōt eſſe diſpoſita ad talē operationem rōnis, & ſic ex parte materiæ. rōnale quantum ad operationes eius ſuſcipit magis, & minus: ſed hoc eſt ſecundum ſua accidentia; ſed ſecundum ꝓprium eſſe non ſuſcipit intēſionem nec remiſſionē. Ad quintum dicitur, ꝙ ignis lux quātum ad eſſe ſubſtātiale, non eſt magis ignis q̄ ignis flamma, ſed ſolum quantum ad ſe accidētale vt ſunt claritas, puritas luciditas, & ſic de alijs. ideo ſcd̄m ſuum proprium eſſe non ſuſcipit magis, & minus.

B — De hoc eſt magna, q̄ſtio iter Auctor. & alios vt patet in primo de Gener.

C

Proprium ſubſtantiæ eſt, eſſe Suſceptiuum Contrariorum.

Itē proprie proprium eſt ſubſtātiæ, cum ſit vna, & eadē numero, D ſecundū ſui mutationē eſſe ſuſceptibilē contrariorū, vt idē hō aliquando eſt albus, aliquando niger, aliquando calidus, aliquādo frigidus, & aliquando prauus, aliquando ſtudioſus. neq. eſt de orone inſtantia, quia licet hæc eadē orō, Soc. ſedet aliquando ſit vera, aliqn̄ falſa, non tn̄ eſt hoc ſcd̄m ſui mutationē, ſed rei, vt quia Soc. ſurgit, aut currit. & iō nota, qd̄ verum, & falſum ſunt in rebus vt in ſubiecto, & ſunt in oratione vt in ſigno, vnde ęquiuocatur modus eſſendi in eum dicitur verum vel falſum eſt in rebus, & in orone, ſimiliter ęquiuocat̄ ſuſceptibile, cū dr̄ res eſt ſuſceptibilis veri, & falſi, & orō eſt ſuſceptibilis veri, & falſi, ſicut æquiuocatur ſuſceptibile, cum dicitur, vrina hominis vel aīalis, eſt ſuſceptibilis ſanitatis, & aīal eſt ſuſceptibile ſanitatis, hæc. n. ſuſcipit ſanitatē, quia ſignificat eam, illud vero, quia ſubiectū eſt eius, & ita huius proprium nō cōuenit orationi, ſed ſubſtantiæ.

F — Quare ſuſceptiuum eſſe cōtrariorum ſubſtantiæ maximum propriū eſt.

Poſtq̄ Auctor poſuit quintam proprietatem ſubſtantiæ, hic conſequēter ponit ſextam, & vltimam, dicēs ꝙ maxime proprium eſt ſubſtantiæ. cum ſit vna, & eadem numero, ſecundum ſui mutationem eſſe inſceptibilem contrariorum. cuius ratio eſt, quia omnia cōtraria ſunt formæ accidentales, cū ſubſtantia nō hēt contrarium, vt dcm̄ eſt, ſed oīa accidentia ſunt habitātia ſicut in ſubiecto, & etiā contraria fiunt circa idē ſubiectū in numero a quo mutuo ſe expellunt, vt patet per ipſorū diffinitione ergo ſubſtantia, vna manēs, & eadē numero, eſt ſuſceptibilis cōtrariorū, ſicut idem homo eſt quādoq. albus, quādoq; niger, quandoq; calidus, quandoque frigidus, & ſic de alijs.

Primo

A Primo ſciendum, quod contraria nõ
pñt recipi in eodẽ ſubo numero, ſine
aliqua ſui mutatione, ideo ſubſtantia
non põt ſine aliqua ſui mutatione ſu-
ſcipere contraria, talis aũt mutatio nõ
eſt ipſorum contrariorũ tanquã ſubi,
quod mutatur cũ illa contraria ſint ter
mini mutationis. iõ talis mutatio eſt
ſubſtantiæ tanq̃ ſubi. q̃ qdem ſubſtan-
tia manet eadẽ ſub vtroq contrariorũ.
ideo in hac proprietate bene dr, quod
ſubſtantia ſm ſui mutationẽ eſt ſuſce-
ptiua contrariorum, & licet ſubſtantia
ſm ſuũ eſſe ſubſtãtia'e non mutet, ſed
maneat ſub vtroque contrariorum, ta-
B men mutatur ſecundum ſuum eſſe ac
cidentale, ꝙ capit ab ipſius contrarijs.

Secundo ſciendum, ꝙ iſta ꝑprietas
conuenit omnibus ſubſtantijs, tam pri
mis q̃ ſecundis, licet diuerſimode. qa
primæ ſubſtantiæ ſunt per ſe ſuſcepti-
uæ contrariorum, & ſecunda ſubſtan-
tia ex conſequenti ſuſcipit contraria p
hoc quod habet eſſe in primis, per hoc
enim quod Soc. eſt albus, vel niger, ho
mo ex cõſequenti eſt albus, vel niger,
& ſimiliter corpus, vel ſubſtãtia, & ſic
ſecunda ſubſtantia manens, eadem nu-
mero, cum prima ſubſtantia eſt ſuſce-
ptibilis contrariorũ, licet ex cõſequen-
ti, & ſic iſta proprietas conuenit omni
C ſubſtantiæ, & etiam conuenit ſoli, qa
nulla quantitas manens eadem nume
ro eſt proprium ſuſceptibile contrario
rum, ſicut eadem linea in numero non
ſit curua, & recta. ſimiliter etiam, nec
eadem qualitas ſuſcipit contraria, nec
eadem actio. eadem. n. actio in nume-
ro non poteſt eſſe bona, & mala, & ſic
de alijs accidentibus & ſic iſta proprie
tas cõuenit oĩ ſubſtantię. & ſoli, & ẽt
ſemper ſecundum aptitudinem, & ſic
eſt ſibi propria quarto modo.

Tertio ſciendum, ꝙ licet eadem ora
tio ſit; quandoq; vera, quandoq; falſa;
& per hoc videatur manens eadem nu
mero eſſe ſuſceptiua cõtrariorum, tñ ſi
bi non conuenit hęc ꝑprietas propter
duas rationes. Primo eſt, quia ipſa nõ
ſuſcipit contraria, ſ. verũ, & falſum ſm
ſui mutationẽ, ſed ſm mutationẽ rei ſi D
gnificatæ, vnde veritas orõnis eſt adæ-
quatio eius ad rem ſignificatã, & falſi-
tas eſt in adæquatio, ſed talis adæqua
tio, vel in adæquatio mutatur ꝑ muta-
tionem ſignificati propoſitionis, & nõ
per mutationẽ orationis, ſicut hęc ora
tio. Iacobus ſedet, Iacobo ſedẽte eſt ve
ra, ipſo vero non ſedente, eſt falſa per
mutationẽ rei. Secunda ratio eſt, quia
oratio non eſt ſuſceptiua ueri vel falſi
ꝑ modum ſubi, ſed tñ per modum ſi
gni. & in illa proprietate intelligit, ꝙ
ſubſtantia ſit ſuſceptibilis contrario-
rum, tanquam ſubiectum ipſorum. iõ
oratio non eſt ſuſceptibilis contrario- E
rum, vt hic capitur ſuſceptibile.

Quarto ſciendum, ꝙ verum & fal- Verũ &
ſum ſolum ſunt ĩ oratione, vt in ſigno falſum
ſecundum, quod orõ eſt ſignum adæ- in orõ-
quatum vel inadæquatum cõpoſitio- ne, ĩ ĩtel
nis, extremorum, quæ eſt ex parte rei, lectu, &
& in intellectu tanquam in cognoſcẽ- in reb.
te, & ſunt in rebus tanquã in ſubiecto. diuerſi-
Cuius cauſa eſt, qa veritas eſt vera rei mode
entitas, et eſt paſſio entis. ſed paſſiones ſunt.
entis ſunt in rebus, vt in ſubiecto, cu-
ius etiam ſignum eſt: quia, ſi nullus in
telligat ſignificatum huius orationis,
Socr. ſedet, & non intelligens profe-
rat, illa ꝑpoſitio erit vera Socr ſeden-
te, & talis veritas non eſt in propoſi-
tione, vt in ſubiecto, ergo relinquitur F
ꝙ ſit in rebus. & hoc patet, quòd verũ
& falſum diuerſimode ſunt in rebus,
& in oratione. ideo æquiuocatur mo-
dus eſſendi cum dr eſſe in vtroque il-
lorum, & etiam ſuſceptibile. cum dici
tur, quod res eſt ſuſceptibilis veri, &
falſi, & etiã oratio, quia orõ ſuſcepti-
ua eſt ſolum tanquam ſignum, & res
ſicut ſubiectum. & per hoc patet intel
lectus huius proprietatis.

Sed contra prædicta primo arguit Argu.
ſic. Deus eſt ſubſtantia cum ſit ens p
ſe tamẽ non eſt ſuſceptibilis cõtrario-
rum, cum in illo nullum ſit accidens.
ergo non oĩs ſubſtantia ſuſceptibilis
eſt contrariorum. Scdo ſic. Angeli nõ
ſunt ſuſceptibiles contrariorum. cum

A ſint formæ ſimplices, ſimiliter neq; cęlum quod eſt ſeparatum ab omnibus contrarijs, ergo illa proprietas non conuenit omni ſubſtantiæ.

Tertio ſic. Eadē ſuperficies nunc. ſuſcipit album, & nigrum, q̄ ſunt contraria, ergo non ſolum ſub̄a eſt ſuſceptiua contrariorū. Quarto ſic. Duo cōtradictoria non pñt verificari de eodē ſine ſui mutatione. ſed verū & falſum ſe habent vt contradictoria reſpū propoſitionis, ergo eadē propō non pōt eſſe vera, & falſa ſine ſui mutatione. Quinto ſic. Illud qđ ſp ſignificat idem, non qñq; ſignificat verum, qñque falſum, ſed vna o͂o ſp idem ſignificat, vt
B hæc o͂o Petrus ſedet, ſp ſignificat Petrum ſedētē, ſiue ſedeat, ſiue non. ergo eadē o͂o non fit quandoque vera, quādoque falſa per mutationem rei.

Solutio Ad argumenta. Ad primum dr̄, qđ licet capiendo ſubſtantiam cōiter, pro oī ente per ſe, Deus ſit ſubſtantia, tñ ſi capiat ad ſubſtantiam ſpāliter ſolū p ſubſtantia vnī, & particulari, vt capit in propō, ſic Deus non eſt ſubſtantia. Ad ſm dr̄, quod licet Angeli non ſuſcipiant contraria realia, quæ ſunt qualitates actiuæ, & paſſiuæ, nec ēt cœlū, tñ bñ ſuſcipiunt contraria in gñe moris, qa ſm eorum naturam variabiles ſunt de bono in malum, ſunt ēt ſuſceptibiles ſcientię, & ignorantiæ, cęlum ēt ſuſcipit contraria de gñe ſitus, & de gñe vbi, vt deorſum, & ſurſum, ante, & retro, & ſic de alijs, & ēt ſuſcipit aliquas contrarietas, vt denſum, & rarū. Ad tertiū dr̄, qđ licet eadē ſuperficies, ſuſcipiat contraria tanquā ſubm, quo non tñ ſuſcipit contraria tanquā ſubiectum quod ſuſcipit ipſa, et dat ipſis exiſtentiam, & hoc modo ſubſtantia
C eſt ſuſceptiua contrariorum. Ad quartum dr̄, quod ſi capiat generaliter mutatio pro quacunque variatione in aliqua forma abſoluta vel reſpectiua, cōtradictoria non poſſunt verificari de eodem ſine ſui mutatione, ſed ſi capiatur mutatio ſolum pro variatione in aliqua forma abſoluta, ſic contradictoria bene verificantur de eodem ſine ſui mutatione. mō verum, & falſum ſunt, formæ reſpectiuæ, & non abſolutæ, iō bene verificantur de propoſitione per mutationem rei ſine mutatione orationis. Ad quintum dr̄, quod licet o͂o ſignificet ſemper idem ſignificatum, non tñ ſemper ſignificat ipſum adæquate, ideo non ſemper eſt vera. D

De Quantitate, quæ diuiditur primo in continuum, ac diſcretum.

QVantitatis, aliud continuum, aliud diſcretum. Quantitas continua eſt cuius partes copulantur ad vnum terminum communem. Diſcretū vero eſt cuius partes non copulantur ad aliquem terminum communem. E

Poſtq̄ Auctor determinauit de primo prædicamento, quod eſt ſubſtantia hic conſequenter determinat de p̄dicamentis accidentium, & primo de Quantitate cuius rō eſt quia p̄dicamēta ordinant̄ ſecūdū qđ propinquius ſe hñt ad ſubſtantiā, ſed inter oīa accidētia quātitatis immediatius ineſt ſubſtātiæ materiali, & ēt accidētia iſunt ſubſtantiæ mediante quātitate, eo qđ alia accidentia quantitate in ſubſtātia materiali acquirūtur per motū vel ex primo, vel ex conſequenti; ſed ſub̄a materialis nō ſubijcitur motui niſi per quātitatem, ideo accidentia alia mediante quātitate in ſubſtantia acquirunt̄, ideo conuenienter præponitur alijs accidentibus. F

Primo ſciendum, quod licet quātitas vniuoce dicat̄ de omnibus quātitatibus, quia prędicat̄ de ipſis ſecundum vnum nomen, & vnam rōnem. quę eſt qđ quantitas eſt menſura ſubſtātię. tamen; qa quātitas non pōt definiri quiditatiue, & a priori ēt non poſſet dari definitio de ipſa, qua diſtincte notificaret q̄tū ad diuerſos modos, quib. menſurat ſubſtātiam, & illi modi poſſunt

Cur a diu ſone potius quā definitione incipiat.

d. ſlin-

A diſtinctè notificari per diuiſionem, iō quātitas conuenienter diuiditur anteq̄ definiatur. vnde, ſi definiretur in cōi, ta lis definitio parum notificaret q̄titatē, & ipſa magis notificatur a poſteriori, per diuiſionem, ſicut & alia gñraliſſima qnq. magis notificātur, & facili⁹ p diuiſionem q̄ per definitionē, quia magis diſtinctè cognoſcūtur ſm ſuas ſpēs.

Secundo ſciendum, q̄ quantitas in textu diuiditur ſic. Quātitatis, aliud cōtinuum, aliud diſcretum, cuius diuiſionis ratio eſt, quia oīs quantitas eſt mēſura ſubſtantiæ, vel ergo menſurat ipſam ſecundum, q̄ habeat partes ſeparatas, & diſcretas ad inuicem, & ſic eſt diſcreta, vel ſecundum, q̄ habet partes continuas, & coniunctas inter ſe, & ſic
B eſt quantitas continua. Vnde in quantitate diſcreta, partes nōn copulantur ad aliquem terminum cōem, ſed ſunt adinuicem diſcretæ, & ſeparatæ, & in quantitate continua partes copulātur ad aliquem terminum cōem, q̄ eſt principiū vnius partis, & finis alterius. Et in hac diuiſione dr̄ quātitatis in ſingulari numero, & non quātitatū, ad denotandum, ſeu oſtēdendum vnitatē gñis quātitatis, & ponitur aliud, & nō alia, ad oſtēdendū q̄ iſta diuiſio non eſt diuiſio gñis in ſuas ſpēs ſpecialiſſimas, ſed in genera ſubalterna. vñ ſenſus eſt gñis quātitatis, aliud continuum, aliud diſcretum, & magis dr̄ aliud quam alterum, ad oſtendendum diuerſitatē eſ-
C ſentialē quātitatis cōtinuę, & diſcretæ.

Diſcretū & cōtinuum quē ordinē inter ſe ſortiantur.

Tertio ſciendū, q̄ iſtæ duæ ſpēs, ſ. cōtinuū, & diſcretum poſſunt dupl'r cōſiderari; vno modo cōparādo eas ad quātitatem in cōi, & hoc modo vna nō eſt prior altera. ſed quantitas æque primo & vniuocè dr̄ de ipſis alio mō cōparādo eas inter ſe, & hoc dupl'r, quia vno modo inter ſe cōparari ſic poſſunt ſecundum viā nrę cognitionis, & quo ad nos, & ſic q̄titas cōtinua pcedit diſcretā, q̄a per diuiſionem continui cauſatur quodāmodo numerus, & cognoſcitur a nobis, q̄ eſt q̄titas diſcreta. alio mō cōparantur ſecundum ordinem naturæ,

& ſimpliciter, & hoc modo diſcreta pcedit continuam; quia vnitas, quæ eſt A
principium diſcretæ, prior eſt ſimpl'r puncto, qui eſt principium quantitatis continuę, eo q̄ vnitas non habet poſitionē i continuo ſicut habet pūctus, & p hoc patet ordo illarum ſpecierum.

Quarto ſciendum, q̄ i diuiſione q̄titatis, Ariſt. enumerat continuum ante diſcretum, & determinando de ipſis pponit q̄titatem diſcretam continuæ, et hoc facit ad oſtendendū duplicem ordinem illarum ſpecierū inter ſe p hoc .n. q̄ in diuiſione continuū pponit diſcreto, oſtendit harum ſpecierū ordinatio ſm ordinem noſtræ cognitionis. & quo ad nos, ſed determinādo de ipſis, diſcretum pponit continuo, ad oſtendendū ordinem illarū ſpēꝛum ſm ordi
nem naturæ, & p hoc ſatis patet ordo E
q̄titatis iter alia pdicamenta, & quare prius diuit q̄ definiat, & declatio ſuæ diuiſion s, & ordinis ſuarū ſpecierum.

Contra prędicta arguitur primo ſic. Argu.
Vnum pdicamentum habet vnum modum d. nominādi primā ſubſtantiā, cū pdicamenta diſtinguātur ſcd'm diuerſos modos pdicādi de prima ſub̄a, vñ illa q̄ nō pnt habere eundem modum pdicādi cōem de ipſa ſp ſunt i diuerſis pdicamentis, ſed q̄titas nō habet vnū modum pdicādi de prima ſubſtātia, q̄a q̄titas continua denominat ſubſtantiā quantam, & diſcreta quotam. ergo q̄titas non eſt vnum pdicamentum. Secundo ſic. Oē genus æqualiter dr̄ de
ſuis ſpecieb. ſed quantitas non dr̄ equaliter de ſuis ſpēb. ſ. de cōtinua, & diſcre F
ta. ſed diſcreta prior eſt cōtinua. ergo q̄titas non eſt vnū genus pdicamentale.

Tertio ſic. In oī genere eſt vnum minimum, quod eſt metrum, & menſura omnium illorum, quæ ſunt in tali gñe ſed in quantitate ſunt duo minima .ſ. vnitas .& punctus, ergo non eſt vnum prædicamentum quantitatis. Quarto ſic. Omne vniuocum habet prius definiri quam diuidi, quātitas eſt vniuocū ergo male diuiditur prius, quā definiatur. Quinto ſic. Omne continuū eſt di-

 ſcretum

A ſcretum, cum omne cōtinuum ſit vnū in ſe diuiſum ab alijs, ergo continuum & diſcretum coincidunt, ergo membra huius diuiſionis nō ſunt oppoſita.

Solutio Ad argumenta. Ad primum iſtorū dr̄, quod licet ſecundum vſum noſtrū non habeam⁹ vnum modum denominandi primā ſubſtātiā per quantitatē, tñ ſcd̄ in eſſe q̄titatis habem⁹ vnū modum cōem denominādi ipsā, qa cum oīs quantitatis det eſſe qm̄, pōt denominare ſubſtātiā q̄tā, licet illud denominatiuum, quo ad nos ſit appropriatum q̄titati continuę, eo quod habem⁹ illud denominatiuum ꝓpriū q̄titatis diſcretę. ſ. quot etiā oīs quātitas denominat ſubſtātiā menſurabilem, vel mēſoratā. B Ad ſecundum dr̄, quod licet cōparādo illas duas ſpecies iter ſe, diſcreta ſit vno mō prior continua, tamen ꝑ reſpectum ad ſuum genus æqualiter ſe habent, & quātitas dr̄ vniuoce de ipſis. Ad tertium dr̄, quod licet punct⁹, et vnitas ſint minima reſpectu aliquarū ſpecierum q̄titatis, tñ nullum illorum eſt ſimpliciter minimum reſpectu totius gñris quantitatis, quia nullum illorum eſt cōe principium oīum ſpecierum eius, ſed eſſe q̄titatis in cōi eſt minimum ſimplr̄ in iſto pdicamento. Ad quartum dr̄, quod licet omne vniuocū ꝙ poteſt diſtinctè magis notificari, per definitionem, q̄ per diuiſionem, prius debeat definiri, q̄ diuidi, non tñ oportet de eo, quod facili⁹, & magis diſtincte notificet per diuiſionem, q̄ per definitionem mō ſic eſt de q̄titate, vt dictum eſt prius. Ad quintum dr̄, qd̄ licet continuum, & diſcretum ī vno materialiter coincidāt, & ſecundū diuerſas rōnes, non tñ formlr̄, & ſecundum vnam rōnem, vnde aliquid ſubiectum inquantum eius partes inter ſe copulanē ad vnum terminum cōem, dicitur continuum, ſed inquantum eſt diſcretum, & ſeparatum ab alijs indiuiduis dicitur diſcretum, & ſic habent menſurari quantitate continua, & diſcreta.

De diſcreta quantitate, ac eius ſpeciebus.

Quātitas aūt diſcreta eſt numerus, & orō, vnde duæ ſunt ſpecies D eius, non .n. eſt in numero aliquis cōis terminus, ad quē partes numeri copulētur, vt in decē, quinq; & quinq; aut tria, & ſeptē, ad nullum. n. terminū cōem copulātur, ſed ſemper diſcretæ ſunt, & ſeparatæ. Eſt aūt numerus multitudo ex vnitatibus aggregata. ſimiliter & in orone, ſyllabæ non copulantur ad aliquem terminum cōem, ſed vnaquæq; ſeparata eſt ab alia.

Poſtq̄ Auctor præmiſit diuiſionem q̄titatis, hic conſequenter determinat de mēbris eius. ſ. de continua, & diſcreta, & qa ordine naturæ q̄titas diſcreta prior eſt q̄titate cōtinua, cū ſit ſimplicior. iō prius determinat de diſcreta, q̄ de continua, qa tū continua eſt nobis E notior q̄ diſcreta, iō notificat diſcretā per negationē illius, ꝙ cōuenit continuæ, ſ. quod hēat partes, quæ per vnū terminū cōmune ad inuicem copulentur, vnde ſic definitur, quantitas diſcreta eſt cuius partes non copulantur ad aliquem terminum commune, ſed ſp inter ſe diſcretæ, & ſeparatę ſunt. & diuiditur in duas ſpecies. ſ. numerum, & orationem, cuius ratio eſt, quia omnis F quantitas diſcreta habet partes permanentes, vel ſucceſſiuas. ſi primum, ſic eſt numerus. ſi ſecūdum, ſic eſt oratio.

Primo ſciendū, ꝙ numerus eſt multitudo ex vnitatib. aggregata. & ibi ponit multitudo, loco generis, & dicitur ex vnitatibus aggregata. ſ. ex vnitatibus formalibus de genere quantitatis ad denotandū quòd numerus eſt multitudo formalis; q̄ ex talib. vnitatibus conſurgit, ad differentiā multitudinis materialis, ſicut ē multitudo ſubiectorum habentiū tales vnitates, & eſt talis numerus quantitas diſcreta, & qd̄ ſit quātitas patet, qa oīs menſura ſubſtātię eſt quātitas, ſed per numerū ſubſtantiam menſuramus, ſicut per decē menſuramus decem canes, vel lapides ergo numerus eſt quantitas, & quod ſit

Quid numerus.

A fit diſcreta, patet, quia partes eius non copulant ad aliquẽ terminũ cõem, qui ſit terminus vnius partis, & principiũ alterius, ſed oẽs vnitates in numero remanẽt diuiſę, & diſcretę inter ſe, cũ quãlibet poſſit ab alia idifferẽter ſeparari.

Cauſa formalis materialis finalis, et efficiens numeri.

Scd'o ſciendũ, quod cauſa formalis numeri eſt vnio ſuarum vnitatum ſub forma diſcretionis, q̃ prouenit ab vltima vnitate numeri, q̃ dat ſibi nomen, rationem ſicut denarius capit formã, & ſpeciem numeri denarij, a decima vnitate, & licet ſic vnianẽ vnitates ſub forma diſcreti, tñ non copulantur ſiue vniuntur per copulationem ad aliquẽ terminũ cõem ſed cauſa materialis, in qua ſunt numeri, ſunt res numeratæ, in quibus eſt numerus, vt in ſubiecto, ſicut denarius eſt ſubiectiuè in decem canibus. Et cauſa finalis eius, eſt certi-

B ficatio, vel menſuratio ſubſtantiæ acceptæ ſecundum ſuas partes ſeparatas & diſcretas, & eius cauſa efficiens, eſt cauſa efficiens ſui ſubiecti quãtum ad ſuum formale. & quantũ ad actum numerandi eſt anima numerans, & capit numerus nõ ꝓ numero numerato, q̃ ẽ res numeratę, ſicut decẽ canes, vel decẽ equi, neq; primo numero numerante effectiue, q̃ dr̃ aĩa numerans, ſed ꝓ numero numerante formaliter, q̃ eſt q̃titas formis exiſtẽs in reb. numeratis.

Oratio triplex.

Tertio ſciẽdũ, ꝙ ratio tripliciter accipitur. vno mõ ꝓ voce prolatã, & ſic ẽ de ſcd'a ſpẽ qualitatis. alio mõ pro voce cõplexa, vt ſignificatiua eſt, & ſic eſt ens rõnis quãtũ, ab ſuũ formale, ꝙ eſt

C ordinatio ad ſignificandũ, & ſic nõ ponitur in ꝑdicamẽto. tertio mõ accipit ꝓ menſura ſonorũ literarum, & ſyllabarum exiſtentiũ in voce prolata ſecũdum quã vna ſyllaba dr̃ breuis vel lõga. & dicitur mẽſurari per prolationes ſuarum ſyllabarum, & ſyllaba per ſonum literarum, & illo modo accipitur hic oro formaliter pro illa menſura ſonorũ vocis prolatę, & per hoc patet, ꝙ hic non ſumitur oratio, vt eſt in voce cõplexa, ſed gñaliter prout eſt ĩ qualibet voce ꝓlata, ꝓut oro dr̃ oris ꝓlatio.

D Quarto ſciendũ, quod talis menſura vocis prolatę eſt quãtitas diſcreta, & primo probat, quod ſit quãtitas, q̃a oẽ accñs menſuratiuũ ſubſtantiæ, ſiue ſui ſubiecti eſt quantitas, ſed oratio ẽ mẽſuratiua ſui ſubiecti, ſiue ſui materialis, quod eſt vox prolata, ergo eſt quantitas, & ꝙ ſit diſcreta patet, q̃a partes eius non copulantur ad aliquẽ terminũ cõmunẽ, q̃ ſit finis vnius partis ei⁹, & principium alterius, aut ecõtra, vnde in voce prolata vna ſyllaba non eſt principium vnius partis, & finis alterius, ſed omnes ſyllabæ orationis ſunt diſcretæ, & ſeparatæ abinuicẽ, & licet ſint diſtincte, tñ capiũt formã vnius diſcreti per aggregationẽ, & ordinẽ inter ſe, & per hoc aliquo mõ vniunt, & differt oratio à numero, q̃a licet vterq; incipiat ab vno indiuiſibili, tñ in numero illud idẽ indiuiſibile, ꝙ eſt principiũ reſumitur cum ſequentib. ad certificã-

Měſura vocis ꝓlatę q̃.

Numeri ab orõne diſtinctio.

E dum ſuum ſubiectum, ſed in oratione primum indiuiſibile non reſumitur cũ ſequentibus, quia ſuę partes non ſunt permanentes. & pro hoc ſatis patent, ſpecies, quantitatis diſcretæ.

Argu.

Sed contra ꝑdicta arguitur primo ſic. Multitudo nõ eſt q̃atitas. ſed relatio, cũ multũ ſit de gñe relationis ſicut & paucũ. ſed numerus eſt multitudo, ergo nõ eſt quãtitas. Secundo ſic. Ois ſpẽs hẽt aliquod indiuiduũ vnũ numero, ſed numerus nõ hẽt aliquod indiuiduum vnũ numero, cũ nullus numer⁹ particularis hẽat vnũ ſolũ ſubiectũ in numero, ſed ſit diuerſis, ſicut decẽ vnitates ex quib. eſt denarius ſunt in decẽ canib. ergo numerus nõ eſt ſpẽs q̃titatis diſcretę. Tertio ſic. Oẽ compoſitũ

F ex indiuiſibilis eſt diuiſibile, ſed numerus non eſt indiuiſibilis, ergo non eſt multitudo aggregata, ex vnitatibus, quia vnitates ſunt indiuiſibiles. Quarto ſic. omnis quantitas eſt mẽſura ſubſtantię, oratio non eſt menſura ſubſtãtiæ, ſed vocis, ergo non eſt quantitas. Quinto ſic. Vox plorata eſt continua, quia paſſiones vocis ſunt continuatas, melodia, et de articulatio ſonorũ. ergo

A ratio, quæ eſt menſura talis vocis eſt continua, & per conſequens non eſt quantitas diſcreta.

Ad argumenta. Ad primum dicitur quod ſi capiatur multum reſpectiue, vt opponitur pauco, eſt genere relationis, ſed ſi capiatur abſolute, vt opponitur vni, ſicut etiam vnitas, & multitudo opponuntur, ſic multum eſt in gñe quantitatis, & ēt multitudo. Ad ſecundum dr̄, quod licet numerus non hēat vnum ſubiectum ſimpliciter, tñ habet ſubiectum vnum vnitate aggregati omnis, & hoc ſufficit ad vnitatem indiuiſibilem alicuius numeri, quia numerus non eſt vnus niſi vnitate aggrega-

Solutio

B tionis, ſed eſt realiter multitudo. Ad tertium dicitur, quod licet compoſitũ ex indiuiſibilibus ſub forma continuationis, vel copulationis ſit indiuiſibile, tñ compoſitum ex indiuiſibilibus ſub forma diſcretionis & aggregationis ſimul non dicitur indiuiſibile, ideo licet numerus ſit diuiſibilis, tñ hoc mō pōt componi ex vnitatibus indiuiſibilibus quæ remanent abinuicem diſtinctæ.

Ad quartum dr̄, ꝙ licet oro non mẽſuret verã ſn̄bã per ſe primo, tñ menſurat alquid, qđ habet modum ſubæ reſpectu ipſius. ſ. ipſam vocem prolat am quæ ſubiectum eius. Ad qnintu m dicit̃ quod licet in voce ſit continuitas quãtum ad ſonũ eius, tñ ibi eſt diſcontinuitas quãtum ad figurationẽ, & formationem ſonorum literarum, & ſyllabarũ, et menſura huius prolationis dr̄ forma liter oratio. ideo eſt formr̄ diſcreta.

Quę & quot ſunt ſpecies quantitatis continua.

Quantitatis aũt continuæ, alia linea, alia ſuperficies, alia corpus, alia tẽpus, alia locus. vnde quinq; ſunt ſpecies eius. Quòd aũt linea ſit quantitas continua, patet, quia partes eius copulãtur ad aliquem communem terminũ, puta ad punctum, et partes ſuperficiei ad lineã & partes corporis ad ſuperficiem.

Poſtq̃ Auctor determinauit de q̃tita te diſcreta, hic conſequenter determi- D nat de continua, quæ eſt cuius partes copulantur ad aliquẽ terminum cõem ipſam diuidens per quinq; ſpecies, quę ſunt, linea, ſuperficies, corpus, tempus, & locus, quorum ſic habetur ſufficientia, qa oĩs quantitas cõtinua menſurat ſuba ſecundũm aliquam extenſionem vel ergo ſecundum extenſionem durationis, & ſic tempus, vel ſecundum extenſionem magnitudinis, & hoc dupl̄r vel menſurat extrinſece, & ſic eſt locus vel intrinſece, & hoc dupliciter, vel ſecundũ vnã dimenſionẽ tm̃ & ſic eſt linea, vel ſecundũ plures, & hoc dupl̄r, vel ſcd'm duas, & ſic eſt ſuperficies, q̃ menſurat ſecundũ lungum, & latũ, vel ſcd'm tres dimenſiones. & ſic eſt corpꝰ ꝙ menſurat ſecundum longum, latũ, & profundum, & quia iſtæ tres ſpẽs. ſ. linea ſuperficies, & corpꝰ itrinſece mẽ ſurant, alię verò extrinſece, ideo primò de ipſis videndum eſt quam de alijs.

Quinq; tantum ſunt cõtinuæ, quantitatis ſpecies.

E Primo ſciendum, ꝙ linea eſt longitudo ſine latitudine, & ꝓfunditate, cuius extremitates ſunt duo puncta, cuius rō eſt, quia linea intelligitur cauſari ex fluxu puncti in longum, ideo linea ex fluxu puncti habet longitudinẽ, & quia punctus non pōt intelligi fluere in latum, nec ĩ profundum, ideo linea eſt ſine latitudine, & ꝓfunditate, q; debet itelligi ſine latitudine, & profunditate ipſius lineę, & nõ ſuperficiei, vel corporis, quia non pōt eſſe linea quin ſit in corpore, ideo nõ pōteſt eſſe ſine latitudine, & profunditate corporis, & quia fluxus puncti a puncto ſemper incipit, & terminatur in punctũ. iõ extremitates lineæ ſunt duo pũcta. & per hoc patet, ꝙ ĩ linea punctus eſt materiale eiꝰ habet. n. modum materiæ ĩ hoc ꝙ ſubſtat ſub fluxui, & fluxus eiꝰ eſt formale lineæ, qa ipſam formaliter cõſtituit per hoc ēt patet, ꝙ linea vnõ modo ſolum eſt diuiſibilis ſ. ſecundum longitudinem, quia ipſa non hãbet diuiſibilitatem a pũcto, cum ille ſit idiuiſibilis ſed ſolum hẽt a fluxu illius puncti, qui ſolum ſit ſecundum vnã dimẽſionem.

Quid ſit linea.

F

Quid ſit ſuperficies.

Secundo

A Secundo ſciendum, quod ſuperficies eſt longitudo cum latitudine ſine profunditate, cuius extremitates ſunt duę lineæ, cuius ratio eſt, quia ſuperficies imaginatur cauſari ex fluxu lineæ ī latum. & ideo à lineā habet longitudinē & à fluxu lineæ in latum habet latitudinem, & quia non pōt intelligi fluere ī ꝓfundum, ideo ſuperficies eſt ſine ꝓfunditate, & quia fluxus lineæ incipit à linea, & in lineam terminatur, ideo ſuperficiei, quę eſt fluxu cauſatur extremitates ſunt duę lineæ.

Quid corpus.

Tertio ſciendū, qđ corp⁹ longitudo cum latitudine, & profunditate, cuius extremitates ſunt duæ ſuperficies cuius ratio eſt, qa corpus imaginatē cauſari ex fluxu ſuperficiei in ꝓfundum, iō a ſuperficie hēt longitudinē, & latitudinē, & à fluxu ſuperficiei hēt ꝓfunditatē, B & qa ille fluxus ab vna ſuperficie incipit, & in aliā terminatē, iō extremitates corpori ſunt duę ſupficies & ꝑ hoc patet, ꝙ ſupficies diuiſibilis ē ſcd'm duas dimēſiones, & corp⁹ ē diuiſibile ſm tres. ſ. longitudinē, latitudinē, & ꝓfunditatem, iō corpus hēt oēs tres dimenſiones, & vndiq; eſt diuiſibile.

Linea ſuperficies corpus, quātitatis continuę ſpēs ſunt.

Quarto ſciēdum, qđ ſicut in linea punctū eſt pricipiū materiale in lineę & fluxu puncti ē principium formale, ſic ēt ī ſuperficiē linea ſe hēt, vt materiale. & fluxus lineæ eſt pricipium formale, & ſimilr ī corpore ſuperficies ſe hēt vt principiū materiale, & fluxus ſuperficiei tanq̄ formale, & de qualibet harum ſpērum ꝓbatē, primo, quod ſit C quantitas qa q̄libet eſt mēſura ſubē. Scd'o, quod ſit cōtinua quantitas, quia quantitas cōtinua eſt illa, i qua partes copulanē ad aliquē terminum coēm, q eſt principium vnius partis, & finis alterius, ſed cuiuslibet harū ſpērum partes copulanē ad aliquē terminū coēm, ſicut partes lineę copulanē ad punctū q eſt pricipium vni⁹ partis, & finis alterius, qa vbicunq; cadit diuiſio lineæ cadit ſupra punctū, & partes ſuperficiei copulanē ad lineā, qa vbicunq; diuidatē ſuperficies hoc erit per lineam, q terminat ambas eius partes, & partes D corporis terminanē ad ſuperficiē quia corpus per ſuperficiē ſp hēt diuidi. Et hic capit terminus cōis in terminando nō ī ꝑdicādo, & ſic patet declaratio trium ſpecierum quātitatis continuæ.

Argu.

Sed contra prędicta primo arguitur ſic vna ſpēs oppoſita alteri non eſt de conſtitutione alterius, nec includitur ī alia, ſed linea includitē in ſuperficie, & in corpore, quare vr̄ quod non ſit ſpēs diſtincta ab alijs Secundo ſic. Perfectū & imperfectum nō variāt ſpēm, ſed linea, & ſuperficies, ſe habent ad corpus ſicut imperfectum ad perfectum, ergo non diſtinguuntur ſpē à corpore, & ſic non ſunt quinq; ſpēs quantitatis continuæ. Tertio ſic. Corpus eſt ſpēs ſubē ergo hic male ponitē ſpecies quantitatis continuæ. E Quarto ſic. Illud qđ copulat partes lineæ adinuicem, hēt rōnem formæ reſpectu lineæ, quia copulare, & vnire, eſt actus ipſius formæ, ſed punctus non eſt principiū formale lineę, ſed materiale, ergo partes ei⁹ nō copulanē ad punctum. Quinto ſic. Terminus eſt indiuiſibilis, qa ſi eſſet diuiſibilis poſſet diuidi, & ſic vna pars terminaret aliā, & ſic non terminaret niſi gratia partis. ſed ſupficies non eſt indiuiſibilis, ergo nō eſt terminus cōis ad quem partes corporis copulantur.

Solutio.

Ad argumenta. F Ad primū dr̄, ꝙ licet linea includatē materialiter in ſuperficie, & in corpore, nō tñ includitē formaliter tanq̄ pertinens, vel ſe tenens ex parte formæ corporis, vel ſuperficiei. vñ nō eſt incōueniens, ꝙ ſpecierū diſtictarum formalr vna concurrat materialiter, & veniat ad conſtitutionē alterius, ſicut binari⁹ eſt materialiter de cōpoſitione ternarij. Ad ſm dr̄, qđ licet perfectū, & imperfectū ſcd'm eſſe tm̄ nō varient ſpēm, tñ perfectū, & imperfectū ſcd'm eſſentiā bene variat ſpeciem. modo ſuperficies, & linea ſcd'm perfectionē eſſentię à corpore diſtinguunē, ideo ab ipſa ſpē differunt. Ad tertiū dr̄, ꝙ licet corpus, acceptū pro ſubiecto trinæ dimenſionis, ſit ſpecies ſubſtantiæ, tñ

A corpus, captũ pro actuali trina dimenſione vt capitur hic, non eſt ſubſtantia ſed quantitas. Ad quartum dr, ꝙ ſi cõſideretur punctus, vt eſt continuans, et copulans partes lineę inter ſe, ſic habet modum formę in ſe reſpectu lineę & hoc modo ſolum eſt punctus in potentia, & non in actu, ſed ſi conſideretur vt ſuo fluxu cauſat lineam, ſic eſt principium materiale lineę. Ad quintũ dr, ꝙ licet ſuperficies, ſit diuiſibilis, ſecundũ lõgitudinẽ eſt tñ indiuiſibilis ſecundũ profunditatẽ, & reſpũ profunditatis eſt terminus corporis. ideo eo
Solutio mõ, quo eſt terminus eſt indiuiſibilis.

De tempore, ac loco.

B Partes aũt tpis ad nunc, vt præteritum, & futurum ad pſens, partes aũt loci ad eũdẽ terminũ copulãt, ad quẽ corporis particulæ.

Poſtq̃ Auctor determinauit de linea ſuperficie, & corpore, q̃ menſurant intrinſece, hic conſequenter determinat de quantitatibus continuis, quę mẽſurant extrinſece. ſ. de loco, & tempore, & inde ſumitur ratio huius ordinis. Poteſt etiam ſumi alia ratio, quia licet capiendo quantitatẽ ſub ratione menſurę, vt conſideratur à Logico, & Mathematico, tempus, & locus ſint ſpecies quantitatis ab alijs diſtinctæ, tñ. ſi conſideretur quantitas quantũ ad ſuã
C diuiſibilitatem, & ſub ratione entis vt in Methaphyſica conſideratur, tunc tps, & locus non ſunt ſpecies quantitatis diſtinctæ per ſe ab alijs. hoc. n. modo locus non diſtinguitur à ſuperficie.

Primo ſciendum, ꝙ tps poteſt tripliciter cõſiderari vno mõ gñaliter, pro quacunq; mẽſura durationis, ſiue diſtinguat realiter à mẽſurato, ſiue nõ & hoc mõ tẽpus continet ſub ſe ęternitatem, q̃ eſt menſura rei carẽtis principio, & fine, ſcilicet primæ cauſæ, & ęuiternitatem, q̃ eſt menſura rei hñtis principiũ, & carẽtis fine, ſicut ſunt Angeli, & tẽpus propriè dictum. quod eſt menſura rei habẽtis principiũ, & finẽ, vt ſunt oĩa corruptibilia. Secundo mo

De hoc 4. & 8. Phyſ. 1. Cœli Mun.

do accipitur tẽpus minus gñaliter pro menſura durationis, quæ eſt realiter diſtincta mẽſurato, & ſic ſolũ cõtinet æuiternitatẽ, & tps ꝓpriè dictũ, & nõ æternitatẽ, cũ ipſa nõ diſtinguat realiter ab æterno. Tertio modo, capit propriè ſolũ ꝓ menſura durationis rei corruptibilis, & ſpecialiter mutus, & hoc mõ definitur. Tẽpus eſt numerus motus ſcdm prius, & poſterius, & in pſenti ꝓpoſito ſumit tps prout accipitur ſecundo modo. i. pro mẽſura durationis q̃ eſt quantitas diſtincta à menſurato.

Secundo ſciendum, ꝙ motus & duratio rerum productarum hẽt menſurari per aliq̃ quantitatẽ, & certificari quo ad nos, eo ꝙ aliquæ res dñr æquales durationis, & aliquę inæquales, æquale n. & inęquale accipiunt ſcdm quantitatẽ. ſed motus, & talis duratio non menſuratur per aliã ſpẽm quantitatis, q̃ ꝑ tps, vt probaretur inductiuè in oib. alijs ſpẽbus ergo hñt menſurari per tps, & ſic tps eſt quantitas, & q̃a mẽſura rei continuæ dẽt eſſe continua q̃a dẽt eſſe ꝓportio menſurę ad menſurarum, ſed motus eſt continuus, & ẽt duratio eſſe rei, ergo tps eſt quantitas cõtinua. Adhuc aliter ꝓbat in textu, quia partes tpis ad vnũ terminum cõem copulantur, vt pteritũ, & futurum copulantur, ad nunc præſens, ꝙ eſt finis pteriti, & principium futuri. ergo tẽpus eſt quantitas continua, vnde ſicut in linea punctus eſt tota ſuba rei, et ex fluxu ſuo cauſat ineã, & copulat partes eius ita i tẽpore nunc eſt tota ſubſtantia tẽporis, vel eſſentia. & fluxu ſuo de priori in poſterius cauſa tẽpus, & copulat partes eius adinuicẽ.

Tertio ſciendum, ꝙ locus capit dupliciter, vno mõ ꝑ ſuperficie corporis cõtinentis ſm, ꝙ in eo eſt virtus generatiua, & conſeruatiua locati, vbi diffuſa à corporibus cęleſtib. & hoc modo ſic definit, eſt ſuperficies corporis cõtinentis immobile primum. Alio mõ capit Mathematicè, vel Logicè ꝑ ſuperficie corporis ſine illa virtute conſeruatiua locati, quæ eſt quædã qualitas

Vide 4. Phyſ t. ca. 100. & 101.

E

F

4. Ph. t. c. 43. & 46.

D

A tas de prædicamẽto qualitatis,& hoc modo capitur hic, & definit ſic, ꝙ eſt ſuperficies corporis continẽtis mẽſuratiua locati,ſicut ſuperficies aeris circũdãs lapidẽ dicitur locus lapidis, q̃ põt dupliciter cõſiderari. vno mõ reſpectu corporis continentis in quo eſt ſubiectiue & qd' menſurat intrinſece, ſcd'm duas dimenſiones tñ,& ſic dicit ſuperficies alio modo reſpectu corporis contenti, quod menſurat extrinſece ſecundum tres dimenſiones, & ſic dicitur locus.

Loc' eſt quantitas continua. Quarto ſciẽdum,ꝙ ſicut locatũ mẽſuratur intrinſece per lõgitudinem, latitudinem,& profunditatẽ eius, ſic ẽt mẽſuratur extrinſece ſcd'm tres dimẽſiones loci, in quo ſuſcipitur, ſicut vinum menſuratur ſecundum lõgitudinẽ,latitudinẽ,& ꝓfunditatem a ſuperficie cõcaua vaſis,in quo ſuſcipitur & B per hoc habetur, ꝙ locus eſt quantitas quia eſt menſura ſubſtantiæ, & qd' ſit continua patet,quia partes eius copulantur ad eundẽ terminum cõem, ad quem partes corporis copulãtur qa ſicut partes corporis locati oẽs copulãtur ad centrum eius,ſic ẽt oẽs particulæ loci,quæ eſt idẽ centrum ſcd'm rem qd' eſt centrum locati intrinſecum, & extrinſecum loci,& ſunt ęquales diametri ꝓ eſſę à ſuperficie, q̃ eſt locus, & a ſuperficie locati,vſq. ad centrum ei' & ſic diametri loci,& locati ad idẽ cẽtrum copulãt.& iſti diametri dñr partes loci,nõ eſſentiæ eius,qa iſtę partes ſunt ſuperficies,ſed dñr continuatiuæ loci,& ẽt licet partes corporis inquantum corpus copulenẽ ad ſuperficiem, C tamẽ partes eius vt eſt locatum,copulantur ad centrum,& ẽt partes locati.

Vbi eſt circūſcriptio corporis locati a loci circūſcriptione pcedēs, vt in Eccleſia eſſe, in foro eſſe Et diuiditur vbi, q̄a quoddam eſt vbi. Et diuiditur vbi, quia quoddā eſt vbi ſimplex, & eſt illud quod a ſimplici loco pr cedit vt eſt locus punctorū, & quoddā eſt vbi a cōpoſitum, & eſt illud quod a loco cōpoſito pcedit. Proprietates vbi ſunt duæ. Prima eſt, quod vbi nihil contrariū. Secunda eſt qui vbi non ſuſcipit magis, neque minus hoc eſt, quod vbi non ſuſcipit intenſionem neque remiſſionem. D

Poſtq̄ Auctor determinauit de qñ, ꝙ cōuenit tā ſubijs corporeis q̄ incorporeis, hic cōſequēter determinat de vbi, ꝙ pprie cōuenit ſolum ſubijs corporeis. Qđ a Gilberto Porretano ſic definit vbi eſt circumſcriptio corporis a loci circūſcriptione pcedēs. In qua definitione ponit circumſcriptio loco generis, q̄a ipſa ſe habet per modū gñis reſpectu vbi. Deinde ponit corporis, ad explicādum pprium ſubiectum ipſius vbi, ꝙ eſt ſubiectiue i corpore locato, & per hoc differt a circūſcriptione actiua loci. Deinde ponit a circumſcriptione loci pcedēs, ad oſtēdēdum ppriā cām, & ppinq̄ ipſius vbi, q̄ eſt locus circumſcribens locatum, & per hoc differt vbi ab alijs prædicamentis accidentium, quorum nullam cāntur immediate a loci circumſcriptione, vt poſſet videri inducendo in omnibus. E

Primo ſciendum, ꝙ triplex eſt circūſcriptio. Quædā eſt circumſcriptio actiua loci, q̄ eſt actio ipſius circumſcribētis locatum, q̄ ponit in prędicamēto actionis. Secunda eſt circumſcriptio, ſiue circūdatio paſſiua, q̄ eſt paſſio corporis circundati, q̄ reponit in prędicamēto paſſionis, & q̄libet iſtarum duarum eſt ens ſucceſſiuum, & nō permanēs. Tertia eſt circumſcriptio neutralis, quę eſt eſſe circundatum a loco ipſius locati, ſeu eſſe circumſcriptū a loco, & hęc circūſcriptio eſt ens pmanēs i locato, & cāur a circūſcriptione actiua, & paſſiua, & de tali circūſcriptione intelligiť i definitione vbi, & p hoc patet, ꝙ ſubæ i corpore, & ēt accidentia, quæ non pprie circumſcribunť a loco per ſe, ſed per accidēs, proprie non habeat vbi, ſed ſolū corpora, quæ in loco circumſcribuntur habent proprie vbi. F

Triplex circumſcriptio

Secundo ſciēdū, ꝙ licet locus, & vbi magnā habeāt conuenientiā, q̄a locus eſt cā ppinqua ipſius vbi, rōne cui⁹ ponitur in ſua definitione, tn̄ abinuicem realiter diſtinguunť, eo ꝙ locus eſt cā

Locus & vbi in quo conueniant ac differant.

A efficiẽs extrinſeca ipſiꝰ vbi, & talis cã ſp realiter diſtinguit a ſuo effectu. Vñ differunt primò locus, & vbi ex parte ſui ſubiecti; q̃a locus eſt ſubiectiue ĩ locãte, vbi vero in corpore locato, vt cũ lapis eſt in aqua, ſuperficies aq̃ circundãtis lapidẽ, q̃ eſt locꝰ eius eſt ſubiectiue in aqua circundante, & eſſe circundatũ vel eſſe locatum, qđ eſt, vbi lapis, eſt ſubiectiue ĩ lapide, q̃a de ipſo affirmatiue p̃dicat. Differũt ſcđo; q̃a locus eſt menſura extrinſeca locati, vbi vero eſt accidẽs reſpectiuum locati, quod dicit reſpectum ad talẽ menſurã, q̃a proprie vbi nõ eſt aliud q̃ eſſe in loco vel cõmenſurari in loco. Et per hoc habetur tertia differẽtia, quod locus eſt ens abſolutum, & vbi eſt ens reſpectiuũ.

Vbi duplex, cõpoſitũ ac ſimplex, & eius ſpecies.

B Tertio ſciendũ, quod vbi diuidit per vbi cõpoſitũ, & vbi ſimplex. Vbi cõpoſitũ, eſt eſſe locatũ, vel eſſe mẽſuratum loco cõpoſito, vel circũſcriptũ, & ſic ſolũ cauſat a loco cõpoſito. Sed vbi ſimplex, eſt quod cauſatur a loco ſimplici, & eſt locus ſimplex aliqđ indiuiſibile loci correſpõdẽs indiuiſibili ſui locati. Et dr tale vbi p ſimilitudinẽ ad vbi compoſitum, q̃a ſicut totũ locatũ circũmſcribitur a quãtitate loci, & hẽt proportionẽ ad ipſum, ſic et qđlibet indiuiſibile locati hẽt p̃portionem ad indiuiſibile loci, ſicut centrum locati ad centrũ loci, licet th vnũ non circundetur

C p̃prie ab alio, nec realiter diſtinguatur ab ipſo, rõne cuius dicit textus, qđ idẽ ſunt puncta, & puncti locus, ideo vbi ſimplex, nõ eſt p̃prie vbi, ſed per ſimilitudinẽ ſolum ad vbi cõpoſitum; & q̃a vbi cõpoſitũ cauſatur a loco qui diuiditur per locum ſurſum, & deorſũ ante, & retro, dextrũ, & ſiniſtrum. ideo vbi compoſitum, diuiditur per vbi ſurſum, quod eſt eſſe ſurſum, & vbi deorſum & ſic de alijs. Et p hoc patet, quæ ſint genera ſubalterna, & ſpecies vbi.

Vbi proprietates.

Quarto ſciendum, q ipſius vbi due ſunt proprietates. Prima eſt, quod vbi non habet cõtrariũ cuius rõ eſt, quia vbi cauſatur immediate a loco, q̃a eſt eſſe circũſcriptũ a loco, ſed ſicut q̃titas nõ habet contrariũ, ergo eadẽ rõne, nec vbi vnde, ſi vbi ſurſum & vbi deorſum cõtraria ſint, cum idẽ dicatur ſurſum, & deorſũ reſpectu diuerſorum, ſequeretur, quod duo cõtraria ſimul verificarẽtur de eodẽ, qđ eſt impoſſibile. Secũda proprietas eſt, qđ vbi nõ ſuſcipit magis, & minus, cuius rõ eſt, q̃a vbi eſt eſſe in loco, ſed eſſe in loco nõ intẽdit, nec remittitur, licet poſſit augmentari p maiorem extenſionẽ loci, & locati. ergo vbi nõ ſuſcipit magis, & minus. Et per hoc habetur definitio vbi ſpecies, & proprietates eius. D

Argũ. E

Cõtra p̃dicta arguit primo ſic. Circũſcriptio eſt actio, cũ circũſcribere ſit agere, ſed vbi nõ eſt actio, ergo nõ eſt circumſcriptio. Secundo ſic. Anima a corpore ſeparata habet vbi, quia eſt in aliquo loco, & tamen in ea non eſt circumſcriptio corporis, ergo vbi non eſt circũſcriptio corporis.

Tertio ſic. Vbi eſt ſyncategorema, & ſolũ ſignificat modũ eẽs, ergo hic male definit vt q̃ vnũ p̃dicamẽtum, qđ dẽt eẽ ẽs reale. Quarto ſic. Oẽ vbi eſt circũſcriptio corporis, ſed vbi ſimplex nõ eſt circũſcriptio corporis, ergo nõ cõtinetur ſub gñe vbi, & ſic vbi male diuiditur p vbi ſimplex, & cõpoſitũ. Quinto ſic. Omnis motus fit de cõtrario in cõtrarium, ſed de vno vbi ad aliud fit motus, ergo vbi habet contrarium.

Solutiones. F

Ad argumenta. Ad primũ dicitur, q licet circumſcriptio actiua ſit quædam actio, non tamen circumſcriptio permanens, & neutralis, de qua ſolum intelligitur in definitione vbi.

Ad ſcđm dr, q licet aĩa ſeparata ſit in loco definitiue, & ſm ſimilitudinẽ, nõ tñ eſt ĩ loco circũſcriptiue, & p̃prie iõ ſolũ habet vbi ſcđm ſimilitudinem eo mõ quo ponit eſſe in loco. Ad tertium dr, qđ licet vbi acceptũ interrogatiue vel relatiue ſit ſyncategorema, non tamen quando ſumitur pro eſſe alicubi, & ſolum hoc modo hic accipitur. Ad quartũ dr, q vbi p̃prie dictũ eſt circumſcriptio corporis, vt ponitur in ſua definitione, ſed nõ oportet de vbi

A ſimilitudinarie accepto modo vbi ſimplex eſt vbi ſecundũ quandã ſimilitudinem ad vbi cõpoſitum. Ad quintum dr̃,quod duo vbi conſiderata vt maxime diſtantia,ſunt contraria,& fit motus de vno in aliud. tñ ſi cõſiderentur, vt ſolum dicunt eſſe circumſcriptum locati, & p̃dicantur denominatiue de prima ſubſtantia, hoc modo non habent contrarietatem, ec ſub ta'i ratione fit motus de vno in aliud.& quia vbi ſic a Logico conſideratur, ideo non dicitur habere contrarium.

De poſitione, & eius proprietatibus.

Poſitio eſt quidam partiũ ſitus & generationis ordinatio, vt ſeſſio & ſtatio,& ſic de alijs.tres sũt B p̃prietates poſitionis, prima eſt q̃ poſitio nõ habet contrarium,ſecũda eſt, poſitio non ſuſcipit magis neq.minus,tertia ẽ q̃d p̃pr.ũ ẽ poſitioni ſubſtãtiæ p̃ximẽ aſſiſtere.

Vide Gilbe. in ſex, prin. & Albe. in con. qui ſuppleuit i his q̃ ſuccincte dixit Philoſophus.

Poſtq̃ auctor determinauit de prædicamento vbi,quod dicit ſimpliciter eſſe in loci,hic cõſequenter determinat de p̃dicamento ſitus,quod dicit modũ eſſendi partiũ in toto, & in loco,quod ab Auctore prius dicto ſub nomine poſitionis hoc modo definiť. Poſitio ẽ q̃dam partium ſicut, & generationis ordinatio,ſicut ſedere vel ſtare dicit q̃dã ſituationem partium in toto, & in C loco,& ordinem cõpoſitionis illarum partium. In qua definitione ſitus ſe habet p modũ generis & notioris. Et poniť partiũ,ad denotãdum ſubiectũ immediatum poſitionis ĩ quo eſt tota cõpoſitio. Deinde poniť generationis ordinatio, q̃a poſitio dicit p̃prie ordinẽ partium, q̃ cõuenit ipſis per compoſitionem q̃ habent in toto,& illã cõpoſitionem habent in generatione totius, ſi totum generetur, ſi autem ſit in generabile, tunc habent talem ordinem per formam totius,quæ ipſas continet & ſub qua ordinãtur, & non debet hic poni,& copulatiue, ſed expoſitiue, vt tantum valeat ſicut ideſt.

Primo ſciendum,q̃ licet ſitus,& poſitio realiter, & eſſentialiter conueniãt, D differũt tñ abinuicẽ ſm rõnem primo, q̃a ſit' reperitur tã in naturalib. q̃ ĩ mathematicis.poſitio vero ſi capiatur p̃prie ſolum reperiť in naturalib. in q̃b. eſt naturalis ordinatio partiũ ex cõpoſitione rei ſi tñ vtrumq.capiať generaliter,conuertuntur,ſed ad huc differunt hoc modo, q̃a ſit' dicit per pri' ordinẽ partium ad locũ q̃ ad ipſum totũ,& poſitio econuerſo,per pri' dicit ordinẽ partium iter ſe,ſecundo in reſpectu ad totũ,tertio ad locum. Iſta aũt triplex ordinatio partium per poſitionẽ importať & per ea q̃ i hoc p̃dicamẽto reponuntur,iõ poſitio denominat ſubam ĩ hoc E q̃ eſt ſuas partes ſic ſe habere adiuicẽ & ad totũ,& ad locũ quare, pri' dictũ eſt,quod ſitus nõ dicit ſimplicem cõparationẽ ſubæ ad aliquid extrinſecum.

Secundo ſciedum, quod poſitio cum ſit vnum genus generaliſſimum non hñs ſupra ſe ſuperi' vniuocum, cõuenienter ponitur vnum p̃dicamentũ,& quia hẽt vnum ſpecialem modum p̃dicãdi de prima ſubaſ. in hoc, quod eſt ſe hr̃ ad aliud ſm ſuas partes, iõ cõuenienter ponitur vnum p̃dicamentũ ab alijs diſtinctũ. Cui' ſpecies ſunt poſitio innata,poſitio acquiſita ex cõſueto motu naturæ, & æqualiter poni ſurſũ, & deorſum ante & retro dextrum, & ſiniſtrum. Iſtæ.n.ſunt cões differẽtiæ, vel ſpecies poſitionis, & eius ſpecies F ſpecialiſſimę ſunt iacere, ſedere, ſtare, & indiuidua ſunt ſeſſio Petri, ſeſſio Socratis, ſed quæſitiuũ huius prædicamẽti ſub nomine proprio nõ hẽmus, ſed circumloquimur ipſum quærẽdo, qualiter hoc ponitur vel ſituatur.

Poſito eſt ſpẽ'le prædicamentũ.

Tertio ſciendũ, quod poſitionis tres ſunt p̃prietates. Prima eſt,quod poſitio nõ habet cõtrariũ. Cuius ratio eſt, quia ſi haberet cõtrarium, ſequeretur quod vni,& eidẽ ineſſent plura cõtraria,quod eſt incõueniens,cõſequentia tenet,quia ſi ſedere,& ſtare eſſent contraria eadẽ ratione iacere eſſet contrarium huic,quod eſt ſedere vel etiã ſtare,quia ſicut duo prima nõ poſſun eſ-

Tres poſitionis proprietates.

ſe

A ſe ſimul in eodē,ſic iacere nō pt ſimul eſſe cum ipſis,& ſic vni contrarientur plura. Item contraria ſunt formæ acti uæ,& paſſiuæ,ſed poſitiones non ſunt actiuæ,vel paſſiuæ,ergo non cōtrarian tur. Secunda ꝓprietas eſt,ꝙ ſitus non ſuſcipit magis, & minus,quia nihil di citur magis, & minus ſedere intēſiue, & ſi dicatur magis, & minus ſedere extēſiue,hoc eſt quo ad durationē,nec aliquid dicitur ſimiliter magis,vel mi nus ſtare,& ſic de alijs poſitionib. ergo poſitio non ſuſcipit magis,vel minus.

Tertia poſitionis proprieta s. Quarto ſciendū,ꝙ tertia ꝓprietas po ſitionis, q̄ ineſt ſibi ꝓpria quarto mō, eſt qđ maxime eſt proprium poſitioni B proximius aſſiſtere ſubſtātiæ, & dr̄ il lud accidēs aſſiſtere ſubſtātiæ,quod in noīe ſuo nō dicit eſſe in ſubiecto.ſed di cit principalius cōparationē, vel reſpe ctū ſubſtātiæ ad aliqđ extrinſecum, vt ſunt ad aliqd,quādo,vbi,ſitus, & ha bitus, q̄ magis dicūt reſpectum ad ali qd extrinſecū ſuo ſubiecto q̄ inhæren tia eorum in ſuo ſubiecto, & qa inter iſta poſitio non dicit ſolū reſpectū ad aliqd extrinſecū,ſ.ad locū,ſed ēt dicit reſpectum partium inter ſe ad ſuum totū, qui reſpectus ꝓximior eſt quam reſpectus ad extrinſecum ſolum, ideo inter oīa,quæ hoc mō aſſiſtunt,poſitio dicitur proximius aſſiſtere ſubſtantię, Et hoc modo ſatis patent definitio, C ſpecies, & proprietates poſitionis.

Argum. Sed cōtra pdicta arguitur primo ſic. Poſitio,& Situs idē ſunt,& iter ſe con uertūtur,ſed idē nō dēt definiri per ſe-ipſum,ergo poſitio male definitur per ſitū.Secūdo ſic.Poſitio vel ſitus deno-minare habet totū, & nō partē,vt to-tus homo dr̄ iacere,vel ſedere, & non partes eius,ergo poſitio non conuenit partib. ſed toti, ergo male dr̄,ꝙ eſt ſi-tus partiū.Tertio ſic.In cęlo eſt poſitio vel ſitus,& tamē ibi nō eſt generatio-nis ordinatio,cū cęlū ſit ingenerabile, ergo mala dr̄ in definitione poſitio-nis, quod eſt generationis ordinatio. Quarto ſic.Sedere,& ſtare maxime di ſtāt, & ſe expellūt ab eodē ſubiecto in quo ſūt ſucceſſiue,& ēt de vno ī aliud D ſit motus,ergo contrariantur,& ſic po ſitio habet contrarium. Quinto ſic. Ad aliquid oritur in ſubſtātia ex par te totius, poſitio vero oritur ex parte partium tantū,ergo poſitio non,proxi mius aſſiſtit ſubſtātiæ,ſed ad Aliquid.

Solutio. Ad argumenta. Ad primū dr̄,ꝙ ſi ſi-tus & poſitio capiātur ambo generali ter,ſic bn̄ cōuertūtur, qa quęcūque ha bēt poſitionē ēt dn̄r ſitū habere,& ecō tra; ſed,ſi capiatur poſitio ſpecialiter E ꝓ ordine partiū,q̄ ꝓuenit ex cōpoſitio ne totius, vt hic principaliter capitur, ſitus ſe hēt, vt ſuperius ad poſitionē,vt dictū eſt. Ad ſcđm dr̄,ꝙ licet ſitus con ueniat toti principaliter tanq̄ illi qđ denominatur ꝑ ipſū,tn̄ primo conue-nit ipſis partibus inter ſe ordinatis, & poſtea ordinātur ad totū,& ad locū,eo ꝙ dicit ordinē partiū inter ſe ad totū, & ad locū,vn̄ partes ſe habēt vt ſubie ctum quo, totū vero vt ſubiectū quod, & principale. Ad tertiū dr̄,ꝙ,ſi capia-tur generatio proprie prout eſt ꝓgreſ ſio de nō eſſe ad eſſe ſubiecto prēſup-poſito,ſic in cęlo nō eſt generatio, ſed ſi capiat̄ generaliter pro quacūq; pro-greſſione,cōpoſitione rei,vel prædica-tione, ſic in cęlo reperitur generatio, & ſic capitur generatio ī hac definitio ne. Ad quartum dr̄,qđ licet ſedere,& F ſtare per accidēs ſe expellant ab eodē ſubiecto per hoc, qđ per motū localē, cū vnū acquiritur aliud abijcitur, non tn̄ ſe expellunt per ſe a tali ſubiecto, nec ꝓ ſe ſit de vno in aliud motus. Ad quintū dr̄,quòd licet relatio ſe teneat ex parte totius,& poſitio ex parte par tium, tamen poſitio importat reſpe-ctum ad aliquid intrinſecum, relatio vero non. ideo poſitio dicitur proxi-mius aſſiſtere ſubſtantiæ quā relatio.

De prædicamento Habitus, & eius Accidentibus proprijs.

Habitus eſt corporum & eorū quę circa corpus ſunt ad iacētia, vt tunicatum eſſe,& bracatum eſ-

A ſe. Et tres ſunt proprietates eius. Prima eſt qđ habitus ſuſcipit magis & minus, vt eques eſt armatior pedite. Secūda eſt qđ habitus non habet contrarium. Tertia eſt quòd habitus ſemper eſt in pluribus, ſcilicet in habente, & habito.

Gilbe. Porre. Alber. alios.

Poſtq̃ prius determinatum eſt de ſitu, qđ cōiter, & vniuerſaliter conuenit oīb. ſubſtantijs, hic conſequēter determinandū eſt de vltimo prædicamēto, ſ. de habitu, quod ſolum conuenit homini, & his, q̄ inſtrūmentaliter ſubſeruiunt homini, & ab Auctore prius dicto ſic definit. Habitus eſt corporū, &

B eorum, quæ circa corpus ſunt adiacentia. In qua definitione ponitur adiacētia loco gn̄is, & licet ſm̄ vocē, & cā ornatus ponat in vltimo loco definitionis, tn̄ ſm̄ rem & intellectum ponit in primo loco. Deinde ponitur corporū, ad explicādū ſubm̄ habitus, & cām finalē eius. Deinde ponitur, & eorum, q̄ circa corpus ſunt ad explicandū cauſā efficientē, & quodammodo materialē ipſius habitus, & per hoc intelligūtur ea, quę adiacent, & applicantur corpori ſecundum figuram eius, & per hoc differt habitus ab omnibus alijs.

Primo ſciendum, q̧ habitus, vt hic ſumitur, non eſt res habens, nec res habita, ſed eſt quodammō accidēs reſpe-

C ctiuum inter rem habitam, & habētē, ſicut eſſe capuciatum nō eſt res habēs capucium, nec ipſum capucium. ſed dicit eſſe accidentale hominis ſibi pueniens ex adiacentia capucij. & iō hic non capitur habitus vt eſt qualitas de difficili mobilis, neq. vt opponitur priuationi, ſed pro tali accidente reſpectiuo quod eſt mediū rei habentis, & rei habitæ, & licet ſit ens reſpectiuū, non tn̄ eſt relatiuum ſm̄ eſſe, quia non refertur ad aliud cū quo dicatur ad conuertentiam ſub habitudine eiuſdē caſus, ſ d ſolum eſt relatiuum ſm̄ dici.

Habit⁹, & eius ſpecies

Sc̄do ſciēdū, q̧ habitus hoc mō acceptus eſt, vnū p̄dicamētū ab alijs diſtinctū. Cuius rō eſt, quia eſt vnum genus gn̄aliſſimū, & hēt vnū ſpālem modum prædicādi de prima ſubā, p̄dicatur.n. de ipſa in hoc q̧ eſt eſſe vel ſic habituatū. Cuius gn̄ſiuū ſub noīe proprio nō hēmus, ſed ipſum circūloquimur dicēdo, qualiter eſt hoc habituatū, & eius ſpecies ſunt, habitus totius, & habitus partis. Exēplū de primo, vt armatū eſſe, veſtitū eſſe. Exēplū de ſecūdo, vt tunicatum eſſe vel capuciatū eſſe, & iterū armatum eſſe plures continet ſpēs ſpāliſſimas, vt loricatū eſſe, lāceatum eſſe, & ſic de alijs, & veſtitū eſſe plures ſpecies ſpāliſſimas continet etiam ſub ſe, vt tunicatum eſſe, & capuciatum eſſe, & indiuidua ſunt, vt armatio Socratis, & Platonis, & ſic de alijs.

D & indiuidua.

Tertio ſciendū, q̧ habitus tres ponūtur cōitates, quarū prima eſt, q̧ habitus ſuſcipit magis, & minus. Cuius rō eſt, quia ſuſcipere magis, & minus, eſt idē manēs in ſpecie, magis vel minus accedere ad perfectū eſſe illius ſpeciei, ita q̧ per acceſſum ad talem terminū dr̄ ſuſcipere magis, & minus per receſſum ab eo, ſed hoc conuenit habitui, ſicut aliqd dr̄ magis armatus vel minus armatus, nā vnus eſt armatior alio ſecūdū qđ magis vel minus accedit ad pfectum eſſe ſuæ ſpeciei, & ſic habitus ſuſcipit magis, & minus. Secūda proprietas eſt q̧ habitui nihil eſt cōtrarium. cuius rō eſt, quia nullum accidens reſpectiuum hēt contrarium inquantum reſpectiuum eſt, quia non p ſe contrariatur illi, ad q̧ refertur, ſed tātum ratione ſui fundamenti, ſed fundamenta habitus non contrariantur, vt corpora inter ſe non contrariantur, nec illa quæ ſunt circa corpus vt ſunt tunica, capucium, & ſic de alijs, ergo habitus non habet contrarium.

E Plurib. ī exiſtere habitui propriū eſt.

F

Quarto ſciēdum, qđ ipſius habitus tertia proprietas eſt, qđ propriū eſt habitui ſp ī plurib. exiſtere. Cuius rō eſt, qa habitui eſt corporū, & eorum quæ circa corpus ſunt adiacētia, ſed in tali adiacentia illa quę habentur applicantur, & figurātur ſecundum figurā habētis, ratione cuius aliquid dr̄ habere, &

A & econtra, ipſum habens quodammō applicatur, & quodammō adiacet rei habitę, rōne cuius dī haben, & iō vtrū que illorū eſt aliquo modo adiacēs, & applicatū ad alterū. Ideo habitus ſp in pluribus exiſtit, tñ non eſt proprie, vt in principali ſubō i re habita, rōne cuius non per ſe, denominat rē habitā, vt capucium non dr̄ capuciatū, ſed vt in principali ſubiecto eſt in ipſo habēte, & ipsū denominat, vt dicēdo, Socrates eſt capuciatus. Et per hoc ſatis patent definitio, modus prædicādi, ſpecies, indiuidua, & proprietates ipſius habit⁹.

Argum. Sed contra pdicta arguit primo ſic. Viſus eſt habitus, & tñ nō eſt adiacen-

B tia corporū, ergo definitio mala. Scdo ſic. Tunica eſt habitus, & ſimiliter capuciū, & tñ non eſt adiacētia corporū, ſed eſt illud qd̄ eſt circa corpus, ergo cōtra definitionē. Tertio ſic. Vbi, eſt adiacētia corporis, & loci exiſtētis circa corpus, & tñ eſt habitus, ergo iſta definitio cōuenit alijs a definito. Quarto ſic. Suſcipere magis & minus pſuppo nit hēre cōtrarium, ſed habitus nō habet cōtrariū, ergo nō ſuſcipit magis, & minus. Quinto ſic. Nullum accidēs eſt in pluribus ſubiectis, quia accidēs numeratur, & multiplicatur ſecūdū multitudinem ſuorum ſubiectroum, ergo nulli habitui conuenit in plurib. exiſtere, & per conſequens male ponitur tertia proprietas ipſius habitus.

Solutio Ad argumēta. Ad primū dr̄, ꝙ ſi ca-

C piatur habitus ꝓ puro habitu, ſeu forma poſitiua, quę oppoīt priuationi, quæ eſt carēt a formę i ſubiecto apto nato, ſic viſus eſt habitus, ſed nō eſt habitus capiendo habitum pro accidēte medio inter rem habentem, & rem habitam, vt hic ſolum accipitur. Ad ſm dr̄ ꝙ licet tunica. & capucium dicātur materialiter habitus, nō tñ formaliter, ſed adiacētia ipſorum ipſis hñtibus dr̄ formaliter habit⁹, tñ illa ſūt nobis notoria q̄ illa adiacētia. ideo ſæpe nominātur nomine habitus, & ſic reponuntur in quarta ſpē qualitatis. Ad tertiū dr̄, quòd licet vbi, dicat adiacentiā lo-

cati, & loci, non tñ adiacentiā ſimlr̄ hñtis, D & habiti, qd̄ applicatur, & figuratur ad figurā habentis, vnde ad habitū requiritur adiacētia tantū, & applicatio ſimul, q̄ cōuenit corpori, & in vbi, eſt adiacentia tātum. & hoc intelligitur ī hac definitione cum dr̄, eorum q̄ ſunt circa corpus adiacentia. Ad quartum dr̄, ꝙ ſuſcipere magis, & minus ex ꝑmixtione cōtrarij cū cōtraria, ſp præſupponit contrarietatē, non tñ ſuſcipere magis, & minus per acceſsū ad terminum, & receſſum a termino, & hoc mō habitus ſuſcipit magis, & minus, quamuis non hēat cōtrariū. Ad quintum dr̄, ꝙ licet nullum accidens in numero ſit perfecte in plurib. ſubiectis, E quia tunc non eſſet vnum, tñ bene pōt eſſe complete, & perfecte in uno ſubiecto, & imperfecte in alio, vt in cauſa propinqua & ſic eſt de habitu, qui eſt in habente complete, vt in ſubiecto, & in re habita incomplete, & vt in cauſa, vt dictum eſt prius.

Pars Tertia. De Poſt prædicamentis.

Oppoſitionem genera quatuor enumerantur.

Dicitur autē alterum alteri opponi quadrupliciter. Oppoſitorū enim alia ſūt relatiue oppoſita vt pater, & filius, duplum, & dimidium, dñs, & ſeruus. Alia ſunt pri- F uatiue oppoſita, vt priuatio, & habitus, vt viſus, & cæcitas, auditus, & ſurditas. Alia ſunt contrarie oppoſita, vt album, & nigrum. Alia ſunt contradictoriæ, oppoſita vt ſedere, & non ſedere.

Poſtquā auctor determinauit de prędicamētis, hic cōſequenter determinat de poſt pdicamentis. Et rō ordinis eſt, quia prædicamētum dicit ſolum coordinationē dicibilū q̄ ſunt ſub eodem genere tātū, poſt prædicamentum vero dicit coordinationē eorum; quæ in diuerſis prædicamētis reponūtur, defi- Quid Poſt pdicamētum ex quo ordo patet.

nitur

A nitur.n.ſic. Poſt pdicamẽtum eſt coordinatio pluriũ dicibiliũ reducibiliũ ad diuerſa pdicamẽta,valẽs ad cõpletã notitiã eorũ habẽdã,ſicut motus dicit coordinationẽ ſuarũ ſpẽrum,q̃ ad diuerſa pdicamenta reducuntur,vt patebit inferius, & qa prius oportet cognoſcere coordinationẽ dicibiliũ ſub vno gñre, q̃ coordinationẽ eorũ,q̃ ad diuerſa genera reducunt̃,iõ cõuenienter poſt pdicamenta tractat̃ de Poſt prædicamẽtis.

Quinq. poſt prædicamẽtorũ ſufficiẽtia.

Primo ſciẽdũ,ꝙ hic ponunt̃ quinque poſtpdicamẽta.i.oppoſitio pri⁹ ſimul, motus,& habere.Quorũ ſic habet̃ ſufficientia,qa omne poſt prędicamẽtũ,ꝙ valet ad notitiã cõpletam pdicamen-B torum,vel valet ad cognoſcendum ea, quæ ſunt in prædicamento quantum ad ſuum fieri,& ſic eſt motus,vel quantum ad ſuum eſſe,& hoc tripliciter,qa vel valet ad cognoſcendum repugnantiã eorum vel ordinem vel conuenientiã,ſi repugnantiã,ſic eſt oppoſitio,per q̃ cognoſcimus diuerſitatem,& diſtinctionem gñum,& eorum q̃ ponuntur ſub gñe,diſtinctio.n. & diuerſitas ſp ĩ aliqua oppoſitione fundãtur, ſi ad cognoſcendum conuenientiã,hoc eſt duplr,vel valet ad cognoſcendum conuenientiã inferiorem in ſuis ſuperiorib. & ſic eſt ſimul,vel accidentium in ſubſtãtiã,& ſic eſt habere. Et,qa oppoſitio valet ad cognoſcendũ diuerſitatem, q̃ inter generaliſſima primo reperit̃, alia aũt poſtprædicamẽta magis valent ad cognoſcendũ ea quę in diuerſis generib. reponuntur,iõ inter poſt prædica-C mẽta pri⁹ determinat̃ de oppoſitione.

Oppoſitionis, triplex acceptio

Secundo ſciendum,quòd oppoſitio capit̃ dupliciter. Vno modo repugnãtia eſt duarum propoſitionum in quãtitate,vel qualitate,& ſic ex paſſio propoſitionis.& de tali oppoſitione nõ eſt ad ꝓpoſitum hic,ſed de illa determinatur in primo tractatu. Alio mõ capitur oppoſitio pro oppoſitione dicibilium incõplexorum,& talis oppoſitio accipitur adhuc dupliciter.vno modo inq̃tum valet ad cognoſcendum diuerſitatem dicibilium, quæ ordinantur in prædicamẽto,& ſic cõſideratur in iſto D Tractatu,alio modo conſideratur,inq̃tum valet ad cognoſcendum habitudines locales oppoſitorum,& ſic de ipſis determinatur in locis Dialecticis.

Tertio ſciendum, quod oppõ vt eſt paſſio rerum ſic ſolet definiri. Oppoſitio eſt repugnantia duorum extremorum non permittentium ſe ſimul in eodem ſubo,& reſpectu eiuſdẽ, ſicut contrarietas calidi,& frigidi eſt repugnantia caliditatis,& frigiditatis, quæ non permittunt ſe ſimul in eodem ſubo.In qua definitione ponitur repugnantia loco generis, repugnantia.n. eſt quodã ſuperius ad repugnantiam materia-A lẽ & formalẽ q̃ eſt oppõ.Deinde ponit̃ duorum extremorum,ad explicandum E ſubiecta,vel terminos oppoſitionis, q̃ eſt quoddã ens reſpectiuum, & dr̃ non ꝑmittentium ſe ſimul in eodem ſubo ꝑp cõtraria priuatiua,& cõtradictoria & dr̃ reſpectu eiuſdem, propter relatiua,quæ ſimul ſe permittunt in eodem, in capitulo de relatione,reſpectu tamẽ diuerſorum ſicut pater, & filius.

Oppoſitionum alia relatiua alia contraria, alia priuatiua, alia contradictoria

Quarto ſciendum,ꝙ oppoſitio diuiditur in quatuor ſpecies, ſ.in oppoſitionem relatiuam,contrariam priuatiuã, & cõtradictoriam.Quartum ſic habet̃ ſufficientia.Oĩs oppoſitio eſt repugnãtia duorũ extremorum, vel ergo eſt inter ens,& ens,vel inter ens,& nõ ens. Si inter ens, & ens,hoc eſt dupliciter: vel illa extrema ſe expellũt ab eodem ſubiecto ſcd̃m actum tãtum, & ſe permittunt ſcd̃m potentiam,& ſic eſt po-F ſitio cõtraria,vel ſe expellunt ſecundum actum,& potẽtia ſimul, reſpectu eiuſdẽ, & ſic eſt relatiua oppoſitio Si inter ens,& nõ ens,hoc eſt dupliciter, vel inter ens,& non ens ſimpliciter,& ſic eſt contradictoria oppoſitio, cuius vnum extremum eſt non ens ſimpliciter,vel inter ens,& non ens ſecundum quid, & ſic eſt priuatiua oppoſitio.

Sed cõtra prædicta arguitur primo ſic. Quęcunq; ponũtur in eadem coordinatione habent inter ſe conuenientia,ſed ea quæ ponũtur in diuerſis præ dica-

A dicamentis non habent inter ſe cõue-
nientiam, ergo male dr̃, ꝙ poſt p̃dica-
mentum eſt coordinatio plurium, q̃ re
ponuntur in diuerſis p̃dicamentis. Se-
cundo ſic. Homo & aſinus habent iter
ſe repugnantiam, & nõ ſe ſimul in eo-
dem permittunt, & tñ nõ opponunt,
qa non hñt aliq̃ ſpẽm oppoſitionis,
ergo definitio oppoſitionis, ergo defi-
nitio oppoſitionis cõuenit alijs a defi-
nitio Tertio ſic. Oẽ qd̃ habet ſpecies
eſt genus. ſed oppoſitio non eſt genus,
ergo male dictum eſt, quòd ipſius qua
tuor ſunt ſpẽs. Quarto ſic. Oĩa oppoſi
ta ſp̃ ſunt relatiua, qa oẽ oppoſitum
ſemper refert ad ſuum oppoſitum, &
B cõtra; ergo oĩs oppoſitio eſt relatiua,
ergo male ponit̃ vna ſpecies diſtincta
ab alijs ſpecieb. oppoſitionis. Quinto
ſic Membra hui⁹ diuiſionis coincidũt.
ergo non eſt bona. Antecedens patet,
qa albedo, & nigredo cõtrariant̃, & ſi-
militer habent priuatiuã oppoſitionẽ,
qa nigrum dicit carentiã albedinis. &
relinq̃t aptitudinẽ ad illã, & ſimiliter
nigrum icludit nõ album ꝙ coincidit
albo. ergo ibi ſunt tres oppoſitiones.
Solutio. Ad argumenta. Ad primum dr̃, ꝙ il
la q̃ ponunt̃ in vna coordinatione ſub
aliquo vniuoco, hñt cõuenientiã ſm
rem & vocem ſimul, & illa, q̃ ſimul or
dinant̃ ſub aliquo ęquiuoco, habent
conuentiam ſolum ex parte vocis. &
hoc mõ fit coordinatio poſt p̃dicamẽ
ta'is, mõ, licet illa, q̃ ſunt in diuerſis p̃-
C dicamentis nõ habeant conuenientiã
ſm rem, & vocem ſimul; habent tñ be
ne cõuenientiã ſm vocem, & hoc ſuffi
cit, vt ſimul cõtineãt̃ ſub vno poſt p̃di
camento. Ad ſm dr̃, ꝙ homo, & aſinus
nõ habent repugnãtiã formalem adin
uicem, ſed materialiter, & virtualiter ĩ-
cludunt repugnãtiã drĩarum aĩalis, q̃
habent cõtrarietatem imperfectã, ideo
hõ & aſinus virtualiter includunt cõ-
trariã, oppoſitionem vel priuatiuã, &
ꝓprie dñr diſperata, & non oppoſita.
Ad tertium, dr̃, ꝙ licet oppoſitio nõ ſit
gen⁹ ſecundum rem, eſt tñ ſm modum
& hoc mõ dr̃ hĩc ſpẽs. i. modos ſpẽrũ,
q tñ nõ ſunt ſpẽs ſm rẽ. Ad quartum D
dr̃, ꝙ ſi conſiderent̃ oppoſita q̃tum ad
intentionem cõem oppoſiti vel cõtra-
rij, ſic ſunt relatiua inter ſe, ſed ſi conſi-
derent̃ oppoſita, quãntum ad res ſubie-
ctas illis intentionibus ſic nõ ſp̃ oppo-
nunt̃ relatiue, ſed qñq. cõtrarie, qñq. pri
uatiue, vel cõtradictoriæ, & qa oppoſi
tio accipit̃ inter ea q̃tum ad id ꝙ ſunt
& nõ ex parte intentionis, iõ nõ oĩs op
poſitio eſt relatiua. Ad quintũ dr̃ quòd
liceat albedo, & nigredo virtualiter ĩ-
cludãt oppoſitionẽ priuatiuã, & cõtra-
dictoriã, tñ formaliter ſolum habent
oppoſitionem cõtrariam, ideo illæ op-
poſitiones formaliter non coincidunt.

De Relatiue ac Contrarie oppoſiti.

Quæ autem ſunt relatiue oppoſi
ta dictum eſt prius. Cõtraria vero E
ſunt quæcunq. ſub eodem genere
poſita maxime a ſe inuicem diſtãt
eidem ſuſceptibili viciſſim inſunt
a quo mutuo ſe expellunt, niſi alte
rũ eorũ inſit a natura vt albedo ci
gno, & niui, & nigredo coruo, &
carboni. Caliditas autem nõ eſt in
igne, vt accidẽs in ſubiecto, immo
vt ſubſtantiale in eo, cuius eſt ſub
ſtantiale, ſicut ſunt quædã quæ ca
dunt in definitione alicuius, nõ ſe
cundum prędicationẽ, ſed potius
vt principiũ vt pũctus cadit in de-
finitione lineæ, & vnitas in defini
tione numeri. Et iſte modus eſſẽ- F
di, in cõtinetur ſub quarto modo
ſecũdũ quẽ vnaqueq. pars defini-
tionis, ẽ ĩ ſuo definitio, & ſic ignis
nõ eſt ſubiectũ caliditatis, ſed ma
teria ignis eſt ſubiectum eius, hæc
.n. ẽ ſuſceptibilis caliditatis & fri-
giditatis. Vnde caliditas eſt in ma
teria ignis vt in ſubiecto, in igne
vere non vt in ſubiecto, ſed vt ſub
ſtãtiale. Ignis. n. eſt ſubtiliſſimum
corpus calidum agens ſuper aera
ſecundum totam ſuam virtutem.

A Poſtq̄ Auctor poſuit diuiſionē oppoſitionis in generali, & de oib. ſpēbus ſiue modis eius, hic cōſequenter explicat in ſpeciali de illis modis oppoſitionū. Et qa in oppōne relatiua, & cōtraria extrema ſūt entia, & in priuatiua, & cōtradictoria vnū extremū eſt ens, & aliud nō ens, iō primo videndū eſt de relatiua oppoſitione, & cōtraria, q̄ de alijs. Et iterū, qa in relatiua oppoſitione vnū extremorum eſt in actu ſimul cū alio, licet in diuerſis ſubiectis, in cōtraria vero vnū extremum eſt in actu, reliquū vero in potentia, quia cōtraria vt opponuntur nunquā pñt eſſe ſimul in eodē actu, iō prius determinādū eſt de relatiua oppoſitione, de cuius determinatione ſe excuſat Auctor, eo quod prius ſatis determinatum eſt de ipſis relatiuis.

B

De relatiui oppoſitionis natura, & eius actæ iuris differentia.

Primo ſciendū, q relatiua oppoſitio eſt repugnātia relatiui, & correlatiui inter ſe ſicut eſt repugnantia patris, & filij ad ſimul eſſendū in eodē ſubiecto, & reſpectu eiuſdē licet in diuerſis ſubiectis poſita ſe ponant, & perēpta ſe perimāt. Quę aūt ſint relatiuæ oppoſita dictū eſt prius, qa ſm rē idē ſunt relatiua. & relatiue oppoſita. Relatiua aūt ſūt, quorū totū eſſe eſt ad aliud quodā mō ſe habere. ſ. q referantur adinuicē ſicut prius dictū eſt. Et p hoc differt relatiua oppō ab alijs oppoſitionibus qa i relatiua oppoſitione vnū extremū refert ad aliud, vt dicēdo, pater filij pater & ecōtra, & ēt ambo extrema ſūt ſimul in actu, qd nō fit in alijs, vt patet inductiue, album n. nō refertur ad nigrum, dicendo, album nigri albū, neqz viſus ad cecitatē, nec ſedere ad nō ſedere, & ſic de alijs. & iō relatiua oppoſitio cōuenienter diſtinguit ab alijs.

C

De oppoſitione cōtraria, & de cōtrariæ oppoſitorū ratione.

Scdo ſciēdum, qd cōtrarietas eſt repugnātia duorū cōtrariorū inter ſe, & ſunt contraria q̄ ſub eodē gñe poſita ſunt, & maxime a ſe inuicē diſtāt, & eidē ſuſceptibili viciſſim inſunt, a quo mutuo ſe expellūt, niſi alterum in ſit a natura. In qua definitione intelligitur oppoſita loco generis. Deinde dr, quę ſub eodē genere poſita ſūt, ad drīa priuatorū, & contradictoriorū, quorū vnū eſt ſp nō ens, qd nō ponitur ſub gñe. Deīde ponit, & maxime a ſe inuicē diſtā ad drīa mediorū, q̄ ſunt inter cōtraria, q̄ inquātum media ſūt, proprie nō cōtrariant extremis, ſicut rubeum, qd eſt mediū albi, & nigri, nō contrariat alicui illorū. Deinde ponit eidem ſuſceptibili viciſſim inſūt. i. ſucceſſiue, ad drīam relatiue oppoſitorum, q̄ non ſunt ſucceſſiue circa idem ſubiectū acceptum cū proximo fundamēto relationis. Deinde ponit, mutuo ſe expellunt, pp diſperata, qbus cōueni ſūt partes pręcedētes huius definitionis, ſed illa nō ſe expellūt ab eodē actione ꝓpria, nec ſunt cōtraria. Et ponit, niſi alterū eorū inſit a natura, p̄p cōtraria, q̄ naturaliter inſūt ſuo ſubiecto, vt eſt calor in igne, q non poteſt ab eo expelli, & eſt i eo vt principiū eſſentiale eius.

D

E

Hoc late diſcutitur per Marſi & alios in 1. & 2. de Gener. & in 1. Phyſic.

Tertio ſciēdum, quod ignis dupliciter pōt cōſiderari, vno mō ſecundum eſſe eſſentiale; vt eſt quoddā cōpoſitum ex materia. & forma ſubſtātiali, & ſic calor eſt ſibi accidēs, & non forma ſubſtātialis, neq; principiū eſſentiale eius, quia quod inneſt ſubſtātia nullū eſt accidens. ideo, ſi calor eſſet principium eſſentiale ignis, ſequeretur quod nullū eſſet accidēs quod eſt falſū. Alio modo conſideratur vt eſt principium actiuum aliorum reſpectu corporū generabilium, & corruptibiliū; & hoc mō, quia ignis agit mediante calore ſuo, calor dicitur aliquo modo principium eſſentiale ignis, inquantum eſt actiuus, & hoc modo debent intelligi ea, quę dicuntur in textu. quia, niſi ſic intelligerentur, viderentur eſſe falſa, quia calor nō eſt de eſſentia ignis, nec principium eius ſi conſideretur quātum ad ſuum eſſe ſubſtantiale.

F

Quarto ſciendum, qd duplicia ſunt cōtraria. ſ. mediata, & immediata, mediata ſunt, inter quę mediat aliqua ſpecies ſui generis quodammodo, participans naturā vtriuſq; cōtrariorū, vt inter albū & nigrum medium eſt rubeum, & fuſcum,

A ſcũ,& croceum,q̃ quodãmodo participant naturã albedinis, & nigredinis, & dñr talia cõtraria mediata,qa habẽt mediũ p participationẽ. Sed contraria immediata,ſunt inter q̃ nõ mediat aliqua ſpẽs ſui generis,vt ſanũ, & ægrũ, inter q̃ nõ eſt aliqua ſpẽs media,ſed ſp neceſſe eſt vnũ illorũ in proprio ſubiecto ipſorũ eſſe,qa quolibet animal vel eſt ſanũ vel ægrũ,& nõ eſt dãdum mediũ, qa in qđlibet aiali eſt adæquatio humorũ,& ſic eſt ſanũ,vel inadæquatio,& ſit eſt ægrũ. Et illa cõtraria dicũtur immediata p carẽtiã medij p participationẽ,licet habeãt mediũ per abnegationẽ de quo ambo extrema vere B negantur,vt de lapide ſimul negãt ſanũ, & ægrum,& de vtriſq. illorũ cõtrariorũ intelligitur definitio prius poſita.

Argum. Cõtra pdicta arguit̃ primo ſic. Nulla oppoſita ſeinuicẽ cõſequunt̃,cũ vnum deſtruat aliud,ſed relatiua ſe cõſequũtur mutuo,cũ ad eſſe vnius ſequat̃ eſſe alterius, & inter ſe cõuertũtur ẽm exiſtẽtiã.ergo relatiua nõ sũt oppoſita Secundo ſic. Quęcũq; opponunt̃ habent oppoſitionẽ ẽm reſpectum vnius ad alterũ,ſed relatiua nõ habent oppoſitionẽ ẽm reſpectũ vnius ad alterum,quia vnius ad alterũ eſt forma relationis,in qua ambo cõueniunt.ergo nulla relatiua opponunt̃. Tertio ſic. Bonũ, & malum cõtrariantur,& tamẽ nõ opponũtur ſub eodem gñe,ſed ſunt prima genera,ergo contraria non ponũtur ſub eodẽ genere. Quarto ſic. Contradicto-C ria plus diſtãt quã cõtraria,ergo cõtraria non maxime diſtant, contra definitionem cõtrariorum. Quinto ſic. Calidum,& frigidũ contrariantur,& tamẽ nõ ſe mutuo expellunt ab eodem ſubiecto,quia ſimul ſunt in tepido, ergo male dr̃ in definitione contrariorũ, ꝙ mutuo ſe expellũt ab eodem ſubiecto.

Solutio. Ad argumenta. Ad primum dr̃,ꝙ licet relatiua quãtum ad eſſe in diuerſis ſubiectis cõſequãtur ſeinuicem,& cõuertant̃ ẽm exiſtentiã,non tñ q̃tum ad eſſe in eodẽ ſubiecto, ſed reſpectu eiuſdem ſubiecti opponũtur, ideo eo modo,quo cõſequũtur ſe inuicẽ,nõ oppo- D nuntur. Ad ſcđm dr̃, ꝙ inter relatiua eſt quidã reſpectus poſitiuus, q eſt forma relationis, in qua relatiua conueniunt,& ẽm talẽ reſpectũ nõ opponũtur,alius eſt reſpectus repugnãtię correlatiuorũ ad ſimul eſſe in eodẽ ſubiecto,& ſcđm illum reſpectum habent oppoſitionẽ. Ad tertium dr̃,ꝙ licet bonũ,& malum nõ ponãtur ſub eodẽ genere morum,ſed ſint diuerſa in moribus, tñ bñ ponuntur ſub eodẽ genere Logico,quia ponũtur ſub prima ſpecie qualitatis, vt dicũt habitus bonos vel malos,& ſub genere actionis,in quantum dicũt actus,& hoc capiẽdo bonũ & malũ,vt capiũtur ĩ moralibus, qa ſi caperent̃,vt ſunt paſſiones entis,ſic opponerẽtur priuatiue,& non ponuntur ſub eodẽ genere. Ad quartũ dr̃,ꝙ licet E cõtradictoria ſimpliciter maxime diſtent,nõ tñ ſub eodẽ genere,ſed ſit cõtraria maxime diſtãt. Ad quintum dr̃, ꝙ licet in tepido ſit calidum, & frigidum ſecundum eſſe remiſſum,non tamen ſecundum eſſe intenſum, quomodo inter ſe contrariantur.

De Priuatiua ac Contradictoria oppoſitione.

Priuatiue oppoſita sũt, quæ circa idem habẽt fieri ſubiectũ ordine irregreſſibili tẽpore determinato a natura, ordine irregreſſibili dico,qa ab habitu deuenire ĩ priuationẽ poſſibile eſt,& nõ ecõuer- F ſo,qa impoſſibile eſt,a priuatione regreſsũ fieri in habitũ vt cęcitas, & viſus habẽt fieri circa oculũ, a viſu aũt deuenire in cæcitatẽ poſſibile eſt,ſed non ecõuerſo. Cõtradictione oppoſita ſunt quæ opponũtur ſecũdũ affirmationẽ & negationẽ,vt hõ nõ hõ,& ipſa abſolute ſupra non poſſunt verificari de aliquo copulatiue, eſt autem contradictio oppoſitio, cuius ſecũdum ſe non eſt dare medium.

Poſt

Oppoſitiones dupliciter cõſiderãtur ex quadruplex oppõnũ ordo patebit.

A Poſtq̃ Auctor determinauit de rela
tiua oppoſitione cõtraria, quarũ ambo
extrema ſũt duo entia, hic cõſequẽter
determinat de oppoſitione priuatiua,
& contradictoria, quarũ vnũ extremũ
eſt ens, & aliud nõ ens Et q̃a in oppo
ſitione cõtradictoria vnũ extremorum
eſt nõ ens ſimpliciter, ĩ priuatiua vero
eſt nõ ens ſcd̃m q̃d, iõ prius vidẽdum
eſt de priuatiua oppoſitione q̃ de cõtra
dictoria. itẽ oppoſitiones pñt duplici-
ter cõſiderari .,Vno mõ ex parte repu-
gnãtiæ q̃ important, & q̃a in contradi
ctione eſt maior repugnatia, q̃ i alijs,
iõ hoc mõ p̃cedit cõtradictoria oppo-
B ſitio, deinde priuatiua, tertio cõtraria,
& vltimo relatiua. Alio mõ cõſideran
tur q̃tũ ad entitatẽ ſuorũ extremorũ,
& hoc mõ relatiua oppoſitio prior eſt,
ſcdõ cõtraria, tertio priuatiua, vltimo
cõtradictoria. Et q̃a hic cõſiderant̃ op

Priuatiua oppoſitio q̃d ſit.

poſitiones ex parte ſuorũ extremorũ,
ideo hic vltimo in textu ordinat̃, & cõ
ueniẽter ponit̃ oppoſitio priuatiua an-
te contradictoriã. Primo ſciẽdũ, q̃ pri-
uatiua oppoſitio eſt repugnãtia habi-
tus, & priuationis, ſiue priuatiuę oppo
ſitorũ, & habitus eſt forma habita in
aliquo ſub̃o, ſicut eſt viſus ĩ oculo, pri-
uatio vero eſt negatio formæ in ſub̃o
cũ aptitudine in illã, ſicut cęcitas dicit
negationẽ potẽtię viſiuę, & relinquit
aptitudinẽ ad illã, eo q̃d relinq̃t prin-
cipia remota viſus, & illa duo. ſ. priua
tio, & habitus dicunt̃ priuatiue oppo-
C ſita, quæ ſic poſſunt definiri, priuatiue
oppoſita ſunt, quorũ vnũ dicit negatio
nem alterius cũ aptitudine ad ipſum.

Priuatiue oppoſita ex tex.

Secundo ſciẽdum, q̃ aliter definiun
tur in textu ſic priuatiuę oppoſita ſũt,
quæ circa idem ſubiectum habẽt fieri
ordine ingreſſibili, & tẽpore determi-
nato a natura, ſicut viſus cęcitas circa
oculum. Cuius rõ eſt, q̃a priuatio dicit
corruptionẽ habitus, & principiorum
eius in ſuo ſubiecto, iõ priuatio habet
fieri circa idem ſubiectũ, ſicut & habi-
tus. & q̃a corruptio p̃ſupponit illud q̃
corrumpitur, ideo priuatio p̃ſupponit
habitum, & habitus naturaliter pręce-
D dit priuationẽ, iõ hẽt fieri ĩ eodẽ ſubie
cto ſcd̃m ordinẽ, & q̃a corruptis prin
cipijs habitus, non põt fieri regreſſus
in habitũ, & priuatio dicit corruptio-
nẽ illorũ principiorum, ideo habitus,
& priuatio fiũt circa idẽ ſubiectũ ordi
ne irregreſſibili, & q̃a aliq̃s dr̃ habere
priuationẽ, q̃ñ non habet habitũ tẽpo
re quo debet habere, & ideo dr̃ tẽpore
determinato a natura, ſicut catulꝰ ante
nonũ diẽ non dr̃ cæcus quãuis careat
viſu, & faciliter poteſt videri q̃d ſit ge
nus, & differentia in iſta definitione.

Duplex priuationis genus.

Tertio ſciẽdũ, q̃ duplex eſt priuatio
q̃dã eſt perfecta q̃ negat habitum, &
principia p̃pinqua habitus, & ſolum
relinquit principia remota ipſius habi
E tus, ſicut eſt cęcitas reſpectu viſus, quę
negat viſum, & debitã cõplexionẽ or-
gani, & de tali priuatione non poteſt
fieri regreſſio in habitum, vt dictũ eſt.
Alia eſt priuatio imp̃fecta, q̃ negat ha
bitum tãtũ, & relinq̃t principia habi-
tus iã p̃pinqua q̃ remota. vt eſt qui es
reſpectu motus, & de tali priuatione
p̃t fieri regreſſus in habitum, & ecõtra
vt poſt quietẽ põt fieri motus, & econ
tra. Et ſolum de priuatiuę oppoſitis ĩ
quib. eſt p̃fecta mutatio datur illa de-
finitio priuatiue oppoſitorum, & ideo
bñ ponit̃, ordine irregreſſibili, ad diffe
rentiam contrariorum, & cõtradicto
riorum. Quarto ſciẽdum quod contra
dictio ſic definit̃. Contradictio eſt op- F
poſitio cuius ſecundum ſe non eſt da-
re mediũ. Et ponit̃ oppoſitio loco gene
ris, & ponit̃ cuius ſcd̃m ſe non eſt da-
re medium. ad differentia oium aliarũ
ſpecierũ oppoſitionis, ubi ſẽper poteſt
reperiri medium, vel per participatio
nẽ, vel per abnegationẽ, q̃ non p̃t fieri
in contradictione. Cuius ratio eſt, q̃a
contradictio eſt contradictoriorum re
pugnantia inter ſe, ſed inter contradi-
ctoria nullum eſt medium, q̃a contra
dictoria ſunt illa, quorũ vnum ſimpli
citer dicit negationẽ alterius, & nihil
ponit affirmatiue vt ſunt ens, & non
ens, ſedet, & non ſedet, &, q̃a iter ens,
& non ens, ſimpliciter non poteſt eſſe
me-

A medium,ideo in cōtradictione nō poteſt reperiri medium, & hoc ſibi couenit per ſe primo, & nō ratione alicuius oppoſitionis p̄cedentis,ideo dr̄, ꝙ ſibi conuenit ſecundum ſe.Et per hoc habetur intellectus definitionis illarū oppoſitionum praecedentium.

Argum ¶ Sed cōtra p̄dicta arguitur primo ſic Rōnale,& irrationale priuatiue opponuntur,ſicut æquale, & inęquale,& tn̄ non habēt fieri circa idem, ergo male ponit definitio priuatiue oppoſitorū. Secundo ſic.Illud,ꝙ eſt nō ens nō pōt fieri,quia factio terminat ad eſſe rei, ſed priuatio eſt non ens,ergo non hēt B fieri,circa aliquod ſubm. Tertio ſic. Scia,& ignorātia opponūtur priuatiue,quia ignorātia eſt priuatio ſciæ,& tn̄ de ignorātia p̄t fieri naturaliter regreſſus in habitū,ſ.ad ſciam, ſicut cū aliqui ſunt primo ignorantes, poſtea efficiuntur ſcientes per ſtudium,ergo priuatiue oppoſita non ſemper fiunt ordine irregreſſibili. Quarto ſic.Omnis oppoſitio habet duo extrema, ſed contradictio non habet duo extrema, cum ſit inter ens,& nō ēs ſimpliciter, modo non ens,non eſt vnū extremū, ergo contradictio non eſt oppoſitio.

Quinto ſic.In oppoſitione cōtrariorum immediatorum nō reperitur,medium, ergo definitio contradictionis C conuenit alijs a definito.

Solutio Ad argumenta.Ad primū dr̄, quod licet rōnale, & irrationale ſecūdū modos ſignificandi,& intelligēdi quibus cognoſcuntur à nobis, ſ.vnū per negationē alterius,ſint aliquo mō priuatiue oppoſita,tn̄ ſecūdū id quod ſunt nō ſunt priuatiue oppoſita,cum ſint formæ poſitiuæ, ſed magis habent rationem contrariorum, & eo mō priuatiue opponuntur, ſunt circa idem in genere licet nō in ſpecie vel in numero. Ad ſecundum dr̄,ꝙ licet priuatio nō fiat per ſe,tn̄ bn̄ per accidens.ſ.per corruptionē habitus,quare ēt non eſt ens niſi per accidens & ſecundum quid. Ad tertiū dr̄,& ſcia, & ignorantia priuatiue opponūtur priuatione imperfecta,& ſolum de priuatione perfecta D dat iſta definitio.Ad quartum dr̄, ꝙ licet non ens ſimpliciter nō ſit vnū extremum ſecundum rē,ſed ſecundū intellectum,qui concipit nō ens per negationē eius,tamē bn̄ eſt vnum extremum oppoſitionis,quia tn̄ nō eſt vnū extremum ſecluſo opere intellectus, ideo ſine opere rationis contradictio non habet eſſe in rebus completum in actu,ſed in potentia tātum,& perficitur in actu per intellectum.

Ad quintum dr̄,ꝙ licet inter cōtraria immediata nō ſit mediū per participationem,eſt tn̄ medium per abnegationē, E de quo poteſt vere negari vtrunq; extremorum, & inter contradictoria nullū eſt ſimpliciter mediū.

Quod Prius quinque modis dicitur.

De hoc vide late per Philoſ. hoc eo. capi. de prio. & ibi perſcribentes.

Prius āt dr̄ quadrupliciter. Primo mō,& proprie dicitur aliquid prius altero ſcd̄m tp̄s ,put aliquis dr̄ antiquior,& ſenior altero, ſicut hō habēs triginta annos dr̄ prior hoīe habēte viginti annos. Scd̄o mō dicitur aliqd prius,a quo nō cōuertitur ſubſiſtēdi cōſequētia, vt vnū prius eſt duob.duob.n. exiſtētib. mox cōſequēs eſt vnū eſſe, vt ſi duo ſūt vnū eſt,& nō ecōuerſo. Tertio mō dr̄ prius ſcd̄m ordinē quēdā,vt ī diſciplinus, principia priora ſūt cōcluſionibus & in Grām.literæ priores ſūt ſyllabis, & ī orōne p̄emiū prius eſt narratione p ordinē.Quarto mō,ꝙ meli⁹ & honorabili⁹ eſt dr̄ prius con F ſuetudine. Cōſueuerūt.n.plurimi hoīes honorabiliores,& magis dilectos apud ſe dicere priores.Præter quatuor mōs iā dictos, eſt alter modus prioris,eorū.ſ.q̄ cōuertūtur ſcd̄m eſsēdi cōſequentiā,& alterū eſt cā alterius quodāmō. Et hoc mō aliqd dr̄ prius altero natura,vt res eſt cā veritatis orōnis factę de ipſa re;vt hoiem currere

currere

A rere cõuertitur cũ hac orone, hõ currit, & ſi hoiem currere eſt uerũ hõ currit, eſt verũ, & ecõuerſo, res.n.eſt cã veritatis oronis de ſe factę, & nõ ecõtra, oro.n. nõ eſt cã quod res ſit; Ab eo.n.qđ res eſt vel non eſt oro dr vera vel falſa, ergo hæc res, hominem currere prior eſt hac oratione, homo currit.

Poſtq̃ auctor non determinauit de poſt pdicamẽto oppoſitionis, q ſimpliciter valet ad cognoſcẽdum diſtinctionẽ, & diuerſitatem dicibilium incomplexorum, quæ ponũtur in pdicamento, hic conſequẽter determinat de poſt prædicamento prioris, quod valet ad

B cognoſcendum ordinem illorum dicibilium aſſignans quinque modos eius qui in his verſibus continentur.

Tempore, natura, prius ordine dic, & honore.

Cãm cão dicimus eſſe pri⁹. Et licet poſterius ſit vnũ poſt prædicamẽtum, tamen, q̃a prius, & poſterius opponuntur relatiue, ideo tot modis dicitur, vnum quot modis dr, & reliquũ, & cognito vno oportet cognoſcere aliud, ideo per diſtinctionem modorũ prioris ſatis habetur diſtinctio modorum poſterioris, nec erit ſpecialiter determinandum de ipſo poſteriori.

C Primo ſciendũ, q primus modus, & ſcđs prioris ſic differunt, inter ſe, quia prius primo mõ, qđ eſt prius tẽpore, dr illud cui⁹ duratio pcedit durationẽ alterius: ſiue illa duratio pcedat ſm tps, ppriẽ dcm, ſiue ſm tps captũ pro æternitate, vt aliqs ſenior altero dr prior illo ſm tẽpus, & durationẽ illius, & valet ille modus ad cognoſcendũ ordinẽ inter vlia q̃ ſunt ppetua, & ſingularia, q̃ ſunt corruptibilia, & tẽporalia, vniuerſale n. qđ eſt ſp eſt prius duratione quolibet ſuorũ indiuiduorum, qđ poſt nõ eſſe, accipit eſſe. Sed prius ſcđo mõ qđ eſt prius natura dr illud, quod poſt non conuertitur ſecundum exiſtendi conſequentiã, vel eſt illud, quod requiritur ad eſſe alterius, & alterum non requiritur ad eſſe eius, ſicut vnũ eſt prius duob. Et dr conſequentia exiſtendi in qua ad eſſe vnius ſequitur eſſe alterius, vt homo eſt, ergo animal eſt. Et dr conuerti debite talis conſequentia, quando ſicut ad eſſe primi ſequitur exiſtentia ſecundi ita ad exiſtentiam ſecundi ſequitur exiſtentia primi, vt hic, homo eſt, ergo riſibile, eſt & econtra, riſibile eſt, ergo homo eſt. Et valet ille modus generaliter ad cognoſcendum ordinem ſuperioris ad inferius; quia omne ſuperius eſt hoc modo prius ſuis ſuperioribus.

Prius tẽpore ac ſm ſubſiſtendi conſequẽtia.

D

Secũdo ſciẽdum, qđ tertius modus, & quartus ſic iter ſe differũt, q̃a prius tertio mõ dr, qđ eſt prius alio ordine cõpoſitionis vel doctrinæ, ſicut illud qđ eſt ſimplicius alio, ſicut principia ſunt priora concluſionib. & literæ ſyllabis, & ſyllabæ dictionib. Et dicit̃ rationale prius, prius ordine capiẽdo ordinẽ ſpaliter pro ordine compoſitionis vel doctrinæ, vbi proceditur a ſimplicibus ad cõpoſita, & nõ capiẽdo ordinẽ generaliter pro quocunq. ordine rei vel rõnis, & per hunc modum cognoſcimus ordinẽ generis, & differentiarum ad ſpeciẽ, quæ ex ipſis componũt. Sed prius quarto mõ, quod eſt prius honore dicitur illud quod eſt perfectus, & honorabilius alio, quod dicit̃ prius ſecũdũ pfectionẽ, vt homo virtuoſus dicit̃ prior homine non virtuoſo, & hoc mõ omne inferius, cum ſit perfectius ſuo ſuperiori, eſt prius, & ſic iſte modo valet ad cognoſcendum ordinẽ ſpecierum ad ſua ſuperiora.

Prius ordine & à priori ſecundũ pfectiorẽ diſcrimen.

E

F

Tertio ſciẽdũ, qđ prius quinto mõ qđ eſt prius cauſaliter, dicit̃, qđ cõuertit̃ ſecũdũ exiſtẽdi cõſequẽtiã, & tamẽ vnũ eſt cã alterius, vt hõ & riſibile cõuertunt̃ ſecũdũ exiſtẽdi conſequentiã, & tñ homo eſt cã riſibilis, & ẽt veritas orationis, & res ſignificata per eam, q. eſt cõpoſitio prædicati cum ſubiecto, cõuertunt̃ ſecũdũ eſſe, & tñ res ſignificata per orationẽ eſt cauſa veritatis orationis. Ab eo enim quòd res eſt vel non eſt oratio dicitur vera vel falſa

Prius ſecundum cauſalitatem.

A ſa, quod intelligendũ eſt nõ de re ſubie ｃti vel pdicati, ſed de re formaliter ſignificata per orationẽ, vt eſt inhęrẽtia vel compoſitio prædicati cũ ſubiecto. Et valet ille modus ad cognoſcẽdũ ordinem differẽtiæ ad ſpeciem, & ſpeciei ad ſua accidentia propria, & differt ab omnibus modis præcedẽtibus, quia in iſto conuertitur exiſtendi, cõſequẽtia, quod non fit in alijs præcedentibus.

Quinq; modis tñ dr̃ alterũ altero prius.

Quarto ſciendum, q illorũ modorũ prioris ſic hr̃ ſufficiẽtia quia oẽ prius vel ſumit ſm ordinẽ diſciplinæ, & cognitionis, & ſic eſt tertius modus, vel ſm ordinẽ rei, & hoc duplr, vel ſumitur ex parte rei, vel ex parte conſequẽtiũ ipſum eſſe, vt ſunt pfectio, & cauſa B litas: ſi primũ hoc eſt dupliciter. vel ſumit ex parte eſſe rei ſimpliciter, & abſolute, & ſic eſt ſecũdus modus vel ſecũdũ durationẽ eſſe illius, & ſic eſt primus modus. Sic ex parte cõſequentiũ, hoc eſt dupliciter, vel ſumitur ſm modũ perfectionis, & ſic eſt quartus modus, vel cauſalitatis, & eſt ſic quintus modus. Et ſic patet de modis prioris.

Argum. Sed cõtra pdicta arguit primo ſic. In tpe nõ eſt prius nec poſterius, quia de tẽpore nõ habemus niſi nũc, in quo nõ eſt prius neq. poſterius cũ ſit indiuiſibile. ergo nihil dr̃ priꝰ tpe. Scdo ſic. Omne ſuperius eſt ſecũdo modo prius ſuo inferiori, & tñ inter ſuperius & inſe G rius cõuertit conſequẽtia ſubſiſtendi, quia ſicut ſequit, inferius eſt, ergo ſuperius eſt, & ecõtra, ſi ſuperius eſt iferius eſt, ergo male definit prius natura q non conuertitur ſecũdũ exiſtendi cõſequentiã. Tertio ſic. Oẽ prius eſt prius ſecundum ordinem, ergo prius ordine nõ eſt modus diſtinctus ab alijs.

Quarto ſic. Species eſt perfectior, & honorabilior genere, & tñ nõ eſt prior illo, cum principiatum non præcedat principiũ. ergo male dicit, q honorabilius, & meliꝰ dicit prius quarto mõ. Quinto ſic. Eorũ quæ ſunt ſimul vnũ non eſt prius alio, ſed ea quæ cõuertũtur ſecũdũ eſſe ſimul ſunt, ergo vnum nõ eſt prius, vt in quinto modo dicit.

D Solutio.

Ad argumenta. Ad primum dicitur, q licet de tempore non ſit niſi nũc in actu & in facto eſſe, tamẽ ſecundũ ſucceſſionẽ, & ſm potentiam ſunt plures partes tẽporis, vt præteritum, & futurũ, q̃ ſunt in fieri ex fluxu ipſius nũc.

Ad ſecundũ dr̃, q licet inferius, & ſuperius, ſi conſiderent q̃tum ad intẽtiones ſuperioris, & inferioris, ſic cõuertãtur ſecũdũ exiſtẽdi conſequẽtiã, eo q hoc mõ ſunt relatiua, nõ tñ conuertuntur, ſi cõſiderant q̃tum ad naturas eorũ, ſed ſuperius pcedit inferius. Ad tertium dr̃, q licet oẽ prius ſecundum ordinẽ gñaliter acceptũ ſit prius, nõ tñ ordine doctrinę, vel compoſitionis de E quo ordine ſolũ eſt hic ppoſitum. Ad quartũ dr̃, q licet ſpẽs via gñationis nõ ſit prior gñe, tñ ordine pfectionis illo prior eſt. Ad q̃ntũ dr̃, q licet ea q̃ conuertuntur ſecũdum exiſtẽdi conſequẽtiam ſint ſimul tpe, non tñ ſunt ſimul natura, quia cum vnum eſt cauſa alterius, eſt prius natura alio, cum omnis cauſa natura præcedat ſuum effectum.

De ipſo Simul, & eius Tribus modis.

Simul autem dicitur tribus modis. Primo enim modo dicuntur ſimul, quorũ generatio eſt i eodẽ tempore, & neutrũ illorum nõ eſt prius neque poſterius, & hoc dr̃ ſimul tpe, vt duo gemelli nati in eodẽ tpe, ſimiliter ſubiectũ ſua propria paſſio. Secundo modo dicuntur ſimul, quæcunque cõuertũtur & neutrũ eſt cauſa alteriꝰ, vt ſit ſicut quælibet relatiua vt duplũ, & dimidiũ, pater, & filius, et ſic de alijs. Tertio modo dicuntur ſimul, quæcunque equaliter condiuidũt aliquid genus, vt homo equus, & leo, & ſic de alijs q̃ æquæ cõdiuidunt hoc genus animal. et etiã differẽtiæ diuidẽtes aliqd genus dñr ſimul. ut rõnale, & irrõnale, & ſic de alijs. iſti autem duo vltimi modi dñr ſimul natura, primus autẽ modus dicitur ſimul tempore,

De hoc vide Philoſ. hic eo. ca. & ibi Doc.

F

O Poſt-

A Poſtq̄ Aucto. determinauit de poſt pdicamēto prioris, & poſterioris quod valet ad cognoſcēdū ordinē ſuperioris & inferioris inter ſe, hic cōſequēter determinat de poſt pdicamēto ſimul qđ valet ad cognoſcēdū cōuenientiā pluriū inferiorū in ſuo ſuperiori, aſſignans tres modos eius q̄ i his verſibus cōtinet.

Ipſius ſimul natura, atque tres tm eius eſſe mō opponitur.

Tempore dico ſimul quorum generatio non eſt.

Suntque ſimul ſpecies, genus vnum condiuidentes.

Quæ cōuertunt dicimus eſſe ſimul.

Et horum modorū ſic habere ſufficientia quia quæcunq; ſunt ſimul, ſūt ſimul natura, vel tēpore. Si ſimul tpe,
B ſic eſt primus modus, ſi ſimul natura, hoc eſt dupliciter vel talia ſunt ſimul nā diuiſionis, & ſic eſt terti⁹ mod⁹, vel natura relationis, & ſic eſt ſcđs mod⁹.

Primo ſciendū, ꝙ ſimul dupl'r accipit. Vno mō pro quacunq; conuenietia duorū in vno tertio, vt cōprehēdit oīa illa quæcūq; ſunt aliquo mō ſimul, & hoc mō cōtinētur ſub ipſo, ſimul in loco, & ſimul in ſpacio, & ſimul, i motu, q̄ hic enumerātur. Alio mō capit ſpecialiter, ſolū vt ſe extēdit ad modos ſimul, q̄ valēt ad cognitionē pdicamētorū habendā, & hoc mō hic cōſideratē, & nō primo modo. & quia eſſe ſimul in motu, vel eſſe in loco nō riquirit ad
C noritiā prædicamentorū, eo ꝙ ꝓprie cōueniunt ſolū indiuiduis, quę ſūt corruptibilia, & non habent eſſe in predicamēto tanq̄ dicibilia, ſed vt ſubijcibilia t n. iō hic illi modi nō enumerātur.

Secundo ſciendū, ꝙ ſimul tempore dicuntur aliqua, quorū generatio eſt in eadē tēpore & etiā tota duratio, vt ſunt illa, q̄ ſimul generantur, & corrūpuntur, vt hō, & riſibile dicūtur ſimul tēpore, & debet intelligi, ꝙ eorū generatio ſit in eodem tēpore tā ſecundū eſſe q̄ ſecundum eſſentiā, ita ꝙ ſit in eodē inſtanti tēporis, & ſimiliter corruptio eorum, & nō ſufficit ꝙ generatio eorum ſit in eodem tempore ſecundū eſſentiam, quia, cum ſit tantū vnum tempus ſecūdum eſſentiam omnium temporalium, ſequeretur ꝙ omnia præterita, & futura eſſent ſimul tempore.
D

Tertio ſciendū, ꝙ ſimul ſecūdo mō, dicunt illa, q̄ cōuertūtur, & neutrū eſt cauſa alterius. vt ſunt relatiua, q̄ ſimul ponunt ineſſe & non ineſſe, & inter ſe nō conuertūtur ſecundū ſuppoſita, ſic ꝙ de ſe inuicē verificētur, ſed cōuertūtur ſecundū exiſtēdi cōſequētiā, q̄a ſicut ad eſſe vnius ſequit eſſe alterius, ita ecōuerſo, & neutrū eſt cā alteri⁹ eo ꝙ vnū nō ꝓcedit naturaliter aliud, nec pōt habere eſſe, niſi ponat ſuū correlatiuū. Et illa, q̄ ſic dicunt ſimul, habēt oppoſitionē ad duos modos Priori.ſ. ad ſecūdū & quintū iō hic ponit, quæ cōuertūtur ad differentiā ſecundi modi prioris, & neutrū eſt cauſa alterius ad differētiā quinti, & primus modus ſimul opponitur primo modo prioris.
E

Quarto ſciendū, q̄ ſimul tertio modo dicunt, q̄ econtrario condiuidūt aliquod genus, vt ſunt duæ differētiæ, vel duæ ſpēs eiuſdē generis, & illæ ſpēs, vel differentiæ poſſunt dupliciter conderari, vno mō cōparādo illa inter ſe, & ſic vna ſemper eſt prior alia, perfectionis, cum vna ſemper ſit, perfectior altera. alio modo conſiderantur inquātum conueniunt in ſuo genere, in quo eſſentialiter continentur, & ſunt æqualis perfectionis, & ſic ſunt ſimul perfectione, nec vna eſt perfectior alia, vel prior, vel poſterior. ideo iſte modus ſimul, poteſt dici perfectione, & oppo nitur quarto modo prioris, quo aliquid dicitur prius honore vel perfectione. Et per hoc ſatis patet declaratio diuiſionis ſimul, & modorū eius.
F

Quæ ſimul dicuntur ſecūdo modo

Sed cōtra prędicta arguitur primo ſic. Simul & prius opponūtur, quia Simul dicit negationē Prioris & Poſterioris, relinquēs aptitudinē ad illa, ergo tot modis dicit ſimul, quod modis dicitur prius ergo ſicut ſunt quinq; modi Prioris, ita debent eſſe quinque modi ſimul. Secundo ſic. Illa quæ conuertuntur, & neutrum eſt cauſa alterius ſūt ſimul tēpore, cū generatio, & corruptio & eorū ſit in eodē inſtāti tpis, ergo

Argum

A ergo ſecũdus modus ſimul,& primus coincidũt. ergo illi tres modi nõ bene diſtinguuntur. Tertio ſic. Puer & ſenex nunc viuẽtes ſunt ſimul tpe, cum ſint eodem nunc,& tñ eorum generatio non fuit in eodem tpe, ergo male definitur primus modus ſimul. Quarto ſic. Cauſa eſt, ad cuius eſſe ſequitur aliud, ſed ad eſſe, vnius relatiui ſequitur eſſe alterius, ergo vnum eſt cauſa alterius. ergo contra ſecundum modum. Quinto ſic. Quęcunq; ſunt ſimul in aliquo ſimul cõueniunt, ſed illa quę diuidunt ex contrario vnum genus nunquam ſunt ſimul in eodem, neq; conueniunt in aliquo vno, quia opponuntur inter ſe, ergo male aſſignatur tertius modus ſimul. B

Solutio Ad argumẽta. Ad primum dicitur, quod licet ſimul priuatiue opponatur Priori & Poſteriori, & ideo ſm rem poſſunt poni tot modi ſimul, quot ponuntur Prioris, & Poſterioris, tamen ſecundũ vſum accipiendo ſimul, vt valet ad cognitionem prędicamentorũ, hic ſolum aſſignãtur tres modi ſimul.

Ad ſcdm dr, ꝙ licet ea, q̃ cõuertunt ſcdm exiſtenti cõſequentia ſint ſimul tempore, tñ alia rõne dicũtur ſimul tẽpore, & ſimul natura quia inquãtum ſimul producũtur in eodẽ inſtãti. dñr ſimul tẽpore, & inquantum intelligũtur ſimul eſſe ſub aliquãtur a dñr ſimul natura. ideo illi modi non coincidunt. Ad tertiũ dr, ꝙ licet puer & ſe- C nex nunc viuentes ſint ſimul tempore ſecundũ aliq̃ partẽ ſuæ durationis, nõ tñ ſecũdum totam durationẽ eorum. ſed vnus eſt prior alio tẽpore. Ad quartũ dicitur, quod licet ad eſſe vnius relatiui ſequatur illatiue eſſe alterius, nõ tñ ſequitur cauſaliter. & ſecundũ naturam, quo tamen modo effectus ſequitur ad ſuam cauſam. Ad quintum dicitur quod licet ea quę opponũtur non poſſunt eſſe ſimul in eodem numero tñ bene poſſunt eſſe in eodem genere, hoc modo ſunt ſimul illa, quæ cõdiuidunt aliquod genus, quia ſimul ſunt in natura cõi importata per genus.

De ſex Speciebus Motus. D

Motus ſpẽs ſex ſunt generatio; corruptio, augmentatio, diminutio, alteratio, ſecundũ locũ mutatio. Generatio eſt progreſſio a nõ eſſe ad eſſe. Corruptio eſt progreſſio ab eſſe in non eſſe. Augmẽtum eſt præexiſtentis quantitatis maioramentum. Diminutio eſt præexiſtentis quantitatis minoramentũ. Alteratio eſt mutatio de cõtraria qualitate in contrariam qualitatẽ, vel in mediã vt cũ aliquis mutatur ab albedine in nigredinẽ, vel in medios colores. Motus B ſecundum locum eſt mutatio de vno loco in alterum. Motus aũt ſecundũ locũ ſex ſunt ſpẽs ſiue differẽtiæ. ſ. ſurſum, deorſum, ante, retro, dextrorſum, & ſiniſtrorſum. Ad omnes. n. has partes fit motus.

Poſtq̃ Auctor determinauit de modis oppoſitionis Prioris & ſimul, q̃ valent ad cognoſcendũ dicibilia in complexa quantũ ad ſuũ eſſe, hic cõſequẽter determinat de motu, q valet ad cognoſcendũ illa quãtũ ad ſuũ fieri. Illorũ. n. dicibiliũ, aliqua cauſãtur ex alijs per motũ rationis, ſicut plures ſpẽs ab eodẽ genere, alia vero per motũ realẽ, ſicut accidẽtia cauſantur a ſubſtãtia p motũ. Et primo enumerantur ſex ſpẽs F motus, q̃ in his verſibus cõtinẽtur. Anget, diminuit, corrũpit, & gñatur. Alterat, & mutat. ſic per loca multa vagat. Iſtis ſex modis dr eſſe motus. Et illarũ ſpẽrum ſufficiẽtia ſic haberi põt. Quia oĩs motus fit inter duos terminos. vel ergo illorũ terminorũ vnꝰ eſt affirmatiuus, & alius negatiuus, vel sũt ambo affirmatiui: ſi primũ, tũc hoc eſt dupliciter, qa vel terminꝰ ad quẽ eſt affirmatiuus, & ſic eſt generatio, vel terminus a quo, & ſic eſt corruptio Si ambo termini sũt affirmatiui, hoc eſt dupliciter vel talis motus fit ad formã reſpectiuã, et ſic eſt loci mutatio, q̃ fit ad vbi, vel ad

A formam abſolutã,& hoc eſt dupľr vel ad qualitaté, & ſic eſt alteratio,vel ad quantitatem,& hoc eſt dupliciter, vel ad quantitatem perfectam, & ſic eſt augmentatio vel ad quantitatem imperfectam,& ſic eſt diminutio.

Quid generatio.

Primo ſciẽdũ, ꝙ gñatio eſt ꝓgreſſio de non eſſe ad eſſe,vt cũ fit mutatio de nõ eſſe aquæ ad eſſe eius ꝑmutationẽ ſubiecti. Et capitur ibi progreſſio non ſpãliter.ſ.pro motu progreſſiuo aĩalis, ſed generaliter pro quacunq. mutatione, in qua acquirit forma poſt formã in aliquo ſubiecto. Et ponitur ibi progreſſio,loco generis,& de non eſſe,ad eſſe,ad explicãdũ terminum a quo,aut B terminũ ad quem gñationis,& nõ capitur ibi non eſſe prout negat generaliter oẽ eſſe, ſed ſolũ prout negat eſſe in actu. & relinquit eſſe in potẽtia,qa gñatio fit de nõ eſſe ĩ actu,de eſſe tñ in potentia ad eſſe in actu Et ꝑ oppoſitũ, corruptio eſt ꝓgreſſio de eſſe ad non eſſe vbi ponitur progreſſio loco generis,& de eſſe,ad non eſſe, ad differentiam aliarum ſpecierum motus.

Quid augmẽtatio,ac diminutio.

Secundo ſciendum. ꝙ augmentatio dicitur præxiſtentis quantitatis additamentum,& ratio eſt,quia augmẽtatio eſt motus de minori quantitate ad maiorem,ſed quãtitas nõ poteſt fieri maior niſi per additionem alicuius partis quãtitatis. Et per oppoſitũ diminutio C eſt præxiſtentis quãtitatis minoramẽtũ. Et rõ eſt,qa ille motus eſt de maiori quantitate in minorẽ, & maior quãtitas nõ põt fieri minor niſi ꝑ remotionem alicuius partis eius ,ideo fit vbi minoramentũ prexiſtentis quãtitatis eius Vnde in hoc conueniũt augmẽtatio,& fit diminutio,qa sũt ad quãtitatẽ,& differũt in hoc,qa vna fit ad quãtitatem perfectã,& alia ad imperfectã.

Quid alteratio.

Tertio ſciendum,ꝙ alteratio eſt mutatio ad vna cõtrario qualitate in aliã contrariã, vel in mediã & ponit mutatio loco generis , & reſiduũ ponit ad drĩã aliorum motuũ quorum nullus fit ad qualitatem, & non requiritur ꝙ quali tates inter quas eſt alteratio ſint cõtrariæ ſm eſſentiã & ſpẽm,ſed ſufficit ꝙ ſint contrariæ ſm perfectum, & D imperfectũ , ideo ibi ponit vel in qualitatẽ mediam, quia aliquæ qualitates mediæ nõ contrariãtur extremis ſcḋm ſpeciẽ,ſed tantum ſecundũ eſſe perfectum vel imperfectum,et in aliquibus eſt contrarietas ſecundum ſpeciem, vt inter albedinem, & medios colores.

Quid ſecũdum locum mutatio per omnes differentias,poſitionis. De iſtis poſitionũ differẽtijs vide 5. ph. & 2 Cœli & Mun. t. cõc. 14.

Quarto ſciendũ, ꝙ loci mutatio,eſt mutatio de vno loco ad alium locũ,& talis motus extrinſece terminatur ad locũ , intrinſece vero terminat ad vbi quod cauſatur a loco,ideo talis motus reductiue eſt in ṗdicamento vbi, & ꝑ hoc differt ab alijs motib. Et diuiditur E in ſex ſpẽs,ſ.in motũ ſurſum, deorsũ , ante,retro,dextrum,& ſiniſtrũ. Cuius ratio eſt,qa motus diuidit ſcḋm diuiſionem termini ad quẽ.ſed vbi eſt terminus ad quẽ motus localis,qui diuiditur per ſurſũ & deorſum,& ſic de alijs,ergo motus localis cõuenientẽr diuiditur per has ſpecies.& differentias. Vnde ſurſum & deorſum,ſi capiantur pro locis illis,ſunt in prædicamẽto q̃titatis & ſi capiantur prout dicunt rem in talib.locis eſſe,ſunt in prædicamento vbi. Sed ſi capiantur vt dicunt ſituationes in illis locis ſunt drĩæ poſitionis & de prædicamento ſitus, & hoc vltimo modo non ſunt termini motus localis, ſed ſecundo modo. Et per hoc patet quæ & quot ſunt, & quomodo definiuntur ſpecies motus.

Argu.

Sed cõtra prædicta arguitur primo ſic Oĩs motus eſt continuus & diuiſibilis, cũ in tpe fiat, ſed gñatio non eſt diuiſibilis,ſed fit in inſtanti,& ſiľr corruptio , ergo gñatio & corruptio non sũt ſpẽs motus,& ſic ꝑ cõſequens illæ ſpẽs male enumerantur. Scḋo ſic Dũ aqua gñat ex aere,eſt ibi gñatio, & tñ ipſa fit ab eſſe q̃ ad eſſe aeris,ergo male dicitur, ꝙ generatio fit de non eſſe ad eſſe. Tertio arguitur ſic. In ebullitione lactis eſt augmentatio. & tñ ibi nõ fit additamentũ prexiſtẽti quãtitati . ergo male definit augmẽtatio . Quarto ſic. Mutatio de minus albo ad magis

A gis album eſt alteratio,& tñ nõ fit mutatio de vna qualitate in aliam contrariam,nec in mediam, quia album, & albus non contrariantur. ergo male ponitur definitio alterationis.

Quinto ſic. Cęlum mouetur motu locali. & tñ non mutatur de vno loco in alium,ſed ſp manet in eodem loco, ergo contra definitionem loci mutationis. Ad arg. Ad primum di,ꝙ ſi motus capiaꝛ ſpecialiter pro motu ſucceſſiuo,qui ſẽper fit inter terminos affirmatiuos,ſic oĩs motus eſt indiuiſibilis & ſic generatio,& corruptio non ſũt, motus ſed ſi capiatur generaliter tm̃ B ꝓ oĩ mutatione inſtantanea ſiue ſucceſſiua,ſicut in propoſito capitur,ſic generatio,& corruptio bñ ſunt motus. Ad ſm̃ dicitur, ꝙ cum aqua generatur ex aere, illa gñatio fit ab eſſe aeris tanq̃ a termino extrinſeco,ſed a non eſſe aquæ tanq̃ a termino intrinſeco,& pro prio a quo magis denominaꝛ q a termino extrinſeco. Ad tertium dr̃, ꝙ licet in tali augmentatione,q̃ fit per ebuſſione lectis vel per rareſactionem,non ſit additamẽtũ ſubſtãtiæ,eſt tñ additamẽtum partium quantitatis. Ad quartum dr̃ ꝙ licet minus albũ, & magis album non contrarientur ſecundũ eſſentiã cum ſint eiuſdẽ ſpẽi,tñ contra- C riãtur ſm̃ eſſe qualitatis perfectum,& imperfectũ quod ſufficit ad motũ. Ad quintũ dr̃,ꝙ licet cęlum ſecundũ ſe totum non moueatur ab vno loco in alium,tñ mutatur ſecundũ ſuas partes. & ideo ſibi attribuitur motus localis.

Habere quot modis accipiatur.

Habere aũt dicitur multis modis. Primo modo dicit̃ habere aliquam qualitatẽ, ut diſciplinã aut virtutẽ. Secũdo modo dicitur, habere quantitatẽ quod cõtingit ei qui habeat magnitudinẽ: vt bicubitũ tricubitũ. Tertio modo dr̃ habere ea,quæ circa corpus ſũt adiacentia,vt veſtimentum, vel tunicã,aut circa membra,vt in manu anulum,& habitus,iſto tertio modo ſumptus eſt vnum de decẽ prędicamẽtis,& definitur ſic. Habitꝰ D eſt corporũ, & eorum, quæ circa corpus ſunt adiacẽtia,vt eſt armatio,caligatio,& ſimiliter figurant̃ noĩa in alijs, ſecundũ adiacentia, illa hæc.n. dicũtur habere,illa vero haberi. Quarto ãt modo dr̃ habere membrum,vt manum,aut pedem. Quinto dicitur habere ſicut contiñes contẽtum,vt lagena habere dr̃ vinũ, aut modiũ grana tritici. Sexto modo dr̃ habere poſſeſſionẽ,vt domum aut agrũ. Septimo modo dr̃ habere vxorẽ & de E hoc vltimo mõ dicit Ariſtotiles ꝙ iſtẽ modus alieniſſimus eſt in eo ꝙ eſt habere, & ꝓpter hoc,quod vir habẽs vxorẽ et habetur ab ea, & vinculũ matrimonij idiſſolubiliter ligat utrũq. Et dici,quod forte alij modi apparebunt in eo,qđ eſt habere, ſed qui conſueuerunt dici,penè omnes enumerati ſunt.

Poſtq̃ Auctor determinauit de motu hic conſequẽter determinat de quinto poſt prædicamento,& vltimo,ſ. de hñe,& rõ ordinis eſt, qa motꝰ valet ad cognoſcẽdũ quõ accidẽtia a ſuba cau F ſãtur,hñe,vero valet ad cognoſcẽdum reductionẽ accidẽtiũ ad ſubam, & qa illa accidentia prius cãntur q̃ ad aliud reducantur, iõ cõuenienter determinaꝛ de poſt prædicamẽto hñe poſt motũ.

Primo ſciendũ,ꝙ habere dupliciter accipitur Vno modo generaliter, vt ſe Habitꝰ extēdit ad oẽs ſuos modos, & ſic poni ab habe tur reductiue in diuerſis ꝓdicamentis,re diſtin & hoc modo ponitur vnum poſt ꝓdi- ctio. camentum. Alio modo capit̃ ſpecialiter ſolum pro tertio modo hñe, prout eſt corporum, & corũ q̃ circa corpus ſunt adiacentia,& ſic eſt vnũ prædicamentũ ab alijs diſtinctũ, de quo prius determinatũ eſt, & hoc vltimo modo non capitur hic, ſed primo modo.i.cõuenienter ponitur poſt ꝓdicamentum

A Septem modorum ipſius habere intellectus.

Sec̃o ſciendũ, ꝙ ip ſius hr̃e vij. modi ponunt in textu in his verſib cõtenti. Affectũ, quãtũ, veſtitũ nũc velut aurũ. Mẽbrũ, cõtentũ, poſſeſſio vir mulierẽ. Vnde per effectum deſignatur primus modus habere, q. eſt hr̃e qualitatẽ, qualitas. n. afficit ſubſtãtiã & qualificat eã. & p quantũ, deſignat̃ ſecũdus modus, ſ. habere quãtitatẽ, & p veſtitũ deſignatur tertius modus, q. eſt habere ea quæ corpori adiacent, vel ſecundũ totũ, vt tunica, ſiue ſecũdũ partẽ, vt anulus aureus in digito, & p mẽbrum deſignatur quartus modus, qui eſt habere mẽbrum, vt caput vel partẽ integralẽ per cõtentũ deſignatur quintus modus, q. eſt vt continens, habet contentũ, vt lagena habet vinũ, & modius grana B tritici. Et ſextus modus deſignat̃ per poſſeſſionẽ, & per mulierẽ ſeptimus. ſ. habere vxorem, & per hoc poteſt haberi ordo, numerus illorum modorum.

Tertio ſciẽdũ, ꝙ primus modus habere. ſ. habere qualitatẽ, reponitur in prædicamẽto qualitatis reductiue, q. a tale habere dicit inhærẽtiam qualitatis ad ſubam, & talis inhærẽtia eſt eſſe illius qualitatis, & ſimiliter ſecũdus modus, ſ. habere quãtitatẽ, eſt in pdicamento quãtitatis Sed habere tertio modo eſt pdicamẽtum ab alijs diſtinctũ, & habere mẽbrũ, ſiue partẽ integrale eſt veductiue in prædicamẽto ſubſtantię, q. a dicit vnionẽ partis in toto. Talis autem vnio fit per formã ſubſtantialẽ. Sed habere cõtẽtum, eſt in prædicamẽto vbi, C quia tale habere dicit eſſe in loco continente. Et habere poſſeſſionem eſt in prædicamento relationis, q. a poſſeſſor dr̃ correlatiue ad rẽ poſſeſſam tanq̃ ad correlatiuum eius. Et ſimiliter habere vxorẽ eſt in prędicamẽto relationis, cõiunx. n. dr̃ correlatiue ad coniugem, & ſunt relatiua æquparãtiæ. Et per hoc habet, q̃ hr̃e ſ.n diuerſos modos eius ponitur in diuerſis prædicamentis.

Quarto ſciendo, ꝙ iſtorũ n nominum haberi, ſic põt ſufficiẽtia, q. a in oĩ modo habere habens eſt principium habiti, vel ergo eſt principium eius ſ.n naturã, & voluntatem ſimul, & ſic eſt D quartus modus, ſ. habere membrum, mẽbrum. n. habetur ſecundũ naturã, & ſecundũ voluntatẽ applicatur ad operationẽ, vel eſt principium eius ſecundũ naturã tm̃, vel ſecundũ voluntatem tm̃, ſi primum hoc eſt dupliciter, vel eſt principium alterius ratione materiæ, & ſic eſt ſecundus modus, vel rõne formæ, & ſic eſt primus modus. Si ẽm voluntatem tm̃ hoc eſt dupliciter, vel habens habet tm̃, vel habet & habet̃. ſi ſecũdũ. ſic habetur ſeptimus mod⁹, ſi primum hoc eſt dupliciter vel habitus figurat̃ ad formã habẽtis, vel nõ. ſi ſecundũ, ſic eſt ſextus modus, ſi primũ hoc eſt dupliciter, vel habẽs circundat habitum, & ſic eſt quintus modus, vel E circundatur ab illo quod habetur, & ſic eſt tertius modus, & ſic patet diſtinctio modorum habere.

Sed cõtra prædicta arguitur primo ſic. Idem nõ eſt prędicamẽtum & poſt Argũ. prędicamentum, q. a oporteret idem eſſe in diuerſis prædicamẽtis, & poni in vno tm̃; ſed habere eſt vnum prædicamẽtum, ergo male ponitur vnum poſt prædicamentum. Sec̃o ſic: Oẽ quod diuiditur eſt aliquod totum, ſed habere nõ eſt aliquod totum, cum nõ ſit vnũ, ergo male diuiditur per ſeptẽ modos.

Tertio ſic Omne habere mediat inter rem habentẽ, & rem habitã, ſed inter quãtitatem, & ſubſtantiã nihil mediat, cum quãtitas immediate inſit ſub F ſtãtiæ, ergo nihil dr̃ habere q̃titatem. Quarto ſic In oĩ modo habere habẽs eſt principium habiti, ſed poſſeſſor nõ eſt principium rei poſſeſſæ, neq vir reſpectu vxoris, ergo male ponũtur ſext⁹ & ſeptimus modus habere. Quinto, ſic Subſtãtia dr̃ hr̃e relationem, actionem & paſſionẽ, & ſimiliter genus dr̃ hr̃e ſpẽm, & qualitas, habere cõtrariũ, & tñ illi modi hic nõ enumerãtur. ergo modi hr̃e non ſufficiẽter enumerant̃ hic.

Ad argumẽta. Ad primum dicitur, Solutio. quod licet idem vniuoce, & eodẽ modo captum non ſit prædicamẽtum, & poſt prædicamentum, tamẽ idẽ ſecundum

D dum vocem æquiuocæ acceptū poteſt eſſe predicamentū, & poſt prædicamē tum, & ſic eſt habere, vt dictū eſt. Ad ſm dicitur, quod licet habere non ſit aliquod totum ſm rem. eſt tamen vnū totum ſm vocem, ideo bene diuiditur diuiſione vocis in ſuas ſignificationes. Ad tertium dicitur, quòd licet habere quantitatem, non mediet realiter inter quantitatem & ſubſtantiam tanquam accidens realiter diſtinctum a quātitate, quia idem eſt realiter cum quantitate, tamen mediat ſm rationem, et modum, quia dicit inherentiam quātitatis ad ſubſtantiam. Ad quartum dicit, quòd licet poſſeſſor inquantum relatiue dicitur ad rem poſſeſſam, & ēt vir reſpectu vxoris non ſit principium, tamen ſm id quod eſt, eſt aliquo modo principiū in genere cauſæ finalis, poſſeſſio. n. eſt propter poſſeſſo. ē, & vxor propter virum. Ad quintum dr̄, ꝙ licet reperiantur plures modi habere quam illi ſeptem. tn̄ alij ab alijs ſunt minus principales, & min⁹ viſitati, & ſic ſufficienter poſſunt conoſci per illos modos, ideo ſufficienter enumerantur principaliores modi ipſius habere. D

Solutio.

B Hæc de tertio tractatu Magiſtri Petri Hiſpani dicta ſufficiant. B

VERSORII PARISIENSIS EXPOSITIO.

In Quartum Tractatum Petri Hiſpani.

SVMMA TRACTATVS.

De principijs ſyllogiſmi ſimpliciter, Propoſitione, & termino, Dici de Omni, Dici de Nullo, De ſyllogiſmis perfectis, ac imperfectis Primæ, Secundæ, ac Tertiæ figuræ, modos idem reducendi imperfectos ſyllogiſmos ad perfectos.

F Quid propoſitio ac Terminus ſit. F

Propoſitio eſt oratio affirmatiua, vel negatiua, alicuius de aliquo, vel alicuius ab aliquo, terminus eſt in quem reſoluitur propoſitio, vt in ſubiectum, & prædicatum.

Ad hoc vide 6. Top. p to. & 7.

Iſte eſt tractatus quartus Sūmularum Magiſtri Petri Hiſpani, in quo poſtq̄ determinauit de partibus remotis ſyllogiſmi, ſ. de prædicabilib. & prædicamētis, & de partibus propinquis eius, ſ. de enunciatione, ſiue propoſitione, conſequenter determinat ipſo ſyllogiſmo, ſiue de totali argumentatione, et quia vnumquodque prius habet coſiderari ſecundum ſe, quam per comparationem ad aliud, ideo priuſquam determinet ipſe de ſyllogiſmo contracto ad materiam probabilem, & ſophiſticam, quod fit in tractatu de locis, & fallacis, ipſe in præſenti Tractatu determinat de ſyllogiſmo ſimpliciter, & ſm ſuam formam conſiderato ſine cōtra- eo. cap. 3. & 4.

A dictione ad materiam. Ex quo patet ꝙ ſyllogiſmus ſimpliciter eſt ſubiectũ in iſto tractatu, & q̃a res habet cognoſc. p̃ ſua principia, iõ anteq̃ definiat ſyllogiſmum prius determinat de aliquib. principijs ſyllogiſmi, & prima de materialibus q̃ de principijs regulatiuis eius, ſ. de propoſitione, & termino.

Primo ſciendum, ꝙ propoſitio definitur ſic. Propoſitio eſt oratio affirmatiua vel negatiua alicui⁹ de aliquo, vel alicuius ab aliquo, vbi ponitur oratio, loco generis definiti, deinde ponitur affirmatiua, vel negatiua, ad explicãdũ vnã d̃riam conuertibi ẽ cum ꝓpoſitione, & licet affirmatiuum, vel negatiuũ

B ſint membra diuidentia reſpectu ꝓpoſitionis, non tñ ponuntur in ha definitione inquantum ſunt diuidẽtia definitum, ſed inquãtum ſunt nobis notiora ipſo definito, & explicãt d̃riam propoſitionis ſecundũ, eſſe ꝙ habet in ſuis ſpẽbus. Et d̃r alicuius de aliquo, i. prędicati de ſubiecto & magis definitur per affirmatiuum, & negatiuum q̃ ſe tenent ex parte formæ propoſitionis, quam per vniuerſale & particulare, quæ ſe tenent ex parte materiæ eo ꝙ forma magis notificat eſſe rei, & definitio indicat eſſe rei.

Propõ duplici ter conſideratur.

Secũdo ſc[illegible] [illegible]ũ, ꝙ propoſitio p̃t dupliciter c[illegible] Vno modo inq̃tum eſt ſignũ [illegible]ẽtis, vel nuncius

C noſtri int[illegible] ad exprimẽdum conceptum c[illegible] [illegible]xũ, & hoc mõ hẽt rõnem enunciationis, & hoc modo ſibi conuenit ſignificare verũ vel falſũ reſpectu ſui ſignificati, & q̃a i primo tractatu conſideratur ſub ratione enũciationis, ideo ibi definitur per verum, & falſum, alio modo conſideratur, ut eſt pars ꝓpinqua ſyllogiſmi, & hoc mõ cõſiderat i pſenti loco, & q̃a per affirmationẽ & negationẽ, q̃ ſe tenẽt ex parte formæ enunciationis, maxime hẽt variare ſyllogiſmũ, iõ cõuenienter no[illegible] ficat p affirmatiuũ, & negatiuũ. Et ſic patet q̃ũo vniuerſimode cõſiderat, & definit ꝓpoſitio hic, & i primo tractatu.

Tertio ſciẽdũ, ꝙ terminus d̃r i quẽ reſoluitur ꝓpoſitio, vt in ſubiectũ, & p̃dicatũ, cuius rõ eſt, q̃a terminus eſt principiũ materiale cõponẽs ꝓpoſitionẽ, d̃n. terminus a terminãdo, q̃a iſta teriãt terminat ꝓpoſitionẽ, ſed vnum quodque reſoluitur in ea, ex q̃b. cõponitur, ergo ꝓpoſitio reſoluitur per terminos tanq̃ in ſuas partes. Ideo terminus bene d̃r, in quem reſoluitur propoſitio, & intelligitur de reſolutione quę fit in voces ſignificatiuas, & nõ de quacunq; reſolutione, quia Logicus ſolũ conſiderat voces ſignificatiuas, & non habet conſiderare literas, & ſyllabas; quæ a Grammatico conſiderantur.

Termini definitio.

Quarto ſciendum, ꝙ licet terminus ſit principiũ, & pars propoſitionis, tñ conuenienter, definitur poſt propoſitionem duplici de cã. Prima cã eſt, quia in definitione termini ponitur ꝓpoſitio, ideo antẽ definitionẽ termini oportuit notificare propoſitionẽ, ne per ignota procederetur. Secũda cauſa eſt quia licet via cõpoſitionis pars præcedat totum, & terminus propoſitionẽ, tamen via reſolutionis totũ eſt prius partib. ſuis, & quia hic cõſideratur terminus, & propoſitio ſecundum via reſolutionis; quia definitur terminus inquantũ pertinet ad reſolutionem propõnis, iõ cõuenienter ſequitur propoſitionem, & quamuis ſyllogiſmus reſoluatur p propoſitionem, quia tñ ipſa nõ definitur hic per ſyllogiſmum, nec inquantũ eſt termin⁹ reſolutionis ſyllogiſmi, ideo nõ oportuit primo definire ſyllogiſmum q̃ propoſitionem, & ſic patet definitio ꝓpoſitionis, & termini, & ordo earum. Contra p̃dicta arguitur primo ſic. Cõcluſio eſt oratio affirmatiua alicuius de aliquo, tamen non eſt propoſitio, quia non ponitur pro aliquo, d̃r enim propoſitio quaſi pro alio poſitio, ſ. pro cõcluſione inferẽda, ergo iſta definito cõuenit alijs a definito. Sc̃do ſic. Nullũ ſuperius debet definiri p ſua inferiora, ſed affirmatiuũ, & negatiuũ ſũt inferiora propoſitionis, ergo male ponunt in definitione eius. Tertio ſic. Hæc eſt propoſitio, nõ homo currit, & tamen

D

E Poſt propoſitionem term⁹ definiatur.

F

Argum.

A tñ non eſt affirmatiua, vel negatiua alicuius de aliquo, qa non homo non eſt aliquid, ergo contra definitionē propoſitionis. Quarto ſic. Propoſitio reſoluitur per elementa & literas, & tñ literę & elemēta non ſunt termini, ergo iſta definitio non conuenit ſoli termino.

Quinto ſic. Propoſitio reſoluitur p copolā verbalē, & tñ copula verbalis nō eſt terminus, qa tūc in ſyllogiſmo eſſent plures termini q̃ tres. Maior patet, quia propoſitio componitur ex copula verbali, ergo reſoluitur per ipſā.

Solutio. Ad argumēta. Ad primum dicitur, ꝙ licet concluſio nō ponat pro aliquo in actu, tñ ponitur aptitudine, qđ ſufficit ad hoc, qđ dicatur ꝓpoſitio. Ad ſm

B dr̄ ꝙ licet ſuperius nō debeat definiri per ſua inferiora ea rōne qua ſunt inferiora eius, tñ bene pōt per ea definiri, inquātū ſunt ipſo definito notiora & ponuntur ad circūloquendū drīam cōuertibilē ſui ſuperioris, & ſic ponūtur affirmatiuū & negatiuū i iſta definitione. Ad tertiū dicitur quod ſi capiatur non homo vt infinitum eſt, ſic non dicit aliquid, nec eſt ibi propoſitio, ſed ſi capiatur vt virtute intellectus determinetur, & accipiatur ꝓ aliquo finito, vt puta ꝓ aſino, ſic ibi aliquid de aliquo affirmatur, qa non homo eſt aliquid. Ad quartū dr̄, qđ licet propoſitio reſolui poſſit in literas, & ſyllabas, & vel elementa tanq̃ in principia vocis ſi-

C gnificatiuæ, q̃ reſolutio non conſideratur a Logico, tñ nō reſoluitur in ipſas tanq̃ in voces ſignificatiuas, de qua reſolutione hic intelligitur. Ad quintū dr̄, qđ reſolutio hēt ꝓprie fieri in partes materiales, q̃ remanent reſolutione facta, & quia copula verbalis, non eſt pars materialis propoſitionis, ideo proprie non reſoluitur per copulā verbalem, bene tñ ſi capiatur, generaliter reſolutio ꝓ quacunq; diuiſione totius in ſua principia vel materialiter vel formaliter indifferēter, & ſic nō capitur hic, ſed tm̄ pro reſolutione in principia materialia, quod explicātur cum dicitur in ſubiectum, & prædicatum.

De dici de Omni, & dici de Nullo. D

Dici de omni eſt, quando nihil eſt ſumere ſub ſubiecto, de quo nō dicatur prędicatum, vt omnis homo currit hic curſus dicitur de omni homine, & nihil eſt ſumere ſub homine, de quo non dicat̄ curſus. Dici de nullo eſt, quando nihil eſt ſumere ſub ſubiecto a quo non remoueat̄ ꝑdicatū, vt nullus hō currit. hic, curſus remouetur ab omni hoīe, et nihil eſt ſumere ſub homine a quo non remoueatur curſus. De primo prio ru.. te. com 8.

E Poſtq̃ Auctor determinauit de principijs materialib. ſyllogiſmi. ſ. de ꝓpoſitione, & termino, hic conſequenter determinat de principijs regulatiuis eius p q̃ principia materialia ſyllogiſmi regulantur. ſ. Dici de oī, & dici de nullo. Et qa dici de nullo importat negationē, & dici de oī aī affirmationē, iō priꝰ determinat de dici de oī, ipſum primo ſic definiens. Dici de oī, & qñ nihil eſt ſumere ſub ſubiecto, de quo non dicat̄ ꝑdicatū cuius ratio eſt, qa in aliqua ꝓpoſitione eſt dici de oī, qñ ꝑdicatum affirmatur de ſubiecto diſtributo ꝓ oībus ſuis ſuppoſitis, vt hic, oīs hō eſt albus

F ſed quando ꝑdicatū vniuerſaliter affirmatur de ſubiecto, nihil ſumitur ſub ſubō, de quo non enūcietur actualiter, & affirmetur ꝑdicatū cum dicatur de quolibet ſubiecto eius, & affirmetur, iō per prædictam definitionem. Dici de omni conuenienter explicatur.

Primo ſciendū ꝙ dici de oī eſt cōditio ꝑdicati in ordine ad ſubiectū, qa dici, ſeu ꝑdicari eſt cōditio ꝑdicati, & nō ſubiecti, & licet eſſe in toto ſiue diſtributū ſit conditio ſubiecti ꝙ diſtribuitur, tamē dici de oī, ſiue prędicari, de diſtributo eſt cōditio prędicati, & p hoc differūt dici de oī & eſſe in toto, eo ꝙ dici de oī iportat habitu ſinē prædicari ad ſubm, & eſt cōditio, ſed eſſe in toto eſt conditio ſubſti in ordine ad prædicatū, quia ſubm eſt in prædicato, ſicut Dici de oī prędicati i eſſe autē in toto, ſubiecti cōditio eſt.

pars

par ſubiectiua eſt in ſuo toto vniuerſali. Et ſimiliter ẽt dici de nullo in ꝓpõne vniuerſali negatiua eſt conditio prædicati in ordine ad ſubiectum.

Scđo ſciẽdum, ꝙ duplex eſt dici de oĩ ſ. prioriſticum, & poſterioriſticum. Poſterioriſticũ eſt, qñ prædicatũ ſm rẽ dr̃, de ſubiecto, & ſibi cõuenit pro quolibet ſuo ſuppoſito, & ꝓ qualibet differentia tẽporis, vt hic hõ eſt animal, & ideo ad tale dici de oĩ requiritur duplex vniuerſalitas ſ. ſuppoſitorũ, & tẽporum Sed dici de oĩ prioriſticorũ eſt, qñ in aliqua propoſitione prædicatũ ſm modũ enunciãdi affirmatur de ſubiecto pro quolibet ſuo ſuppoſito, vt

B hic, oĩs hõ eſt albus, & nõ requirit̃ ad ipſũ vniuerſalitas ſuppoſitorũ, vel tẽporũ ſm rem, ſed ſufficit, ꝙ in modo enũciandi, ſit vniuerſalis ſuppoſitorũ de quib. prædicatum affirmatur, & de iſto dici de oĩ eſt ſolũ hic ad propoſitum, & non de primo, quia ipſum eſt regulatiuum ſyllogiſmorum affirmatiuorum, & aliud non.

Quid ſit dici de nullo.

Tertio ſciẽdũ, ꝙ dici de nullo eſt qñ nihil eſt ſumere ſub ſubiecto, a quo nõ remoueatur prædicatum, vt nullus hõ currit. ratio eſt, quia in aliqua propoſitione eſt dici de nullo qñ prædicatum negat̃ de ſubiecto diſtributo per ſignũ vle pro oĩb. ſuis ſuppoſitis, & qñ nulli ſuppoſito ineſt, ſed, quãdo negatur taliter de ſubõ, nihil eſt ſumere ſub ſubiecto a quo nõn remoueatur prædica-

C tũ ſm modũ enũciãdi, iõ bñ definit̃ dici de nullo qñ nihil eſt ſumere ſub ſubiecto, a quo nõ remoueat̃ pdicatum.

Quo per dici de omni, & de nullo ſyllogiſmi regulentur.

Quarto ſciendum, quod dici de omni, & dici de nullo ſũt hoc mõ principia regulatiua ſyllogiſmorũ, q̃a per dici de oĩ intelligit̃ iſta maxima. Quicquid dicitur de ſubiecto diſtributo, dr̃ ẽt de quolibet ſuppoſito eius ſumpto ſub ipſo, per quã poſſunt probari omnes ſyllogiſmi affirmatiui, vt facto ſyllogiſmo, oẽ aĩal currit, oĩs homo eſt aĩal, ergo oĩs homo currit, ibi currit, in maiori dicit̃ de animali diſtributo, ergo affirmatur de quolibet ſuppoſito.

D aĩalis, ſed hõ in minori ſumit̃ ſub aĩali, ergo currit de homine prædicabit̃, & ſimiliter per dici de nullo intelligitur iſta maxima. Quicquid negat̃ de ſubiecto diſtributo, negatur de quolibet ſuppoſito eius, & per illã ꝓbant̃ ſimiliter ſyllogiſmi negatiui, ſicut affirmatiui per aliã. Vnde omnes ſyllogiſmi perfecti, qui ſunt directe concludẽtes in prima figura directe regulantur per dici de omni, & dici de nullo, ſed alij ſyllogiſmi imperfecti regulant̃ indirecte, & ex conſequenti, in quantum reducuntur ad ſyllogiſmos perfectos. 12

Argũ.

Cõtra prædicta arguitur primo ſic. In iſta propoſitione, hõ eſt aĩal, nihil

E eſt ſumere ſub ſubõ, de quo non dicat̃ pdicatum, & tñ ibi non eſt dici de oĩ, ergo contra definitionẽ eius Secundo ſic. In iſta propoſitione, oĩs hõ currit, aliquid eſt ſumere ſub ſubiecto, de quo nõ dicitur pdicatũ, q̃a ibi currit, non prædicatur de Antichriſto, vel de Adam, ergo male dicitur, ꝙ dici de oĩ eſt, qñ nihil eſt ſumere ſub ſubõ, de quo non dicatur prædicatum. Tertio ſic. In iſta, oĩs equus currit eſt dici, de oĩ, & tñ eſt aliquid ſumere ſub ſubõ, de quo non dicit̃ prędicatum, quia poteſt ſumi pes vel caput equi, de quo tamen non dicitur curſus ergo contra definitionem.

F Solutio

Quarto ſic. In iſta, Socra. nõ currit, nihil eſt ſumere ſub ſubiecto, a quo nõ remoueatur prædicatũ, & tñ nõ eſt dici de nullo, ergo definitio eius cõuenit alijs a definito. Quinto ſic Nulla regula ingredit̃ regulatũ, vel eſt de cõpoſitione eius, ſed dici de oĩ, & dici de nullo ingrediunt̃ cõpoſitionẽ ſyllogiſmi, q̃a in oĩ propoſitione vli affirmatiua eſt dici de oĩ, & vniuerſali negatiua eſt dici de nullo, ergo ipſa non ſunt principia regulatiua ſyllogiſmorum.

Ad argumenta. Ad primũ dicit̃, ꝙ licet in iſta, homo eſt animal, nihil ſit ſumere ſub ſubiecto de quo nõ dicatur prædicatũ ſecundũ rem, & in aptitudine, non tamen dicitur ſecũdũ modum enunciandi, &c, in actu de quolibet ſup-

A ſuppoſi to ſubiecti, ideo ibi nō eſt dici de omni prioriſticū. Ad ſecundū dr̄ ꝙ in iſta omnis hō currit, hō ſolū diſtribuit, pro hominibus p̄ſentib⁹, ad quos reſtringit rōne illius verbi p̄ſentis tēporis, currit, & ſimilis nō eſt aliq̄d accipere, de quo nō dicat̄ p̄dicatū, vnde Adā, & Antichriſtus nō cōtinent̄ ſub homine ibi diſtributo. Ad tertium dicitur, ꝙ licet per equipoſſit ſumi ſub equo tanquam pars integralis eius, non tamen tanquam pars ſubiectiua eius, & tanquā ſuppoſitū eius, de qua ſumptione ſolū eſt hic ad propoſitū. Ad quartū dr̄, ꝙ ad dici de nullo p̄ſupponit ꝙ poſſit aliq̄d ſumi ſub ſubiecto & quod de qualibet ſumpto ſub eo re B moueat̄ p̄dicatū. mō ſub Socr. ſimplr nihil eſt ſub ſumere, eo quod non hēt ſuppoſita, iō in illa ꝓpoſitione. Socra. nō currit, nō eſt dici de nullo. Ad q̄ntū dr̄, ꝙ licet dici de oī, & dici de nullo p accidēs ingrediant̄ cōpoſitionē ſyllogiſmi tanq̄ diſpoſitiones materię eius, non tn̄ ingrediūtur, per ſe tanq̄ partes materiales compone̅tes ſyllogiſmum. Et non eſt inconueniens, quod regula alicuius virtualiter, vel per accidens ingrediatur compoſitionem ipſius.

Quid ſyllogiſmus.

Syllogiſmus eſt oratio, in qua q̄buſdā poſitis, et conceſſis, neceſſe eſt aliud euenire per ea, q̄ poſita sūt, et cōceſſa, vt oē aīal eſt ſubſtā C tia, oīs hō eſt animal, ergo omnis homo eſt ſubſtantia. Hoc totum orō q̄dam in quibuſdā poſitis. ſ. duabus pręmiſſis, neceſſe eſt aliud accidere ſcilicet concluſionem.

Vide primo Priorū. c. 1.

Definitionis ſyllogiſmi explanatio.

Poſtq̄ Auctor determinauit de principijs ſyllogiſmi materialib⁹ & effectiuis, ſ. de principijs regulatiuis, hic cōſequēter determinat de ipſo ſyllogiſmo, ipsū primo ſic definiēs. Syllogiſm⁹ eſt orō in qua q̄buſdā poſitis, & cōceſſis, neceſſe eſt aliud euenire p ea q̄ poſita sūt, & cōceſſa. In qua diffinitio ne ponitur orō, loco generis Deinde ponitur in qua quibuſdā, ad drīā enthymematis, in quo licet ſint duæ p̄miſſæ virtualiter, & ſecundum intellectum, tn̄ eſt D vna formaliter, & in ſyllogiſmo dēnt eſſe plures formaliter. Deinde ponitur poſitis. i. diſpoſitis in modo & figura ad differētiā inductionis, & exempli, & aliarū cōbinationū inutiliū vbi propoſitiones non diſponūntur in modo. Deinde ponitur, neceſſe eſt accidere. i. ſequi ad differentiam, paralogiſmorū fallaciæ accidētis, vbi cōcluſio nō ſeq̄tur de neceſſitate. Ponit̄ aliud, ad differētiā petitionis principij, vbi cōcluſio non eſt alia a p̄miſſis. Et ponitur, p ea q̄ poſita ſunt, ad drīā paralogiſmorū ſecundū non cā, vt cauſam vbi cōcluſio E non ſequitur pp præmiſſas poſitas.

Primo ſciendū, q̄d licet ſyllogiſmus non ſit oratio ſimpliciter vna, & categorica, eſt tn̄ vna hypothetica propoſitio. Et dr̄ vna propoſitio propter tres cauſas. Primo propter vnitatē medij, in quo duæ extremitates vniuntur, & cōueniunt duæ p̄miſſæ, & illud rōnem dēt efficiētis reſpectu illationis cōcluſionis Secūdo propter vnitatē formæ, quia duarū p̄miſſarum minor eſt contrahēs, & determinans reſpū maioris. ideo hn̄t vnitatē, illę duæ pręmiſſe per modum actus, & potētię ratione talis diſpoſitionis. Tertio propter vnitatē finis, quia illæ duæ ordināntur ad eandē F concluſionē inferendā, & ideo q̄uis nō ſemper vniantur per coniunctionem mediā formaliter, tamē virtualiter poſſūt vniri propter cauſas prius dictas.

Secundo ſciendū, ꝙ in argumētatione duplex reperit̄ neceſſitas. ſ. neceſſitas cōſequētiæ & cōſequentis. Neceſſitas cōſequētiæ, eſt neceſſitas illationis, q̄ ꝓuenit neceſſario, ex neceſſaria habitudine an̄cedētis ad conſequēs. & per hoc ꝙ cōſequēs in antecedēte icludit̄, iō poſito antecedēte, neceſſe eſt ponere conſequēs ſiue antecedēs ſit vnū, ſiue nō. Sed neceſſitas cōſequētis, eſt neceſſitas propoſitionis prouenies ex neceſſaria habitudine ſuorū extremorū, vt hic, homo eſt riſibilis, vel homo eſt animal. Et q̄nque dicit cauſalitatē antece-

Neceſſitas cōſequentis ac conſequētiæ.

A anteced entis ſupra cōſequēs. Et in iſta de finitione nō intelligitur de neceſſitate conſequentis ſic, ꝙ concluſio ſit neceſſarię, ſed ſolum de neceſſitate cōſequētiæ, ſic, ꝙ cōcluſio ſequatur neceſſario.

Tertio ſciēdū, ꝙ cōcluſio ſyllogiſmi nō eſt de eſſentia ſyllogiſmi, & nō eſt, quia illud nō eſt de eſſētia alterius, quo remoto alterū remanet perfectū, & completū in ſua ſpē, ſed cōcluſione remota remanet ſyllogiſmus perfect⁹ in ſpē, quia remanet in determinato mō, & determinata figura, cū ibi ſit diſpoſitio triū terminorū in figura, & duarū pmiſſarū in modo: ergo cōcluſio non eſt de eſſētia eius: ideo in iſta definitione conuenieter ponitur aliud, & dato, quòd cōcluſio nō eſſet alia a toto ſyllogiſmo, eſſet tñ alia a præmiſſis, ideo in ſyllogiſmo, ex pmiſſis poſitis ſequitur aliud ab ipſis.

Concluſio de eſſētia ſyllogiſmi non requiritur eſt.

B

Quarto ſciēdū, qđ ſyllogiſmus diuiditur per perfectū, & imperfectū. Syllogiſmus perfectus eſt, qui habet euidētem neceſſitatē concludēdi, ſicut ſunt quatuor modi directe concludētes in prima figura, ubi ſyllogiſmus hēt euidenter neceſſitatem ſuæ illationis. Sed ſyllogiſmus imperfectus, eſt qui nō habet euidentem neceſſitatē ſuæ illationis, ſed ille fit euidens per hoc, quod reducitur ad modus euidētes primę figuræ, ſicut ſunt oēs alij a quatuor primis modis primę figuræ, quia tñ in omnibus iſtis ſequitur concluſio de neceſſitate (licet non euidenter) ideo prędicta definitio ſyllogiſmi conuenit tam ſyllogiſmo perfecto quá imperfecto, & per hoc patet quòd eſt ſufficiens.

Syllogiſmus perfectus, & imperfectus.

C

Cōtra pdicta arguit primo ſic. Null⁹ motus rōnis, uel diſcurſus intellectus eſt orō, cū nō ſit vox, ſed ſyllogiſm⁹ eſt diſcurſus itellectus, ergo male dr̄, ꝙ ſyllogiſmus eſt orō. Scđo ſic, Ad ſyllogiſmū ſimpliciter nō reqritur, ꝙ pmiſſæ cōcedātur, quia, ſiue concedātur, ſiue nō, concluſio ſeqtur neceſſario, ergo male ponit in textu poſitis, & conceſſis. Tertio ſic: Cōcluſio in materia cōuenit cū premiſſis, quia includit ambas extremitates, & nō cōuenit in forma cū ipſis, ſed in copula verbali, ergo nō eſt alia à pmiſſis, ergo male ponit, qđ in ſyllogiſmo de neceſſitate ſequit aliud. Quarto ſic. Illud qđ accedit nō ſeqtur de neceſſitate, cū poſſit adeſſe, vel abeſſe, ſed cōcluſio ſequit de neceſſitate in ſyllogiſmis, ergo nō eſt neceſſe eā accidere per ea, q̄ poſita ſunt. Quinto ſic. Oīs ſyllogiſmus neceſſario infert ſuā cōcluſionē, & oēs ſyllogiſmi hñt ęqualiter neceſſitatem concludendi, ergo omnes ſyllogiſmi ſunt pfecti, ergo male diuidit ſyllogiſmus per pfectū & imperfectū.

Argu.

D

Ad argumēta. Ad primū dr̄ ꝙ ſyllogiſmus qñq. ſumit, pro eo qđ nō eſt formaliter diſcurſus interior intellectus, ſed ſolū vox cōplexa ſignificans illū interiorē diſcurſū, q fit intellectu, & ſic bñ dr̄, ꝙ eſt orō. Aliqñ tñ capit pro illo diſcurſu, cadiendo ſignificatū pro ſigno, ſed ſic nō capit in pposito. Ad ſcđm dr̄, ꝙ licet ad ſyllogiſmū ſimpliciter nō requirat, ꝙ pręmiſſę cōcedātur, quia ille abſtrahunt a materia vera, vel falſa, tñ requiritur ad ſyllogiſmū dialecticū. Et quia Pet. Hiſpa. hāc definitionē ſúpſit a Boetho definiente in Topicis ſyllogiſmū dialecticū, ideo hic poſuit poſitis, & conceſſis in iſta definitione, quia quāuis hoc nō requiratur ad ſyllogiſmum in coi, tñ ſibi nō repugnat. Ad tertiū dr̄, ꝙ licet concluſio ſcđm partē conueniat materialiter cum pmiſſis, differt tñ formaliter ab his, cū ibi ſit alia habitudo pdicati ad ſubiectū & ex conſequēti alia cōpoſitio eorundē q̄ in pmiſſis, licet n. copula verbali ſcđm ſe maneat eadem, tñ cōpoſitio eius variatur per variationē habitudinis extremorum. Ad quartū dr̄, quòd ſi capiatur accidit prout idē eſt, quòd contingēter euenit, ſic concluſio non accidit de neceſſitate ex præmiſsis, ſed ſi capiatur accidit prout tñ valet ſicut ſequitur, illo modo concluſio bñ accidit, & ſic accipit hic. Ad quintum dicitur, quod licet omnes ſyllogiſmi ſint perfecti quantum ad neceſsitatem eorum, & quo ad eſſe, non tamen quo ad euidentiam neceſſitatis ſuæ, & quo ad bene eſſę.

Solutio.

E

F

De

A *De his quæ ad formationem ſyllogiſmorū requiruntur duabus, ſcilicet, propoſitionibus, maiori, ac minori, et terminis tribus, maiori ſcilicet, ac minori extremitatibus, & medio.*

Omnis autem ſyllogiſmus conſtat ex tribus terminis, & duabus propoſitionibus quarum propoſitionū prima vocatur Maior ſecūda Minor. Ex tribus autem terminis nō poſſunt duæ ꝓpotiones fieri, niſi alter illorū terminorum ſumatur bis, et tūc ille terminus bis
B ſumptus. aut ſubijcietur in vna & predicabitur in alia, aut ſubijciet in vtraq; aut prædicatur in vtraque. Horum autem terminorū alter vocatur. Mediū, alter Maior extremitas, alter Minor extremitas. Mediū, eſt termin⁹ bis sūptus ante cōcluſionē. Maior extremitas, eſt terminus ſumptus ī maiori propoſitione cū medio. Minor extremitas, eſt terminus ſumptus in minori propoſitione cum medio.

Poſtq̄ auctor determinauit de ſyllogiſmo, hoc conſequenter oſtendit, q̄ et quot principia requirant̄ ad cōſtitutio-
C nē eius, & quia materia via gn̄ationis ꝓcedit formā, ideò antequā oſtendat q̄ principia formalia requirātur ad ſyllogiſmū, prius oſtēdit q̄ principia materialia requiruntur ad conſtitutionē eius. Sicut.n. in ſyllogiſmo eſt duplex forma ſ, remota, ſiue cōis, q̄ eſt figura, & ꝓpinqua, ſ. modus, ſic eſt ibi duplex materia, ſ. ꝓpinqua, & remota, remota, vt ſunt tres termini correſpōdētes figurę & ꝓpinqua. ſ. duæ ꝓpoſitiones, quæ correſpondent ipſi modo, quia modus dicit ordinationem propoſitionum, ſicut figura terminorum.

Cur tres termini requirant̄ ad ſillogiſmū.

Primo ſciendū, q̄ in oī ſyllogiſmo requiruntur tres termini ad cōpoſitionē eius, cuius ratio eſt, q̄a ī oī ſyllogiſmo oſtendit̄ vnio, ſiue ſeparatio duorum terminorū in concluſione, ſed talis vnio, vel ſeparatio non pōt oſtendi per terminos concluſionis, q̄a ſic idem probaretur per ſeipſum, ergo præter illos terminos requiritur tertius terminus ad oſtendendū talē vnionē, vel ſeparationē. ergo oīs ſyllogiſmus conſtat ex tribus terminis. Et q̄a ad vnitatem ſillogiſmi requiritur vnitas concluſionis, quia ab ipſa ſillogiſmus dr̄ vnus, ideo tm̄ in ſyllogiſmo requiruntur duæ extremitates, & vnum medium, per quod probatur vnio vel ſeparatio illarū extremitatū, & per hoc patet, quod omnis ſillogiſmus reſoluitur per tres terminos cum ex tribus terminis componatur.

Maioris, et minoris extremitatis, ac medij rationes.

Secundo ſciendū, quod illi tres termini vocātur Medium, Maior extremitas. Minor extremitas. vnde mediū, dr̄ terminus bis ſumpt⁹ ante cōcluſionē, & ratio eſt, q̄a extremitates in ſillogiſmo vniunt̄ in concluſione, ꝓpter vnionē earū in præmiſſis cū medio, ſed medium in vna acceptionē ſolū vnitur cum vna extremitate, ergo ad hoc q̄d vniatur cū duab. extremitatib. vel extremitates cum ipſo oportet quod bis ſumatur, iō medium bis ſumitur ante concluſionem. Sed maior extremitas, eſt terminus ſumptus in maiori ꝓpoſitione cum termino medio, & dr̄ maior extremitas, q̄a ſp̄ ſub ſe continet minorem extremitatē, eo q̄d cōcluſione directa ſemper eſt predicatum reſpectu minoris, & q̄nque etiam continet medium cum minori extremitate, ut in prima figura, & tertia, & ſe habet per modum totius reſpectu eorum modo, totum eſt maius ſua parte. Sed minor extremitas eſt terminus ſumptus in minori propoſitione cum medio, & dr̄ minor reſpectu maioris, in qua continetur ſicut pars in toto. F

Mediū duplex coniunctione, ac poſitione.

Tertio ſciendū, quod dupliciter dr̄ medium in ſyllogiſmis, quando.n. dicitur medium coniunctione, eo quod ipſum eſt vnitiuum extremitatum in cōcluſione, & hoc modo reperitur mediū in qualibet figura. alio modo, dicitur medium poſitione, quando ſcilicet

ſecun-

A ſm ſuam ſubiectionem,& ꝑdicationẽ ponitur inter duas extremitates, vt qñ ſubijcitur maiori extremitati,& prędicatur de minori, vt eſt in prima figura & tunc dr̃ mediũ poſitione & ſolũ talem mediũ poſitione reperitur in prima figura, in alijs aũt ſolũ eſt mediũ cõiũctione,& de vtroq; medio intelligitur ꝑdicta definito medij, qđ eſt terminus bis ſumptus ante concluſionẽ.

Cur tantũ duæ ſufficiãt propoſitiones i ſyllogiſ. & ipſarum nomina.

Quarto ſciẽdũ,quod omnis ſyllogiſmus cõſtat ex duab' ꝓpoſitionib. cuius ratio eſt, quia in ſyllogiſmo, vt dictũ eſt oſtẽditur vnio extremitatum inter ſe in cõcluſione pp vnionẽ earum cũ medio, ſed non põt oſtendi vnio illarum cum medio,niſi ſint duæ ꝓpoſitiones, & niſi mediũ bis ſumat. ratio in omni ſyllogiſmo duæ premiſ-
B ſæ requiruntur,& etiam ſolũ duæ, eo quod iſta vnio extremitatum cũ medio cum duabus pręmiſſis ſufficit ad oſtẽdendum vnionem extremitatum inter ſe & harum propoſitionum, prima dr̃ Maior, & ſecunda minor,& ratio eſt,quia ſecunda ſe habet ſicut cõtrahens & determinans maiorem, & quodammodo eſt pars primæ præmiſſæ,ſed contrahẽs & determinãs ſe habet in minus quam illud quod cõtrahitur, & etiam pars reſpectu totius,ratione cuius ſecũda præmiſſa conueniẽter dicitur minor. & per hoc patet,quę & quot principia materialia requiruntur in compoſitione ſyllogiſmi.

Argũ. Sed cõtra prædicta arguitur primo ſic In qualibet propoſitione, ſunt duo termini,ſed in ſyllogiſmo sũt duę propoſitiones, ergo i quolibet ſyllogiſmo ſunt quatuor termini,& non tm̃ tres. Secundo ſic In ſyllogiſmo ex oppoſitis tm̃ ſunt duo termini, vt hic,omnis hõ currit,nullus hõ currit.ergo nullus homo eſt homo. ergo male dicitur, ꝙ in omni ſyllogiſmo ſunt tres termini. Tertio ſic.In oĩ ſyllogiſmo sũt duæ præmiſſæ cum vna concluſione,ſed cõcluſio eſt vna propoſitio,ergo ſyllogiſmus nõ conſtat ex duabus propoſitionibus tm̃,ſed ex trib'. Quarto ſic. Ois terminus eſt aliquod extremũ,quia dr̃ a terminãdo, ergo nullus terminus eſt medium. ergo terminorum ſyllogiſmi nullus dr̃ medius. Quinto ſic.In eadem ꝓpoſitione nõ põt bis ſumi idem terminus,cum alio termino,ſed ſyllogiſmus eſt vna ꝓpoſitio,& vna oratio vt dictum eſt prius, ergo in eo mediũ non bis ſumitur ante concluſionem. D

Solutio.

Ad argumẽta. Ad primũ dr̃,qđ licet in duabus propoſitionibus,ſint quatuor termini ſm numerum, tñ ſunt tantum tres ſm ſpẽm,qa idem terminus, ſ. medius ſub eadẽ ratione ſumitur in duabus pręmiſſis, ideo eſt idem terminus ſm ſpẽm,& rationem. Ad ſm dr̃, E quod licet in ſyllogiſmo oppoſitis tantum ſint duo termini materialiter, sũt tñ tres formaliter, qa vnus terminus habet rationẽ maioris,& minoris extremitatũ,qui de ſe ipſo negatur in cõcluſione. Ad tertiũ dr̃, ꝙ licet concluſio ſit propoſitio, tamen ipſa nõ eſt de eſſentia ſyllogiſmi,ſed tantum duę præmiſſę, ideo in ipſo non ſunt tres propoſitiones. Ad quartum dicitur, quod licet medium habeat rationem extremi reſpectu præmiſſarum, quas terminat, tamen, reſpectu extremitatum quas coniungit, vel inter quas ponitur cõuenienter dicitur medium, ideo reſpectu diuerſorum dicitur terminus,& medium. F Ad quintum dicitur quod licet ſyllogiſmus ſit vna propoſitio hypothetica, tamen includit plures categoricas, in quibus medium bis ſumitur,& hoc ſufficit.

De modo ac figura, quæ ſunt ſyllogiſmorum formalia principia.

Ad ſyllogiſmum autẽ exigitur Modus et figura. Figura eſt ordinatio trium terminorũ ſecũdum ſubiectionem, & prædicationem. Hæc autẽ ordinatio fit tripliciter vt dictum eſt, & ſecũdũ hoc sũt tres figuræ. Prima figura eſt quando medium ſubijcitur in vna propoſi-

A poſitione, & Prædicatur in alia, vt omne animal eſt ſubſtãtia, omnis hõ eſt animal, ergo oĩs hõ eſt ſubſtãtia. Secũda figura eſt, quando mediũ prędicatur in vtraq; vt omnis homo eſt animal, nullus lapis eſt animal, ergo nullus lapis eſt homo. Tertia figura, eſt quando medium ſubijcitur in vtraque, vt omnis homo eſt animal, omnis homo eſt ſubſtantia, ergo quædam ſubſtantia eſt animal. vnde verſus.

Carmina figurarum.

Prima prius ſubijcit medium, poſt prædicat ipſum.
Altera bis dicit, tertia bis ſubijcit ipſum.

B Modus eſt ordinatio duarũ propoſitionum in debita qualitate & quantitate. Debita qualitas eſt quòd ſi vna ſit negatiua, reliqua erit affirmatiua. Debita quantitas eſt, quòd, ſi vna eſt particularis, reliqua erit vniuerſalis.

Poſtq̃ Auctor ſuperius oſtẽdit q̃ & quot principia materialia requirantur ad formationẽ ſyllogiſmi, hic cõſequẽter oſtẽdit q̃ principia formalia ad ipſũ requirãtur, dicẽs, ꝙ ad ſyllogiſmũ reqrũtur duo principia formalia, ſ. modus, & figura, & qa modus eſt forma C ſpãlis ſyllogiſmi, figura vero forma cõis, ideo prius determinat de figura, q̃ de mõ, ipsã primo ſic definiens. Figura eſt ordinatio trium terminorũ ſm ſubiectionem, & prędicationẽ, & ponitur ibi ordinatio, loco generis. ordinatio. n. cõuenit tã figuræ q̃ modo. & dr̃ triũ terminorũ, ad drĩam, modi, qui eſt ordinatio duarũ propoſitionum. & dr̃ ſm ſubiectionem, & prædicationẽ ad indicandum qualiter ſit illa ordinatio triũ terminorum. Vnde talis ordinatio triũ terminorum non dr̃ figuræ capiẽdo figuram proprie, vt eſt terminatio quantitatis, ſed ſecundũ ſimilitudinẽ, & p ſimilitudinẽ ad figurã triãguli. ſicut. n. in triãgulo ſũt lineę q̃ cõiungũt trib. angulis, ſic in ſyllogiſmo duæ propoſitiones cõiunguntur trib. terminis.

Figura, & eius nominis definitio.

D Primo ſciendũ, ꝙ ſunt tm̃ tres figuræ ſyllogiſmorũ. cuius rõ eſt, qa figura eſt ordinatio trium terminorũ. ſ. medij, & duarum extremitatum. vel ergo tale mediũ ſubijcitur maiori extremitati, & prædicatur de minori, & ſic eſt prima figura, vel predicatur de vtraq. & ſic eſt ſecunda figura. vel ſubijcitur vtriq & ſic eſt tertia figura. Et p hoc hñr definitiones triũ figurarum. vnde Prima figura eſt, qñ illud quod ſubijcitur in maiori prædicatur in minori propõne. Secunda vero eſt, qñ idẽ p̃dicatur ĩ vtraq. Tertia vero, qñ idẽ ſubijcitur in vtraq. & ordinatur ſic. qa E mediũ, quod ſubijcitur in vno, & p̃dicatur in alia, eſt mediũ poſitione & cõiunctione ſimul, iõ eſt verius mediũ, q̃ illud, quod ſubijcitur vel p̃dicatur tm̃ & iterũ, ꝙ ſemper prædicat̃ coniungit extremitates vniuerſaliter, & non particulariter, ſicut qñ ſubijcitur. Ideo cõueniẽter ponitur ſcd̃a figura, in qua mediũ p̃dicatur in vtraq. propõne, figuræ. n. ordinantur ſecundum maiorẽ vel minorem perfectione ſui medij.

Secũdo ſciẽdum, quod licet ſit vna figura, in qua mediũ ſubijcitur in maiori, & prædicatur in minori, tamẽ nõ poteſt eſſe figura, in qua medium prædicetur in maiori propoſitione, et ſubijciatur in minori. Et rõ eſt. qa, ſi mediũ F prædicaretur in maiori propoſitione, haberet rõnẽ totius reſpectu maioris; & ſi ſubjceretur in minori, haberet rõnem partis, reſpectu minoris. & quia maior extremitas ſe habet vt totũ reſpũ minori, ſi tale medium ſi totũ reſpectu maioris erit totum reſpectu minoris extremitatis, & ſic erit totum & pars, inferius & ſuperius, maius & minus reſpectu minoris extremitatis. ſed hoc eſt impoſſibile. iõ talis diſpõ figurę eſt impoſſibilis, ideo nõ eſt ponenda quarta figura, ſicut poſuit Galenus, & licet mediũ qñq. in prima ꝓpoſitione prędicet̃, & in ſecũda ſubijciatur, tñ ſecũdũ rẽ, ſecũdã propoſitio eſt maior, quia.

Vide digreſſionem Auerrois cõt. Gale. in 1. Prio. c. 8

A quia prædicatum eius cōtiret mediū, & minorem extremitatem, ideo in ea ſumitur maior extremitas cum medio, & ibi eſt diſpoſitio primæ figuræ. ſed eſt tranſpoſitio præmiſſarum.

Quid ſit modus. Tertio ſciendū, ꝙ modus eſt ordinatio duarū propoſitionum in debita qualitate & quātitate: & ponitur ordinatio loco generis. & ponitur duarum propoſitionum ad differentiā figuræ, quæ eſt ordinatio trium terminorum. & ponitur in debita qualitate & quātitate, ad differentiam combinationum inutilium, in quib. non eſt debita qualitas & quantitas. Vndę cōbinatio inutilis, eſt ordinatio duarum propoſitio-B num, ex quib. non ſequitur formaliter aliqua cōcluſio, ſicut qñ ambæ ſūt particulares, vel ambę negatiuæ, talis combinatio dicitur inutilis, quia non valet ad aliquid cōcludēdū. & licet in ea ſit diſpō figuræ, tamē ibi nō eſt debita ordinatio propōnū, ideo non eſt modus.

Debita propoſitionum Quantitas & qualitates. Quarto ſciendum ꝙ debita quantitas eſt q, ſi vna eſt particularis, reliqua ſit vniuerſalis, & rō eſt, q̄a ex puris particularib. nihil ſequitur ideo, ſi vna eſt particularis, aliam oportet eſſe vniuerſalem, non tamen oportet econtra, ſi vna ſit vniuerſalis, ꝙ alia ſit particularis, ambę.n. poſſunt ſimul eſſe vniuerſales. Sed debita qualitas eſt, ꝙ ſi vna C ſit negatiua, reliqua ſit affirmatiua, & rō eſt, quia ex puris negatiuis nihil ſequit, & non econtra, ſi vna ſit affirmatiua reliqua erit negatiua, q̄a ex puris affirmatiuis pōt fieri bon⁹ ſillogiſm⁹. & ꝑ hoc patet, q̄ & quot ſunt principia formalia ad ſillogiſmū requiſita.

Arguṁ. Sed cōtra ṗdicta arguitur primo ſic. Ordinatio eſt quædam actio, cū ordinare ſit agere, ſed figura nōn eſt actio, ergo male dr̄, ꝙ eſt ordinatio. Secūdo ſic. In hac propoſitione, aīal rōnale eſt homo, eſt ordinatio trium terminorū ſm ſubiectionē & prædicationem, & tamen ibi non eſt aliqua figura, quod probarē inductiue in omnib. figuris, ergo definitio figuræ conuenit alijs a definito. Tertio ſic. Illud, ꝙ ṗdicatur de vtraq. extremitate ponit ſuper ambas extremitates, ſed illud ꝙ ſubijcit in vtraq. eſt inferius ad ipſas, ergo nullum tale eſt mediū. ergo non eſt vna figura, in qua mediū prædicetur in vtraque, vel ſubijciat in vtraq. Quarto ſic. D Impoſſibile, eſt modus, & tamē nō eſt ordinatio duarum propoſitionum, ergo cōtra definitionē modi. Quinto ſic. Qñ ambæ præmiſſæ ſūt vniuerſales affirmatiuæ in ſcd̄a figura eſt ordinatio duarū propoſitionū in debita qualitate & quantitate, tñ nō eſt modus, ergo definitio modi cōuenit alijs a definito.

Solutio. Ad argumēta. Ad primū dicitur, ꝙ ſi capiatur ordinatio actiue pro actione ordinantis, ſic eſt actio, ſed, ſi formaliter capiatur pro diſpoſitione formali terminorū, ſic non eſt actio, & hoc E modo ſolum figura eſt ordinatio. Ad ſecundum dr̄, ꝙ licet in illa propoſitione animal rationale eſt homo, ſit ſecūdum rē ordinatio trium terminorum, tñ non ordinantur per modū triū: ſed modum duorum, quia animal rationale ſe habēt per modum vnius termini tm̄, & ad figuram requiritur, ꝙ ordinētur tres termini ſecundū modū trium terminorum. Ad tertiū dicitur, quòd licet illud, quod prædicatur de vtraque extremitate nō ſit medium poſitione, eo quòd eſt ſuperius poſitione, tñ bene eſt medium coniunctione reſpectu extremitatum. & etiam, quod ſubijcitur F in vtraq: eſt mediū coniunctione, licet ſit inferius poſitione. Ad quartum dicitur, quòd ſi capiatur modus, vt eſt adiacens rei determinatio, ſic impoſſibile, eſt modus, ſed, ſi capiatur pro formali diſpoſitione propoſitionum, ſicut ſolū in propoſito capiatur, ſic non eſt modus. Ad quintum dicitur, quòd quādo ambę ſūt vniuerſales affirmatiuæ in ſecūda, licet ibi ſit qualitas debita ad modum in cōi, tamē ibi nō eſt debita qualitas ad modum ſecundæ figuræ. & ad hoc ꝙ ſit modus in aliqua figura, ibi requiritur debita qualitas & quantitas ſm exigentiam figuræ. ideo illi diſpoſitioni non conuenit definitio modi.

Ad

A

Ad ſyllogiſmorum formationem in quacunque figura regula neceſſaria accommunes.

Vide in 1. Prio. c.7. Vnde danť tales regulæ vniuerſales ad quãlibet figuram. Ex puris particularibus, indefinitis, vel ſingularibus nihil ſequitur, vnde oportet alteram præmiſſarum eſſe vniuerſalem, vel vtranque. Item ex puris negatiuis nihil ſequitur, vnde oportet altera premiſſarum eſſe affirmatiua. Item, ſi aliqua præmiſſarum fuerit particularis concluſio erit particularis. & non B econtra. Itẽ, ſi aliqua præmiſſarũ fuerit negatiua, cõcluſio erit negatiua. Itẽ, mediũ nunquã debet poni in concluſione. Vnde uerſus.

Partibus ex puris, ſequitur nil, ſiue negatis.
Si qua preit partis, ſequitur concluſio partis.
Si q● negata præit, concluſio ſitque negata.
Lex generalis erit, medium concludere neſcit.

C Poſtq̃ Auctor determinauit de modo, & figura in generali, quę ſunt principia formalia ſyllogiſmorum, hic cõſequenter ponit alias regulas, quę ſunt gñales cuilibet figuræ. Quarũ prima eſt, quod ex puris particularib vel indefinitis non põt fieri ſyllogiſmus, cuius regulæ tres ſunt rationis, quarum prima eſt, quia omnis bonus ſyllogiſmus regulatur per dici de omni, vel dici de nullo, ſed cum ambæ præmiſſæ ſunt particulares, ibi non eſt dici de oi, vel dici de nullo, cum ibi non ſit ꝓpoſitio vniuerſalis, ergo talis diſpoſitio eſt inutilis. Scđa cã eſt, qa pp vnionẽ extremitatum cũ medio pro diuerſis partibus medij, non ſequ tur vnio extremitatũ inter ſe gr̃a formæ, licet aliqñ fiat hoc gr̃a materiæ, ſed qñ ambæ præmiſſæ ſunt particulares, extremitates pñt vniri cũ medio ꝓ diuerſis partibus, vt hic quoddã aial eſt equus, q dã hõ eſt aial, ergo hõ eſt equ⁹. ibi hõ, & equus vniuntur cũ aiali ꝓ diuerſis partibus eius, ideo nõ ſequitur vnio illarũ extremitatum inter ſe. Tertia cã eſt, qa arguẽdo ex puris particularib⁹, vel indefinitis pñt reperiri termini in qb oi, & i qb. nulli. ergo talis cõbinatio eſt inutilis. Quid aũt ſit reperire terminos in qbus oi, & in qu b. nulli, alias videbitur & nũc cã breuitatis relinqtur. ergo ex puris particularib. ſiue indefinitis non fit bonus ſyllogiſmus.

Ex puris particularib. nil ſeq.

D Primo ſciẽdũ, ꝙ ſcđa regula eſt, ꝙ ex puris negatiuis eſt i nulla figura fit bonus ſyllogiſmus, ſed oportet alterã B pmiſſarũ eſſe affirmatiuã vel ambas. cuius ſunt duæ rões, prima eſt, qa pp ſeparationẽ aliquorũ extremorũ ab aliquo tertio, nõ ſeqr vnio, vel ſeparatio eorũ inter ſe, ſicut pp ſeparationẽ hoĩs & riſibilis a lapide nõ ſeqẽ vnio. uel ſeparatio hoĩs, & riſibilis adiuicẽ, ſed qñ ambę pmiſſę sũt negatiuę denotat ibi ſeparatio duarum extremitatũ ab vno tertio, ergo non ſequiť vnio, vel ſeparatio duarũ extremitatũ inter ſe iõ ex puris negatiuis nunq̃ formaľr ſequiť aliqua concluſio, nec in aliqua figura põt fieri bonus ſyllogiſmus. Scđa rõ eſt, qa arguẽdo ex puris negatiuis pñt reperiri termini in qb. oi, & in qb. nulli Termini in quib oi sũt, vt aial, lapis, equus. Termini in qb. nulli, vt equus, ho, lapis, ergo nihil ſeqiť formaliter ex puris negatiuis. Et hæc eſt probatio gñalis, q̃ dat Ariſt. ad oẽs combinationes iutiles, de qua poſterius videbitur.

Vide ex ne tertia figu ræ.

Ex puris negatiuis nil ſeq tur.

F Secundo ſciendum, ꝙ tertia regula eſt, qđ ſi aliqua premiſſarũ fuerit particularis. concluſio erit particularis, cu ius rõ eſt, qa extremitates ſyllogiſmi vniunť in concluſionẽ virtute vnionis earum cum medio in præmiſſis, ſed cũ aliqua præmiſſarũ eſt particularis, & alia vniuerſalis, extremitates vniũť in medio particulariter tãtum, quia quãuis vna vniatur vniuerſaliter cum medio, alia tñ vnitur particulariter ſolũ

Præmiſſa particularis, et concluſio erit particularis

P cum

A cũ ipſo medio, & cũ alia extremitate. ergo tales extremitates ſolũ particu'ariter in cõcluſione dẽt vniri, vnde in tali diſpoſitione pmiſſa vniuerſalis, & pmiſſa particularis ſe hñt ſicut cã vniuerſalis, & cauſa particularis i naturalibus, ſed effectus in naturalib. magis ſimilat cauſę particulari q̃ cauſę vniuerſali, vt hõ genitus magis aſſimilat homini generati q̃ Soli, quia Sol eſt vniuerſale generans. ergo ſimiliter in pdictis, concluſio debet magis aſſimilari præmiſſę particulari quam vniuerſali.

B Tertio ſciẽdũ. ꝙ quarta regula talis eſt, ꝙ ſi aliqua pmiſſarũ fuerit negatiua cõcluſio dẽt eſſe negatiua. cuius rõ eſt, quia vnio vel ſeparatio extremitatũ i cõcluſione ſequit ppter ſeparationẽ vel vnionẽ earũ in pmiſſis, ſed quando vna pmiſſarũ eſt affirmatiua, & alia negatiua q̃ extremitate ſeparãtur abinuice per hoc q̃ vna coniũgit cũ medio, a quo alia ſeparatur i pmiſſa negatiua. ergo oportet ipſas extremitates ſeparari abinuicẽ in cõcluſione ergo qñcũ que aliqua præmiſſarum eſt negatiua oportet concluſionem eſſe negatiuã.

Premiſſa negatiua, & cõcluſio negatiua erit.

Quarto ſciẽdũ, ꝙ quĩta regula talis eſt, ꝙ medium nunq̃ debet pòni in cõcluſione. cui⁹ ſunt duę rões. Prima rõ eſt. quia vel poneretur cum maiore extremitate, & tũc cõcluſio nõ differret

C a maiore præmiſſa, vel poneret cũ minore extremitate, & tũc concluſio nõ differret a minore propoſitione, & ſicut vtroq; mõ nõ eſſet alia præmiſſis, quod eſt contra rationẽ ſyllogiſmi, igitur medium non debet poni in concluſione. Secunda ratio eſt, quia in omni ſyllogiſmo debet cõcludi vnio, vel ſeparatio extremitatũ inter ſe, cũ illę ſit finis ſyllogiſmi, ſed ſi mediũ poneret in cõcluſione, denotaretur vnio, vel ſeparatio medij ab aliqua extremitate, & nõ ex extremitatũ inter ſe. ergo non haberetur finis ſyllogiſmi, & per conſequẽs non debite fieret ſyllogiſmus, & in hoc patent regulæ ſyllogiſmorum generales omnibus figuris.

Cõtra prædicta arguitur primo ſic. bñ ſequit, Soc eſt aĩal, Soc. eſt riſibilis D ergo qddã riſibile eſt aĩal; ergo ex puris ſingularib. aliquid ſequit. ergo eadẽ ratione ex puris particularib. Scđo ſic. Bñ ſequitur, ſi non eſt homo, non eſt riſibile, ſed non eſt hõ, ergo nõ eſt riſibile, & tñ ibi arguit ex puris negatiuis ergo ex puris negatiuis, aliquid ſequit. Tertio ſic. Quanto aliqua cauſa eſt maioris virtutis tãto põt ſibi aſſimilare effectũ, ſed præmiſſa vlis, eſt maioris virtutis q̃ particularis, ergo magis dẽt ſequi concluſio vniuerſalis q̃ particularis, cum præmiſſa ſp ſic vniuerſalis. Quarto ſic. Non ſequit ſeparatio extremitatũ in cõcluſione niſi ſeparẽtur in præmiſſis, ſed qñ vna pręmiſſa ũ eſt affirmatiua, & alia negatiua, extremitates nõ ſeparantur abinuice i pręmiſſis, E ergo nõ ſequitur ſeparatio earũ in cõcluſione, & per conſequẽs nõ oportet, quod, ſi aliqua pręmiſſarum ſit negatiua, quod cõcluſio ſit negatiua. Quinto ſi. Medium quandoque includitur in minori extremitate, ſicut ſuperius in inferiori, ſed minor extremitas ſẽper ponitur in concluſione ergo medium intrat quandoque in concluſionem.

Ad argumẽta. Ad primũ dĩ, ꝙ licet in illa argumẽtatione ſequat aliquid ſyllogiſtice p ſyllogiſmũ expoſitoriũ, nõ tñ per ſyllogiſmũ ſimplr, q̃ fit i aliquo modo, & i aliqua figura: Et eſt ſyllogiſmus, & enim expoſitorius, cui⁹ mediũ eſt ſingularius regulare ſingulariter tm̃, vt ibi, Socrates eſt aĩal, Socrates eſt riſibilis. ergo riſibile F eſt aĩal. Et principiũ regulatiuũ eius, p affirmatiuis eſt, quęcunq; in vno ſingulari ſingulariter tanto conueniunt, illa inter ſe cõueniunt, ſed principiũ regulatiuum eius pro negatiuis, eſt qñcunque duorum vnum conuenit cũ vno ſingulari, a quo aliud diſconuenit, illa inter ſe diſconueniunt. Ad ſcđm dr, ꝙ ibi non arguitur ex puris negatiuis quia maior eſt vna conditionalis affirmatiua, nec arguitur per ſyllogiſmũ categoricorum, ſed per ſyllogiſmũ hypotheticum. ſ. a tota conditionali cũ poſitione antecedẽtis ad poſitionem conſequen-

Solutio. Syllogiſmus expoſitorius.

A ſequentis. Ad tertiũ dicitur, ꝙ licet ꝓpoſitio vniuerſalis ſit maioris virtutis in inferendo concluſionẽ quã particularis, tamen non oportet concluſionẽ magis aſſimilari vniuerſali, eo qđ ipſa non eſt totalis cauſa ipſius cõcluſionis, & propinqua, ſed particularis præmiſſa eſt cauſa propinquior, & immediator concluſionis; Ad quartum dr, ꝙ quãdo aliqua præmiſſarum eſt negatiua, licet extremitates non primo, & ꝑ ſe abinuicem ſeparentur, tamen bene ex conſequenti ſeparantur inquãtum vna cõiungitur cum medio, a quo alia ſeparatur. Ad quintum dicitur, quòd licet medium ſecundum rẽ includatur in minori extremitate, non tamẽ ſecũ B dum rem, & vocem ſimul, ideo non intrat concluſionem eo modo quo ponitur medium in præmiſſis.

Enumeratio modorum primæ figuræ, deque ipſo directè concludere, ac indirectè, duabuſque regulis.

1. Prio. c. 6. Prima figura nouem habet modos, Quorum primi quatuor concludunt directè, reliqui vero quinque concludũt indirectè. Directè aũt concludere, eſt maiorẽ extremitatẽ prædicari de minori in cõcluſione. Indirectè aũt concludere, eſt minorẽ extremitatẽ prędicari de maiori in cõcluſione. No- C ta hic duas regulas, quarũ prima conuenit tantũ primę figuræ quo ad quatuor primos modos, & ſecundæ quo ad omnes. Secunda ẽt cõuenit tantũ primæ figuræ quo ad eius quatuor primos modos, & tertiæ figuræ quo ad omnes.

Prima regula talis eſt.

Minore exiſtente negatiua nihil ſequitur.

Secunda regula talis eſt.

Maiori exiſtente particulari nihil ſequitur.

Poſtquã auctor determinauit de ſyllogiſmo in gñali ponendo definitionem eius, & oſtẽdẽdo ex qb principijs materialib. & formalib. componit, & ponendo aliquas regulas generales omnibus figuris, hic cõſequẽter determinat de ipſo in ſpãli docendo formationẽ ſyllogiſmorũ in qualibet figura. Et primo docet formarẽ ſyllogiſmos in prima figura, cuiꝰ ratio eſt, quia illi ſyllogiſmi, qui ſũt ꝑ ſe de prima figura ſũt perfectiores alijs, eo ꝙ in ipſis mediũ poſitione eſt, & cõiũctione, quia ſubijcitur maiori extremitati, & ꝑdicatur de minori, & ẽt cõiungit extremitates inter ſe. in alijs aũt eſt ſolũ mediũ coniunctione & non poſitione, & ꝑp hoc ẽt auctor determinauit prius de prima figura quã de alijs duabus, primo enumerando ſuos modos in generali, poſtea determinando de ipſis in ſpeciali. D Intẽtio partis huius, & ordo.

E Primo ſciẽdũ, quod primæ figurę nouem ſunt modi, quatuor directè cõcludẽtes, & quinq. indirectè. quorum ſic habet ſufficiẽtia, quia modus eſt ordinatio duarũ ꝑmiſſarũ. vel ergo ambæ præmiſſæ ſunt vniuerſales, vel ambæ particulares, vel maior vlis, & minor particularis, vel ecõtra. Si ambæ ſunt vniuerſales, hoc eſt quadrupliciter, vel ambæ ſunt affirmatiuæ, & ſic eſt Barbara, & Baralipton indirectæ concludens, vel ambæ negatiuæ, & ſic nihil ſequit vel, maior affirmatiua & minor negatiua, & ſic eſt Fapeſmo, vel econtra, maior negatiua, & minor affirmatiua, & ſic hñtur Celãtes, & Celarẽt. Si ambæ ſunt particulares, hoc eſt quadrupliciter vt prius, & quocunq. modo diſponãtur ſp eſt cõbinatio inutilis, quia ex puris particularib. nihil ſequitur. Si maior ſit vniuerſalis, & minor particularis, hoc eſt quadrupliciter, quia vel ambæ ſũt affirmatiuę, & ſic ſũt Darij, & dabitis, vel ambę negatiuæ, & ſic nihil ſequit, vel maior eſt negatiua, & minor affirmatiua, & ſic eſt Ferio, vel maior eſt affirmatiua, & minor negatiua, & ſic iterũ nihil ſeqt. Si vero maior ſit particularis, et minor Modos nouem 1. figura tantum habet. F

A vniuerſalis hoc eſt dupliciter in prius, & quocunq; modo diſponatur ſemper eſt combinatio inutilis, niſi quando maior eſt affirmatiua, & minor negatiua, ſicut eſt Friſeſomorum.

Scdo ſciendum, ꝙ Baralipton, Celãtes, & Dabitis nõ diſtinguuntur a trib. primis modis eſſentialiter quãtum ad diſpoſitionem duarum ꝓpoſitionũ in debita qualitate, & quãtitate, quia eadẽ eſt ordinatio pmiſſarum in Barbara, & in Baraliptõ, & ſimiliter in alijs, ſed diſtinguuntur ab ipſis accidentaliter quãtum ad modos concludendi directe, & indirecte. Ideo Ariſ. qui ſolũ diſtinguit modos ſyllogiſmorum quãtũ ad eſſentialem diſtinctionem, ſ. ordinẽ præmiſſarũ, non diſtinguit illos modos a trib. primis. Sed Boethus, & Pet. Hiſp. conſiderãtes ſyllogiſmũ quantũ ad præmiſſas, & modum concludẽdi, & poſuerunt illos tres modos diſtinctos ab alijs trib. modis, eo quòd concludunt indirecte, alij vero directe.

2. prior. c. 1. Ari eos põit & alios.

Tertio ſciẽdũ pro directe concludere, eſt maiorem extremitatem prædicari de minori in concluſione, & concludere indirecte, eſt minorẽ extremitatẽ prædicari de maiori in concluſione. cuius rõ eſt, qa, qñ maior extremitas pdicat de minori i cõcluſione, ibi deſignatur directus motus rõnis, q̃ icipit a maiori extremitate, & fit per medium ad minorem extremitatẽ, & deinde cõparatur minor extremitas ad maiorẽ in cõcluſione, & intellectus in tali motu cum peruenit ad minorem extremitatem directe cõparat eã ad maiorẽ, iõ ibi fit directa concluſio. Sed qñ minor prędicat de maiore, deſignat indirect⁹ motus rõnis, quia degnat, ꝙ intellect⁹ primo accipit maiorẽ cũ medio, & ſm minorẽ cum medio, & iterũ reuertitur ad maiorẽ extremitatẽ anteq̃ vniat ipſam cum minori extremitate, & non vnit minorem directe, & immediate poſt acceptionẽ minoris cũ medio, & hęc cã quare concluſio dr̃ directa, vel indirecta eſt generalis ad oẽs figuras.

C

Quarto ſciẽdũ, ꝙ pro modis primę figuræ directæ concludẽtib. ponũtur plures regulæ, quarũ prima eſt ꝙ minore exiſtẽte negatiua, nihil ſequit in prima figura directe. cuius rõ eſt, q̃a ſi minor eſt negatiua, oportet maiorem eſſe affirmatiuã, & cõcluſionẽ eſſe negatiuã propter duas regulas prius poſitas, ergo maior extremitas nõ diſtribueret in maiori propoſitione, cũ eſſet pdicatũ propoſitionis affirmatiuæ, & tñ diſtribueret in concluſione cũ eſſet pdicatũ propoſitionis negatiue, ꝙ ſg diſtribuitur, & ſic argueret a nõ diſtributo ad diſtributum, & hoc arguere a poſitione conſeqñtis ad poſitionẽ antecedẽtis, q̃a non diſtributum eſt conſequẽs reſpectu diſtributi, ſicut hõ eſt cõſequẽs ad oẽ hoiem. & ẽt ibi pñt pari termini in qb. oĩ, vt aĩal, hõ, equus, & termini i qb. nulli, vt aĩal, hõ lapis, ergo minore exiſtẽte negatiua non ſeqtur aliqua cõcluſio directe, dr̃ directe q̃a bñ ſequit indirecte, vt in Fapeſmo, ꝙ Friſeſomorũ. Scd̃a regula eſt, ꝙ maiore exiſtente particulari nihil ſeqtur directe i prima figura, cuius rõ eſt, q̃a in prima figura ad concludendũ directe, oportet minorẽ eſſe affirmatiuã, vt dcm̃ eſt, & ſic mediũ non diſtribueret in minore cũ ſit prædicatũ minoris ꝓpoſitionis affirmatiuæ, nec in maiori, cum ſit ſubiectum propoſitionis particularis, & ſic tenebitur particulariter in vtraq;, & poterit vniri pro diuerſis partib. eius cum duabus extremitatib. ex qua vnione non ſequitur aliqua cõcluſio, ideo maiore exiſtent particulari in prima figura nihil ſequitur directe, licet bene indirecte, vt in Friſeſomorum etiã poſiti maiori particulari pñt reperiri termini in q̃b. omni & in quib. nulli, & ſic ex cõbinatio inutilis.

B

1. T. c. 6.

F

Sed contra prędicta arguitur primo ſic. Idẽ eſt modus & cõbinatio vtilis, ſed in prima figura ſũt tm̃ quatuor cõbinationes vtiles ad concludendum directe, & duæ ad concludendum indirecte, ergo tm̃ ſunt ſex modi primæ figuræ, & ſic male ponuntur nouẽ. Secũdo ſic. Hic, maior extremitas prædicat de minori

Argũ.

A minori dicẽdo, oĩs hõ eſt aĩal, ſuq̃a eſt hõ. ergo ſubſta eſt aĩal, & tñ ibi eſt indirecta concluſio, cũ ibi ſit indirecta p̃dicatio, ergo contra definitionem huius, quod eſt directe cõcludere. Tertio ſic. Minor extremitas ſe habet vt pars reſpectu maioris, ſed pars non p̃dicat̃ de toto, quia dicit eſſe totius, ergo indirecte concludere non eſt qñ minor extremitas prædicat̃ de maiori. Quarto ſic. Bene ſequitur, quoddã rõnale currit. oĩs hõ eſt rationalis, ergo quidã hõ currit, q̃a ex oppoſito conſequentes ſequitur oppoſitũ antecedentis, vt calore patet intuẽti, ergo maiore particulari exiſtẽte, aliq̃d ſeq̃tur directe in prima figu-
B ra. Quinto ſic. Bene ſeq̃t, oẽ non hõ eſt riſibile, lapis non eſt hõ, ergo lapis nõ eſt riſibilis. ergo minor exiſtente negatiua in prima figura aliquid ſequitur.

Solutio. Ad argumẽta. Ad primum dr̃, q̃ licet in prima figura ſint tñ duæ combinationes primo, & p̃ ſe vtiles ad cõcludendum directe, tñ ſunt plures aliæ vtiles ex conſequenti ad concludendũ indirecte, q̃a cõbinationes, q̃ ſunt in trib. modis, primo, & p̃ ſe valet ad cõcludẽdũ directe, & ex conſequẽti, per cõuerſionem ſuarum concluſionũ ad cõcludendũ indirecte, & oĩs ſyllogiſmus cuius concluſio conuerti poteſt, poteſt concludere directe & indirecte. Ad ſm dr̃, q̃ non dr̃ directa concluſio, eo, q̃ ſit ibi directa p̃dicatio, ſe quia ibi denotatur directus p̃ceſſus rationes, vt ſupra
C dictum eſt. Ad tertium dr̃, q̃ licet minor extremitas non ſẽper d'cat ſm rẽ totũ eſſe maioris, tñ bene dicit ſm modum, inquãtum enunciatur de ipſa, & hoc ſufficit ad hoc, q̃ prędicet̃ de maiori q̃a hic indifferens eſt verũ veræ vel falſæ prędicet̃. Ad quartum dr̃, q̃ licet in illo argõ ſequatur cõcluſio gr̃a materiæ ſ. p̃pter conuertibilitatẽ rationalis, & hoĩs, non tñ gr̃a formæ arguendi q̃a non tenet in oĩb terminis coſimili forma arguẽdi retenta, vt non ſequit̃, quoddam aial eſt aſinus. oĩs homo eſt animal, ergo quidã hõ eſt aſinus, cũ anteceds ſit verũ, & conſequens falſum.

Not. iſtã rſiſionẽ.

Ad quintũ dr̃, q̃ ibi non eſt formaliter ſyllogiſmus, eo q̃ ſubiectũ maioris, ſ. non hõ non prædicat̃ in minore, ſed homo ibi prædicat̃. ideo non bene arguitur in prima figura, ſed tñ eſt ibi virtualiter ſyllogiſmus, inquantũ iſta lapis non eſt homo æquiualet iſti, lapis eſt non hõ, ſed tunc minor erit affirmatiua, & arguetur in Darijs.

De duobus modis arguendi in prima figura Barbara, ac Celarent.

Barbara. Primus modus primæ figuræ conſtat ex duabus vniuerſalibus affirmatiuis directe concludentibus, vt Barbara

Omne animal eſt ſubſtantia, E
Omnis homo eſt animal, ergo
Omnis homo eſt ſubſtantia.

Celarẽt. Secũdus modus cõſtat ex maiori vniuerſali negatiua, & minore vniuerſali affirmatiua, vniuerſalem negatiuam directe concludentibus: vt. Celarẽt

Nullum animal eſt lapis.
Omnis homo eſt animal, ergo
Nullus homo eſt lapis.

Poſtq̃ Auctor in gñali enumerauit modos primæ figuræ, hic conſequenter in ſpeciali determinat de vno quoque ipſorũ, & primo tã de modis directe concludentib. q̃ de indirecte cõcludentib. et inter modos directe cõcludẽtes primo determinat de modis vniuerſalibus q̃ de particularib. & adhuc inter vl̃es, prius determinat de modis vniuerſalis affirmatiuo, q̃ intelligitur per Barbara, q̃ de mõ vniuerſali negatiuo qui intelligitur per Celarent eo q̃ affirmatio præcedit negationem. F

Primo ſciendũ quod Barbara cõſtat ex duab. p̃poſitionib. vl̃ibus affirmatiuis maiore & minore, vniuerſalem affirmatiuam directe concludentibus, vt omne animal, eſt ſubſtantia, omnis homo eſt animal, ergo omnis homo

A eſt ſubſtātia ꝓbatur iſta cōſequētia qꝛ regulať per dici de oī, nā quicquid ꝑdicatur de ſubiecto diſtributo prędicatur de quolibet ſuppoſito ſumpto ſub ipſo, ſed in iſto ſyllogiſmo ſubſtantia dr̄ de animali diſtributo in maiore,& hō ſubſumitur ſub animali,cum aīal enūcietur de ipſo,ergo ſubſtantia dr̄ de oī hoīe,eo modo,quo dr̄ de oī animali,in quo includitur oīs,homo , aliter ſic ꝓbatur , quia conſequentia formalis eſt, quæ tenet in omnib. terminis conſimili forma arguendi retenta , ſed conſequentia facta in Barbara tenet in oib. terminis , quia non eſt dabilis inſtantiæ,igitur ibi eſt cōſequentia formalis. B

Conſequentiæ formalis ratio.

Secundo ſciendum eſt , ꝙ inter oēs modos figurarum iſte modus,ſ.Barbara eſt pfectior ſimpliciter, & ratio eſt, qꝛ eſt vniuerſalis, & affirmatiuus, ſed inquantum eſt vlis eſt pfectior oībus alijs particularibus & in quantū eſt affirmatiuus eſt perfectior oib.modis negatiuis.Item in eo concludiť vniuerſalis affirmatiua concluſio, ſed illa eſt difficillima ad cōcludēdū , qꝛ ſolū in vna figura,& in vno mō pōt concludi,ipſā .n.non concluditur in ſecunda figura, cum ibi concludať negatiue tm̄, nec in tertia , cū ibi concludať particulariter C tm̄,nec concluditur in alio modo primæ figuræ ab iſto primo , ideo ſolum in illo modo ipſa poteſt concludi , quolibet autem alia concluſio poteſt pluribus modis concludi , vt in ſequentibus apparebit .

Modus arguēdi in Celarēt quō ꝓbatur.

Tertio ſciendum ꝙ Celarent ſcđus modus conſtat ex maiori vli negatiua, & in minore vlis affirmatiua, vniuerſalem negatiuā concludentibus,& ꝓbatur,ꝙ iſta conſequentia,ſit bona per regulā de dici de nullo, arguēdo ſic.nullū aīal eſt lapis,oīs homo eſt aīal,ergo nullus homo eſt lapis.ibi negať in maiori de aīali diſtributo , & de quolibet contento ſub ipſo,ſed oīs homo cōtinetur ſub animali deſtributo , igitur remouetur lapis ab homine diſtributo l poteſt ēt probari per definitionē conſequētiæ formalis, qꝛ tenet in oībus terminis cōſimili forma arguēdi retenta. D

Quarto ſciendū, ꝙ in iſto modo,& in oib. alijs oportet medium manere idem cū ſubijcitur in maiore,& ꝑdicatur in minore, & ēt maior extremitas dēt manere eadē in prædicato maioris ꝓpoſitionis;& in prædicato concluſionis , & minor extremitas in ſubiecto minoris,& cōcluſionis,qꝛ ſi variarentur,in tali ſyllogiſmo eſſent plures termini, quā tres . & ſm tria dēt quilibet terminus idē manere.primo ſm vocē, ſcđo quātū ad ſignificatū,ita, ꝙ mediū in maiore, & minore,nō teneať æquiuocæ ꝓ diuerſis ſignificatis , qꝛ tūc nō eſſet idē terminus, ſed plures tm̄ rē ſignificatā, E tertio debet manere idē quātū ad ſuppoſita, ꝓ quibus accipitur,ita ꝙ in maiore propoſitione nō teneatur pro aliquibus ſuppoſitis, & in minore ꝓ alijs , ſed ſp dēt capi ꝓ eiſdē, & pro æqualib.ita ꝙ nō magis ſtricte vel magis ample in vna,q̄ in alia ꝑmiſſarū,et ſit ſr dē extremitatib. & ꝑ hoc patet intellectus iſtorum modorum vlium.

Argū.

Sed contra ꝑdicta arguiť primo ſic. Non ſeqtur,Oē aīal, ſi eſt rudibile,eſt aſinus,oīs hō eſt aīal,ſi eſt rudibilis,ergo oīs hō eſt aſinus, & tñ ibi arguiť in Barbara. Scđo ſic.Non ſequiť,Oē rōnale,vel irrōnale eſt hō,oīs equus eſt rōnalis , vel irrōnalis. ergo oīs equus eſt hō: & tñ ibi,arguiť in Barbara. F Tertio ſic.Non ſequitur. Cuiuſlibet hominis aſinus currit,oē rudibile eſt aſinus, ergo omne rudibile currit , quia antecedens pōt eſſe verū cōſequente exiſtēte falſo,poſito caſu, ꝙ hō oīs hēat vnū aſinū currētē, & aliū quieſcētē,& tñ arguitur in primo modo, ergo ibi non eſt conſequentia formalis. Quarto ſic. Non ſequitur. Nullum viuens generabitur, omnis homo eſt viuens, ergo nullus homo generabitur, & tamen ibi arguitur in Celarent.

Quinto ſic. Nullum currens eſt aſinus, oīs homo præter Soc. currit,ergo nullus homo præter Soc.eſt aſinus,nō ſequitur, quia concluſio eſt falſa, cum dicat Soc.eſſe aſinum, & præmiſſæ ſūt

veræ,

A veræ, & ſi ibi arguitur in Celarẽt. igitẽ in ipſo non conſequentia formalis.

Solutio. Ad argumẽta. Ad primũ dr̃, ꝙ i illa maior, omne aial, ſi eſt rudibile eſt aſinus, poteſt eſſe conditionalis, vel de cõditionato extremo, ſi ſit conditionalis, ibi non eſt bonus ſyllogiſmus in primo modo, qa ex hypotheticis nõ fit bonus ſyllogiſmus categoricus. ſi vero maior ſit categorica. tunc illa conditio, ſi eſt rudibile. poteſt referri ad ſubiectum, & ſic maior eſt falſa. & ſeqẽ cõcluſio. & ſenſus eius eſt de quocũq. eſt verũ dicere, qđ eſt animal ſi eſt rudibile, eſt verũ dicere, qđ eſt aſinus. vel illa conditio refertur ad prædicatũ, &
B tũc maior eſt vera, & male ſubſumitur in minore, qa illa conditio non debet ſumi cũ medio in prædicato minoris, cũ nõ poneretur ad mediũ in ſubiecto maioris ideo ibi nõ arguitur in primo modo. Ad ẽm di quod licet illa maior, oẽ rationale, vel irrationale eſt homo, poteſt eſſe diſiunctiua, & ſic eſt vera, & nõ eſt ibi ſyllogiſmus categoricus, vel poteſt eſſe de diſiũcto ſubiecto & hoc dupliciter, quia vel deſtribuitur illud totũ diſiunctum rationale, vel irrationale, & ſic eſt bonus ſyllogiſmus. ſed maior eſt falſa, ſicut concluſio, vel diſtribuitur tm̃ prima pars diſiuncti. ſ. rationale, & tunc eſt vera, & tũc nõ be
C ne arguitur, quia in plus eſt prædicatũ minoris q̃ ſubiectum diſtributũ in maiore. Ad tertium dr̃, ꝙ ibi male ſubſumitur; qa ſubſumitur ſub aſino, qui nõ diſtribuitur in maiore, & nõ ſubſumitur ſub hoĩe, qui eſt ſubiectũ diſtributionis maior. s, ſic ergo deberet ſubſumi cuiuſlibet hoĩs aſinus currit, oẽ rudibile eſt homo, ergo cuiuslibet rudibilis aſinus currit. Ad quartum dr̃, quod ibi arguitur a minus amplo ad magis amplũ cũ diſtributione magis ampli ex parte hoĩs, qui in minore ſolũ diſtribuitur pro hominib. præſentibus ad quos reſtringitur per verbũ p̃ſentis tẽporis, & in concluſione diſtribuitur ꝓ p̃ſentib. & futuris, ad quos ampliatur ꝑ illud verbum futuri tpis, gñabitur.

D Ad quintũ dr̃, ꝙ in illo ſyllogiſmo male concluditur; qa hæc dictio p̃ter, non excipit Socr. in concluſione ab eodem prædicato, ſicut in minore, nec eſt eadẽ diſpoſitio ſubiecti in affirmatiua, & negatiua, ideo ſic debet concludi, ergo nullus homo alius a Soc. eſt aſinus.

De modis primæ figuræ, Darij, ac Ferio particulariter ac directe concludentibus.

Darij. Darij. Tertius modus cõſtat ex maiori, vniuerſali affirmatiua, & minori particulari affirmatiua; particularem affirmatiuam directe concludentibus: vt

E Omne animal eſt ſubſtantia,
Quidã homo eſt animal, ergo
Quidam homo eſt ſubſtantia,

Ferio. Ferio. Quartus modus conſtat ex maiori, vniuerſali negatiua, & minori particulari affirmatiua, particularem negatiuam directe concludentibus: vt

Nullum animal eſt lapis,
Quidã homo eſt animal, ergo
Quidam homo non eſt lapis.

Poſtq̃ Auctor determinauit ſuperius de modis vniuerſalib. primæ figuræ directe concludẽtib. hic conſequẽter determinat de modis particularib. directe concludentib. ſ. de Darij, & Ferio, & primo definit Darij, eo ꝙ eſt affirmatiuus, & alter negatiuus dicens. Darij, tertius modus primæ figuræ, conſtat ex vniuerſali affirmatiua maiori, particulari affirmatiua minori, particularem affirmatiuam directe concludentibus vt omne animal currit, quidam homo eſt animal. ergo quidam homo currit, & probatur hoc modo conſequentia per regulam. ſ. dici de oĩ, quia in iſto ſyllogiſmo currit de ſubiecto, ſ. de animali diſtributo dr̃, igitur dicitur de quolibet contento ſub ipſo, ſed aliquis homo continetur ſub animali. ergo de ipſo prædicatur currit, & poſſet etiam probari per definitionem F

A conſequentię formalis, ſicut dictũ eſt de alijs modis.

Debitus modus ſyllogizandi in Darij.

Primo ſciendũ, quod ad debite ſyllogizandum in Darij oportet quod termini debite accipiãtur, ſi, ꝙ nõ fiat variatio terminorum reiterado extremitates i cõcluſione, vel reiteratione medij in præmiſſis. & per talẽ conſiderationẽ circa terminos poterũ cognoſci multi paralogiſmi, q̃ fiũt apparẽte. ſm iſtũ modũ ẽt inſpiciendum eſt ad præmiſſas, ꝙ illę debite diſponantur, ita ꝙ ibi ſint duæ categoricæ tm̃, tanq̃ principales præmiſſæ, quia ſyllogiſmus categoricus ſolum cõponitur ex propoſitionibus categoricis, & ſi in aliquo ſyl-

B logiſmo ſũt plures præmiſſæ quã duę oportet ipſũ reſoluere, primo ad duas ꝓpoſitiones, quæ ſint principales eius præmiſſæ, & ex cõſequenti ad tres terminos, ad videndum vtrum debito formetur in iſto, vel in alijs.

Modus arguendi in Ferio.

Secundo ſciẽdum, ꝙ Ferio, quartus modus primæ figuræ, conſtat ex vniuerſali negatiua maiori, particulari affirmatiua minori, particularẽ negatiuã cõcludẽtib. directe, vt Nullũ aial eſt lapis, quidam homo eſt animal, ergo quidam homo non eſt lapis, & probatur per regulam de dici de omni, & dici de nullo, qa ibi lapis negatur de animali

C diſtributo, ergo nihil eſt ſumere ſub animali, a quo non remoueatur lapis, & quia homo ſumitur ſub animali, ideo lapis remouetur ab ipſo.

Tertio ſciendũ, ꝙ iſti duo modi particulares ſunt perfecti, & quãtũ ad neceſſitatem concludendi, & quantũ ad euidẽtiã ipſorũ, qa immediate regulãtur p dici de oĩ de dici de nullo, & quãtũ ad illã perfectionẽ nõ habẽt perfici per alios modos. ſed quãtũ ad quantitatẽ modi vniuerſales ſunt perfectiores aliquo modo. & ſi negetur cõſequẽtia iſtorũ modorũ, põt aliquo modo probari, reducendo ipſos ad modos vniuerſales hoc mõ. quia Darij reducitur primo ad Cameſtres in ſecunda figura capiẽdo cõtradictoriũ cõcluſionis ſuę cũ maiore, inferendo oppoſitũ contradictoriũ minoris, vt arguẽdo in Darij.

D Omnis homo eſt aial, quoddã riſibile eſt homo, ergo quoddã riſibile eſt animal, Reducitur ſic ad Cameſtres. Ois homo eſt animal, nullum riſibile eſt animal, ergo nullũ riſibile eſt homo. & ẽt Ferio reducitur ad Ceſare, vel ad Cameſtres, & quia illi modi iterũ reducuntur ad Celarent per conuerſiones, ideo illi modi particulares ex conſequenti poſſunt reduci & probari per vles & non reducuntur illi modi ad modos ſecundæ figuræ, vt ibi perficiantur, uel vt ibi ſtet eorum reductio, ſed vt meditantibus ipſis reducantur ad modos vniuerſales primæ figuræ.

E Quarto ſciendũ; ꝙ in iſtis quatuor modis primæ figuræ iã habitis concluduntur quatuor gña propoſitionũ, ſ. vniuerſalis affirmatiua, quæ cõcluditur in Barbara, vniuerſalis negatiua i Celarent, particularis affirmatiua in Darij, particularis negatiua in Ferio inter quas vniuerſalis affirmatiua eſt difficillima ad concludendũ, quia ſolũ in modo concluditur, ſ. in Barbara. Deinde vniuerſalis negatiua, quæ concluditur in vno mõ in prima figura, ſ. in Celarent, & in duob. modis in ſecũda figura, ſ. in Ceſare & Cameſtres, tertio particularis affirmatiua, q̃ concluditur in vno mõ i prima figura. ſ. in Darij, & in trib. modis tertię figuræ. ſ. i darapti, Diſamis, & Datiſi, & quarto particularis negatiua, q̃ facillima eſt ad cõcludẽdum, quæ põt concludi in vno modo primæ figuræ. ſ. i Ferio, & in duob. modis ſecundæ figuræ. ſ. in Feſtino, & Baroco, & in trib. modis tertiæ figurę; ſ. Felapton Bocardo, & Feriſon ſed ecõtra, particularis negatiua difficillima eſt ad interimendũ interimitur. n. per ſuam contradictoriam, quæ eſt vniuerſalis affirmatiua quę eſt facillima ad deſtruẽdum & per hoc poſſet haberi ordinatio horum quatuor modorum primę figuræ directę concludentium.

Quæ propoſitio facile aſtrui aut deſtrui poſſit.

F

Argum.

Sed cõtra prædicta arguitur primo: ſic, nõ ſequitur. Omne riſibile eſt aial, tm̃ hõ eſt riſibilis, ergo tm̃ hõ ẽ aial & tamen

A tamen ibi arguitur in Darij.ergo in ip
ſo nõ eſt conſequẽtia formalis. Secũdo
ſic. Hic bene arguitur in Darij, omne
indiuiduũ alic. ius ſpẽi eſt aſinus, Soc.
eſt indiuiduũ alicui⁹ ſpeciei, ergo Soc.
eſt aſinus, & maior probaretur, qa oẽ
indiuiduum aſini eſt aſin⁹, ergo omne
indiuiduum alicuius ſpeciei eſt aſinus
& tñ in primo ſyllogiſmo nõ eſt bona
conſequentia, ergo contra tertium mo
dum. Tertio ſic. Non ſequitur. Omne
currẽs eſt aſinus, aliquis homo poteſt
eſſe currens, ergo aliquis homo poteſt
eſſe aſin⁹, & tñ arguitur ibi ſm tertiũ
modum. Quarto ſic. Non ſequiẽ. Nul-
lum aĩal eſt ſpẽs, homo eſt aĩal. ergo
B homo non eſt ſpẽs, & tñ ibi arguitur
in Ferio. Quinto ſic. Nõ ſequitur. Nul
lus denarius valet album, quidã fran-
cus valet denarium, ergo quidã frãcus
non valet album, & tamen ibi argui-
tur in quarto modo, ergo non eſt con-
quentia formalis.

Ad argumenta. Ad primum iſtorũ
Solutio dr̃, quod ibi male concluditur eo quod
in minori hæc dictio tm̃, excludit re-
ſpectu riſibilis, negãdo ipſum ab oĩb.
alijs ab hic. & in concluſione excludit
reſpectu animalis, negando animal ab
omnib. alijs ab hic, & ſic ibi arguitur
C negatione inferioris ad negationem
ſuperioris, & committitur fallacia cõ-
ſequentis. ſed debet concludi non po-
nendo dictionem excluſiuam in con-
cluſione. Ad ſm dicitur, ꝙ ibi bene ar-
guitur in Darij, ſed maior illius ſyllo-
giſmi eſt falſa. ſ. omne indiuiduũ ſpẽi
alicuius eſt aſinus, & ad probationem
eius dr̃, ꝙ ibi arguitur ab inferiori ad
ſuperius cum diſtributione ſuperioris
quia indiuiduũ aſini ſe habet, vt infe-
ri⁹ ad indiuiduũ alicuius ſpẽi, ideo nõ
ſequitur, omne indiuiduũ aſini eſt aſi-
nus, ergo omne indiuiduũ alicui⁹ ſpe-
ciei eſt aſinus. Ad tertium dr̃, quod ibi
male arguitur, quia ſubiectum maiori
ſ. currẽs, nõ eſt p̄dicatum minoris, ſed
potens eſſe currens prędicatur in mi-
nori, ideo ibi non ſunt tres termini tm̃
imo quatuor. Ad quartum dr̃, quòd in
illo argumento, homo, tenetur in mi- D
nore pro ſuppoſitis, & in concluſione
pro natura cõi, ideo variatur minor ex
tremitas, & non ſunt tres termini tm̃,
nec debite arguitur. Ad quintũ diciẽ,
quòd ibi non bene arguitur, quia non
eſt idem ſubiectum maioris, & prædi-
catum minoris, quia denarius ſubijci
tur in maiori, & valens denarium, prę
dicatur de minori, ideo non arguitur
inquarto modo.

De tribus modis primæ figuræ, Baralipton, Celantes, Dabitis, indirecte concludentibus, & ipſorum reductione ad modus perfectos. E

Baralipton. Quintus modus cõ- Baralipton.
ſtat ex duabus vniuerſalibus affir
matiuis particularem affirmatiuã
indirecte coucluden tibus, vt.

Omne animal eſt ſubſtantia,
Omnis homo eſt animal, ergo
Quædam ſubſtantia eſt homo.

Et reducitur ad primum modum
primæ figuræ per conuerſionem
concluſionis per accidens.

Celantes. Sextus modus cõſtat Celãtes
ex vniuerſali negatiua maiori, & F
vniuerſali affirmatiua minori, v-
niuerſalem negatiuam indirecte
concludentibus, ut

Nullum animal eſt lapis,
Omnis homo eſt animal, ergo
Nullus lapis home eſt.

Et reducitur ad ſecundum modũ
primæ figuræ per conuerſionem
concluſionis ſimpliciter.

Dabitis. Septimus modus cõſtat Dabitis
ex maiori vniuerſali affirmatiua,
& minore particulari affirmatiua
particularem affirmatiuam indi-
recte coucludentibus, vt

Omne animal eſt ſubſtantia,
Quidã homo eſt animal, ergo
Quædam ſubſtantia eſt homo,

Et

A Et reducitur ad tertium modũ primę figuræ per conuerſionem concluſionis ſimpliciter.

Poſtq̃ Auctor determinauit de modis primæ figuræ directe concludẽtib. hic cõſequẽter determinat de modis idirecte cõcludẽtib. & primo de Baraliptõ dicens, ſic q; Baralipton conſtat ex maiori vniuerſali affirmatiua, & minori vniuerſali affirmatiua, particularẽ affirmatiuã indirecte cõcludẽtib. Probatur q; in iſto modo ſit conſequentia bona & formalis, & reducẽdo ipſũ ad Barbara p conuerſionẽ per accidens cõcluſionis de Barbara. quia quicqd ſequit B ad cõſeqnẽs bonæ cõſequẽtiæ ſequitur ad antecedẽs ei⁹, ſed ad cõcluſionẽ primi modi, q̃ eſt vniuerſalis affirmatiua, ſequitur particularis affirmatiua conuertẽs ei⁹, ergo illa particularis affirmatiua, ſeqtur idirecte ad p̃miſſas de Barbara, & qa illæ p̃miſſæ ſunt præmiſſę in Baralipton, io ex ipſis in Baraliptõ debite infert particularis affirmatiua indirecte, quod faciliter videtur p exẽpla. Et reducit ille mod⁹ p impoſſibile ad Celarẽt, capiẽdo contradictoriũ cõcluſionis de Baraliptõ pro maiori de Celarent, & ſeruãdo maiorem de Baralipton pro minore, inferẽdo conuerſam contrariæ minoris, de Baraliptõ, quam ſequitur contradictoria mino- C ris per conuerſionem per accidens.

Quid ſit reducere.

Primo ſciẽdũ, quod reducere vnum modũ ad aliũ, eſt oſtẽdere euidẽtiã conſequẽtiæ vni⁹ modi, per aliũ magis euidentẽ, ad quẽ reducitur, ſed per hoc, q; cõcluſio de Barbara īferẽ per cõuerſionẽ concluſionis de Baralipton oſtẽdit euidẽtiã modi cõcludẽdi de Baraliptõ, & non oſtẽditur euidẽtia primi modi ideo per hoc Baraliptõ reducit ad primũ modũ, & non ecõuerſo. et capiẽdo oppoſitũ cõcluſionis ſuæ cũ maiore ad inferendum oppoſitum minoris in Celarent, oſtẽditur ſua neceſſitas concludendi per illam regulam, qñcumque ex oppoſito cõſequẽtis infertur oppoſitum antecedentis, ibi eſt bona conſequẽtia, ſed ex oppoſito cõcluſionis, de D Baralipton cum vna præmiſſarum infertur in Celarent oppoſitũ alterius p̃miſſæ, ideo per hoc pbatur ſufficiẽter.

Sedo ſciẽdũ, qd Celãtes ſextus modus cõſtat vniuerſali negatiua maiori, & minor vniuerſalis affirmatiua, vniuerſalẽ negatiuã indirecte cõcludẽtib, & reducit ad Celarent p conuerſionẽ ſimplicẽ cõcluſionis de Celarent, quia ad illã cõcluſionẽ ſequit p cõuerſionẽ ſimplicẽ vniuerſalis negatiua cõuertẽs eius, ergo illa vniuerſalis negatiua ſequitur ad p̃miſſas de Celarẽt, & illę ſũt præmiſſæ in Celantes: ergo debite cõcludit indirecte vniuerſalem negatiuã. & nõ tñ oſtẽderet euidẽtia per cõuerſionẽ cõcluſionis de Celantes, ſed E magis oſtẽderet q; ad duas ei⁹ p̃miſſas ſequeret cõcluſio de Celarẽt, & magis probaret ſm modus q̃ ſextus. Sed p impoſſibile iſte modus reducitur ad Darij, capiẽdo cõtradictoriũ ſuæ cõcluſionis pro minore, & minorẽ eius pro maiore ad inferendũ conuerſã contradictoriæ maioris eius, ad q̃ ſequit contradictoria maioris eius vt facto iſto ſyllogiſmo in Celãtes. Nullũ animal eſt lapis, omnis homo eſt animal, ergo nullus lapis eſt homo. Arguitur in Darij. Omnis homo eſt animal, quidam lapis eſt homo ergo quidam lapis eſt animal, & ad iſtam ſequitur, quoddam animal, & eſt lapis, quę eſt contra F dictoria maioris primi ſyllogiſmi.

Tertio ſciendũ, q; dabitis ſeptimus modus conſtat ex vniuerſali affirmatiua maiore, & particulari affirmatiua minore, particularem affirmatiuã indirecte concludentibus, & probatur reducendo ipſum ad Darij per cõuerſionẽ ſimplicem cõcluſionis de Darij, ad q̃ concluſionem ſequitur particularis affirmatiua conuertens ei⁹, & illa cõcluſio ſequitur ad præmiſſas de Dabitis, quę ſunt in Darij, ergo per eaſdem p̃miſſas bene infertur in dabitis particularis affirmatiua indirecte, q̃ eſt cõuertens concluſionis de Darij. Et per impoſſibile iſte mod⁹ reducit ad Celarẽt, acci-

A accipiendo contradictoriorum conclu ſionis eius pro maiore, & minorē eius ꝓ minore inferendo cōuerſam contradictoriæ minoris eius, vt faciliter poteſt per exempla videri.

Quarto ſciēdū, ꝙ licet ſint tres modi in directe cōcludētes, correſpondētes trib. modis primis directē concludentib. & cōpoſiti ſint ex eiſdē ꝑmiſſis ſicut ipſi, tñ nullus eſt modus correſpōdēs quarto mō. ſ. Ferio, qui fiat ex eiſdē ꝑmiſſis cū eo. Et ratio habet̄ ꝑ regulā Boethi. ꝙ oīs ſyllogiſmus inferēs cōcluſionē, q̄ pōt cōuerti pōt inferre indirecte cōuertentē eius, & e contra ſyllogiſmus inferens, cōcluſionē q̄ non pōt cōuerti nō pōt iſerre idirecte aliq̄ con-

B cluſionē: ſed concluſiones in tribus primis modis poſſunt, bñ conuerti, ideo illis tres modi poſſunt indirectē concludere, ſed concluſio de Ferio, cū ſit particulari negatiua, non poteſt conuerti in terminis, nec ſimplr, nec ꝑ accidens, ideo ꝑmiſſę de Ferio non inferūt aliquā concluſionē indirectē, ideo non eſt aliq̄s modus indirectē concludens conueniēs Ferio ꝑmiſſis. & ꝑ hæc patet intellectus iſtorū modorū correſpondentium tribus primis modis.

Argū. Sed contra prędicta arguitur primo ſic. Omnes modi primæ figuræ ſunt ꝑfecti, cum immediate regulentur ꝑ dici de omni, vel per dici de nullo, ergo vnus non reducit̄ ad alium, ergo male

C dicitur. ꝙ Baralipton reducitur ad Barbara. Secundo ſic. Non ſequitur, omne album eſt accidēs, omnis homo eſt albus, ergo quoddam accidēs eſt homo, & tamen arguitur in Baralipton, ergo in illo modo non eſt bona conſequentia. Tertio ſic. Modus eſt ordinatio duarū præmiſſarū in debita qualitate, & q̄titate: ſed in Celantes eſt eadem ordinatio pręmiſſarum in debita qualitate & quantitate etiā eſt eadem quantitas concluſionis, ſicut in Celarēt, ergo iſte modus non diſtinguitur a Celarēt, nec ad ipſum reducitur. Quarto ſic. Nullū currens eſt homo, ſuppoſito quod nullus homo exiſtat, oē aīal eſt currens, ergo nullus homo eſt animal, & tamen

D ibi arguitur in Celātes, ergo in eo non eſt bona conſequētia: Quinto ſic. Non ſequitur, oē aīal eſt indiuiduum aliq̄d genus eſt animal, ergo aliquod indiuiduū eſt genus, & tñ arguit̄ in Dabitis. ergo in ipſo non eſt bona conſequētia.

Ad argumenta. Ad primum iſtorū dicit̄, ꝙ licet omnes modi primę figurę ſint perfecti quantum ad ſubſumptionem, non quātum ad modum concludendi. quia indirectē concludētes non habent euidentē modum concludēdi, ſed fiunt euidētes per reductionem ad alios modos. Ad ſm dr̄, ꝙ albū in maiore illius ſyllogiſmi accipit̄ ſm ſe ea parte qua differt ratione a ſuo ſubo, et in minore capitur per perfectū ad ſuū ſubiectū, inquantū dr̄ eſſe accidentale eius, & ideo accipitur medium ſub diuerſis reſpectibus, & vt diuerſa ſibi accidūt. ideo mediū variat̄ in duab. præmiſſis, & ibi committitur fallacia accidentis. Ad tertiū dicitur, ꝙ licet Celantes nō diſtinguatur eſſentialiter a ſecū- Solutio.

do modo quantum ad diſpoſitionem pręmiſſarum, tamē accidentaliter quātum ad modum concludendi diſtinguitur ab ipſo, vt dictum prius. Ad quartum dicitur, ꝙ in illo ſyllogiſmo homo, in prædicato maioris ſtat pro hominibus exiſtentibus tātum, & in concluſione ſtat tam pro exiſtentibus quā pro non exiſtentibus, eo quod non ſubijcitur cum aliquo accidentali contrahente ipſum ad ſuppoſitā exiſtentiā, ſicut in maiore. Ad quintū dr̄ ꝙ in illo ſyllogiſmo, animal, in ſubiecto maioris accipitur pro ſuis ſuppoſitis, & in prædicato minoris ſupponit ꝑ natura communi. ideo ibi fit variatio medij in duabus præmiſſis, & non bene arguitur, nec ſunt tres termini tantum. E

F

De duobus vltimis modis, Fapeſmo, ac Friſeſmo, & ipſorum reductione ad modos perfectos.

Fapeſmo. Octauus mod' cōſtat ex maiori vli affirmatiua, & mi- Fapeſmo.

nori

A nori vniuerſali negatiua particularem negatiuam concludentibus in directe, vt.

Omne animal eſt ſubſtantia,
Nullus lapis eſt animal, ergo,
Quædam ſubſtantia non eſt lapis.

Et reducitur ad quartum modũ primæ maiori conuerſo per accidens & minori ſimpliciter, & per tranſpoſitionem premiſſarum.

Friſeſmo. Friſeſmo. Nonus modus cõſtat ex maiori particulari affirmatiua, et minori vniuerſali negatiua, par- B ticularem negatiuam indirecte concludentibus.

Quoddã animal eſt ſubſtantia,
Nullus lapis eſt animal; ergo.
Quædam ſubſtãtia nõ eſt lapis.

Et reducitur ad quartum modum primæ figuræ, maiori, & minori conuerſis ſimpliciter, & per tranſpoſitionem præmiſſarum.

Poſtq̃ Auctor determinat de modis primę figurę indirecte cõcludẽtib. cõuenietib. in præmiſſis modis directe cõcludẽtib. hic conſequenter determinat de modis indirecte cõcludẽtib. differẽtibus in p̃miſſis a modis directe cõclu- C dentib. ſ. Fapeſmo, & Friſeſmo, & quia Fapeſmo eſt mod⁹ vl'is, alter vero eſt particularis, idõ Auctor prius determinat de ipſo dicẽs. Octauus modus. ſ. Fapeſmo conſtat ex vl'i affirmatiua maiori, & vl'i negatiua minori, particularẽ negatiuã concludentib. indirecte. Et reducitur ad Ferio, maiore cõuerſa p accidẽs, & minori ſimpl'r. facta trãſpoſitione p̃miſſarũ. Et pbat conſequentia huiuſmodi p illã regulã. Quicqd ſeqt ad conſequẽs bone conſequẽtiæ ſequit ad antecedẽs eius, ſed ad p̃miſſas de Fapeſmo, facta conuerſione p̃miſſarũ cũ trãſpoſitione ipſarũ, ſequũt p̃miſſe de Ferio, & ad illas p̃miſſas ſeqt part culiaris negatiua, ergo concluſio illa ſequitur ad præmiſſas de Fapeſmo, ergo in illo modo eſt bona conſequentia. D

Modus reducẽdi Fapeſmo per impoſſibile. Primo ſciendũ, q̃ p impoſſibile Fapeſmo põt reduci ad Barbara capiẽdo cõtradictoriũ ſuæ cõcluſionis p maiore, & maiorẽ eius p minore inferendo cõuerſã cõtradictorię minoris, ad q̃ ſequitur illa contradictoria, vt arguẽdo ſic i Fapeſmo, oĩs hõ eſt aĩal, nullus lapis eſt hõ, ergo quoddã aĩal non eſt lapis, & ſic arguit in Barbara, oẽ aĩal eſt lapis, oĩs hõ eſt animal, ergo oĩs hõ eſt lapis. ad q̃ ſequit p conuerſionẽ p accidẽs, qdã lapis eſt hõ, q̃ eſt contradictoria minoris, & põt et reduci ad Celarent, capiendo contradictoriã cõcluſionis, pro minore, & minorẽ p maiore, E inferendo conuerſam oppoſiti maioris. vt preſuppoſito ſillogiſmo facto in Fapeſmo. arguitur ſic in Celarent, nullus lapis eſt homo, omne animal eſt lapis, ſequitur, ergo nullũ animal eſt hõ, adq̃ per conuerſionem per accidens ſequitur, quidam homo non eſt animal.

Scd'o ſciẽdũ, q̃ nonus modus. ſ. Friſeſmo conſtat ex particulari affirmatiua maiore, & vl'i negatiua minore, particularẽ negatiuã concludentibus indirecte, & reducitur ad Ferio. maiore, & minore cõuerſis ſimpl'r, & facta trãſpoſitione p̃miſſarũ, per hoc pbatur, q̃ ſic in eo bona cõſequentia, qa ad p̃miſſas F eius ſequuntur per conuerſionem cũ trãſpoſitione p̃miſſarũ præmiſſę de Ferio, per quas p̃miſſas ſequitur particularis negatiua concluſio. ergo eadẽ ſequit ad p̃miſſas de Friſeſmo, vt arguendo ſic quidam homo eſt aĩal nullus lapis eſt homo, ergo quoddã aĩal non eſt lapis. Conuertendo ſimpliciter, & trãſponendo præmiſſas ſic arguitur in Ferio, nullus homo eſt lapis, quoddã aĩal eſt homo, iſtæ præmiſſæ ſequuntur ad alias præmiſſas, & ſequitur quoddam animal non eſt lapis.

Tertio ſciendum, q̃ iſtæ vltimus modus poteſt impoſſibile reduci ad Celarent, capiendo contradictorium concluſionis p minore, & minorem loco maioris inferẽdo conuerſam oppoſiti maioris, vt arguendo ſic. Quidã homo eſt ani-

A aial, nullus lapis eſt hõ, ergo quoddã aial non eſt lapis,& ſic arguẽdo in Celarẽt. Nullus lapis eſt homo, oẽ aial eſt lapis, ergo nullum aial eſt homo, ad q̃ ſequitur iterũ per conuerſionẽ, nullus homo eſt aial, q̃ eſt contradictoria primæ maioris, & põt reduci ad Darij capiẽdo contradictorium cõcluſionis ꝓ maiore, & maiorem ꝓ minore, inferendo conuerſam cõtradictoriæ minoris, ad quam ſequitur illa contradictoria.

1. Prio. c4. Quarto ſciẽdũ, ꝙ Fapeſmo, & Friſeſmo valẽt in qualibet figura ad concludendum particularẽ negatiuã indirecte, & q̃a reperiũtur in omnib. figuris. Ariſt. determinat de ipſis poſtq̃ docuit B formationis ſyllogiſmorũ in trib. figuris, aliter tñ reperiuntur in prima figura & in alijs, q̃a q̃n medium ſubijcitur in vna pręmiſſarum & prædicatur in alia, ſunt in prima, figura & cũ prædicatur in vtraq. ſunt in ſecũda figura, & cum ſubijcitur in vtraq. ſunt in tertia figura. & q̃a ꝑ prius reperiũtur in prima figura q̃ in alijs. ideo quodãmodo appropriantur primæ figuræ, ratione cuius conuenienter a Pet. Hiſp. enumerantur inter modos. Primæ figuræ, nec tñ negat quin reperiantur in alijs.

Argum. Cõtra prædicta arguitur primo ſic. in oi ſyllogiſmo cõcluſio debet eſſe ſimilis al cui præmiſſarũ, ſed particula C ris negatiua non eſt ſimilis alicui p̃miſſarũ de Fapeſmo, cum ambę ſint vles, ergo male dr̃, ꝙ ibi cõcluditur particularis negatiua. Secũdo ſic, Præmiſſæ de Fapeſmo maiorem conuenientiã hñt cum præmiſſis de Celarẽt quam cum præmiſſis de Ferio. ergo magis debẽt reduci per conuerſionẽ ad Celarent q̃ ad Ferio, & ſic male dr̃, ꝓ reducitur ad Ferio per cõuerſionẽ. Tertio ſic. Friſeſmo eſt combinatio inutilis, q̃a ibi ſũt dabiles termini in quib. oi, & in quib. nulli. ergo male ponitur ille modus. Quarto ſic. In oi ſyllogiſmo debet fieri ſubſũptio, ſed i Friſeſmo nulla fit ſubſumptio, q̃a maior eſt particularis, & ſub particulari nihil eſt ſumere ẽt ſubſumptio fit affirmando ſubiectum prius diſtributum de aliquo inferiori D eius, quod non fit ibi cum minor ſit negatiua, ergo ibi non eſt bonus ſyllogiſmus. Quinto ſic. Iſti duo modi ſolum differunt in quantitate maioris præmiſſæ & non in concluſione, nec in modo concludendi. ſed quantitas cum ſe teneat ex parte materiæ, nõ variat ſpeciẽm, ideo propoſitio particularis & vniuerſalis non differunt ſpecie, ergo iſto duo modi ſecundum ſpeciem non diſtinguuntur inter ſe.

Ad argumẽta. Ad primum dicitur, ꝙ licet in omni ſyllogiſmo concluſio debeat eſſe ſimilis alicui præmiſſarũ in qualitate, non tamen in quantitate, ſicut patet in Darapti. etiam ſimilitudo proprie non attenditur ex parte quãtitatis, ſed æqualitatis, vel inæqualitatis. Ad ſecundum dicitur, ꝙ licet Fapeſmo & Celarent magis conueniant in quantitate ſuarum præmiſſarum q̃ Fapeſmo & Ferio, & tñ præmiſſæ de Celarent non poſſunt ſequi per conuerſionem ad præmiſſas de Fapeſmo, eo quod maior, quę eſt vniuerſalis affirmatiua, non poeſt conuerti ſimpliciter in vniuerſalẽ, ſed ſolum, per accidens in particularem, & ſic ad iſtas præmiſſas bene ſequuntur præmiſſæ quarti modi. Ad tertium dicitur, quod concludendo directe in Friſeſmo darẽtur termini in quib. omni & in quibus F nulli, & ſimiliter in Fapeſmo nunquã tamen darentur concludendo indirecte, & iſti modi ſolum valent ad concludendum indirecte.

Solutio.

E

Ad quartum dicitur quod licet in Friſeſmo formaliter nõ fiat ſubſũptio, tñ ibi bene fit virtualiter inquantũ in præmiſſis eius virtualiter includuntur præmiſſæ de Ferio, quæ ſequuntur ad ipſas, in quib. fit debita ſubſũptio. Ad quintum dicitur, quod licet quantitas non variet ſpeciem propoſitionis, tũ bene variat ſpeciem ſyllogiſmi, vel modi eius, quia variata quantitate eſt alia ordinatio præmiſſarum in debita qualitate & quantitate, ideo iſti duo modi ſpecie abinuicem diſtinguũtur.

De

A *De ſecunda figura, regulis, ac numero modorum.*

Sequitur ſecũda figura, cuius tales dantur regulæ In ſecunda figura maiori exiſtente particulari, nihil ſequitur. Item in ſecunda figura ex puris affirmatiuis nihil ſequitur. Item in ſecũda figura ſemper concluditur negatiue. Secũda figura quatuor habet modos.

Secũda figura, & eius ad cæteras ordo.

Poſtq̃ ſuperius Petrus Hiſpanus determinauit de prima figura, & modis eius, hic conſequenter determinat de ſecũda figura, & de modis eius. Eſt aũt ſecũda figura, qñ mediũ ꝑdicatur in vtraq; ꝓmiſſarũ, & in tali ordine B terminorũ mediũ dr primus terminus, quia ponitur ſupra ambas extremitates, cũ ꝑdicetur de vtraq. & maior extremitas eſt ſecũdus terminus, & mediũ poſitione, quia ponitur ſub medio cũ ſubijcitur in maiore propoſitione. & ſupra minorẽ cum ꝑdicatur in cõcluſione. Sed minor extremitas eſt tertius terminus, vltimus poſitione, quia ſubijcitur medio in minori ꝓpoſitione, & maiori extremitati in concluſione Ex quo patet, ꝙ medium in ſecũda figura non eſt ita perfecte mediũ, ſicut in prima figura, qa ſolũ hic eſt medium cõſtructione, & non poſitione, & eſt perfectius medium, q̃ mediũ tertiæ figuræ, quod ſubijcitur vtriq; extremorũ, & inde eſt, ꝙ medium primę figuræ valet C ad concludẽdũ vniuerſaliter, & affirmatiue, medium ſecũdæ figuræ ad cõcludendũ negatiue, ſed particulariter, & vniuerſaliter, & mediũ tertiæ figuræ ad cõcludendũ particulariter ſolũ, affirmatiue, vel negatiue. Et ꝑ hoc habetur quare iſta figura ſic ordinatur.

Maiore exiſtente particulari, nihil ſequitur.

Primo ſciẽdũ, ꝙ ꝓp ſyllogiſmos huius figuræ tres ponũtur regulæ. Prima eſt, ꝙ in ſcđa figura maiore exiſtente particulari nihil ſequitur. cuius rõ eſt, quia in ſecunda figura ſp concluditur negatiuæ, vt infra dicetur, ergo ſi maior eſſet particularis, ibi argueretur a non diſtributo ad diſtributũ ex parte D maioris extremitatis, q̃ nõ diſtribueretur in maiori ꝓpoſitione, cũ eſſet ſubiectum ꝓpoſitionis particularis, & tñ diſtribueretur in concluſione, qa eſſet ſubiectũ ꝓpoſitionis negatiuæ, & ſic ex parte eius argueretur a non diſtributo ad diſtributũ, & inde poſſet cõtingere, ꝙ cõſequẽs eſſet falſum antecedente exiſtente vero. Itẽ, in tali diſpoſitione pñt reperiri termini, in quibus oĩ, vt aĩal, homo, riſibile, vt ſic arguẽdo quoddã aĩal nõ eſt hõ, oẽ riſibile, eſt homo, cum illis ſtat hæc vĩis, oẽ riſibile eſt animal, termini in quib. nulli, vt aĩal, homo, lapis, arguendo vt prius, ergo talis diſpoſitio eſt inutilis.

Ex puris affirmatiuis nihil ſequitur.

Scđo ſciẽdũ, ꝙ ſecũda regula eſt, ꝙ E ex puris affirmatiuis in ſecũda figura nihil ſequitur, cuius rõ eſt, qa ꝓp vnionẽ extremitatũ in aliquo ſuperiori in quo pñt vniri pro diuerſis partib. eius nõ ſequitur vnio extremitatum inter ſe, vt ꝓp vnionẽ hoĩs, & equi ĩ aĩali nõ ſequitur vnio eorũ inter ſe, qa pñt ĩ ipſo vniri ꝓ diuerſis partibus poteſtatis eius ſed arguẽdo ex puris affirmatiuis in ſcđa figura denotaretur vnio extremorũ in ſuo ſuperiore tm̃, ideo in tali vnione ex talib. præmiſſis nõ ſequitur cõcluſio. Itẽ, ibi dabiles sũt termini in quib. oĩ, vt aĩal, homo, riſibile & termini in quib. nulli, vt aĩal, homo, equus, igitur talis diſpoſitio eſt inutilis. F

Semper eſt concluſio negatiua in ſecũda figura.

Tertio ſciẽdũ eſt, ꝙ tertia regula eſt, quod in ſecunda figura ſemper concluditur negatiue, cuius rõ eſt, quia vna præmiſſarũ in ſecunda figura ſemper eſt negatiua, ſed ſi aliqua ꝓmiſſarũ ſit negatiua, cõcluſio debet eſſe negatiua, ideo ſemper in ſecunda figura concluditur negatiue. Et ẽt poteſt in ipſa concludi vĩter & particulariter, & iõ q̃uis in tertia figura cõcludatur affirmatiue, & negatiue, tñ qa ibi cõcluditur ſolum particulariter, & difficilius eſt concludere vniuerſalem negatiuam, quam particulare affirmatiuã, vt prius dictũ eſt, ideo non propter hoc ſequitur, quod tertia figura ſit perfectior

iſtã,

A iſta, licet i iſta cõcludat negatiue ſo ũ.

'Quatuor, tm̃ ſunt huius figuræ modi. Quarto ſciendum, ꝙ tm̃ ſunt quatuor modi ſecundæ figuræ. Quorũ ſufficientia ſic habetur, quia oĩs mod⁹ ſecundæ figuræ eſt ordinatio duarũ præmiſſarum in quib. ide prædicatur vel ergo ambæ præmiſſæ ſunt particulares, vel vniuerſales, vel maior vniuerſalis, & mi .o. particularis, vel ecõtra Si ambæ p̃miſſę ſun vniuerſales, hoc eſt quadrupliciter, vel ambæ ſunt affirmatiuæ, & ſic nihil ſequitur pp vnam regulam iſtius figuræ, vel ambę negatiuæ, & ſic ẽt nihil ſequitur, vel maior eſt negatiua, & minor affirmatiua, &

B ſic eſt Ceſare, vel econtra, &, ſic eſt Cameſtres. Si ambæ ſint particulares, hoc eſt quadrupliciter, & quocunq. modo diſponanẽ nihil ſequiẽ. Si vero maior ſit particularis, & minor vniuerſalis põt eſſe quadrupliciter, & ſp nihil ſequiẽ, qa maiore exiſtẽte particulari i ſcđa figura nihil ſequitur. Si aũt maior ſit vniuerſalis, & minor particularis hoc eſt quadrupliciter, qa vel ambæ ſunt affirmatiuæ, & ſic nihil ſequitur, vel ambæ negatiuæ, & iterum nihil ſequitur, vel maior eſt negatiua, & minor affirmatiua, & ſic eſt Feſtino vel ecõtra, & ſic eſt Baroco, & per hoc patent regulæ ſecundæ figuræ. & numerus modorum eius in generali.

Argũ. C Sed cõtra p̃dicta arguitur primo ſic Mediũ ꝙ p̃dicatur de vtroq. extremorũ perfectius eſt, q̃ illud ꝙ ſubijcitur vni, & prædicatur de alio, quia prædicatũ eſt perfect⁹ ſubiecto, ergo, figura in qua mediũ ſp p̃dicatur, deberet poni prima. Secũda ſic. Friſeſomorũ valet in qualibet figura vt pri⁹ dictũ eſt, & tñ in ipſo maior eſt particularis, ergo in ſecunda figura, maiore exiſtente particulari aliquid ſeq̃tur Tertio ſic. Quæcunq. vni tertio ſunt eadẽ, illa inter ſe ſunt eadẽ, & inter ſe conueniunt ſed arguẽdo ex puris affirmatiuis in ſecũda figura denotatur extrema eſſe eadẽ vni tertio. ſ. medio, ergo per hoc ſequitur, p extrema inter ſe conueniũt & ſic ex puris affirmatiuis, aliqd ſequitur. Quarto ſic Bene ſequitur in ſecunda figura, aliquod aïal eſt Socr aliquis homo eſt Socr. ergo aliquis homo eſt aïal, & tñ ibi concluditur affirmatiue, ergo in ſcđa figura nõn ſẽper cõcludit negatiue. Quinto ſic. In Ceſare, & Cameſt. et ſũt eadẽ p̃miſſę. ſ. vniuerſalis affirmatiua, & vniuerſalis negatiua, ſed modi diſtiguunẽ ex parte p̃miſſarũ, iõ illi modi nõ ſũt diſtincti, & ſic nõ ſunt quatuor modi ſecũdę figuræ. D

Ad argumenta. Ad primum iſtõ. ũ dr̃, ꝙ licet medium quod prædicatur de vtroque ſit perfectius tm̃ ſe illo ꝙ ſubijcitur, & p̃dicatur, tamen non eſt perfectius in ratione medij, ideo mediũ primæ figuræ perfectius eſt, q̃ medium ſecũdæ figuræ. Ad ſm dr̃, ꝙ licet in Friſeſomorum in ſecũda figura, maiore exiſtente particulari ſequatur aliquid indirecte, non tamen directe. Ad tertium dr̃, quod quæcũq. ſunt eadem vni tertio, ſimpliciter, & in actu, inter ſe ſunt eadem, ſed illa quæ ſunt eadem ſolum vni tertio, ſuperiori. & in potẽtia non ſunt eadem inter ſe, & arguendo ex puris affirmatiuis in ſecunda figura denotantur aliqua ſolum eſſe eadẽ cum ſuo ſuperiori in quo conueniunt in potẽtia tm̃. Ad quartũ dr̃, q ibi ſequitur aliquid gratia materiæ, eo quod medium eſt vnum ſingulare ſingulariter tm̃, tñ ibi non ſequitur aliqd formaliter, & per ſylogiſmum perfectũ, ibi. n. eſt ſyllogiſmus expoſitorius qui bene valet in ſecunda figura affirmatiuæ. Ad quintum dr̃, q licet i Ceſare, & Cameſtres materialiter ſint eadem premiſſe, non tamẽ ſunt eodem modo diſpoſitæ, & modi diſtinguãtur ex parte rõnis, & diſpoſitionis formalis ſuarum præmiſſarum, ideo illi modi ſpecie abinuicem diſtinguuntur. Solutio E Regulę limitatio. F

De quatuor modis videlicet Ceſare, Cameſtre, Feſtino, Baroco.

Ceſare. Primus mod' is cõſtat ex maiori vli negatiua, & minori vniuerſali affirmatiua vniuerſalẽ negatiuã directe cõcludẽtib. vt Ceſare.

Nullus

A Nullus lapis eſt animal.
Omnis homo eſt animal, ergo,
Nullus homo eſt lapis.

Et reducit̃ ad ſcđm modū primæ figuræ, maiori conuerſa ſimpl̃r.

Game-ſtres.

Cameſtres Secūdus modus cōſtat ex maiori vniuerſali affirmatiua, & minori vniuerſali negatiua, vniuerſalem, nagatiuam directe concludentibus: vt,

Omnis homo eſt animal,
Nullus lapis eſt animal, ergo.
Nullus lapis eſt homo:

Et reducitur ad ſecundum modū B primæ figuræ minore, & cōcluſione conuerſis ſimpliciter, & trāſpoſitionem præmiſſarum.

Feſtino.

Feſtino Tertius modus conſtat ex maiori vniuerſali negatiua, & minori particulari affirmatiua, particularem negatiuam directe concludentibus: vt,

Nullus lapis eſt animal,
Quidā homo eſt animal, ergo,
Quidam homo non eſt lapis.

Et reducit̃ ad quartū modū primę figurę maiori cōſerua ſimpliciter.

Baroco.

Baroco. Quartus modus cōſtat ex maiori vl̃r affirmatiua, & minori particulari negatiua, particularem negatiuam, directę concludentibus: vt, C

Omnis homo eſt animal,
Quidā lapis non eſt aīal, ergo,
Quidam lapis non eſt homo.

Et reducit̃ ad primū modū primæ figuræ per impoſſibile. Reducere autem per impoſſibile eſt ex oppoſito concluſionis, et altera præmiſſarū, inferre oppoſitū alterius præmiſſæ. Sumatur. n. oppoſitum concluſionis hic, ſ. omnis lapis eſt hō, cum maiori huius quarti. ſ. cū iſta, omnis homo eſt animal, ſic arguēdo, omnis homo eſt animal, omnis lapis eſt homo, ergo omnis lapis eſt animal: iſta concluſio opponitur minori quarti, & hoc eſt reducere per impoſſibile. D

Modus arguēdi in Ceſare & eius reductio.

Poſtquā Auctor oſtēdit ſuperius, q̃ eſt ſcđa figura, & q̃ ſunt regulę eius, et enumeratur ſuos modos in cōi, hic cō ſequenter determinat de ipſis in ſpēli, & prius de vl̃ibus q̃ particularibus & inter vniuerſales adhuc primo determinat de Ceſare dicēs, qđ Ceſare primus modus cōſtat ex vl̃i negatiua maiori, vniuerſali affirmatiua minori, vniuerſalem negatiuam concludentibus, & reducitur ad ſm modum primæ figuræ maiore de Ceſare conuerſa ſimpliciter, per q̃ reductionē ſic probatur E conſequentia eius, q̄a conuerſa maiore de Ceſare ad præmiſſas ſequunt̃ præmiſſę de Celarent, & ad præmiſſas de Cellarēt, ſequit̃ vl̃is negatiua, ergo illa eadem ſequitur ad præmiſſas de Ceſare, quia quicquid ſequitur ad conſequens bonæ conſequentiæ, ſequitur ad antecedens eius.

Sed per impoſſibile reducitur Ceſare ad Celarent capiendo oppoſitū contrarium concluſionis cum maiore inferendo contrarium minoris, vel reducit̃ Ceſare ad Ferio capiendo contradictorium concluſionis cum maiore inferēdo contradictorium minoris. F

Modus arguēdi in cameſtres & eius probatio.

Primo ſciendum, q̃ Comeſtres ſecūdus modus ſcđę figurę conſtat ex vniuerſali affirmatiua maiori, vniuerſali negatiua minori, vniuerſalem negatiuā concludentibus. & reducitur ad Celarent, minori, & concluſione conuerſis ſimpl̃r, & p̃ trāſpoſitionē p̄miſſarū, & p̃ hoc. eodē modo p̄batur, ſicut conſequentia primi modi. E reducit̃ ad Darij per impoſſibile, capiendo oppoſitū contradictoriū concluſionis cū maiore, inferēdo contradictoriū ſuę minoris. Et ēt per impoſſibile, capiēdo cōtrariū concluſionis cū maiore, pōt inferre contrarium ſuę minoris in Barbara ad quam contrariam iterū ſequitur contradictoria minoris. vt arguendo ſic in Cameſtres. Omnis homo eſt animal,

qui-

A nullus lapis eſt aīal, ergo nullus lapis eſt hō,& ſic in barbara.oīs hō eſt aīal, oīs lapis eſt homo, ergo oīs lapis eſt aīal,q̄ eſt contraria primæ minoris,ad quā ſequitur quidam lapis eſt animal.

Modus arguēdi in Feſtino & eius probatio.

Secundo ſciendū, ꝙ Feſtino tertius modus conſtat ex vniuerſali negatiua maiori,particulari affirmatiua minori, particularem negatiuā concludentib. Et reducit ad Ferio, maiori conuerſa ſimpliciter.vnde reducendum modos ſcdę figuræ ad primā p cōuerſionem oportet illā prēmiſsā cōuerti q̄ ſit maior in prima figura,& non requirit̄ de minori, & rō ē,qa in ſcđa figura,mediū ſp p̄dicat̄, iō ad hoc,ꝙ ſubjciat̄ in illa,q̄ ſit maior in prima figura,oportet illā p̄miſsā conuerti, & alia nō dēt B cōuerti,ſed dēt remanere, vt medium p̄dicetur in minori.Sed per impoſſibile,reducitur ad Celarent, capiendo cōtradictoriū concluſionis de Feſtino,cū maiore eius,inferendo oppoſitum cōtradictoriū ſuæ minoris in Celarēt.

Modus arguēdi i Baroco qui ſolū probat̄ per impoſſibile.

Tertio ſciēdum ꝙ Baroco quartus modus conſtat ex vniuerſali affirmatiua maiori, particulari negatiua minori,particularem negatiuam cōcludentib. Et nō reducit̄ ad aliquē modū primæ figurę p conuerſionē, qa vel hoc eſſet cōuertendo maiorem, q̄ ſolū conuertit̄ per accidēs in particularē,& tūc amba p̄miſſæ eſſent particulares, vel C conuertēdo minorem, vel cōcluſionē eius,& hoc non, qa ſunt particulares negatiuæ, nō particularis negatiua nō conuertitur in terminis, ſed per cōtrapoſitionē tm̄, q̄ conuerſio nō valet ad reductionem ſyllogiſmorū, qa ibi non manēt idē termini ſimpliciter. iō in Baroco non p̄t probari per conuerſionē. Sed p̄bat̄ur per impoſſibile capiendo contradictorium ſuæ cōcluſionis cum maiore, inferendo contradictorium minoris in Barbara, & ſic reducitur ad ipſū per impoſſibile.

Quid ſit per impoſſibile redu-

Quarto ſciendum, ꝙ reducere vnū modum ad aliū per impoſſibile, eſt ex oppoſito concluſionis, cū vna pręmiſſarum,inferre oppoſitum alterius præmiſſæ per q̄ reductionem oſtēdit̄ bonitas conſeqūtiæ ſyllogiſmi prius facti per hoc, ꝙ ex oppoſito conſequentis eius infertur oppoſitum ſui antecedētis,& ad reducendum per impoſſibile modos ſcdę figuræ ad primū, oportet capere oppoſitū concluſionis cū maiore,eo ꝙ idem ſubjcitur in maiore, & prædicatur in concluſione,& ēt in oppoſito concluſionis qa oppoſita ſunt eiuſdem ſubi,& eiuſdem p̄dicati,& illud ꝙ ſubjcit̄ in maiore , & prædicat̄ in oppoſito concluſionis, eſt maior extremitas,q̄ ſit mediū primę figuræ, & per hoc habetur diſpoſitio primę figuræ,qua habita oportet videre quales, & quantæ ſunt maior p̄miſſa,& oppoſitum cōcluſionis ad ſciendū adq; modū primæ figurę ſit reductio. & ſi velimus reducere modos ſcæ figurę ad tertiū per impoſſibile, oportet capere oppoſitum concluſionis cū minori,qa idē ſubjcit̄ in vtraq; & minor dēt poni loco maioris,eo ꝙ in ipſa maior extremitas prædicatur.ſ.illud,ꝙ erat medium in ſecunda figura,& debet inferri oppoſitum maioris. vnde verſus.

D Dicere in ſecunda figura.

E

Not. regulam.

Seruat maiorē variatq; ſcđa minorē: Tertia maiorem variat ſeruando minorem.

Et habita tali diſpoſitione figurę ad ſciēdū ad quē modū ſit reductio, oportet videre quō diſponūt̄ i qualitate, & F quātitate minor,& oppoſitū cōcluſionis. & per hoc p̄ſſt reduci oēs modi ſecundæ figuræ ad modos tertiæ,& probari per ipſos,ſi quis concedat modos tertię figuræ & non modo ſecundæ.& per hoc patent 4. modi ſecūdæ figurę.

Argum.

Sed contra p̄dicta arguit̄ primo ſic: Quia non ſequit̄,nullū dextrū eſt ſiniſtrū,cuiuſlibet hoīs oculus eſt ſiniſter, ergo nullius hoīs oculus eſt dexter,qa antecedens pōteſſe verū,conſequente exiſtēte falſo, & tm̄ ibi arguitur in Ceſare,ergo in ipſo non eſt bona cōſequentia. Scđo ſic. Non ſequit̄,oē corruptū, vel mortuum eſt non ens, nullus hō eſt nō eſt, ergo nullus hō eſt corruptꝰ vel mortuus,& tm̄ ibi arguitur in Ca-

A meſtres,ergo in ipſo non eſt formalis cõſequẽtia. Tertio ſic. i Cameſtres medium nõ diſtribuit i maiore, quia eſt prædicatum propoſitionis affirmatiuæ,& tamen nõ diſtribuitur in minore,ergo ibi arguitur a nõ diſtributo ad diſtributum,& per cõſequẽs non eſt bona cõſequẽtia. Quarto ſic. Non ſequitur,nullum aial dum dormit vigilat,quidam homo vigilat, ergo quidam homo non eſt animal,& tamen ibi arguitur in Feſtino,ergo.

Quinto ſic. Non ſequiť ois homo currit. Adã nõ currit,ergo. Adã nõ eſt homo,& tñ ibi arguiť in Baroco,ergo in ipſo non eſt formalis conſequentia.

Solutio. Ad argumenta. Ad primum dr̃ quod in iſto ſyllogiſmo oculus non diſtribuiť in minori,& tamẽ diſtribuitur in concluſione per illã regulã, quod diſtributio affirmatiua i obliquo,nõ diſtribuit terminum in recto ſequentem. Sed diſtributio negatiua in obliquo bene diſtri-

B buit rectum ſequentem ipſã.ideo dicẽdo,nullus hois oculus eſt dexter ibi diſtribuitur oculus,& ſic arguiť a non diſtributio ad deſtributũ,ſed dẽret ſic cõcludi,ergo cuiuslibet hois oculus non eſt dexter,quia ocul' ibi non diſtribuiť.

Regula de diſtributione

Ad ſm dr̃,quod ibi arguitur à minus amplo ad magis amplũ cũ diſtributione magis ampli ex parte hois,quia i minore ſolũ ſtat pro pñſentib.& in cõcluſione diſtribuiť pro prẹſẽtib.& præteritis ad quos ampliatur per prẹteritum participij.

C Ad tertium dr̃, quod in illo ſyllogiſmo nõ arguitur ad medium inferendo ipſum de aliquo,vel aliquid de ipſo, quia non poniť in concluſione, ſed ſolum arguitur ad extremitates. iõ quis diſtribuatur in ſecunda præmiſſa, & nõ in prima,non propter hoc arguitur a non diſtributo ad diſtributũ. Ad quartum dr̃, quod illa, nullum aial dum dormit vigilat pt eſſe tẽporalis, & ſic eſt vera, ſed tunc ex ipſa non fit ſyllogiſmus categoricus, vel põt eſſe categorica,& hoc eſt dupliciter quia vel illa determinatio,dũ dormit,fertur ad ſubiectum,& tunc ibi bene arguiť,ſed ſicut concluſio eſt falſa,ita & maior,quia ſenſus eſt,de quocunq. verũ eſt dicere, quod

D eſt aial dũ dormit,verũ eſt dicere,quod nõ vigilat,& hoc eſt falsũ,vel pt ferri ad pdicatũ,& ſic maior eſt vera ſed male ſumiť minor,ſed ſic dẽt accipi,quidã hõ vigilat dum dormit,quia illa determinatio dũ dormit ponebať ad mediũ i maiore pmiſſa,& ſic minor erit falſa ſicut concluſio. Ad quintũ dr̃, quod hõ in maiori ſolum diſtribuiť pro prẹſẽtib. ad quos reſtringiť per hoc verbũ currit,& in concluſione diſtribuiť tã pro pñſentib quam non præſentib. ideo ibi non bene arguitur.

De tertia figura regulis, ac numero modorum.

Sequitur de tertia figura. Cuius tales dantur regulæ. In tertia figura minori exiſtẽte negatiua nihil ſequitur. Itẽ in tertia figura concluſio debet eſſe particularis. Tertia figura ſex habet modos.

E Poſtquam auctor determinauit de duab. figuris.ſ.de prima,& ſcda, hic conſequenter determinat de tertia propter cãm prius dictam. Et eſt tertia figura ordinatio triũ terminorũ, in qua medium ſubijciť vtriq. ex tremorũ, & in tali ordinatione mediũ eſt vltimus termin' poſitione, eo quod ſubijcitur vtriq. extremitati,& ſm rationem ſubiectũ, eſt poſterius prædicato. Sed minor extremitas eſt medium poſitione, quia poniť ſupra mediũ cum de ipſa prædicetur in minori,& ſub maiori extremitate,cum ſubijciatur concluſione Maior vero extremitas eſt primus terminus poſitione,quia ponitur ſupra mediũ,cũ prẹdicet in maiori,& ſupra minorem extremitatẽ, cum prædicať in concluſione,& per hoc patet qualiter ordinantur termini in tertia figura.

Diſpoſitio terminorũ in tertia figura.

F

Primo ſciendũ,quod pro ſyllogiſmis tertiæ figuræ ponunť duæ regulæ, quarum prima eſt quod i tertia figura minore exiſtẽte negatiua nihil ſequiť cuius rõ eſt,quia ſi minor eſſet negatiua oporteret maiorem eſſe affirmatiuam quia ex puris negatiuis nihil ſequiť,& con-

Primæ regulę intellect'.

A cōcluſionē eſſe negatiuā, qa ſi aliqua ꝑmiſſa. ū fuerit negatiua concluſio erit negatiua, ergo maior extremitas nō diſtribueretur in maiore, cū eſſet prædicatū ꝓpoſitionis affirmatiuæ, tñ diſtribueretur in cōcluſione, cū eſſet ꝑdicatū propoſitionis negatiuæ, ergo ibi argueret a non diſtributo ad diſtributū, quare antecedens poteſt eſſe verū conſequēte exiſtēte falſo. Et etiam ibi eſſent reperibiles termini in quib. omni, vt animal, homo, equus, arguendo ſic, omnis homo eſt animal, nullus homo eſt equus, cū quib. ſtat iſta de omni, omnis equus eſt animal. Et etiam termini in quib. nulli, vt aīal, homo, lapis, B ſic arguendo, omnis homo eſt aīal, nullus homo eſt lapis, cū iſtis pręmiſſis ſtat iſta de nullo, nullus lapis eſt animal, ergo iſta combinatio, in qua ponitur minor negatiua in tertia figura eſt inutilis, & hæc eſt generalis probatio ad oſtendendum combinationes inutiles nihil concludere.

Regulæ reperiēdi terminus ī qb. oī, & in quibus nulli.

Scđo ſciēdū, ꝙ termini in quib. oī, ſunt tres termini in quib. in aliqua cōbinatione fiūt duæ ꝑmiſſę cū quib. ſtat in veritate vna vniuerſalis affirmatiua compoſita ex extremitib. illarū ꝑmiſſarū. Sed termini in qb. nulli ſunt tres termini, ex qb. in aliqua combinatione diſponūtur duæ præmiſſæ veræ, cū C qb. ſtat ī veritate vna vniuerſalis negatiua cōpoſita ex extremis illarū ꝑmiſſarū, ſicut patet in repertione iā facta terminorū in quib. oī. & in quib. nulli. Et ad faciliter reperiendum eos ad quamlibet combinationē inutilē ponuntur tres regulę. Prima eſt, quod accipiēdi ſunt duo termini deſperati, cū ſuo ſuperiori, vt duæ ſpecies cū ſuo genere, vt homo, aſin⁹, animal. Secūda regula eſt, quod accipiendi ſunt duo termini de ſe adinuicē verificabiles ſiue conuertibiliter, ſiue nō, cum extraneo ad vtrūque, vt homo riſibile, lapis vel homo, animal, lapis. Tertia regula eſt, ꝙ accipiendi ſunt duo termini de ſe inuicē verificabiles, ſiue conuertibiliter, ſiue, non cum ſuperiore ad vtrunque, vt homo riſibile, ſubſtātia, vel homo, D animal, ſubſtantia. & per has tres regulas cuicunque prædicamento applicetur faciliter reperiētur termini in quibus omni, & in quibus nulli ad quamlibet combinationem inutilem.

Tertio ſciēdū, ꝙ combinatio in qua ſimul reperiunť termini in quib. omni & in qb. nulli, non infert formałr aliq̄ concluſionē quod ſic ꝓbatur, quia, ſi dicať, ꝙ in tali cōbinatione ſequiť aliqua concluſio formałr, vt puta vniuerſalis affirmatiua terminis ī quib. omni arguiť ſic Quicquid ſequitur formałr in aliqua diſpoſitione, ſp ſequitur ī oībus terminis, ergo ſi ſequatur in tali combinatione vniuerſalis affirmatiua E concluſio ꝑ aduerſariū, tūc illa ſequiť in omnib. alijs terminis in tali diſpoſitione, ergo illa ſequitur acceptis terminis in quib. nulli, & vltra, in illa combinatione antecedēs eſt verū, ergo conſequens verū, qa ex vero non ſequiť niſi verū, ergo in terminis in quib nulli vniuerſalis affirmatiua concluſio ſtabit in veritate cū duab. ꝑmiſſis, & etiā vniuerſalis negatiua de nullo facta ex eiſdem terminis, & illæ duæ erunt contrariæ, ergo duæ contrarię, ex quibus ſequuntur duæ contradictorię, ſtabunt ſimul in veritate, quod eſt impoſſibile. Et ſic duceretur aliquis ad contradictoria, dum diceret combinationem F valere, in qua reperiuntur ſimul termini in quibus omni, & in quibus nulli.

Secūdū regule ī tectelſ.

Quarto ſciendū, ꝙ ſcđa regula eſt, ꝙ in tertia figura non concluditur niſi particulariter. cuius rō eſt, qa, ſi ibi cōcluderetur vſlr. argueretur a non diſtributo ad diſtributū ex parte minoris extremitatis, q̄ nunq̄ diſtribueretť ī minorē ꝑmiſſā, cū ſit prædicatū ꝓpoſitionis affirmatiuæ, qa oportet ſp minorē eſſe affirmatiuam, vt dictum eſt, & tñ diſtribueretur in concluſione, cum eſſet ſubiectum propoſitionis vniuerſalis. Item ſuperiora vniuntur in inferiori particulariter tātum, & non vniuerſaliter, ſed mediū tertiæ figuræ eſt inferius ad ambas extremitates, ergo ex-

A tremitates per ipſum ſolum vniuntur particulariter,& ex tali medio nõ poteſt concludi vniuerſaliter.

Argum. Sed contra prędicta arguit primo ſic. Fruſtra fit p plura,qđ põt fieri per pauciora,ſed q̃libet cõcluſio ſufficiẽter cõcludi põt per primã & ſecũdã figurã, ergo tertia figura ſuperfluit,& non eſt ponenda. Scđo ſic.Oẽ mediũ alicuius ſyllogiſmi eſt vnitiuũ extremitatũ ei⁹, ſed illud,qđ ſubijcit vtriq; extremorũ non eſt vnitiuũ reſpectu ipſorũ, qa ſe habet p modũ materiæ,& materia nõ eſt vnitiua,ſed vnit p formã,ergo male dr,ꝙ mediũ tertiæ figuræ ſubijcitur vtriq.extremorũ.Tertio ſic.Oẽs ꝓmiſ-
B ſæ,inferẽtes aliq̃ concluſionẽ tranſpoſitæ adhuc inferũt illã concluſionẽ,ergo ꝓmiſſæ de Felapton trãſpoſitæ inferre poſſunt particularẽ negatiuã,ergo minore exiſtẽte negatiua iu tertia figura aliqd ſequitur.Quarto ſic.Bñ ſequit,oẽ rõnale currit, oẽ rationale eſt homo,ergo oĩs currit,quia ex oppoſito conſequẽtis ſeqtur oppoſitũ antecedẽtis, ergo in tertia figura põt concludi vniuerſaliter.Quinto ſic.In oĩ mõ ſyllogiſmi põt eſſe vniuerſalis affirmatiua concluſio,& vniuerſalis negatiua, ergo in oĩ modo ſũt repetibiles termini,in quib.oĩ,& in quibus nulli,& tñ non eſt combinatio inutilis,ergo non omnis combinatio in qua poſſunt re-
C periri tales termini eſt inutilis.

Solutio. Nota reſponſionem.

Ad argumẽta.Ad primũ dr, ꝙ licet q̃libet concluſio in ſpẽ poſſet ſufficienter cõcludi in prima figura,& ſcđa,nõ tñ oib.modis,qb.q̃libet concluſio concludi põt, iõ illę figuræ ſufficiũt quãtũ ad numerũ cõcluſionũ, ſed non qm̃ ad numerũ modorũ concludendi. Ad ſm dr,ꝙ licet inferius,i eo quod ſubijcitur extremis,hẽat modũ materiæ, non tñ in quantum vnit, & continet ſua ſuperiora in ſe actualiter, ſed ſe habet per modũ totius reſpectu ipſorũ,& ſic per modum formæ,& hoc modo bene eſt vnitiuum ſuorũ extremorũ, q̃ ſunt ſuperiora ipſius, licet particulariter tm̃. Ad tertiũ dr,ꝙ licet præmiſſæ de Fela-
D pton trãſpoſitæ inferãt particularẽ negatiuã concluſionem indirecte, nõ tñ directe, & hoc modo intelligitur iſta maior,quod oẽs ꝓmiſſę inferentes aliq̃ concluſionem qñ trãſponũtur, inferũt eãdem indirecte. Ad quartũ dr, quod licet ibi ſequat concluſio vniuerſalis gratia materię, non tñ formaliter, qa non tenet in omnibus terminis conſimili forma arguendi retenta. Ad quintum dr,ꝙ licet in quolibet modo ex extremis ſyllogiſmi facti poſſit fieri vniuerſalis affirmatiua, & vniuerſalis negatiua,tñ ille nõ ſtabunt ſimul in veritate cum ꝓmiſſis compoſitis ex eiſdẽ terminis, & hoc requiritur ad terminos in quib. omni, & in quibus nulli.

De duobus huius figuræ modis vniuerſalibus Darapti,ac Felapton. E

Darapti.Primus modus conſtat ex vniuerſali affirmatiua maiori, et vniuerſali affirmatiua minori, particularem affirmatiuam directe concludentibus,vt Daraptĩ

Omni homo eſt ſubſtantia.
Omni homo eſt animal, ergo,
Quoddã animal eſt ſubſtantia.

Et reducit de tertiũ modũ primæ figurę minori cõuerſa p accidẽs.

Felaptõ.Secũdus modus cõſtat ex vniuerſali negatiua maiori, & vniuerſali affirmatiua minori,particularem negatiuam directe concludentibus, vt Felaptõ F

Nullus homo eſt lapis.
Omnis homo eſt animal, ergo
Quoddã animal non eſt lapis.

Et redducitur, ad quartum modũ primæ figuræ, minori conuerſa per accidens.

Poſtquam Auctor oſtẽdit,q̃ eſt tertia figura,& poſuit regulas eius,hic cõſequenter determinat de modis ipſius, & antequam in ſpãli de ipſis determinet enumerat eos in gñali dicẽs, quod tertia figura ſex hẽt modus.ſ.Darapti, Fela- Quinq; tantum huius figuræ modi.

A Felaptõ, Diſamis, Dariſi, Bocardo, & e i ſon, quorũ ſit habẽt ſufficientia q̃ dõis ·nod⁹ tertiæ figuræ eſt ordinatio dua- ũ ·pmiſſarũ, in quib. mediũ ſp ſubijcitur, vel ergo ambæ pmiſſ e ſũt vl'es, vel ambæ particulares, vel maior vniuerſalis, & minor particularis, & e cõtra. Si ambæ ſunt vniuerſales, hoc eſt quadrupliciter vel ambæ ſunt affirmatiuæ, & ſic eſt Darapti, vel ambæ negatiuæ, & ſic nihil ſeqtur, vel maiorẽ affirmatiua, et minor negatiua, & ſic iterũ nihil ſeqt propter primã regulã huius figuræ, vel e cõtra, maior ẽ negatiua, & minor affirmatiua. & ſic eſt Felapton. Sed ſi ambę

B ſint particulares, hoc põt eſſe quadrupliciter, & quocunq. mõ diſponanť nihil ſeqť. Si vero maior ſit vniuerſalis, & minor particularis, hoc eſt quadrupliciter, vel ambæ ſunt affirmatiuæ, & tũc eſt Datiſi, vel ambæ negatiuæ, & ſic nihil ſeqtur, vel maior affirmatiua, & minor negatiua, & iterũ nihil ſequiť, vel econtra, maior negatiua, & minor affirmatiua, & ſic eſt Feriſon. Si vero maior ſit particularis, & minor vl'is, hoc eſt quadrupliciter, quia vel ambæ

C ſunt affirmatiuę, & ſic eſt Diſamis, vel ambæ negatiuæ, & ſic nihil ſeqtur, vel maior affirmatiua, & minor negatiua, & ſic iterũ nihil ſequiť, vel ecõtra, maior negatiua, & minor affirmatiua, & ſic eſt Bocardo. Et ſic in tertia figura ſunt ſex decim combinationes, quarũ decẽ ſũt inutiles, & ſex vtiles, & per cõſequens tantum ſunt ſex modi eius.

Primo ſciendum, q̃ Darapti primus modus cõſtat ex duabus vl'ibus affirmatiuis, particularẽ affirmatiuã concludẽdo. Et põt iſte modus tripliciter probari ſ. per cõuerſionẽ, per impoſſibile, per ſyllogiſmum expoſitorũ. Vnde per conuerſionem probatur, ipſũ reducendo ad Darij, quia minore de Darapti conuerſa p accidens ad præmiſſas eius ſequuntur præmiſſæ de Darij, & ad illas pmiſſas ſequitur concluſio particularis affirmatiua, ergo eadẽ ſequiť ad pmiſſas de Darapti, & per impoſſibile, probatur reducendo ipſum ad Celarent,

Mod⁹ arguẽdi in Darapti et ei⁹ triplex p̃batio.

D e piẽdo contradictorium concluſionis eius p maiore; et minorẽ; loco minoris inferẽdo cõtrariũ maioris i Celarẽt, & ex cõſequenti contradictoriũ, põt ẽt reduci ad Ceſare, capiẽdo contradictoriũ ſuæ cõcluſionis p maiore, & minorẽ p minore inferẽdo cõtrariũ minoris. Sed p ſyllogiſmũ expoſitorũ ſic p̃bať, qa ſi iſtæ pręmiſſę ſunt verę, õis hõ eſt aïal, õis hõ eſt riſibilis, de aliquo ſingulari hoïe verificabũt aïal, & riſibile ſigneť, ergo illud ſingulare, & ſic So. Tunc arguitur ſic expoſitorie. So. eſt aïal, Soc. eſt riſibilis, ergo quoddã riſibile ẽ aïal. Iſtę pmiſſę ſingulares ſequuntur ad pmiſſas de Darapti, & ad iſtas præmiſſas ſingulares ſequitur particularis affirmatiua concluſio, ergo eadem ſequi-

E tur in Darapti, quia quicquid ſequitur ad conſequens bonę conſequentiæ ſequitur ad antecedens eius.

Secundo ſciendũ, q̃ ſollogiſmus expoſitorius eſt cuius mediũ eſt ſingulare ſingulariter tm̃. Et de ipſo nõ determinat Auctor, quia talis deductio eſt ſm̃ ſeſum manifeſta, & valet ſyllogiſmus expoſitorius affirmatiuus in qualibet figura, ſed negatiuus nõ valet in ſcđa figura, qa vel maior eſſe affirmatiua vel minor, & vtroq. mõ cõcluſio eſſet negatiua, & ſic cũ maior eſſet particularis ſp argueret a nõ diſtributo ad diſtributũ ex parte maioris extremitatis, q̃ non deſtribueret in maiore, & tñ

F deſtribueret i cõcluſione, vt dicẽdo ſic quoddã aïal nõ Soc. quidã hõ eſt So. ergo qdã hõ nõ eſt aïal, ſed talis ſyllogiſmus negatiu⁹ valet in prima figura, & in tertia, poſita maiore negatiua, & minore affirmatiua, vt poſſet videri per exẽpla, ſed nõ valet ecõtra poſita minore negatiua, qa tũc argueret a nõ diſtributo ad diſtributũ ex parte maioris extremi. Tertio ſciẽdũ, q̃ Felapton ſecundus modus conſtat ex maiori vniuerſali negatiua, minori vniuerſali affirmatiua, particularem negatiuam concludẽdo. & reducitur ad Ferio minore cõuerſa per accidens, & per hoc põt probari cõſequẽtia eius, ſicut p̃bata fuit in

Syllogiſmus expoſitorius.

Modus arguẽdi in Felapton.

A primo modo,& per impoſibilē reducitur ad Barbara,capiendo cōtradictoriū ſuæ concluſionis pro maiore, ſeruando minorē,& inferēdo oppoſitū contrariū maioris, & ex conſequenti contradictoriū.pōt ēt reduci ad Cameſtres in ſcd̄a figura,capiendo contradictoriū concluſionis ꝓ maiore,& maiorē ꝓ minore, inferendo oppoſitum cōtrarium minoris,& ex conſequēti contradictorium. Pōt ēt probari iſte ſyllogiſmus per ſyllogiſmum expoſitorium,capiendo vnū ſingulare ſub medio eius, de quo negatur maior extremitas. & affirmetur minor,& deinde inferatur particularis negatiua concluſio,ſicut factum eſt in Darapti de particulari affirmatiua.

B Quarto ſciendum,ꝙ reducendo modos tertiæ figuræ ad modos primæ per conuerſionem oportet illā præmiſſam conuerti,q̄ fit minor in prima figura,et non dēt conuerti illa,q̄ fit maior. Cuius rō eſt,q̄a in tertia figura ſp mediū ſubijcitur,ergo ad hoc ꝙ idē mediū ſubijciatur in maiori p̄miſſa primæ figuræ, illa p̄miſſa non debet conuerti,ſed ad hoc, qd̄ prędicetur in minori oportet,quod illa conuertatur.non eſt tn̄ intelligēdū, ꝙ ſp illa, quę eſt minor in tertia figura conuertatur,quia in Diſamis non conuertitur minor,ſed maior, ſed intelligēdum eſt de illa,quę fit minor in ſyllogiſmo primę figurę,& per hoc patent illi duo modi vniuerſales tertiæ figurę.

Nō.regulā ꝓ reductione modorum huius figuræ ad primā.

Argum. C Sed contra prędicta arguitur primo ſic.In ſecunda figura ſunt tantum quatuor modi,ſed tertia figura eſt imperfectior ſecunda, ergo non habet plures modos,quam ſecunda,ergo male ponūtur ſex modi eius. Secundo ſic.Non ſequitur in Darapti. Omnis homo eſt albus,omnis homo inquātum homo eſt riſibilis,ergo quoddam riſibile inquantum homo eſt album,ergo in Darapti non eſt bona conſequentia.

Tertio ſic. Modi perfectiores non reducuntur ad modos imperfectiores,ſed oēs modi vniuerſales ſunt perfectiores particularibus, ergo Darapti eſt ꝑfectior,quam Darij,& per conſequens non reducitur. Quarto ſic.Non ſequitur, D nullus homo eſt genus ; omnis homo eſt anial,ergo aial non eſt genus,& tn̄ arguitur in Felaptō,ergo.Quinto ſic. Daťiſi,& Diſamis reducuntur ad Darij,et Felapton ad Ferio , ergo illi modi debent præcedere Felapton, & per conſequens Felapton male ponitur ſecundus modus.

Ad argumenta.Ad primum dr̄ ꝙ licet tertia figura hēat plures modos, q̄ ſecūda, nō tn̄ ꝓp hoc eſt perfectior ſecunda, q̄a vna figura nō dr̄ perfectior alia propter maiorem pluralitatē modorum eius,ſed q̄a habet perfectiorem modum concludendi,vnde,quia tertia figura hēt imperfectiorem modum cōcludendi,ideo poteſt plurib.modis cōcludere,q̄ ſcd̄a,quia plurib. modis pōt fieri imperfectū q̄ perfectū. Ad ſm̄ dicitur,quod ibi male concludit, quia illa duplicatio non debet poni in concluſione, ſic ꝙ feratur ad prædicatum vel copulam,quia in p̄miſſis non ferebatur ad maiorem extremitatē, ſed debet relinqui, uel ſolum poni cum implicatione ad ſubiectū concluſionis,vt dicēdo, ergo aliquod,quod eſt riſibile inquātū eſt homo,eſt album. Ad tertiū dicitur, ꝙ licet modi vniuerſales ſint perfectiores particularibus in eadē figura, & inter directe concludentes, non tn̄ ſēper in diuerſis figuris,ideo Darapti non eſt perfectior modus q̄ Darij ratione figurę. Ad quartum dr̄,ꝙ animal non tenetur ibi eodē mō in minore, & concluſione,q̄a in minore tenetur pro natura accepta concretiue per reſpectum ad ſuppoſita in concluſione vero ꝓ natura ſecundū ſe acceptā cum præciſione ſuppoſitorum , prout ſibi attribuitur hæc ſecundæ intentio genus.

Solutiones. Vna figura alia pfectior in mō concludendi.

E

F

Ad quintum dicitur, ꝙ iſti modi nō ordinantur ſecundum ordinem modorum primæ figuræ.ad quos reducunť, ſed ordinātur inter ſe penes vniuerſale & particulare, affimatiuum,negatiuū, ſicut Darapti & Felaton. quia ſunt modi vniuerſales,& præcedūt quatuor ſequentes, qui ſunt modi particulares.

De

A

De quatuor huius figurę modis particularibus Diſamis, Datiſi, Bocardo, Feriſon.

Diſamis. Diſamis. Tertius modus conſtat ex particulari affirmatiua maiori, & vniuerſali affirmatiua minori, particularem affirmatiuam directè concludentibus: vt,

Quidam homo eſt ſubſtantia.
Omnis homo eſt animal, ergo
Quoddam aĩal eſt ſubſtantia.

Et reducitur ad tertium modũ primæ figuræ minori, & concluſione conuerſis ſimpliciter, & per B tranſpoſitionem pręmiſſarum.

Datiſi. Datiſi. Quartus modus cõſtat ex vl̃i affirmatiua maiori, & particulari affirmatiua minori, particularem affirmatiuam directè concludentibus vt

Omnis homo eſt ſubſtantia,
Quoddã homo eſt animal, ergo
Quidam animal eſt ſubſtantia,

Et reducitur ad tertiũ modũ primæ figurę minori cõuerſa ſimpl̃r.

Bocardo. Bocardo. quintus modus cõſtat ex maiori particulari negatiua, & minori vniuerſali affirmatiua, particularem negatiuam directe con C cludentibus: vt,

Quidam homo non eſt lapis.
Omnis homo eſt animal, ergo
Quoddam animal nõ eſt lapis.

Et reducitur ad primũ modum primæ figuræ per impoſſibile, ſumatur.ſ.n. oppoſitũ contradictoriũ concluſionis cum altera p̃miſſarũ & inferatur oppoſitum alterius p̃miſſæ. vt oẽ animal eſt lapis, omnis homo eſt aĩal, ergo omnis homo eſt lapis. hæc aũt concluſio facta per impoſſibile in primo modo primæ figuræ, contradicit maiori. Quinti ſcilicet tertiæ figuræ.

Feriſon. Sextus modus cõſtat ex D maiori vniuerſali negatiua, & minori particulari affirmatiua, particularem negatiuam directè concludentibus, vt

Nullus homo eſt lapis:
Quidam homo eſt animal ergo
Quoddã animal, non eſt lapis.

Et reducitur ad quartum modum primæ figurę minori conuerſa ſimpliciter.

Modus arguẽdi in Diſamis, & eius probatio.

Poſtq̃ determinatũ eſt de modis vl̃ibus tertiæ figuræ, hic conſequenter determinat Auctor de modis particularibus eius, & primo de modis affirmatiuis, ſcd̃o de negatiuis, & inter affirmatiuos prĩo determinat de Diſamis dicens, quod Diſamis tertius modus conſtat ex maiore particulari affirmatiua, E & minore vl̃i affirmatiua, particularẽ affirmatiuam concludentib. vt patet in exẽplo textus. Et reducit̃ ad Darij per conuerſionẽ ſimplicẽ maioris, & concluſionis, & p tranſpoſitionẽ p̃miſſarũ, & per hoc ꝓbat̃ bonitas conſequentiæ eius. Scd̃o ꝓbat̃ conſequẽtia huius ſyllogiſmi per ſyllogiſmum expoſitoriũ, quia ex iſtis p̃miſſis, quidam homo eſt ſub̃a, omnis homo eſt aĩal, ſequitur ꝙ de aliquo ſingulari homine verificabuntur ſub̃a, & aĩal, tunc ſignetur, illud ſingularẽ, & ſit Socrates, & arguit̃ ſic. Socrates eſt ſubſtantia, Socrates eſt aĩal, ergo quoddam aĩal eſt ſubſtantia, pręmiſſæ huius ſyllogiſmi expoſitorij ſequuntur ad pręmiſſas de Diſamis, & ad iſtas F præmiſſas ſequitur particularis affirmatiua concluſio, ergo eadem ſequitur ad præmiſſas de Diſamis. Tertio poteſt probari per impoſſibile, & reducitur ad Celarẽt, capiẽdo oppoſitum concluſionis cum minore, inferendo contradictorum maioris, & in ſcd̃a figura reducit̃ ad feſtino accipiendo oppoſitum contradictorium concluſionis de Diſamis, cum maiore poſita loco minoris, inferẽdo contradictorium ſuæ minoris.

Primũ ſciendum eſt, ꝙ reducendo modos tertię figurę ad primã per impoſſibile

 bile

A bile ſp oportet accipere oppoſitum cō cluſionis ꝓ maiore, & minorē ꝓ minore, primæ figuræ inferēdo oppoſitū minoris. Cuius rō eſt, qa idē ſubijcit in concluſione ſyllogiſmi tertiæ figuræ. & in oppoſito concluſionis, & ꝑdicat in minore, ſ. minor extremitas, ideo capiēdo oppoſitum concluſionis, cum minore habet diſpoſitio primæ figuræ, & valet ad inferendum oppoſitū maioris. Iō reducere ꝑ impoſſibile in tertia figura, ē ex oppoſito concluſionis cū minore inferre oppoſitum maioris, & acceptis illis ꝓpoſitionib. ad videndum ad quē modū fit reductio oportet videre quō oppoſitum concluſionis, & minor ordinant in debita qualitate, & quantitate.

Regula de reductione horum modorum plurimum neceſſaria.

B Sed ad reducēdum modos tertiæ figuræ ad ſcdm oportet capere oppoſitū cōcluſionis ꝓ maiore, poſita maiore loco minoris. Rō primi eſt, qa idē ꝑdicat in oppoſito concluſionis, & in maiore in tertia figura; ideo acceptis illis ꝓpoſitionibus habet diſpoſitio ſcdæ figuræ, ſed rō ſecūdi eſt, quare. ſ. maior debet poni loco minoris, qa ad directe concludēdum in ſecunda figura, oportet qđ idem ſubijciat in concluſione, & in minore ꝓpoſitione. ſ. minor extremitas, & in tertia figura idem ſubijcit in maiore, & in oppoſito minoris quod debet inferri ꝓ concluſione in ſecunda figura. Et ad ſciēdum ad quem modum fit reductio, C cognoſci poteſt, vt prius dictum eſt.

Secundo ſciendum, quod quartus modus tertiæ figuræ, ſ. Datiſi conſtat ex vniuerſali affirmatiua maiore, particulari affirmatiua minore, particularem affirmatiuam concludēnib. & poteſt ꝓbari tripſr, ſ. per conuerſionē, per expoſitionē, & per reductionem, per impoſſibile ꝓbando ipſum per conuerſionem reducitur ad Darij minore de Datiſi cōuerſa ſimpſr, & per ſyllogiſmum expoſitorium poſſet ꝓbari eodem modo ſicut ꝓcedens. capiendo vnum ſingulare ſub medio, de quo verificent ambę extremitates, ſed per impoſſibile poteſt ꝓbari reducendo ipſum ad Ferio in prima figura, capiēdo oppoſitum concluſionis

Modus arguendi in Datiſi, & eius reductio.

cum minore, inferēdo cōtradictorium maiori, & in ſcda figura reducit ad Ceſare. Capiēdo contradictoriū ſuæ cōcluſionis & maiorē poſita loco minoris inferēdo contradictoriū ſuæ minoris. Tertio ſciendū q Bocardo quintus mod⁹ cōſtat ex particulari negatiua maiori, & vli affirmatiua minore. particularē negatiua concludē. ib. & non ꝓbat per cōuerſione reducendo ipſū ad aliquē modum primę figu. c pp cādē rationem, ſicut prius dictū eſt de Bocardo. Sed pōt ꝓbari per ſyllogiſmum expoſitoriū negatiuum, capiendo vnum ſuppoſitum, medij. de quo neget maior extremitas, & verificet minor in qua diſpoſitione ſequet particularis negatiua concluſio. Et ipſum ꝓbādo ꝑ impoſſibile reducit ad primum modum primæ figuræ, capiendo contradictoriū ſuæ cōcluſionis cū minore inferēdo cōtradictoriū maioris, & in ſcda figura reducat ad Bocardo capiēdo contradictoriū ſuę concluſionis ꝓ maiore, & maiorē loco minoris inferēdo contradictorium ſuę minoris.

D

Modus arguendi in Bocardo et ei⁹ probatio.

E

Quarto ſciendum q Feriſon ſext⁹ modus conſtat ex vniuerſali negatiua maiore, particulari affirmatiua minori, particularem negatiuam concludentib. Et per conuerſionem reducit ad Ferio, ſua minore cōuerſa ſimpſ, & pōt ꝓbari per ſyllogiſmum expoſitorium, ſicut præcedentes modi, ſed per impoſſibile reducit ad Dari, capiendo contradictoriū ſuæ concluſionis cum minore, inferendo contradictorium maioris, & in ſcda figura reducitur ad Cameſtres, capiendo contradictorium ſuæ concluſionis, ꝓ maiore. & minorē ꝓ minore, iferendo contradictorium ſuę minoris, & per hoc ſatis patent formationes, & probationes modorum tertię figuræ.

Modus arguendi in Feriſon, et reductio.

F

Sed contra prædicta arguitur primo ſic. Non ſequitur, alicui homini ineſt ſanitas, omni homini ineſt albedo, ergo quædam albedo eſt ſanitas, vel cuidā albedini ineſt ſanitas, & tamen ibi arguit in Diſamis, ergo in eo non eſt bona cōſequentia. Secundo ſic. Non ſequitur, A quodam homine videtur equus ab oī

Argu.

homi-

A homine vt lapis ergo a quodã lapide videt̃ equ⁹, & tñ ibi arguit in Diſamis, ergo i ipſo non eſt formalis conſequentia Tertio ſic. Non ſeqtur oĩs hõ eſt nauis, aliqs hõ eſt naſcendus, ergo quoddã naſcendum eſt natum, & tñ ibi arguitur i Datiſi, ergo Quarto ſic Non ſeqtur, Socrates non eſt minor Socrate, totus Socrates eſt minor Socrate ergo aliqd minus Socrate non eſt min⁹ Socrate, & tñ arguit in Bocardo, ergo &c. Quinto arguitur ſic. Nõ ſequitur nullus hõ eſt ꝓprium, qdã hõ eſt riſibilis, ergo riſibile non eſt ꝓpriũ, & tñ ibi arguitur in Feriſon, ergo ibi non eſt bona conſequẽtia.

Solutio

B Ad argumẽta. Ad primum iſtorum dr̃ ꝙ ibi non bene arguitur in Diſamis qa male concluditur, ſed ſic dẽt concludi, al cui hoĩ ineſt ſanitas, oĩ hoĩ ineſt albedo. ergo alicui, cui ineſt albedo, ineſt ſanitas. Ad ſcd̃m dr̃, ꝙ ibi ſimiliter non bñ cõcludit̃, ſed dẽt ſic concludi, ergo a quo vt lapis, vr̃ equus. Ad tertium dr̃, quod ibi nõ bñ arguitur in Datiſi, quia ibi fit variatio medij quantũ ad ſuppoſita pro qb. tenetur, quia hõ in maiore ſupponit pro præſentibus, & præteritis tantum, ad quos reſtringitur per illud præteritum, natus in minore vero ſupponit pro p̃ſentibus, & futuris ſolũ, ad quos reſtringitur per illud futurum

C naſcendus. Ad quartum dr̃ quod in illo ſyllogiſmo Socrates in maiore ſupponit p ipſo Soc. perfecto, in minore vero ſupponit ꝓ partib. integralib. eius, ad quas reſtringitũr per illud diſtributiuũ totus, ideo mediũ non tenet̃ ſimiliter ĩ maiore, & in minore, iõ nõ bñ arguit̃ ĩ Bocardo. Ad quintum dr̃, qđ riſibile, in prædicato minoris illi⁹ ſyllogiſmi tenetur concretiuè, & per reſpectum ad ſuũ ſubiectum, in concluſione vero tenetur quodammodo abſtractiuæ, & ſecundũ ſe eo, quod ſubijcitur reſpectu hui⁹ intentionis proprium, ideo non eſt ſimpliciter idem p̃dicatum minoris, & ſubiectum concluſionis nec bene arguitur in Feriſon, ſed ad bene arguendum ſic debet concludi, ergo aliquid riſibile non eſt proprium.

D

Nonnulla ad omnium prædictorum modorum intelligentiam traduntur principia quibus ad quam quiuis modorum figuram reducatur, & quomodo facilis eſt intellectus, & de terminis in quibus Omni, & in quibus Nulli.

Syllogiſmorum concludẽtium particularẽ negatiuã talis datur regula. Nullus ſyllogiſmus concludens particularem negatiuam indirectè poteſt eam concludere directè, & concludens directe non poteſt eam concludere indirectè. Item, prima figura concludit omnia genera propoſitionũ, ſ. vniuerſalem, particularem affirmatiuam, & negatiuam. Secunda figura cõcludit vniuerſalem negatiuam, & particularem negatiuam. Tertia concludit particularem affirmatiuam, & particularem negatiuam. Vnde verſus,

E

Omne genus claudit problematis prima figura.
Fitque negatiuè concluſio quæque ſecundæ.
Tertia concludit tantummodo particularem.
De modis omnium figurarum iſti ſunt verſus.

F

Barbara, Celarent, Darij, Ferio, Baralipet.
Celantes, Dabitis, Fapeſmo, Friſeſmo, deinde.
Ceſare, Cameſtres, Feſtino, Baroco, Darapti.
Flerapton, Diſamis, Datiſi, Bocardo, Feriſon

In his quatuor verſib. ſunt decem, & nouem dictiones, decẽ & nouẽ, modos trium figurarũ deſignãtes, ita qđ p primã dictionẽ intelligit̃ primus mod⁹ primæ figuræ, & per ſecundã ſecundus & ſic de alijs. Vnde primi duo verſus deſeruiũt mo

dis

Avt animali ad hominem pars ſubiectiua eſt quolibet īferius ſub toto uniuerſali, ut homo ad animal. Locus a toto uniuerſali ſiue a gn̄e eſt habitudo ipſius ad ſuā partē ſiue ad ſuā ſpeciē, & eſt ſemper deſtructiuus, ut lapis nō eſt animal, ergo lapis non eſt homo, Locus a gn̄e, maxime, Remoto gn̄e ſiue toto vniuerſali remouet ſpēs, ſiue pars ſubiectiua. Locus a ſpē ſiue a parte ſubiectiua eſt habitudo ipſius ad ſuū gen⁹, ſiue ad ſuū totū, & eſt ſp cōſtructiuus. Et cōtinet duo argumēta, duas maximas primo ſubijciēdo ſpēm affirmatiua, ut hō currit, ergo animal currit Loc⁹ a ſpē, ſiue a parte ſubiectiua maxima. Quicquid p̄dicatur de ſpecie ſeu parte ſubiectiue, hoc ēt prædicat de genere ſiue toto uniuerſali.

Secundo prędicādo ſpeciē affirmatiue, Soc. eſt hō, ergo Soc. eſt animal locus a ſpē, maxima, De quocūq; p̄dicatur ſpecies ſeu pars ſubiectiua, de eodem prædicatur genus ſeu totum uniuerſale.

Poſtquā determinatū eſt de loco a C ſubſtantia, hic conſequēter Auctor determinat de locis a concomitantib ſub ſtātiā. Vnde locus a concomitātib. ſubſtātiā, eſt qn̄ ſumitur argumētū ab his quæ conſequuntur terminos in qōne poſitos. Ponit autem octo ſpecies ſiue modos eius qui sūt locus a toto locus a parte, locus a cauſa, ab effectu, a generatione, a corruptione, ab vſibus, & locus a communiter accidentibus, & horum locorum differentiæ, & definitiones inferius ſatis patebūt. Et inter omnes iſtos locos Auctor prius determinant de loco a toto, & de loco a parte quodammodo coniunctim, quia vnus cognoſcitur per alium. Et quia non volemus bn̄ cognoſcere totum a toto in ſpāli, niſi cognoſceremꝰ ipſa tota, iō determinando de quolibet loco a toto, & a parte in ſpeciali ponit definitionis D cuiuslibet totius & a partis.

Locus a concomitantibus ſubſtantiam, & ſpecierum eius numerus.

Primo ſciendum, q̄ totum diuiditur per totum vniuerſale, integrale, in quā titate, in modo, in loco, & totum in tēpore quorū ſufficientia ſic habetur, qa oē totū continet ſub ſe aliquas partes, vel ergo continet ens in potētia tm̄ vel in actu, ſi primū hoc eſt dupliciter, uel dicit totā eſſentiā ſuæ partis, vel tm̄ partē illius eſſentiæ, ſi primū, ſic eſt totum vle, ſi ſecundum, ſic eſt totū in modo. Si uero continet ſuas partes in actu, hoc eſt dupliciter, vel tale ſumitur per modū vnius indiuiſi, & ſic eſt totū integrale, vel per modū vnius diuiſi & multiplicati per ſua inferiora, & hoc E dupliciter, quia rei importantur nominaliter, & ſic eſt totum in quantitate, vel aduerbialiter, & hoc dupliciter, qa vel habet parte in ſucceſſione, & ſic eſt totum tempore, vel permanētia, & ſic eſt totum in loco. Et, quia totū & pars opponuntur relatiue. Ideo tot ſunt modi partis, quod ſunt modi totius, & etiam quia locus a toto & a parte multiplicantur ſecundum diuiſionem totius & partis, ideo ſunt ſex loci a toto, & ſex a parte, inter quos Auctor prius determinat de loco a toto vniuerſali, ratione cuius primo ponit definitionem totius vniuerſalis. F

Totius multiplicitas, & oppoſitio.

Scd̄o ſciēdū, qd̄ totū vniuerſale eſt ſuperius eſſentiale alicuius inferioris & nō capitur hic ſuperius ſolū p gn̄e, & inferius p ſpē, q ordinātur, ſm ſuperius, & inferius in recta linea p̄dicamētali, ſed capit gn̄aliter ſuperius p quocūq; magis cōi, qd̄ p̄dicatur p modum gn̄is de plurib. inferiorib. ſiue illud ſuperius ſit ens reale, ſiue rōnis, ſiue ſit vniuocū, ſiue analogū. Et dr̄ tale ſuperius totū, eo qd̄ in ſuo ambitu cōtinet ſua inferiora tanq̄ partes, & dr̄ vniuerſale, eo q eſt vnū in multis. Sed pars ſubiecta eſt inferius alicuius ſuperiores ſicut eſt ſpecies reſpectu gn̄is, & indiuiduū reſpectu ſpēi, & gn̄aliter omne minus commune reſpectu magis. cōis, quòd de ipſo eſſentialiter prædicat. Et

Quid totum vniuerſale, & pars ſubiectiua.

A

Locus a toto vniuerſali, & modus arguendi in eo.

dicitur pars ſubiectiua, quia ponitur ſub ſuo toto in ordine ſubiectionis, & prædicationis.

Tertio ſciendum, ꝙ locus a toto vl'i eſt habitudo totius ad ſuã partem ſubiectiuam, & nõ tenet iſte locus conſtructiue.i.affirmatiue, cuius rõ eſt, quia totum vl'e cõius eſt ſua pte ſubiectiua. ĩõ non oportet, quod, ſi aliquid verificetur de eo ſm, ꝙ eſt in vna parte eius, ꝗ pp hoc verificetur de ipſo ſm ꝙ eſt in alijs partib. nec oportet, ſi ipſum verificetur de aliquo, ꝙ de ipſo uerificeť ſua pars ſubiectiua, vt non ſequitur, aſinus eſt animal, ergo aſinus eſt homo, q̃a de aliquo verificatur genus, non oportet de ipſo, & q̃libet ſpecierũ eius verificari

B

ĩõ non tenet iſte locus conſtructiue, ſed bene tenet deſtructiue.i negatiue, prædicando totum vl'e, vt bene ſequitur, lapis non eſt aĩal, ergo lapis non eſt hõ. Maxima eſt, a quocunq. remouetur totũ vniuerſale, & quælibet eius pars. Et rõ huius eſt, quia totum vl'e eſt cõmunis ſua parte ſubiectiua, & præſupponitur in qualibet eius parte, ergo ipſo remoto, remouentur omnes eius partes.

Modus arguendi a parte ſubiectiua ad ſuum totum.

Quarto ſciendũ, ꝙ locus a parte ſubiectiua, ſiue a ſpecie, eſt habitudo eius ad ſuum totũ, & nõ tenet iſte locus negatiue, quia ad negationẽ ſpẽi, ſiue minus cõis nõ ſequitur negatio gñis, ſiue magis cõis, q̃a ſpẽ deſtructa, genus põt remanere in alijs ſpecieb. Sed tenet af-

C

firmatiuè duob. modis. Primo modo ſubijciendo ſpẽm, vt homo currit, ergo animal currit. Vñ locus a ſpẽ, vel a parte ſubiectiua ad genus, ſiue ad ſuũ totum, tenet affirmatiua maxima, quicquid p̃dicatur de ſpecie, & de genere. Secundo prædicando eam affirmatiuè, vt Socra. eſt homo, ergo Soc. eſt animal maxima. De quocunq. prędicatur ſpecies, & ſuum genus. Et huius ratio eſt, quia genus, ſiue ſuperius eſſẽtiale, actu & intellectu continetur in ſuo inferiori, ĩõ quicquid prædicatur de inferiori, verificatur de ſuperiori, & de quocũq. verificatur inferius, & etiã ſuperius actualiter in eo contentum, & per hoc patent loci à toto vniuerſali, & a ſua parte ſubiectiua.

D

Argũ.

Contra prædicta arguit. Primo ſic. Superius eſſentiale eſt pars ſui inferioris, ſicut genus eſt pars ſpẽi, i. ergo tale ſuperius nõ eſt totũ vniuerſale, & ſic male definitur totũ vl'e. Secundo arguitur ſic. Quicquid prędicatur de ſuperiori pdicať de eius inferiori, vt patet per primã regulã ante prædicamentalẽ. ſ. Quãdo alterũ de altero predicatur &c. arguẽdo a ſuperiori ad inferius bene tenet locus conſtructiue. Tertio ſic Non ſequiť animal currit, ergo homo non currit, quieſcente aſino, & homine currente, antecedens erit verum, & conſequens falſum, & tamẽ arguitur de gñe ad ſpẽm negatiue, ergo iſte locus non tenet deſtructiue. Quarto ſic. Bene ſe-

E

quitur. homo non eſt alb. ergo aĩal nõ eſt falſum. q̃a ex oppoſito contradictorio conſequentis ſequitur oppoſitum añcedentis, vt oẽ aĩal eſt album, ergo omnis homo eſt albus, & tamen ibi arguitur a parte ſubiectiua ad ſuum totum deſtructiue, ergo iſte locus tenet deſtructiue. Quinto ſic. Non ſequitur Soc. incipit currere, ergo Socr incipit moueri. & tamen arguitur a ſpecie ad genus conſtructiue, ergo locus a ſpecie ad genus non tenet affirmatiuæ.

Solutio

Ad argumenta. Ad primũ dr, ſuperius eſſentiale acceptum vt cõtractũ eſt per ſuã driã ad ſua inferiora, bene eſt pars eſſentialis ipſorum, ſed ipſum ac-

F

Quæ hic dicũtur, hic quæ in huius regulæ expoſitione dixerat, conferas.

ceptũ in tota ſua cõitate excedit quodlibet ſuorum, & eſt totũ vl'e ipſorum. Ad ſm dr, ꝙ in prædicationibus eſſentialib. & per ſe, quicquid dr de ſuperiori, dr ẽt de eius inferiori per prædictam regolã, ſed in prædicatis accidentalib. hoc non opotet pp cãm prius dicta, ĩõ locus a gñe non tenet in oĩb. conſtructiue, & ſi in aliquis teneat. hoc nõ eſt gratia habitudinis generis in ſpecie ſed virtute alterius habitudinis, ſcilicet generis ad illud prædicatum, quod ſibi eſſentialiter conuenit. & ideo predicatur de ſuis inferioribus, in quib. ſuperius actualiter continetur. Ad tertium dr,

quod

A ꝙ ibi nõ arguit̃ deſtructiue a toto vli, eo ꝙ negatio non negat aial, ſed negat illud ꝑdicatũ, currit, de aiali particulari ter accepto, ideo ibi non arguitur negatiue, ſed affirmatiue, nec valet cõſequentia. Ad quartũ dr̃, ꝙ ibi arguit̃ affirmatiuæ, & non negatiuæ, quia ibi non negatur homo, ſed albũ de hoie ideo ibi nõ eſt bona cõſequentia a ſpecie ad genus negatiue. Ad quintum dr̃, ꝙ ibi arguitur a ſpecie ad genus negatiue, eo quòd incipit, importat negationem, vt patet in expoſitione eius tantum n. valet, So. incipit currere, ſicut Socrates nunc non currit, & immediate poſt hoc curret.

B *De toto integrali, & eius parte, & de locis ab illis ſumptis.*

Totum integrale eſt quod eſt cõpoſitũ ex partib. habẽtib. quãtitatẽ & pars eius dr̃ pars integralis. Loc⁹ a toto integrali eſt habitudo ipſius ad ſuam partẽ, & eſt ſp conſtructiuus, vt domus eſt, ergo paries eſt. Locus a toto integrali Maxima. Poſito toto integrali ponitur quælibet eius pars. Locus a parte integrali eſt habitudo ipſius ad ſuũ totũ & eſt deſtructiuus, vt paries non eſt, ergo domus non eſt. Locus a parte

C integrali maxima. Parte deſtructa integrali deſtruitur & ſuum totũ.

Totum integrale & de eius a cæteris, differẽtia.

Poſtꝗ̃ Auctor determinauit de loco a toto vniuerſali, hic cõſequẽter determinat de loco a toto integrali ipsũ primo ſic definiens. Totũ integrale, eſt qđ eſt cõpoſitum ex partib. quantitatẽ habentib. In qua definitione ſubintelligit̃ ens loco gñis, & ponit̃ eſt cõpoſitũ, ad driã partiũ ſimplicium, & ponit̃ ex partib. quantitatem habentib. ad driam totius vniuerſalis, & totius poteſtatiui, & aliorũ totorũ, quorũ nullũ componitur ſub tali ratione ex partib. quantitatũ habentib. Vnde in hoc differũt totum vniuerſale & totum integrale, & totũ poteſtatiuũ quia vniuerſale eſt ſm totã eſſentiã in qualibet eius parte integrale vero, nec ſm totã eius eſſentiã, nec ſm totã eius virtutem eſt in qualibet eius

D parte, ſed totum poteſtatiuum ſm totã eius eſſentiã adeſt cuilibet eius parti, nõ tñ ſecũdũ eius virtutẽ, vt aial rõnalis re ſpũ vegetatiui, ſenſitiui, & intellectiui. Primò ſciendum, ꝙ duplex eſt totũ integrale, ſ. homogeneum & heterogeneum. Totum homogeneum eſt, quod eſt eiuſdem naturę in oibus ſuis partib. quarum quælibet recipit ꝑdicationem ſui tot.⁹, vt terra, & aer, vnde quælibet pars terræ eſt terra, & q̃libet pars aeris eſt aer. Et dicit̃ homogeneũ ad homios quod eſt ſimile, & genos qđ eſt genus, quaſi ſimilis naturæ in omnib. ſuis partib. Sed totũ heteromogeneũ eſt, quod eſt diuerſæ naturæ in omnib. ſuis partibus, & non põt prædicari de q̃libet eius

Totum homogeneũ, & heterogeneum.

E parte, vt hõ, & equ⁹, homo. n. habet partes diuerſas, vt ſunt os, caro, & ſanguis, nec p̃t de ipſis prædicari in recto. Et dicitur heteromogeneum ad hereren, qđ eſt varium, & genos, quod eſt genus, quaſi aliquid diuerſæ naturæ, ſeu variæ in omnibus ſuis partibus Et cuilibet illorum conuenit præſens definitio.

Secundo eſt ſciendum, quod pars integralis eſt pars quantitatiua cõpones totum integrale, & q̃ñq. vocatur pars materialis, quandoq. pars integralis, & quandoq pars quãtitatiua, tamẽ ſecũdũ diuerſas rões. Dicit̃. n. materialis quia tũ includit partem materiæ ipſius cõpoſitis, & dicit̃ quãtitatiua eo qđ includit quãtitatẽ, & eſt compoſita ex materia q̃titate. Sed dicit̃ integralis, eo ꝙ integrat, & perficit ſuum totum, & ſic ſunt eadem partes ſecũdũ ſubſtantiam, quæ dñr materiales integrales, & quantitatiuæ. Sed tales partes adhuc diſtinguuntur, quia quædam ſunt principales totius, & ſunt illæ, ſine quib. totum non p̃t eſſe, ſed de neceſſitate requirunt̃ ad eſſe totius, vt partes tectum, & fundamentum reſpectu domus. Aliæ ſunt minus principales, quæ nõ ſunt neceſſariæ ad eſſe cõpoſiti, ſed tñ ad bene eſſe, ſine quib. totum p̃t exiſtere, vt feneſtra, vel oſtium in domo. Et definitio ꝑdicta intelligitur de omnib. partib. Sed locus a

Pars integralis & quomodo ex e... ſuũ totum arguatur.

F

A parte integrali ſolũ ſumiť a partib. principalib. & ſiť arguẽdo toto ad partem oportet arguere ad partes principales.

Locus arguendi à toto integrali.

Tertio ſciẽdũ eſt, ꝙ locus à toto integrali eſt habitudo ipſius ad ſuã partẽ integralem, & tenet conſtructiue, vt domus eſt, ergo paries eſt. Maxima poſito toto ĩtegrale, ponitur ꝗlibet eius pars. cuius rõ eſt, quia totũ integrale componiť ex ſuis partib. principalib. & neceſſario requiruntur ad eſſe ipſius, ergo poſito ipſo toto, neceſſario ponuntur eius partes. Sed tali locus non tenet deſtructiue cuius rõ eſt, qa partes totius integralis, ſm eſſe, prioris ſũt ſuo toto, nec ab ipſo ſuſcipiũt eſſe, ergo deſtructo toto nõ oportet partes deſtrui, qa deſtructo poſteriori non pp hoc deſtruiť pri⁹ B ideo eſt locus non tenet deſtructiue.

Quarto ſciẽdũ, ꝙ locus a parte integrali eſt habitudo ipſius ad ſuũ totũ. Et tenet deſtructiue, vt paries non eſt, ergo domus nõ eſt. Maxima deſtructa parte ĩtegrali deſtruiť ei⁹ totum. cuius rõ eſt, qa deſtructo priori, deſtruiť poſterius, ꝙ ab eo ſuſcipit eſſe, ſed totũ ĩtegrale ẽ poſterius ſuis partib. & ab eis ſuſcipit eſſe ergo. Sed nõ tenet iſte loc⁹ affirmatiue, & rõ ẽ, qa poſito priori, ꝙ eſt ĩ potentia ad poſteriora nõ eſt neceſſe ponere poſteri⁹, ſed partes ſũt in potẽtia ad totũ ĩtegrale, & ꝑcedunt ipsũ, ideo poſita C parte, non ſequiť pp hoc poſito totius.

Argũ. Contra ꝑdicta arguiť primo ſic. Hęc oro, hõ eſt aial rõnale, eſt totũ integrale, & tñ non componiť partib. quãtitatẽ habentib. ergo contra definitionẽ totius integralis. Scdo ſic. Non ſequiť, domus valet centum libras ergo, & paries Vel domus eſt alba, ergo. & fundamentum eius, & tñ arguitur a toto integrali ergo locus a toto integrali nõ tenet affirmatiue. Tertio ſic Totũ integrale dat eſſe ſuis partib. qa ſimul vnit, & actuat ipſas, ergo locus a toto integrali valet deſtructiue. Quarto ſic, Non ſequiť. Per Soc. nõ eſt, ergo Soc. non eſt, & tñ ibi arguiť a parte integrali ad ſuũ totũ ergo locus à parte integrali non tenet negatiue. Quinto ſic. Bene ſequiť, pars aquæ eſt, ergo aqua eſt, & ſiľr pars panis eſt, D ergo panis eſt, & tñ ibi arguitur a parte integrali ad ſuum totum cõſtructiue, ergo iſte locus non tñ valet deſtructiue.

Ad arg. Ad primum dř, ꝙ illa oro nõ eſt totum integrale proprie, & ſecundũ veritatem, ſed ſolum ſm ſimilitudinem eo ꝙ integratur ex plurib. vocib. ſignificatiuis, ſicut totum integrale componiť ex partib quantitatem habentib. & eo modo, quo diciť, totum integrale cõponitur ex partib. quantitatem habentib. ſm ſimilitudinem, eodem modo diceretť de alijs plurib. entib. rõnis, q̃ ſe habent ꝑ modũ totius integralis. Ad ſecũdum dř, ꝙ locus à toto integrali ſolũ tenet proprie quantum ad exiſtentiam totius, & partis reſpectu huius verbi. eſt ſecũdi adiacentis, ideo ibi non bene argui B tur per iſtum locum domus valet centum libras, ergo & paries, nec econtra argueretť à parte integralis, paries valet centum libras, ergo, & domus, q̃uis ibi ſit bona conſequentia, tenet tñ ꝑ locum a minore ad maius, non per habitudinẽ partis. Ad tertiũ dř, ꝙ totum integrale bene dat eſſe totius, & eſſe cõis ſuis partib. ſed non dat ipſis eſſe propriũ partiũ ideo ipſo deſtructo non eſſe neceſſe quod partes deſtruanť ſcđm ĩ eſſe proprium ipſarum. Ad quartum dicitur, ꝙ locus à parte integrali ſolum tenet arguendo à partib. principalib. modo per So. nõ eſt pars principalis eius, ideo nõ F bene arguiť per locum a parte integrali Ad quintũ dř, ꝙ licet bene ſequatur, pars aquæ eſt, ergo aqua eſt, tñ hoc non eſt pp habitudinem partis ĩtegralis an ſuum totum ſed partis ſubiectiue, qa ĩ quolibet toto homogeneo partis integrales ſunt q̃titatiuæ, & ẽt ſubiectiue, eo ꝙ totum de ipſis ꝑdicatur, vt ſuperi⁹ de inferiori, ſed ſecundum ſuum eſſe q̃titatiuũ, eſt totũ integrale, & ſecũdũ ſuã eſſentiam ſecundum quam verificať de oĩb. ſuis partib. eſt totum vľe, & ſic ibi poteſt ſumi locus à toto vniuerſali, & à toto integrali, & locus à parte ſubiectiua, à parte integrali, ſed diuerſimode ſecundum diuerſas habitudines.

De

A

De toto in Quantitate & Parte eius, atq. de locis & modis arguendi in eis.

Et eſt termin' cōis ſū-ptus cō fuſè, & diſtributiue.

Totum in quantitate eſt quādo vniuerſale ſumitur vniuerſaliter, vt omnis homo, nullus homo pars in quantitate & quodlibet inferi' contentum ſub illo toto vniuerſali vniuerſaliter ſumpto. Locus a toto in quātitate eſt habitudo ipſius ad ſuam partem, & eſt conſtructiuus, & deſtructiuus, conſtructiue ſic, vt omnis homo currit, ergo, Socrates currit. Locus a toto in quantitate. B Maxima. Quicquid prædicatur de toto in quantitate, & de qualibet eius parte vel ſi vniuerſalis eſt vera quælibet eius ſingularis eſt vera. Deſtructiue ſic, nullus homo currit, ergo Soc. non currit. Locus a toto in quantitate. Maxima. Quicquid remouetur a toto in quantitate, remouetur a qualibet eius parte vel ſi vniuerſalis eſt vera, quælibet eius ſingularis eſt vera. Locus a parte in quantitate eſt habitudo omnium partium in quantitate ſimul ſumptarum ad ſuum totum. C Et eſt conſtructiuus, & deſtructiuus. Conſtructiue, vt Socr. currit, Plato currit, Cicero currit, & ſic de alijs ergo omnis homo currit. Locus a parte in quantitate. Maxima Quicquid prędicatur de omnibus partibus in quantitate ſimul ſumptis, & de ſuo toto, vel ſi quælibet ſingularis non eſt uera, ſua vniuerſalis non erit uera. Vel ſi quælibet ſingularis eſt vera ſua vniuerſalis eſt uera. Deſtructiue ſic, Socr. non currit, Plato non currit, Cicero non currit, & ſic de ſingulis, ergo nullus homo currit Locus a parte in quantitate. Maxima. Quicquid remouetur a partib. in quantitate ſimul ſumptis, & a ſuo toto. D

Poſtq̄ Auctor determinauit de loco a toto integrali, hic conſequēter determinat de loco toto in quantitate, ipsū primo ſic definiens. Totum in quantitate eſt vniuerſale vniuerſaliter ſumptū. i. cū ſigno vniuerſali, vt oīs hō, ibi hō, eſt totū in quātitate non ſecūdū ſe, ſed ſm, ꝙ eſt diſtributū ꝑ illud ſignū oīs, rōne cuius teneť vľer, q̄a ſi ſecundū deſumať eſt totum vľe, & cum ſumiť vniuerſale eſt totū in quātitate. In hoc. n. differunt illa duo tota, q̄a totū vľe, importat naturā vľem ꝑ modū vni' in cōi, & totū in quātitate importat illā naturā ꝑ modū pluriū, in quātū diuiſa eſt, & multiplicata ꝑ ſua inferiora, vt cum dr̄ oīs homo, importať natura humana, vt diuiſa, & multiplicata ꝑ oīa inferiora eius. E

Ex quib. patet, ꝙ dicēdo oīs hō, illud aggregatū ex ſigno, & termino cōi, non ꝓpproprie dr̄ totum in quātitate, ſed terminus cōis diſtribut', vocať totū ī quantitate per ſimilitudinem ad quantitatē continuam, quia ſicut continuum eſt diuiſibile in plures partes, quarum q̄libet ſuſcipit prædicationem totius, vt linea diuiditur per plures lineas, ſic tale totum multiplicatur per plures partes F de quibus poteſt prædicari ſecundum Patet vlterius, quod pars totius inquātitate, eſt ſingulare, vel inferius contentum ſub vniuerſali diſtributo.

Locus a toto in quātitate ad ſuā partē, & qūo teneat affirmatiuè, ac negatiuè.

Primo ſciendum, ꝙ locus a toto in quantitate eſt habitudo eius ad ſuā partē, & tenet affirmatiue, & negatiue Affirmatiue ſic omnis homo currit, ergo Socrates currit, & Plato currit, & ſic de alijs. Maxime. Quicquid prædicatur de toto in quantitate, & de qualibet eius parte cuius ratio eſt, quia omnes partes eius ſimul, & actualiter includuntur in ipſo toto in quantitate ſicut omnis hō includit Socratē, & Platonem, & ſic de alijs, & quia actualiter includit ſua inferiora, ideo poſito toto in quantitate, & ponitur neceſſario quælibet eius pars. & ſic tenet affirmatiue. Negatiue ſic.

Nullus

A Nullus homo currit,ergo Socr. nõ cur
rit,Pla.nõ currit,& ſic de alijs.maxima
Quicquid negatur de toto in quãtitate
negatur etiam de q̃libet eius parte, &
eſt eadem ratio ſicut in præcedenti.

Duplex arguendi mod⁹ a toto in quantitate ad partem ſuam.

Sc̃do ſciẽdũ, φ dupl̃r põt argui per lo
cũ a toto in quãtitate.primo,ſubijciẽdo
ipſum.vt prius viſũ eſt,alio mõ p̃dicã-
do ipſũ,vt bñ ſequit̃ Soc.videt oẽm ho
minẽ,ergo Soc.videt Platonẽ,Calliã,&
ſic de alijs,& ẽt p̃dicãdo in recto totum
in quãtitate,vt Socr.eſt hõ , ergo Socr.
eſt Plato.Callitas,& ſic de alijs, q̃a q̃-
uis illa ꝓpoſitio ſit falſa, in quã p̃dica-
tur vniuerſale vniuerſaliter ſumptũ,tñ
aliqua talis põt eſſe alieni ꝓbabilis , iõ
ſm ipſã bene põt formari ſyllogiſmus
dialecticus. Vnde generaliter loquẽdo
quotieſcũq. ponit̃ totum in quantitate,
remanẽs totũ ĩ quãtitate,ipſo poſito,po
nunt̃ ſuæ ptes,& ipſo remoto,remouet̃.

Tertio ſciendũ,φ locus a partib.toti
us in quãtitate eſt habitudo illarũ par-
tium ad ſuum totum. Et tenet affirmati
ue ſic.Soc.currit,Plato currit, & ſic de
alijs,ergo oĩs hõ currit Maxima poſitis
partib.totius in quãtitate ponit̃ & ipſũ
totũ Cuius rõ eſt,q̃a ad eſſe totius ĩ q̃-
titate ſufficit actualis poſitio , & vnio
ſuarũ partiũ ſufficienter enumeratũ. Et
tenet negatiue ſic, Soc.nõ currit. Plato
non currit , & ſic de alijs, ergo nullus
C homo currit.Maxima,Deſtructis parti-
bus totius in quantitate, deſtruitur ip-
ſum totum,cuius rõ eſt, quia ad ſuum
eſſe actuale requiruntur oẽs ſuæ partes
eo φ ipſum actualiter includit oẽs illas
ergo ipſi remotis non manet ſuũ eſſe.

Quarto ſciendũ,φ dupl̃r põt argui a
partib.totius in q̃titate.vno modo acci
piẽdo vnã partẽ tãtũ,& ſic non tenet lo
cus affirmatiue,nec ẽt negatiue,toto in
quãtitate remanẽt ſub forma totius in
quãtitate licit bñ valet ad deſtruẽdũ ip
ſum,q̃tũ ad totalitatẽ eius,vt bñ ſeqnit̃
Soc.nõ currit , ergo non oĩs hõ currit.
Sed,q̃a inconſequente non remanet to
tum in quãtitate, ideo ibi nõ bñ arguit̃
per locũ a parte totius in quãtitate,ſed
æquiualenter eſt ibi locus a ſpecie,quia
Soc.eſt inferius ad aliquẽ hominẽ, alio D
mõ poteſt argui cũ ſufficienti numera-
tione partiũ toti⁹ in quãtitate, capiẽdo
ea ſub nominib ꝓprijs cũ illa particula
& nõ ſunt plures,ſi ſint in numero de-
terminato,& ſic ſint in numero incerto
debent capi aliquæ partes in numero fi
nito , comprehendendo alias ſub illa
particula cõmuni.& ſic de alijs. Et ſic
tenet iſte locus affirmatiue,& negatiue E
vt dictum eſt.

Sed contra prædicta arguitur primo
ſic.Totum vniuerſale,& totum in quã
titate ſunt diuerſa tota,vt dictũ eſt , ſed
vniuerſale vniuerſal̃r ſumptũ eſt totũ
vniuerſale,quia eſt ſuperius eſſentiale,
ergo non eſt totum in quãtitate,& ſic
definitio eſt inſufficiens.Sc̃do ſic.Non
ſequitur,oĩs hõ currit.ergo Adam cur-
rit,cum antecedens poſitis eſſe verum
& conſequens falſum,ergo locus a to- F
to in quantitate non tenet conſtructiuẽ
Tertio ſic Deſtructa aliqua parte toti⁹
in quantitate deſtruitur ipſũ totum, &
tñ vna deſtructa non oportet deſtruere
alias,ergo deſtructo toto in quantitate
non oportet deſtruere q̃libet eius partẽ
& ſic locus a toto in quantitate non te
net negatiue.Quarto ſic Arguẽdo ã par
ticularib.ad vniuerſale fit petitio prin-
cipij.q̃a ibi petit̃ vniuerſale in ſuis ſin-
gularib.ergõ a partib. in quantitate ad
ſuũ totũ nõ eſt locus dialecticus. Quin
to ſic.Non ſequit̃.Soc.non eſt totum in
quãtitate,Plato nõ eſt totũ in quantita
te,& ſic de alijs,ergo oĩs hõ non eſt to-
tũ in quantitate,ergo locus a partib. to
ti⁹ ĩ quãtitate,nõ valet negatiue. Ad ar
gum. Ad primũ dr̃,φ licet vl̃e vniuerſa
liter ſumptũ, ſm ſuã eſſentiam ſic totũ
vniuerſale,non tñ ſm eſſe ſub quo acci
pitur, quia accipitur ſub modo pluriũ,
& non ſub modo vnius,quod tamen re
quiritur ad totum vniuerſale.

Ad ſm dicit̃ , φ in illo antecedente,
homo,ſolum diſtribuitur ꝓ præſentib.
modo, Adam nõ eſt p̃ſens, ideo non eſt
pars illius totius:nec arguitur a toto ad
partẽ.Ad tertiũ dicit̃ , φ licet deſtructa
vna parte totius in quantitate bene de
ſtrua-

A ſtruatur ipſum totum quātum ad rōnē totius, rñ non arguitur negatiue ab ipſo manenté toto, quod tñ requiritur ad arguendum per illum locum. ſed, ſi ipſum totum teneatur ſub rōne totius, bene valebit negatiue ad q̄libet eius partem. Ad quartum dicitur, quod arguendo a partibus totius in quantitate ad ſuum totum reſpectu prædicati, q; notior modo conuenit toti, quā partib. fit petitio principij, ſed arguēdo reſpectu pdicati, quod notior modo cōuenit partibus q̄ toti, ibi, eſt bonus locus dialecticus, ſiue illud prædicatū conueniat ipſis notiori modo ſimpliciter, ſiue quo B ad nos, ſiue ſit in prædicatis eſſentialib. ſiue accidentalibus, vnde hic eſt bonus locus dialecticus, Soc. eſt ſubſtātia, Plato eſt ſubſtātia, & ſic de alijs, ergo ois hō eſt ſubſtātia, & hoc, ſi antecedēs ſit notius reſpōdét q̄ conſequēs. Ad quintum dr̄ q; ibi arguitur a plurib in quantitate ea parte, qua differūt ab ipſo toto, & non ea parte, qua cum ipſo conueniunt, ideo conſequentia non valet.

Petitio pricipij de qua ſupra dictum eſt quō fiat

De toto, ac Parte in modo.

Totū in modo, eſt ipſū vniuerſale ſumptū ſine determinatione, vt homo, Pars in modo, vniuerſale ſūptum cū determinatione nō diminuente, vt homo alb. Et, quia ſimiliter omnia formantur argumēta, C & maxime i hoc loco, a toto i modo, & ſua parte, ſicut in genere, & ſpecie, ideo relinquātur exempla.

Poſtq̄ determinatū eſt de loco a toto in quantitate, hic conſequenter Autor determinat de loco a toto in modo. ratione cuius primo ſic definit totū in modo dicens. Totum in modo, eſt vniuerſale ſumptum ſine determinatione, vt homo per ſe ſumptus dr̄ totum in modo, cuius ratio eſt, quia homo ſumptus ſine determinatione, eſt totū reſpectu ſuis ipſius modificati, quia homo in cōi ſe extendit ad oīa ſua ſuppoſita. ſed, cū dr̄ hō alb. hō ibi modificat per illā determinationem alb. & ſolum ſumitur pro illa parte vna ſuorum ſuppoſitorum, Et pt ēt dari alia ratio, q̄a vl'e ſumptum ſine determinationē, ſm ſe, eſt ſine modo, ideo pt dici totum in modo. i. ſine modo capiendo in priuatiue, ſed pcedens rō melior eſt, q̄a, ſi daretur totum in modo priuatiue tm̄, tunc totum vl'e poſſet dici totum in modo, ideo melius dr̄ totum in modo, eo q; eſt totū reſpectu partis in modo. ſ. reſpectu ſui ipſius, vel ſui inferioris modificati, vnde in hac definitione ponitur ſine determinatione, ad differentiam partis in modo, quæ ſumitur cum determinatione. D

Quid totum in modo.

Nota pulchrū dictum

Primo ſciendum, q; pars in modo eſt vl'e ſumptum cum determinatione non diminuente vel eſt pars ſubiectiua alicuius ſuperioris ſumpta cū determinatione contrahente, vt homo albus, pars in modo reſpectu hominis ēt reſpectu animali. cuius ratio eſt, quia vniuerſale ſumptū cum determinatione contrahente diſtinguitur ad ſtandum pro vna parte ſuorum inferiorum, ſi illa determinatio contrahat, quo ad ſuppoſita, ideo vniuerſale, ſic acceptum, eſt pars reſpectu ſui ipſius accepti ſine determinatione, & eſt etiam pars ſui ſuperioris ſumpti ſine determinatione, vt homo alb. eſt pars animalis, quia ſolum continet partem ſuppoſitorum eius, vnde in prædicta definitione ponitur vniuerſale, loco generis, & ponitur ſumptum cum determinatione, ad differentiam totius vniuerſalis, & ponitur non diminuente, ad differentiam dicti ſecundum quid, quod ſumitur cum determinationē diminuente. E F

De parte ī mō quid ſit.

Secūdo ſciendū, q; triplex eſt determinatio, quadam eſt determinatio cōtrahens tantum, quæ non priuat, nec diminuit rationē eius. cui adiungitur, vt albus eſt determinatio hominis cū dicitur, homo eſt alb. & nullo modo tollit completam rationem hominis; alia eſt determinatio priuās, quę totaliter priuat rationē eius cui adiūgitur, vt dicendo hō mortuus, ibi mortuus, priuat rationē hominis, alia eſt determinatio dimi-

Triplex determinationis genus

A diminuens, q̄ non tollit ſimpliciter rōnem illius,cui adiūgitur,ſed partim tollit,& partim relinquid,ſicut eſt imaginabile,& opinabile reſpectu entis,vt dicendo ens opinabile,diminuit rōnē entis,q̄a facit ipſū teneri in cōi, vt ſe extēdit ad ens reale,& ad ens in apprehēſionē ſiue rationis,& ſic partim tollitur rō entis,& partim relinquitur. Et differunt in hoc illę tres determinationes, quia vltimæ duæ faciunt dictū ſecundū q̄,& iō qualibet ipſarum facit locū ſophiſticum a dicto ſm q̄d ad dictū ſimpliciter,vnde non ſequitur,chymera eſt ens opinabile,ergo eſt ens, & ſic de multis alijs. Sed determinatio cōtrahēs tm̄ q̄ nullo mō diminuit, facit partē in mō,q̄ q̄dē pars q̄nq. vocat̄ dictū ſm q̄d B capiendo generaliter dictū ſecundū q̄d pro omni dicto ſumptum cum determinatione aliqua, & totum in modo quandoq; vocatur dictum ſimpliciter.

Locus a toto in modo. Tertio ſciendū,q̄d locus à toto modo eſt habitudo ipſius ad ſuā partē. Et tenet deſtructiue, ſic, lapis non eſt homo,ergo lapis non eſt homo alb. Maxima deſtructo toto in modo deſtruit̄ q̄libet eius pars. cuius rō eſt,q̄a deſtructo priori ſecundū naturā deſtruunt̄ poſteriora,ſed totū in modo eſt prius, & ſuperius reſpectu ſuæ partis, quare ipſo deſtructo,deſtruitur ſua pars, ideo iſte C locus tenet deſtructiue, ſed non tenet conſtructiue,quia poſito ſuperiori non oportet ponere inferius, ſicut dictum ē in loco genere. Vnde iſte locus eodem mō tenet,ſicut locus a genere, & locus a parte in mō tenet ſicut locus a ſpecie.

Locus a parte in modo. Quatuor ſciendū,q̄ locus a parte in mō eſt habitudo ipſius ad ſuū totū, & tenet conſtructiue duob. modis, primo mō ſubijciēdo partē in mō affirmatiue vt hō alb. currit,ergo homo currit. Maxima quicquid p̄dicat̄ de parte in mō, p̄dicatur de ſuo toto,& rō eſt,quia q̄cquid p̄dicatur de inferiori p̄dicatur de ſuo ſuperiori,quod actu,& intellectu īcludit̄ in inferiori,ſed totū in modo eſt ſuperius ad partē in mō,& actualiter in ea continetur. Alio modo tenet p̄dicando affirmatiue,vt Soc. eſt homo alb. ergo Soc. eſt homo. D Maxima de quocūq; prædicatur pars in modo,& ipſum totum propter rationem iam dictam. Sed iſte locus non tenet deſtructiue,quia ad negationem inferioris non ſequitur negatio ſuperioris, licet bene ſequatur,homo alb. non currit ergo homo non currit, quia ibi pars in modo non deſtruitur per negationem,ſed tantum aliquid remouetur ab ipſa.

Argū. Contra prædicta arguitur primo ſic. Vniuerſale ſumptum ſine determinatione eſt totum vniuerſale,ſed totū in mō non eſt totum vniuerſale. ergo totum in modo non eſt vniuerſale ſumptum ſiue determinationem Secundo ſic. Omne totum plura continet q̄ ſua pars,ſed hō non plura cōtinet, quam homo alb. E ergo non eſt totū reſpectu hoīs albis,& ſic vniuerſale ſumptum ſine determinatione non eſt totum in modo. Tertio ſic Homo alb. eſt pars in modo,& tamen homo ſumitur cum determinatione diminuente,quia alb. contrahit hoiem & diminuit eius acceptionē, quia facit ipſum ſolum teneri pro hoīb. albis, & ſic eſt determinatio diminuens,ergo contra definitionem partis in modo. Quarto ſic. In oī loco conſequens dēt includi in antecedente,ſed pars in modo nō includitur actualiter in ſuo toto,ergo a toto in modo ad ſuam partem non valet loc⁹ affirmatiue,nec negatiue. F Quinto ſic Bene ſequitur, lapis nō eſt homo riſibilis,ergo lapis non eſt homo,& tamen arguitur a parte in modo deſtructiue,ergo locus a parte in modo tenet deſtructiue.

Solutio. Ad arg. Ad primum d̄r q̄ vniuerſale ſumptum ſine determinatione reſpectu partis ſub eo conſtitutæ p̄ d̄riā eſſentialē,& intrinſecā d̄r totū vniuerſale, ſed reſpectu partis ſub eo conſtitutæ per d̄riā accidentalem,& extrinſecā,d̄r totū in modo,totum.n.cū dicant̄ relatiue ad partem habet variari ſecundū variationem ſuæ partis. Ad ſecundum dicit̄, quod licet homo non contineat plura, ſecundum ſignificata,q̄ homo albus,tñ ſecun-

A ſm ſuppoſita plura cõtinet; & ſe habet in plus, ideo quò ad ambitum ſuppoſitorum dr totum reſpectu hominis albi licet ſecundum ſignificata poſſit dici pars integralis ſm modũ reſpectu hois albi. Ad tertiũ dr, ꝙ libet album diminuat illud dictũ hõ, quo ad ambitũ ſuæ cõitatis, & quantum ad ſuppoſitionem quæ eſt pro ſuppoſitis, tamen non diminuit ipſum quantũ ad rationem formalẽ eius, ideo alb. nõ eſt determinatio diminuens reſpectu hominis. Ad quartũ dr, ꝙ licet conſequens complexum ſp includat virtualiter in antecedente; &
B ponat actualiter in ipſo, tamen terminus illatus non ſemper debet actualiter contineri in termino inferente, ideo, licet pars in modo non ſit actualiter in ſuo toto, non tamen ſequitur quod a toto non ſumatur locus dialecticus.

Ad quintum dr, ꝙ homo riſibilis, nõ eſt pars in modo reſpectu hois, quia licet riſibile ſit determinatio hois quantum ad modum intelligendi, non tamẽ eſt determinatio contrahẽs ipſum quo ad ſuppoſita, & quæ faciat ipſum teneri pro parte ſuorum ſuppoſitorum ideo non facit partem in modo reſpectu hominis, licet bene reſpectu animalis.

De Toto, & Parte in loco.

C Totum in loco eſt dictio cõprehendẽs omnẽ locum aduerbialiter vt vbique, pars in loco eſt dictio cõprehendẽs vnum locum aduerbialiter, vt hic vel ibi. Locus a toto in loco, eſt habitudo ipſius ad ſuam partem, & eſt coſtructiuus & deſtructiuus, vt Deus eſt vbique, ergo Deus eſt hic. Cæſar nuſquam eſt, ergo Cæſar non eſt hic. Locus a toto in loco, Maxima, Cuicunq. conuenit totũ in loco, & quælibet eius pars, Et quicqd remouetur a toto in loco, & a quali & eius parte. Locus a toto in loco, a parte in loco ẽ habitudo ipſius ad ſuum totum, & ſemper eſt deſtructiues, vt, Cæſar non eſt hic, ergo non eſt vbiq. Maxima Cuicunq. non conuenit pars D in loco, nec eius totum.

Poſtq̃ determinatum eſt de loco a toto in modo, hic conſequenter determinatur de loco, a to. o in loco ratione, cuius primo definit totum in loco dicens Totum in loco eſt dictio, aduerbialiter omnem locũ comprehendens, vt vbiq; & nuſquam. In qua definitione ponit, dictio, loco generis. Totum.n. in loco non conſiderat hic ſm eſſe ſuum reale, ſed inquãtum eſt dicibile, & per dictionem importat, ideo bene ponit dictio, loco generis. Deinde ponit comprehendens oẽm locum, ad dñam totius in tẽpore, & ponit aduerbialiter, ad differentiam totius in quantitate quod quandoque importat omnem locum nominaliter, vt dicendo, omnis locus, vel in omni loco, non tamen aduerbialiter, ſicut totum in loco. Et per oppoſitum ad totum in loco, pars in loco ſic definitur. Pars in loco eſt dictio cõprehẽdẽs vnũ locum aduerbialiter, vt hic, vel ibi.

Totum in loco

E

Primo ſciendum, quod totum in loco, & etiam pars eius, importat eſſe in loco, & etiam pars eius importat eſſe in loco Sed dupliciter aliquid poteſt eſſe in loco, vno modo aptitudine tm̃, vt vniuerſale dicitur eſſe vbiq. ſecundum aptitudinem, eo quòd habet aptitudinem eſſendi in ſuis ſingularib. pro quolibet loco, & etiam pro qualibet temporis differentia, & illa aptitudo reducit ad actum ſucceſſiue in ſuis ſingularib. Alio modo dicitur, aliquid eſſe in loco ſecundum actum, ſicut ſingulare quod eſt actualiter hic, & nunc. Et adhuc ſm actum aliquid dicitur eſſe in quolibet loco dupliciter, vno modo per ſe primo ſicut Deus, qui eſt vbiq. alio modo ſecũdum ſuas partes, ſicut Mundus, qui eſt vbique ſecundum ſuas partes. Et ad arguendum a toto in loco ad ſuam partẽ vel econtra, oportet eodem modo alicui attribuere partem in loco ſicut ſibi conuenit ipſum totum, vt ſi totũ conueniat cum aptitudine tm̃, debet ſimiliter inferri pars ſm aptitudinem tantum, & econtra arguendo a parte ad totum.

Nota diſtinctionem eſſendi in loco totius, & partis.

F

Secun-

A

Modus arguendi a toto in loco ad negatiue tenet & ecõtra.

Scđo ò ſciendũ, ꝙ locus a toto in loco eſt habitudo ipſius ad ſuã partẽ,& tenet conſtructiue,& deſtructiue,Cõſtructiue ſic,Deus eſt vbique ergo Deus eſt hic. Maxima, poſito toto in loco ſimul in aliquo ſubiecto,ponit, quælibet eius pars.cuius rõ eſt, q̃a totũ in loco ſimul & actualiter ĩcludit oẽs partes eius, iõ ipſo poſito ĩ aliquo ſubõ, ponit,quælibet eius pars.Nec eſt neceſſe ĩ arguẽdo ponere exiſtentiã partis,q̃a, ſi aliqua pars non habeat exiſtentiam , ipſa non erit pars totius in loco,quia non erit actualiter in ipſo contenta.Deſtructiue tenet ſic.Cęſarinus q̃ eſt,ergo non eſt hic.Maxima,remoto toto in loco, remouetur, quælibet eius pars cuius eſt eadem ratio,ſicut maximæ præcedentis.

B Tertio ſciendum,ꝙ locus a parte,totius in loco,eſt habitudo eius ad ſuum totum,& tenet deſtructiue, & conſtructiue,conſtructiue ſic.Deus eſt hic , ibi, & ſic de alijs,ergo Deus eſt vbiq. Maxima.poſitis partib. totius in loco ſufficiẽter enumeratis ponitur ipſum totnm, & ratio eſt quia totum in loco non eſt niſi ſuæ partes ſimul, & actualiter poſitæ.Deſtructiuæ ſic,Soc.non eſt hic nec ibi,& ſic de alijs ergo.Soc.nuſquam eſt Maxime,deſtructis partibus totius in loco ſufficienter enumeratis,deſtruitur

C earum totum.

Duplex arguendi modus a parte toti in loco ad totũ in loco.

Quarto ſciendum, ꝙ dupliciter cõtingit arguere a parte toties,in loco.Vno mõ a partib.ſufficienter enumeratis,& hoc mõ tenet affirmatiue , & negatiue, vt dictũ.Alio mõ arguendo ab vna parte tm̃,& nõ ab oĩb.ſimul ſũptis,& hoc mõ non tenet,niſi negatiue, & ſm̃ hũc modũ dr̃ in textu,quod iſte locus ſp eſt deſtructiuus.vt arguendo ſic. Cęſar nõ eſt hic,ergo non eſt vbiq.Maxima, Cui non conuenit pars in loco,nec ipſum totũ.Hoc mõ tñ non arguitur a parte in loco negatiue ad deſtructionem ſuis totius ſm̃ id,ꝙ eſt quia ibi non deſtruitur totum in loco ſimpliciter,& ſm̃ omnes ſuas partes, ſed ſolũ arguitur ibi ad deſtructionem totius in loco quantum ad totalitatẽ eius.Et quia deſtruitur totum quãtũ ad totalitatẽ eius, & nõ remanet D amplius totũ in loco, iõ non arguitur, ꝓprie hoc modo a parte ad ſuum totũ.

Argũ. Contra prædicta arguiẽ primo ſic. Nullus locus,eſt dictio comprehendẽs, oẽm locum,ſed totum in loco eſt locus vel eſſe in loco,ergo male dicitur quod eſt dictio oẽ locum comprehendens.Secundo ſic.Locus a toto in loco tenet in habitudine vl̃i vl̃iter ſumpti ad ſuam partem,ſed habitudo vl̃is vniuerſaliter ſumpti ad ſuam partem eſt locus a toto in quantitate,ergo locus a toto in loco eſt idem locus cum loco a toto in quantitate, & ſic male diſtinguitur ab ipſo. Tertio ſic. Non ſequitur,mundus eſt vbiq.ergo mundus eſt hic,ergo loc⁹ a toto in loco non tenet conſtructiue. Quarto ſic. Non ſequitur.Soc. non eſt vbique ergo Socratus , non eſt hic, ergo locus a toto in loco non tenet E negatiue.Quinto ſic,non ſequitur, aliquod corpus eſt hic, aliquid corpus eſt ibi,& ſic de alijs,ergo aliquid corp⁹ eſt vbiq.quia antecedens eſt verum,& conſequens falſum.& tñ ibi arguitur a partib.in loco ſufficienter enumeratis, ergo iſte locus non tenet conſtructiue.

Solutio Ad argumenta. Ad primum dicitur, ꝙ licet locus ſm̃ ſuum eſſe reale non ſic dictio,tñ ſm̃ eſſe difficile poteſt dici dictio,& hoc modo intelligitur hic. Ad ſm̃ dicĩ,qđ licet locus a toto in loco non diſtinguatur eſſentialiter quantum F virtutem confirmatiuã argumenti a loco a toto in quãtitate,quia vbiq. virtus confirmatiua argumenti eſt habitudo vniuerſalis vniuerſaliter ſumpti ratione cuius Ariſt. nõ diſtinguit locum a toto in loco,& a toto in tpe,& a loco a toto in quantitate, tñ ab eo diſtinguitur accidentaliter quantum ad modũ ſignificandi,quia totũ in quantitate deſignatur per modum permanentis,& nominaliter,& totum in loco deſignatur aduerbialiter,& ſub modo fluxus, & fieri quamuis ſecundum rem locus ſit ens permanens. Ad tertium dicitur,ꝙ mundus non eſt vbiq.ſm̃ ſed totum, ſed ſecundum ſuas partes,ideo ibi male concludi-

In Topicis,& in Elechis ex eius dictis hæc colligũtur.

A cludit*ur*, ſed deberet ſic cōcludit, ergo aliqua pars mundi eſt hic, & aliqua ibi & ſic de alijs. Ad quartum dicitur, ꝙ in antecedente negatur totum in loco, & ſic non remanet ſub eſſe totius in loco. ideo non arguitur à toto in loco ad ſuā partem, ſed ęquiualente arguitur a negatione vnius partis in loco ad negationem alterius partis determinatè, vt hic, Socrates in aliquo loco non eſt, ergo Socrates non eſt hic.

Ad quintum dr̄, ꝙ pars antecedentis verificant̄ de corpore pro diuerſis ſuppoſitis eius, & ſic in antecedēte corpus hēt plures ſuppoſitiōnes determinatas & in cōſequente habet vnam tm̄, & ſic B ibi arguitur, pluribus ſuppoſitionib. determinatis ad vnam determinatam tm̄ & cōmittitur fallacia figuræ dictionis. Vnde ſubiectum antecedentis non tenetur eodem modo in cōſequente, ſicut tenetur in antecedente, ideo non bene arguitur à parte in loco ad ſuum totum.

De toto in tempore, & eius parte, ac eorum Locis.

Totum in tempore eſt dictio cōprehendens omne tempus aduerbialiter, vt ſemper, nunquam Pars in tempore eſt dictio ſingificās aliquid tempus aduerbialiter, vt nūc C tunc, hodie heri. Exempla huius ſumuntur à toto in loco.

Quid to tū in tēpore. Poſtquam Auctor determinauit de loco à toto in loco, hic conſequenter determinat de loco a toto in tempore, ratione cuius definit totum in tempore, dicens, quod totum in tempore eſt dictio comprehendens omne tp̄s aduerbialite, ſiue ſit affirmatiue, vt ſp̄, ſiue negatiue, vt nunquam. Et econtra, pars in tempore eſt dictio comprehendens partes tp̄is aduerbialiter vt hodie, nunc & ſic de alijs. Et iſtæ duæ definitiones debent intelligi, & exemplificari ſicut definitione totius, & partis in loco.

Locus a toto in tp̄e quo Primo ſciendū, ꝙ locus a toto in tempore eſt habitudo ipſius ad ſuam partē Et tenet affirmatiue, & negatiuè Affirmatiue ſic Deus eſt ſp̄, ergo Deus eſt nūc. Maxima Poſitio toto in tp̄e in aliquo ſubō, neceſſario ponitur quælibet eius pars. cuius ratio eſt, q̄a totū in tp̄e ſimilr, & actualr includit oēs partes ſuas, q̄a importat tēpus diſtributū pro omnib. ſuis partib. iō ipſo toto in tēpore poſito, neceſſario poniē quęlibet eius pars. Negatiuè tenet ſic, chimera nunq̄ ergo non eſt hodie. Maxima remotō toto in tempore ab aliquo ſubiecto, remouet quælibet eius pars. Et arguendo per iſtū locum magis proprie arguit ponendo totum in tempore ex parte p̄dicari q̄ ex parte ſubiecti eo ꝙ aduerbiū ſemper habet determinare verbum in ratione ſemper ſe tenet ex parte prædicati, niſi ponatur cum implicatione à parte ſubiecti, & ſupponatur, quia ſic in ſubiecto poſſet poni cum ipſo aduerbiū ſubiecto, & per conſequens poſſet argui a toto in tempore ſe tenet ex parte ſubiecti. D que per ipſū arguere licet. E

Locus a parte in tp̄e, deque mō arguendi ab illa negatiuè. Secundo ſciendum, ꝙ locus à parte in tempore eſt habitudo eius ad ſuum totum. Et tenet conſtructiuè, & deſtructiue arguendo ab ipſis ſufficienter enumeratis, Conſtructiuè ſic, Socrates fuit heri, & pridie, & ſic de alijs, ergo So. ſēper fuit Maxima Poſitis partib. in tp̄e ſufficienter enumeratis, ponitur ipſum totum, quia totum nihil addit vltra omnes ſuas partes deſtructiuè ſic, Antichriſtus non fuit heri. nec peridie, & ſic de F alijs, ergo nunq̄ fuit, Maxima, Remotis partibus in tempore ſufficienter enumeratis remouetur ipſum totum. Et ſi arguatur per iſtum locum ab vna parte, tantum, & nō ab omnibus, tunc ſolum tenet deſtructiuè, & non conſtructiuè, & adhuc arguitur a parte ad deſtructionum totius quantum ad totalitatē eius & non arguitur ad ipſum remanes totum in tempore, vt hic. Socrates nōn eſt nunc, ergo Soc. non eſt ſemper.

Tertio ſciendum, ꝙ præter iſta tota ſuperius poſita reperiuntur alia q̄ſq. tota, quæ ad prædicta reducūtur. ſ. totum copulatiuum, diſiunctiuum, poteſtatiuum, ſucceſſiuum, & collectiuum, ſeu aggregatiuum. Totum copulatiuum eſt

in

A in quo plura copulanť per coniuntionē
copulatiuā, vt Soc. currit, & Plato diſpu
tat, & pars eius eſt aliquod illorum, q̄ i
ter ſe copulatur, Totū diſiunctiuum eſt
in quo plura coniuguntᵗ p cõiunctionē
diſiunctiuam, vt Soc. currit, vel Plato di
ſputat Totum poteſtatiuum eſt, ꝙ cō
poniť ex plurib. virtutib. vel potentijs,
vel ꝙ plura continet ſm virtutē, vt ani-
ma rationalis eſt totū poteſtatiū reſpe-
ctu vegetatiui, ſenſitiui, & intellectui, li
cet anima in cõmuni ſit totū vniuerſale
reſpectu animę vegetatiuæ, ſenſitiuę, &
intellectiuæ. Et ſimiťr quaternarius eſt
totū poteſtatiuū reſpectu binarij, & ter
narij, qa ſuperior numerus continet in
B virtutes oēs inferiores numeros. Totū
ſucceſſiuum eſt quod componiť ex par-
tib. ſucceſſiuis, quę non poſſunt ſimul eſ
ſe, vt tempus, & motus. Totum collecti
uum ſiue aggregatiuum, eſt quod ſub
voce ſingulari plura adinuicem diſtin-
cta importat, ſicut populus, grex, ſocie-
tas, ſed pars eius, eſt aliquod illorum
ex quibus componitur vt homo reſpe-
ctu populi, vel aries, reſpectu gregis.

Quarto ſciendum, ꝙ totum copulati
uum, totum poteſtatiuum, & totum col
lectiuum reducunť ad totum integrale,
eo ꝙ ab iſtis totis ad ſuas partes eodem
mõ tenet locus dialecticus, ſicut à toti
integrali ſ. conſtructiuæ tantum, & nõ
C deſtructiue, & econtra, locus a parte, vt
arguendo à toto copulatiuo Soc. currit,
& diſputat, ergo Socrates currit, & à to
to poteſtatiuo, vt quaternarius eſt, ergo
binarius eſt, vel anima rationalis eſt, er
go ſenſitiuum eſt Maximè. Poſito toto
poteſtatiuo, poniť quęlibet eius pars. Et
à toto collectiuo, vt populus ē, ergo hō
eſt, & econtra põt argui deſtructiuè a
ſuis partib. Sed totum diſiunctiuum, &
& ſucceſſiuum reducunť ad totum vni
uerſale, quia ab ipſis eodem modo tenet
locus, ſicut à toto vniuerſali ſ. negatiuè
tantum vt arguendo ſic a toto diſiuncti
uo, non Socrates currit vel diſputat er-
go Socrates non currit. Et a toto ſucceſ
ſiuo, vt non diēs, ergo non eſt meri-
dies, & econtra, locus à partibus eorum
tenet conſtructiuè tm̄, vt faciliter vide- D
retur in exemplis.

Sed contra ꝑdicta arguiť primo ſic. Argũ.
In tpe, & ſp, idem ſicut in omni loco,
& vbiq. ſed in omni tpe eſt totum in
quantitate, & non in tpe, ergo & ſp, &
ſic malè definiť totum in tpe, quod eſt
dictio comprehendens oē tps aduerbia
liter. Scdo ſic eſt locus à toto in tempo-
re. Deus eſt ſp, ergo eſt in iſto tempore
ꝙ, & tñ non ſequiť pars in tempore, cū
in iſto tpe, non ſit, aduerbiū ſignificans
partem tpis, ergo contra definitionem,
loci à parte in tpe. Tertio ſic. Non ſeq-
tur vle eſt ſp, ergo eſt nunc, cum antece
dens ſit verum, & conſequens falſū. An E
tecedens patet, qa vniuerſale eſt vbiq.
& ſp, & non eſt hic, & nunc, ſed ſolum
ſingulare, ergo locus à toto in tp nõ va
let conſtructiuè. Quarto ſic, Partes toti⁹
in tēpore, non poſſunt eſſe ſimul, ergo
non poterunt ſimul accipi, ergo locus a
parte in tempore non tenet conſtructi-
ue ab omnibus partibus ſimul ſumptis.
Quinto ſic. Non ſequiť, Adam non eſt
nunc, ergo Adam nunquā fuit, & tñ
arguitur negatiuè ab vna parte totius
in tempore ad ipſum totum, ergo locus
a parte in tēpore non tenet deſtructiuè
ab vna parte ad ſuum totum.

Ad argumenta. Ad primum illorum Solutio
dr, ꝙ licet ſemper, & in omni tempore
ſint idem ſecundum rem ſignificata, &
materialiter differunt tñ ſm ſuos mo- F
dos ſignificandi, & materialiter. quia
ſemper importat tempus diſtributum
ſub modo fluxus, & fieri, & in omni tē-
pore importat idem tempus diſtributū
pro omnibus partibus eius ſub modo
permanētis ſiue habit⁹, & quietis, & per
hoc diſtinguuntur totum in quātitate,
& totum temporē, licet non eſſentiali-
ter. Ad ſecundum dr, ꝙ licet in illo ar-
gumento non ponatur formaliter pars
in tempore aduerbialiter, ponitur tamē
æquiualenter, & ſm rem ſignificatam,
quia in illo tempore, includit virtuali-
ter ipſum hunc. Ad tertium dr, quod li-
cet vniuerſale ſit ſemper in aptitudine,
non tamē eſt ſemper in actu, & eo mō

quo

A quo ponitur ſp eſſe bene ſequitur q eſt nunc, ſ. ſecundum aptitudinē, ſed illa aptitudo reducitur ad actū in ſuis ſingularib. & ſucceſſiue. Ad 4. dr, q licet partes tpis nō poſſunt eſſe ſimul ſecundum ſuū eſſe reale, ſicut pteritū nō pt eſſe ſimul cum futuro, tñ poſſunt eſſe ſimul in apprehenſione aiæ, quæ retinet partem præteritam, & futurā cum præſenti, & ſic ſimul poſſunt accipi oēs partes temporis. Ad quintum dr, q ibi non bene arguit quia arguendo ab vna parte im deſtructiue, oportet arguere ad deſtructionem totius quantum ad rationem totius, ita q in conſequēte ſibi præponatur negatio deſtruēs B totalitatem eius, quod non fit in illo arg. deberet n. ſic inferri, Adam non eſt nunc, ergo non eſt ſemper.

De cauſa, & eius diuiſione in Quatuor, & genera.

Ex 2. 7. Phy. Cauſa eſt ad cuius eſſe ſequitur aliud ſecūdum naturam. Et diuiditur in cauſam efficientem, materialem, formalem & finalmem.

Quid cauſ. et effectus. Poſtq Auctor ſuperius determinauit de locis a toto, & parte, hic conſequenter determinat de locis a cauſa, & ab effectu. Et quia locus a cauſa in communi eſt habitudo cauſæ ad effectu. & locus ab effectu eſt habitudo effectu C cauſam, iō priuſquam Auctor determinet de locis à cām in ſpeciali, determinet de cā i gnali definitiue & diuiſiue, ipſam primo ſic definiens. Cā eſt ad cuius eſſe ſeqtur aliud; ſecūdum naturā. In qua definitione intelligitur ens pro gñe. Ens. n. diuiditur per cām, & effectum, & eſt ſuperius ad vtrūq; ſecundū modū. Deinde ponit ad cuius eſſe ſeqtur aliud ad dīam effectus qui ſequitur ad eſſe alterius, & ad cuius eſſe nō ſequitur aliud ſibi rōne effectus Et ponitur ſecundum naturā ad explicandum modū, quo effectus ſequitur ſuā cauſam. Et econtra poteſt definiri effectus, quod eſt ens, cuius eſſe ſequitur ad aliud per naturam, vel eſt partita ſimilitudo ſuæ cauſæ.

Sequitur ad aliud duob. cōtingit. Primo ſciendum, q conſeqtur capitur dupliciter. Vno modo vt dicit ordine tm. vt cum dicitur, vnus dies ſequit alium. Alio modo, vt dicit ordinū, & dependentiā vnius ab alio, & hoc modo iterum dupliciter uno mō, vt ſolū dicit ordinē, & dependentiā ſiue cōſequētię ſiue illationis vni' ab alio, ſicut conſequens ſequitur illatiuè ad antecedens, & dependet ex ipſo ſecundū illationē. Alio modo, vt dicit dependentiā in eſſe vnius rei ab alia ſicut qlibet effectus ſecundum ſuum eſſe dependet a ſua cā. Et hoc modo capitur in iſta definitione, vt dicit ordinē dependentiæ vnius rei ab alia ſecundum ſuam eſſe, & non ſolum, vt dicit ordinem prio- B ris, & poſterioris, neq; vt ſolum dicit dependentiam conſequentiæ, quia in argumentatione antecedens non ſemper eſt cauſa conſequentis, licet ſemper ſit cauſa illationis eius.

Quo cā effectū pcedat. Secundo ſciendum, q ad rōnē cāæ non requiritur, q cauſa ſp pcedat ſuū effectū ſp tps, ſe qñq. præcedit ipſum ſecundum tps, vt domificator præcedit ſecundum tps qñq; vero præcedit ipſū domū ſm naturā, & ſimul eſt ipe cū ipſo, ſicut hō eſt, cauſa riſibilitatis, & nō pcedit ipſum ſecundum naturā tñ & ſimul eſt tempore cum eo, iō ad explicandū quo effectus debet ſequi cauſam, & cauſa præcedere effectum in F definitione cauſæ ponitur ſecundum naturam. Et ad differentiam illorum quorum eſſe vnus ſequitur ad eſſe alterius ſecundum ordinem, tamen non dependet ex alio ſecundum naturam. vt eſſe vnius dici non dependet naturaliter ad eſſe alterius.

Quatuor tm eſſe genere cauſarum. Tertiò ſciendū, q cauſa diuidit per cauſam efficientem, materialē, formalē, & finalē. cuius diuiſionis ſic habet ſufficiētia, quia ad oēm cauſam ſequitur effectus vel ergo talis cauſa eſt intrinſeca effectui, vel extrinſeca, ſi itrinſeca hoc eſt dupliciter, quia vel ipſa eſt actus dās eſſe, & ſic eſt cauſa formalis, vel potētia recipiens eſſe, & ſic eſt cauſa materialis ſi extrinſeca, hoc eſt dupli-

A pliciter,q̄a vel ipſa eſt id a quo res fit,
& ſic eſt efficiens cā,vel illud propter
quod res fit,& ſic eſt cā finalis. ſ.amiſ
iſta diuiſio nō ſm diuerſitatē rerū, ſed
ſm diuerſos modos formales,quia idē
realiter ſm diuerſos modos cauſandi,
& reſpectu diuerſorū qn̄q; hēt rōnem
plurium cauſarum. Et non eſt diuiſio
generis in ſuas ſpecies,ſed diuiſio ana
logi,quia cauſa ſecundum prius,& po
ſterius dicitur de iſtis quatuor cauſis.

Ordinari cās ad inuicem q̄tuor mōis cō tingit.

Quarto ſciendum, ꝙ cauſæ poſſunt
quatuor modis cōſiderari Vno mō ſm
rōnem cauſandi,& ſic finis eſt prior,ſe
cūdo efficiēs,tertio materia,& quarto
forma,quia in cauſādo rē finis moue
intellectum agentis ad producendū ef
B fectū,& efficiens motus a fine, mouet
materiā, qua diſpoſita vltimo introdu
cit formā. Scd̄o modo cōſiderātur cāç,
prout concurrunt ad cōpoſitionē effe-
ctus, & ſic materia prior eſt, ſecundo
formā,tertio efficiens,& vltimo finis.
Tertio modo conſiderantur,vt dant eſ
ſe actuale effectui,et ſic forma eſt prior
deinde efficiēs,tertio finis, quarto ma
teria. Quarto modo cōſideratur ſm,ꝙ
habēt eſſe exiſtētiæ per quot nobis no
tificatur,& ſic cā efficiens eſt prior, ſe
cūdo materia deinde forma,& vltimo
finis. Et quia hic conſiderantur ſm, ꝙ
nobis notificantur, & ab ipſis ſumitur
C loci dialectici, ideo iſto modo ordina-
tur in textu & prius determinatur de
cauſa efficiente,quam de alijs.

Argū.

Sed contra prędicta arguiť primo
ſic. Aliud dicit diuerſitatem eſſentialē,
cū ſit relatiuū diuerſitatis ſubę,ſed effe
ctus nō ſp differt eſſentialiter a ſua cā,
q̄a cōueniunt eſſentialiter cum ſua cā
formali,ergo male dr̄, ꝙ ad eſſe cauſæ
ſequitur aliud.ſ.effectus. Secundo ſic.
Cauſa totaliter poſita poniť ſimul ſuus
effectus,ergo cā non p̄cedit effectum,
& ſic ad eſſe cauſæ non ſeq̄tur aliud.
Tertio ſic Cā,& effectus ſunt ſimul na
tura,cum ſint relatiua,ergo effectus nō
ſequitur ſuā cām ſecundum naturam.
Quarto ſic. Forma,& finis coincidunt
vt dr̄ 2. Phy. ergo forma non eſt cā di-
ſtincta a fine,nec mēbra huius diuiſio • D
nis ſūt oppoſita. Quinto ſic. Oīs cā p̄-
cedit ſuū effectum, ſed finis nō p̄cedit
ſuū effectū,ſed ſequiť, ergo finis nō eſt
cā, & ſic male ponuntť quatuor cauſæ.

Solutio

Ad arg Ad primum dr̄,ꝙ licet aliud
ꝓprię ſumptum,vt eſt relatiuum diuer
ſitatis dicat ſubæ diuerſitatē eſſētialē,
non tn̄.aliud cōiter acceptum,vt dicit
q̄tunq; diuerſitatē,ſiue eſſentialē, ſiue
accidentalē,vt ſumiť i definitione cāæ.
Ad ſecundum dr̄ ꝙ licet poſita cā tota
li ponatť eius effectus ſimul tpe. non tn̄
poniť ſimul ſecundum naturā, q̄a nłc
cā prius hēt eſſe,& intelligi q̄ effectus,
& hoc ſufficit ad rōnem cauſæ, quod
p̄cedat effectum ſecundum naturam.
Ad tertium dr̄,ꝙ licet cauſa,& effe-
E ctus,ſecundum intētiones cauſæ,et effe
ctus dicātur correlatiue,tn̄ matłr,& ſe
cundum id ꝙ ſunt.non dicuntur corre
latiue,iō ſecundum id, quod nō ſimul
ſecundum naturā. Ad quartum dr̄,ꝙ li
cet foma,& finis qn̄q. coincidāt matłr,
& ſecundum rē idē,non tn̄ coincidunt
in idē formaliter q̄tum ad ſuos modos
formales cauſandi, & hoc mō ponuntť
cauſę adinuicē diſtinctę. Ad quintū dr̄,
quod licet finis ſecundum ſuum eſſe
reale ſequatur ſuum effectum tamen
ſecundum eſt intentionale,in intentio
ne agentis;ſub quo ſibi conuenit ratio
F cauſæ finalis,præcedit ſuum effectum.
ideo eo modo quo eſt cauſa, naturali-
ter præcedit ſuum effectum.

Forma & finis materię licet q̄ndocūq; coincidūt, formaliter nunq̄.

*De cauſa Efficiente,& modis arguen-
di in ea ac ſuis Locis.*

Cauſa efficiēs ſit,a qua primo ſit
motus ad hoc,quod ſit aliquid,vt
domificator eſt primū mouēs, &
operans,vt fiat domus, & faber,
vt fiat cultellus. Locus a cauſa ef-
ficiēte eſt habitudo ipſius cauſę ef
ficiētis ad ſuum effectū. & eſt con
ſtructiuus,& deſtructiuus. Cōſtru
ctiue tenet ſic,domificatorē bonꝰ
ergo domus eſt bona. Locus a cā
effici-

A efficiēte. Maxima. Si cauſa efficiēs ē bona ipſū ꝙ fit bonū eſt Deſtructiua ſic. Domificator nō eſt bon⁹ ergo domus nō eſt bona. Locus a cauſa efficiēte. Maxima. Cui⁹ cauſa efficiēs nō eſt bona, ipſum ꝙ fit nō eſt bonū, & ecōuerſo, tenet locus ab effectu ad cauſā efficiētē.

Quid cauſę efficiēus.

Poſtq̄ Auctor determinauit de cā i cōi tā definitiue, q̄ diuiſiue, hic conſequēter in ſpeciali vult determinare de loc⁹ cā. Et primo de loco a cā efficiēte, eo ꝙ cā efficiens cæteris eſt bonis notior. rōne cuius ipſa i primo ſic definit.

B Cā efficiens eſt a qua primo ſit motus. In qua definitione primo ſubintelligiẗ cā, loco generis definiti, & ponit a quo primo ſit motus, ad drīā aliarū cauſarū, quarū nulla primo cauſat motū ſiue productionē effectus, ſed efficiens tm̄, ſicut patet in ꝓductione effectus. Finis n. ratione ſue bonitatis q̄ deſideriū mouet, & attrahit appetitū agētis ad ꝓducendum effectum, & efficiens ſit motū & tractū a fine diſponit materiam ad introductionē formæ. & ſic primo cauſat motum, quo producitur effectus.

C

Modus arguēdi a cā efficiēte ad ſuum effectū affirmatiuū, & negatiuū.

Primo ſciendū, ꝙ locus a cā efficiente eſt habitudo ipſius ad ſuū effectū, & tenet affirmatiue, & negatiue. Affirmatiue ſic, domificator eſt bonus, ergo domus eſt bona Maxima. Cuius cā efficiens eſt bona, ipſū quoq. bonū eſt q̄ maxima dēt intelligi de bonitate efficiētis inquātū efficiens, & nō de bonitate moris, vel de bonitate eius ſm ſe, ſilr debet intelligi de bonitate moris, vel de bonitate eius ſm ſe ſilr debet intelligi de bonitate formæ effectus, ita ꝙ ſi efficiēs ſit bonū in rōne cāę efficiētis, & vt ꝓducit effectum, ſequiẗ, ꝙ effectus erit bonus bonitate formæ eius, nō aiæ, loquēdo de bonitate finis, & totius cōpoſiti, q̄a ſi domificator ſit bon⁹ artifex, & opereẗ pfectè ſm artē eius, & careat bona materia, tūc dom⁹ non erit bona bonitate finis, ſed tm̄ mō bonitate formæ, q̄ ꝓuenit ab efficiēte. Negatiue tenet domificator nō eſt bonus, ergo domus non eſt bona. Maxima. Cuius efficiens malum eſt, ipſum quoq. malūeſt.

D

Efficiēs duplex, actum, ſcilicet & in potentia, vniuocū & æquiuocum.

Scdo ſciendū, ꝙ licet cauſa efficiens eſt duplex. ſ. cauſa efficiēs in actu, & cā efficiens in potētia, vt reſpectu domus domificatos eſt cā efficiens in potentia & domificus eſt cauſa in actu reſpectu fieri domus. Et q̄libet iterū diuidiẗ, qa q̄dam eſt cauſa vniuoca, q̄ ꝓducit effectū ſibi ſimile in ſpēm, vt homo generans hoiem eſt efficiens vniuocū, aliud eſt efficiens æquiuocum, quod producit effectum ſibi diſſimilem in ſpecie, Sol generās hoiem eſt agens ęquiuocū vnde arguendo a cā efficiente in potentia ad ſuum effectum, debet argui ab eſſe cāæ ad eſſe potentia reſpectu effectus, & non ad eſſe in actu vt domificator eſt, ergo domus in potentia, & arguendo a cā efficiente in actu dēt argui ab eſſe eius ad fieri ipſius effectus. Et arguendo a cā vniuoca tenet iſte locus, reſpectu oīum ꝑd cæmentorum, q̄ conueniunt ipſi cauſæ a tota ſpēi, vt Plato eſt riſibilis, ergo Soc. ab eo genitus riſibilis. Sed arguēdo a cauſa æquiuoca ſolum tenet reſpectu horum p̄dicatorū bonum, & malum eſſe, & fieri.

E

Modus arguēdi ab effectu ad ſuum efficiens.

F

Tertiò ſciendū, ꝙ locus ad effectu cauſæ efficientis eſt habitudo eius ad ſuam cauſam. Et tenet affirmatiue ſit, domus eſt in fieri, ergo domificās eſt. Maxima, poſito effectu ꝓpinquo cauſæ efficientis, ponitur ipſum efficiens. Pōt ēt argui reſpū horum p̄dicatorum bonum & malum, eſſe, & fieri. Et tenet negatiuæ ſic, domus non eſt bona, ergo domificator nō eſt bonus. Maxima cuius effectus non eſt bonus, ipſum quoq. non eſt bonum, & debet intelligi ꝙ ſi effectus nō ſit bonus quantum ad perfectionem formæ eius, efficiens vel producens talem effectum, ſicut prius dictum eſt in loco a cauſa efficiente.

Quarto ſciendū, ꝙ efficiens dupliciter ſe habet ad ſuum effectum. Quinque .n efficiens requiritur tantum quantum ad fieri ipſius effectus, & nō quan

A tum ad eſſe, vt domificator reſpũ dom' ſolum requiritur quãtum ad fieri, non quãtum ad eſſe. Sed qñq. riqrit & quã tum ad fieri, & quantum ad eſſe, & ad conſeruationẽ in eſſe, vt diei Sol eſt cã quo ad fieri, & quo ad eſſe, & Deus reſpectu oium creaturarum. Et arguẽdo ab effectu cauſæ efficiẽtis, q̃ requiritur quo ad fieri tm̃, & non quo ad eſſe effectus, non ſequitur eſſe cauſę in p̃ſẽti, ſed in p̃terito tm̃, ſed a fieri effectus ſequ'ur eſſe illius cauſæ. Sed arguendo ad efficiẽs requiſitũ ad eſſe, & fieri ſimul ſp ſeq̃tur affirmatiue eſſe cauſæ ad eſſe effectus, vt bñ ſeq̃tur, dies ergo Sol

B eſt. Et qñ eſt habitudo neceſſaria cauſæ ad effectum, et ſequit negatiue a negatione effectus, negat o cauſæ. ſed, qñ habitudo eſt contingẽs, nõ tenet negatiue, vt nõ ſequit. Soc. nõ eſt, ergo Deus non eſt. Sed iſti diuerſi modi arguendi non ſumuntur ab efficiente in quantũ efficiens eſt, ſed ab efficiente inquantum tale, vel tale efficiens eſt.

Argũ.

Cõtra p̃dicta arguitur primo ſic. Cã efficiẽs eſt de cõſideratione Phiſici, cũ ſit cã motus; ergo nõ eſt de cõſideratione Logici: & ſic, hic male definit. Scd̃o ſic. Efficiẽs nõ mouet, niſi prius moueatur a fine, ergo finis eſt a quo primo fit motus, & non cã efficiẽs. Tertio ſic.

C Cauſa efficiens eſt extrinſeca ſuo effectiui, ergo in loco a cã efficiente terminus inferens eſt extriſecos termino illato, & ſic erit locus extrinſecus, & per cõſequẽs male definitur inter locos intrinſecos. Quarto ſic. Non ſeq̃tur, De' eſt bon', ergo latro eſt bon'. ergo a cauſa efficiẽte non tenet affirmatiue. Quinto ſic. Non ſeq̃tur, domus eſt, ergo domificator eſt cũ anteceedens ſit verum, & conſequens falsũ. ergo locus ab effectu cãę efficiẽtis nõ tenet cõſtructiue.

Solutio

Ab agẽte primo ſit motus realis, a fine

Ad arg. Ad primũ iſtorum dr̃, q̧ licet cauſa efficiẽs, inquantum eſt cauſa motus, & rerum naturalium, & principium cognoſcendi ipſas, ſit de conſideratione Phiſici, tamen inquãtũ ab ipſa ſumitur locus dialecticus per habitudine ad ſuũ effectum, ipſa eſt de conſideratione Logici. Ad ſecundum dr̃, q̧ li-

D

primo fit motus intẽtionalis

cet a fine ſit motus intẽtionalis, & ſpiritualis in efficiẽte, tñ ab ipſo nõ ſit primus motus realis, de quo hic ſolũ intelligit. finis. n. nõ mouet intentionẽ agentis motu proprio dicto, ſed tm̃ p ſimilitudinẽ, ſicut pomũ apprehensũ intẽtionaliter mouet appetitũ pueri ad proſecutionẽ eius. Ad tertium dr̃, quod licet cauſa efficiens ſecundum eſſe ſit extrinſeca effectui, tñ ſecundum virtutem, & ſimilitudinẽ eius eſt aliquo modo ſibi intrinſeca, & hoc modo ſufficit ad cauſandum locum, intrinſecũ, quia hic ſumitur argumentum a cã efficiente eo parte, qua conuenit cum effectu. Ad quartum dr̃, quod ibi non arguitur a cã efficiẽte ad ſuum effectum, eo quod latro nominat vitiũ. cuius vitij, Deus E

non eſt cauſa licet. n. Deus ſit cauſa efficiens hominis, tñ, nõ eſt cã vitiorum eius & bene ſequitur, Deus eſt bonus. ergo homo latro, quantum ad humanitatem eius eſt bonus. ſ. bonitate entis licet non bonitate morum. Ad quintũ dicitur, quod ibi non ſequitur, quia arguitur, ab eſſe effectus ad eſt cauſæ, q̃ requiritur quãtum ad fieri tãtum, & non quo ad eſſe, & reſpectu talis cauſæ non tenet iſte locus ab effectu arguendo, reſpectu illius prædicati, eſt.

De materia & eius diuiſione in Permanentem ac Tranſeuntem, & modis arguendi in ea, ac Locis ad ſuum effectum, & econtra. F

Materia. n. eſt, ex qua cũ aliud aliqd ſit, Et eſt duplex quædam. n. eſt permanẽs, & quædã eſt trãſiẽs. Permanẽs, ut ĩ cultello ferrũ. Trãſiens, vt in pane farina & aqua, Et definit̃ et ſic materia, materia eſt quæ tãtum eſt in potentia. Locus a cauſa materiali eſt habitudo ipſi' ad ſuũ effectũ, et eſt cõſtructiuus. & deſtructiu'. Cõſtructiue ſic ferrum eſt, ergo arma ferrea poſſunt eſſe. maxima poſita cã materiali

Rectius collige iſtã deſinitionẽ 1. Ph. tex. cõ. 71. & infra. & ibi per Doct.

poſi-

A poſſibile eſt eius effectũ ponit. Deſtructiue,ſi ferrũ nõ ẽ,ergo arma ferrea nõ poſſunt eſſe. Locus a cã materia maxima. Remota cã materiali pmanente,remouet̃ & eius effectus.Locus ab effectu cãe materialis permanentis, tenet cõſtructiue ſic arma ferrea ſũt,ergo ferrum,eſt maxima, Poſito effectu cauſæ materialis permanentis, ponitur eius cauſa. Locus ab effectu
B cãe materialis tranſeuntis tenet conſtructiue,vt vitrũ vel panis, ergo ſilix vel farina fuit materia.n. trãſiẽs nõ manet,ſed trãsfertur in aliã materiã. Locus ab effectu cãę materialis trãſeuntis,maxima.Poſito effectu materiæ tranſeũtis neceſſe eſt ipſam materiã præfuiſſe.

Quid materia. Poſtq̃ Auctor determinauit de loco a cã efficiente, hoc conſequẽter determinat de loco cã materiali rõne cui⁹, ſic primo definit materiã. Materia eſt ex qua,cũ aliquo fit aliqd,q̃ definitio, ſic dẽt intelligi materia eſt cã, ex qua cũ alio.i.cũ forma, fit aliqd.ſ.totũ cõpoſitũ.Et ponit ibi cã,loco gñis, & to
C tũ reſiduũ ad dñiã aliarũ cauſarũ. Vñ ex fine,& efficiente non fit totum compoſitum,cũ illæ cauſæ ſint extrinſecæ, & ẽt ex forma non fit totũ cõpoſitum tanq̃ ex materia ex qua, ſicut intelligitur de materia ĩ iſta definitiõe. ipſa.n. materia eſt prima potentia ex qua primo originat totũ cõpoſitum,Et aliter hic definit. Materia eſt q̃ tm̃ eſt ens in potẽtia. qa materia de ſua natura non habet eſſe in actu, ſed in potentia tm̃.

Quod modis materia accipit. Primo ſciendum,ꝙ materia dupliciter accipitur vno mõ ſpãliter,prout eſt primũ ſubiectum formæ ſubſtãlis & eſt pars compoſiti de gñe ſubſtãtiæ. Alio modo capitur cõiter ꝓ oĩ illo, ex quo per modum potentiæ componitur aliquid, ſiue pro oĩ illo quod cõcurrit ad compoſitionem alterius,tanquã potẽtia recipiens eſſe, & ſic reperitur tam in reb.naturalib.artificialib. & tã in rebus corporalibus q̃ ſpiritualib. & hoc
D capitur hic. Et ſic diuiditur qa qdã eſt materia pmanens,& quędã tranſiens. Parmanens eſt illa. q̃ ſub propria forma & ſpẽs permanẽt in ſuo effectu, vt ferrũ in cultello.Trãſiens eſt illa,q̃ ſub ꝓpria ſpẽ & ratione non permanet in ſuo effectu,ſed de vna ſpecie tranſit in aliã in cõſtituẽdo effectũ, vt in pane farina eſt,ſilix in vitro.& lutũ in laterib.

Scdo ſciendum eſt ꝙ locus a cauſa materialis eſt habitudo ipſum ad ſuũ effectum Et ſemper tenet affirmatiue in qualibet materia trãſeũte,& permanẽte.vt aqua & farina ſunt,ergo panis põt eſſe. Maxima. Poſita cã materiali, ponitur eius effectus ſcđm potentiam, eo ꝙ materia dicit eſſe potẽtiale ipſius effectus, cum ſit in potentia ad ſuum effectum. Sed iſte locus tenet deſtructiue in materia permanẽt, vt ferrum nõ eſt;ergo arma ferrea non ſunt. Maxima, Remota materiã permanente, remouetur eius effectus. ſed in materia tranſeunte non tenet negatiue, ut nõ ſequitur,ſilix non eſt, ergo vitrum nõ eſt,eo ꝙ talis effectus põt eſſe.non exiſtente illa materia q̃ non eſt pmanens in ſuo effectu. Si tñ deſtruatur trãſiens pro toto tẽpore præſenti iu præterito, ſequeretur deſtructio effectus,vt dicendo ſilix non eſt,ergo vitrum non eſt.

Modus argu.a cauſa materiali.

E

Tertio ſciendum, ꝙ iſte locus a cã materiali ſolum conſtructiue ab eſſe materię,ad poſſe eſſe ipſis effectus, & nõ ad eſſe ipſius in ꝓſenti. Cuius ratio eſt, quia arguẽdo a cauſa ad effectum ab eſſe cauſæ debet inferri eſt effectus eo mõ,quo ponitur in tali cã. ſed eſſe effectus materiæ ponitur in potentia tm̃,& nõ in actu eo, ꝙ materia eſt ens in potentia tm̃ ideo arguendo affirmatiue a materia arguitur ab eſſe eius ad poſſe eſſe in futuro ipſius effectus. Et hoc põt argui non ſolum a materia ex qua,ſed a materia in qua.& circa q̃ qa generaliter oĩs materia ponit potẽtialiter eſſe ſui effectus, vt bene ſequitur corpus eſt,ergo album poteſt eſſe. vel ſcibile eſt,ergo ſcientia poteſt eſſe.

A Modus argu. ab effectu cāç materialis ad materiam ip ſam. Quarto ſciendum eſt ꝙ locus ab effectu cauſæ materialis eſt habitudo ipſius ad materiam eius. Et in qualibet materia tenet conſtructiue, ſed in materia permanente arguitur ab eſſe effectus ad eſſe cauſæ in præſenti, vt cultellus eſt, ergo ferrū eſt, Maxima, poſito effectu materiæ permanentis neceſſario ponitur illa materia, quæ remanet in ſuo effectu Sed in materia tranſeunte tenet arguendo ab eſſe effectus, non ad eſſe ipſius cauſæ in pſēti, ſed ad fuiſſe in pterito, vt vitrū eſt, ergo filix fuit. Sed iſte locus non tenet deſtructiue, quia deſtructo poſteriori non oportet prius deſtrui, ſed eff.ct⁹ poſteriori ſua cā materiali, ideo deſtructo effect⁹ nō B oportet deſtruere illam materiam.

Argu. Sed contra pdicta arguiť primo ſic. Hæc definitio materiæ cō.enit tome, qa ex forma cū materia fit aliqd. ſtotū compoſitū, ergo non cōuenit ſoli definitio. Scđo ſic. Oīs materia eſt actu p formā, cū materia ſit ſub forma. ergo materia non eſt ens in potentia tantū. Tertio ſic. Materia requiriť in compoſito tā ad eſſe q̄ ad fieri, ergo oīs materia remanet in eſſe ſui effectus, et per conſequens oīs materia eſt permanēs, & nulla eſt tranſiens Quarto ſic. Non ſequiť, ligna & lapides ſūt, ergo dom⁹ poteſt eſſe, quia ad poſſibilitatē dōm⁹ non ſufficit poſſibilitas materia eius, C ſed requiriť poſſibilitas effic ētis eius; ideo, ſi non eſſet domificator, primum antecedens poſſet eſſe verū conſequente exiſtente falſo, ergo locus a cauſa materiali non tenet affirmatiue. Quinto ſic. Non ſequitur, cultellus eſt, ergo ferrum eſt, quia cultellus poteſt eſſe ex alio metallo, ergo locus ab effectu cauſæ materialis permanentis non tenet affirmatiue.

Solutio Ad arg. Ad primū dř, ꝙ ſi capiať ex generali ter, vt dicit habitudinē cuiuslibet cauſæ, ſic ex forma cū materia ſit totū cōpoſitum, ſed ſi capiať ſpāliter, vt dicit habitudinē potētię, ex qua primo ſit cōpoſitū. ſic oppoſitū nō dř fieri ex forma, & ſic capiť i definitiōe materię.

D Ad ſm dř, quod licet materia, ſcđm quod eſt actuata per formam ſit ens in actu, tamen ſecundū eſſentiam eius eſt ens in potentia tantum, quia de ſua natura nōn includit aliquum actum.

Ad tertiū dř, ꝙ licet oīs materia aliquo mō remaneat in effectu ſcđm ſuā eſſentiā confuſam, non tñ ſp remanet ſub ppria ſpē, & rōne, q̄ habeat aneq̄ facere compoſitū, ꝙ īn requiriť ad hoc ꝙ dř materia pmanens. Ad quartū dř, ꝙ ad eſſe materiæ nōn ſequiť poſſibilitas effectus, quæ attendiť in ordine ad oēs ſuas cauſas, ſed bene ſequiť poſſibilitas effectus, quæ ſe tenet ex parte cauſę materialis ideo poſita cā materiali, E poniť eius effectus ſcđm potentiā paſſiuam materiæ. Ad quintum dř, qđ ibi non arguitur a cauſa materiali ad ſuū effectum, quia cultellus in communi non eſt effectus ferri, ſed cultellus ferrus. & tunc ſemper ſequitur cultellus ferreus eſt. ergo ferrum eſt.

De cauſa Formali, & eius Effectu, ac de Locis ab ea ſumptis, & modis arguendi.

Forma eſt q̄ dat eſſe rei, & cōſeruat cauſa in eſſe. Locus a cā formali eſt habitudo ipſius cāç formalis ad ſuum effectum. Et tenet F conſtructiue, ad deſtructiue. Conſtructiue ſic. Albedo, eſt, ergo albū ē. Locus cā formali. Maxima, poſita cauſa formali, poniť & eius effectus. Deſtructiuæ ſic. Albedo nō ē, ergo albū nō eſt. Locus a cā formali. Maxima, Remota cā formali, remoueť et eius effectus contra vero ē đ effectu cāç formalis.

Quid cauſa forma-lis. Poſtq̄ determinatū de loco a cauſa materiali, hic conſequēter determinať de loco a cauſa formali quę quidē forma ſcđm eſſe, & viā generationis ſeq̄tur materiam. ratione cuius ipſam ſic primo definit. Forma eſt q̄ dat eſſe rei, & conſeruat rē in eſſe. vbi intelligitur cā, loco generis definiri. Et ponit quæ dat eſſe rei, ad differentiam materiæ, q̄

non

A non dat eſſe ſimplr, & ī actu ipſi rei. materia. n. eſt recipiens eſſe cōpoſiti, & forma eſt dās, & influēs ipſum eſſe, & ſi ſic ſubſtantialis, dat eſſe accidētale, & ſi ſit accidentalis, dat eſſe accidētale. deinde ponit̃ & conſeruat rem in eſſe, & dr̄ iā cāæ efficientis, & finalis, q̄ q̄ſq. ſolum reqrit̃ q̄tum ad fieri ipſius rei, & non q̄tum ad eſſe, ſed forma ſp reqrit̃ ad eſſe rei.

De forma partis, ac forma totius.

Primo ſciendū, ꝙ q̄dā eſt forma partis, q̄ actuat parte cōpoſiti. ſ. materiā, rōne cui⁹ dr̄ forma partis, alia eſt forma totius, q̄ eſt actus totius cōpoſiti reſultās ex vnione formæ partis, & materię. Et dr̄ forma totius, eo ꝙ informat ipſum totū q̄tū ad oēs partes componentes ipſū, ſicut in aīato aīa eſt forma partis, q̄ informat ipſum corpus, q̄ eſt materia aīati, & eſſe aīatū reſultās ex vnione aīę cum corpore eſt forma totius eius. q̄libet iterū B diuidit̃, q̄a q̄dā eſt forma cōis, ꝙ q̄dā ꝓpria, vt reſpū hoīs forma totius cōis eſt aīalitas, humanitas eſt forma, propria, ſed forma partis cōis eſt aīa & aīa rōnalis eſt forma partis ſibi ꝓpria, & de qualibet harum formarum pt̄ intelligi definitio formæ prius poſita, licet perfectius conuenit formæ ꝓpriæ q̄ cōi, & formæ toti⁹ q̄ formæ partis.

Modus arg. a cā formali.

Secundo ſciendū, ꝙ locus a cā formali eſt habitudo ipſius ad ſuum effectum, & tenet affirmatiue ſic arguendo, albedo eſt, ergo album eſt. Maxima. Poſita cā formali, ponitur eius effect⁹. Cuius rō eſt, q̄a cā formali hēt idem eſſe cum ſuo effectu, & per idem eſſe ſp exiſtit cā formalis, & ſuus effectus, vt hō, & aīal eius hn̄t vnum, & idē eſſe, ideo poſita cā formali in eſſe, oportet ponere C ſuum effectū, & econtra poſito effectu ponit̃ forma ei⁹, & ēt deſtructa forma deſtruit̃ effectus, & econtra. iō etiā tenet negatiue, vt albedo nō eſt, ergo album non eſt. Maxima. Remota cauſa formali, remouetur eius effectus. Tertio ſciendum, ꝙ locus a cā formali tenet tā in ſubali q̄ in accidentali, & tam in forma partis q̄ in forma totius, dum tum arguat̃ cā formali ꝓpriā. Sed arguēdo a cā formali cōi, non tenet cō- D ſtructiue, vt non ſequit̃, aīa eſt, ergo hō eſt. Et licet bn̄ ſequat̃, non eſt aīa, ergo eſt hō, tn̄ hoc non eſt ꝓp habitudinem formæ ad ſuum effectum, ſed per locū a toto vlī. Et tenet ēt iſte locus reſpū huius ꝓdicati eſſe vel nō eſſe, & nō reſpectu ꝓdicatorū particulariū, q̄a licet forma conuertatur in eſſe cū ſuo effectu, non tn̄ ſp ſuſcepit eandē denominationem cum ſuo effectu, nec ecōtra, effectus ſemper ſuſcepit denominationes conuenientes ipſi formæ.

Modus argu. ab effectu formæ li.

Quarto ſciendū, ꝙ locus ab effectu cāę formalis eſt habitudo ipſi⁹ ad ſuam cām formalem. Et tenet cōſtructiue, & deſtructiue, & eodē mō formātur in ipſo argumenta, & maximæ ſicut in loco a cā formali, ponendo tn̄ effectū ꝓ termi- E no inferente, & eā ꝓ termino illato. Et arguendo per iſtum locum, oportet eo mō attribuere eſſe cāæ formali, ſicut ſuo effectui, ita, ꝙ ſi effect⁹ hēat eſſe permanens, & cōpletū, dēt ēt inferri eſſe cōpletum de ipſa forma, & ſi ſolū ſit ī eſſe ſucceſſiuo, & ſolum in trāſitu ſicut aliqs dr̄ rubeus ex verecundia in tranſitu ſolū, dēt eodē mō doni cā ei⁹, & ſic̄ de alijs modis eſſendi in. Et tūc ſp tenet iſte locus ab effectu cāæ formalis ad ſuā cām.

Argu.

Sed cōtra ꝓdicta arguitur primo ſic. Prima cā dat eſſe oī creaturæ, & cā conſeruat in eſſe, et tn̄ nō eſt cā formalis, ſed efficiēs creaturę ergo definitio formę cōuenit alijs a de- F finitio. Sc̄d'o ſic. Quantitas pt̄ eſſe ſine q̄to, & albedo, ſine albo, vt in Sacro altaris q̄titas eſt ſine ſubo, ergo non ſequit̃, q̄titas, eſt ergo q̄tum eſt, ergo locus a cā formali nō tenet cōſtructiue. Tertio ſic. Non ſequitur, gn̄atio nō eſt ergo genitum non eſt, & tn̄ gn̄ratio eſt forma denominās aliq̄d eſſe genitum, ergo locus a cauſa formali nō tenet deſtructiue. Quarto ſic. Non ſequitur, Sol eſt calidus, ergo in Sole eſt caliditas, quia aīs eſt verum, et conſequēs falſum, ergo locus ab effectu non tenet conſtructiue. Quinto ſic. Non ſequitur hō non eſt, ergo anima ratio na-

A nalis non eſt quia homine mortuo aīa
rōnalis remanet in eſſe. et tñ ibi arguiť
ab effectu cauſæ formalis ad ſuā cām.
ergo iſtæ locus non tenet negatiue.

Solutio Ad arg. Ad primū iſtorū dř, ꝙ licet
prima cā det eſſe extrinſecę & effecti-
uæ oī creaturæ, nō tñ formaliter, & ex
trinſecæ, ſicut itelligiť hic de cā forma
li. Ad ſcḋm dř, ꝙ ſi ponať quantitas ſiue
quāto, vel albedo ſine albo, vt in Sacra
mēto altaris, vbi accidētia ſubſiſtūt ſi-
ne ſubiecto, tūc quātitas nō eſt cā for-
malis ipſiꝰ quāti, nec albedo albi, & iō
ibi nō arguiť tūc a cā formali ad ſuū ef
fectū, vñ q̄titas iſta nō hēt ſuū effectū
qui eſt dare eſſe quātū. Ad tertiū dř, ꝙ
licet gñatio quātum ad denominatio-
B nem hēt modū formæ reſpectu geniti,
non tñ eſt ſcḋm rē forma dans ſibi eſſe.
ſed ē mutatio aut via eſſe geniti, iō ibi
nō arguitur a cā formali Ad quartū dř
ꝙ licet Sol ſit calidus effectiue, eo ꝙ ef
ficit calorē in iſtis inferiorib. nō tñ eſt
calidus formaliter, & eo modo quo eſt
calidus ſ. effectiue, bene ſequitur, ꝙ in
eo eſt caliditas vt in cā efficiente. Ad
quintum dicitur, ꝙ quando anima eſt
ſeparata a corpore non exiſtens homi
ne. tunc ipſa nō eſt cauſa formalis ho-
minis in actu, ſed in potentiam tm̄ qa
nō dat ſibi eſſe in actu, ideo non bene
arguitur ab effectu ad ſua cauſam for-
malem, inquantum eſt cauſa formalis.

De cauſa finali, Effectu eius, ac locis, &
C *modis arguendi in ea.*

Finis eſt grā cuius Aliquid ſit.
Locus a cauſa finali eſt habitudo
ipſis ad ſuū effectū. Et eſt cōſtru-
ctiuus, & deſtructiuus. conſtructi
ue ſic, beatitudo eſt bona, ergo vi
tus eſt bona. Locus a cauſa finali.
Maxima. Cuius finis bonus eſt, ip-
ſū quoque bonū eſt. Deſtructiue
ſic. Pęná nō eſt bona, ergo pecca-
tū non eſt bonū. Locus a cā finali,
maxima, Cuius cā mala eſt ipſum
quoq; malum Econuerſo autē eſt
de loco ab effectu cauſæ finalis.

Poſtq̄ Auctor determinauit de loco
a cauſa formali, hic conſequenter de- D
terminat de loco a cauſa finali, eo ꝙ cā
finalis in ſuo eſſe reali mediante for-
ma acquiritur. ratione cuius primo ſic
definit finem dicens, ꝙ finis eſt gratia
cuius aliquid ſit. Cuius ratio eſt, quia
illud qḋ trahit, & mouet intentionem
agentis ad producendum effectum, eſt
gratia cuius aliquid fit. ſed finis trahit,
& mouet appetitum negentis, ad pro
ducendum effectum, ratione cuius di-
citur finis, quia finit, & terminat intē-
tionem agentis, ideo finis eſt gratia cu
ius aliquid fit, & in hoc differt ab alijs
cauſis, quia nulla aliarum terminat in
tentionem agentis, ſed ſolum illud
quod habet rationem finis. E

Prmo ſciendum, ꝙ finis dupliciter
capiť. Vno modo pro termino duratio
nis alicuius rei, vt mors qñq; diciť fi-
nis hominis, quia finit duratione eius
vel terminus tempeſtatis dicitur finis
eius. & hoc modo finis non eſt cā, nec
iſto modo hic accipiť. Alio modo ca-
pitur finis pro illo, quod finit intētio-
nē agētis in producendo effectum, &
eſt bonum conſequens ad ipſum effe-
ctum, & hoc mō eſt cauſa. & etiā hoc
mō accipiť hic. Et diuiditur quia qui-
dā eſt finis quo. ſ. q ordinať ad vlterio-
rē finem proſequendum, & reſpectu
præcedentiū diciť finis, & reſpectu ſe- F
quentiū, quæ mediāte ipſo acquiruntť,
dicitur finis, quo, vt, vt pecunia acquiſi
ta per multa media dř finis eorum, &
vt valet ad alios fines dř finis quo. Alio
eſt finis gratia cuius, & eſt finis acqui
ſitus in ratione vltimi & inquantū eſt
cā mediorum ꝑcedentium, & vtrique
iſtorum finium cōuenit definitio finis
ſcḋm tñ, ꝙ vtraque eſt gratia cuius re
ſpectu mediorum ꝑcedentiū. Idē. n. ma
terialiter poteſt dici finis quo, & finis
gratia cuius reſpectu diuerſorum.

Scḋo ſciendum, ꝙ locꝰ cā finali eſt Modus
habitudo ipſius ad ſuum effectum. Et arguen
tenet affirmatiua ſic. Beatitudo eſt bo di a cau
na, ergo virtus eſt bona maxima. Cuiꝰ ſali ad
finis bonus eſt, ipſum quoq. bonū ēſt. effectū;
Et ratio eſt quia bonitas rei ſumiť ex
boni-

A bonitate ſui finis,& eadem eſt bonitas fini,& mediatorũ ordinatorũ ad finẽ, ideo,ſi finis ſit bonus,media in finẽ ordinata sũt bona. Negatiue tenet ſic,interfectio hoĩs eſt mala, ergo gladı⁹ eſt malus. Maxima. Cuius finis malus eſt, ipſum quoq; malũ eſt,& ecõtra, locus ab effectu cãæ finalis ẽ habitudo ipſi⁹ ad ſuã cãm,& tenet affirmatiue,negatiue, & poſſet argui p ipsũ cõuertẽdo argumento,& maximas prius poſitas.

Finis cõſideratio duplex.

Tertio ſciendum ꝙ finis põt dupliciter conſiderar. Vno modo materialiter ſm id,quod eſt,non per reſpectum ad media quorum eſt finis. Alio modo

B conſideratur formaliter, & ratione finientis,ꝙ ſic importat reſpectũ ad media,quæ finit, & hoc modo bonitas finis in ratione finis includit bonitatẽ mediorũ,quæ ordinantur in ipſum. Et arguẽdo per locũ a cauſa finali nõ ſufficit,ꝙ finis ſm ſe ſit bonus ad inferendũ bonitatẽ effectus, ſed requiritur, ꝙ ſit bonus ratione finientis, quia ſolum illo modo habet ratione cauſę finalis.

Quid p effectũ cauſæ finalis intelligatur.

Quarto ſciendum ꝙ effectus cãæ finalis eſt medium ordinatũ ad aliquẽ fine acquirendum,ſicut virtus ordinatur ad beatitudinem. Sed duplicia ſunt med a ordinata in finem, quia quædã ſunt media ordinata per ſe,& alia sũt media ordinata solũ per accidens. Media p ſe ordinata ſunt illa,ſine quib. finis nõ põt acquiri, ſicut eſt virtus reſpũ

C beatitudinis. Sed media per accidens ſunt illa ſine qb. finis põt acquiri vt eſt inebriatio reſpectu ſanitatis,quæ qñq. eſt mediũ accidẽtaliter, quo ſanitas acquiritur. Et locus ab effectu cãæ finalis solũ tenet in medij per ſe,& non in medijs p accidẽs.quia nõ ſequitur inebriatio eſt mala,ergo ſanitas ẽ mala.

Argu.

Sed cõtra prædicta arguitur primo ſic. Nullũ malum eſt finis,q̃a finis habet rationẽ boni, cũ ſit appetibilis ab efficiẽte, ſꝫ aliquod malũ eſt grãtia cuius aliq̃d fit,vt qñq. interfectio innocẽtia eſt gratia cuius aliquid fit,ergo iſta definitio cõuenit alijs a definito. Scd̃o ſic. Non ſequitur eleemoſyna eſt bona. ergo furari ad dandũ eleemoſynã eſt

D bonũ, & tñ ibi arguitur a cã finali con ſtructiue, ergo iſte locus nõ tenet affirmatiue. Tertio ſic Nõ ſeq̃tur,ſectio nõ eſt,ergo ſecuris nõ eſt,quia antecedens põt eſſe verũ conſequẽte exiſtẽte falſo, ergo loc⁹ a cã finali nõ tenet negatiue.

Quarto ſic. Bonis finis nõ dependẽt a bonitate mediorũ,ſed econtra ergo a bonitate mediorũ nõ ſequitur bonitas finis, ergo locus ab effectu cãæ finalis nõ tenet affirmatiue reſpũ huius prædicati bonũ. Quinto ſic. Non ſequitur, aliquis hõ non eſt bonus,ergo beatitudo nõ eſt bona,vel hõ eſt malus. Ergo felicitas eſt mala,& tamẽ ibi arguitur ab effectu cãæ finalis ad ſuam cauſam, homo.n. productus eſt propter beatitudinẽ acquirendã, ergo locus ab effectu cauſæ finalis non teneat negatiue. E

Solutio

Ad arg. Ad primum dr̃, ꝙ licet malũ ſub rõne mali non ſit finis, inquãtũ tñ eſt apparens bonũm põt habere rationem finis.& hoc modo malum ſub rõne boni apparentis eſt gratia. cuius aliquid fit,& iſto mõ eſt finis,ideo iſta definitio nõ conuenit alijs a definitio.

De hoc in 1. Ethic.

Ad ſm dr̃, q̃d licet eleemoſyna ſm ſe ſit bona,tñ eleemoſyna ex furto non eſt bona in ratione finientis, quia eſt nõ finis acquiſitus per bona media. Ad tertium dr̃ ꝙ locus a cauſa finalis non tenet reſpectu huius prædicati eſſe,ſed ſolum reſpectu horum prędicatorum, F bonum,& malũ eo, ꝙ finis & effectus eius non habent conuenientiã in eſſe. ſed quantum ad eſſe finis eſt extrinſecus ſuo effectui,ſed habent conuenientiam quantum ad bonitatẽ, quia eadẽ eſt bonitas finis,& effectu. ideo ibi nõ benẽ arguitur per locum a cã finali. Ad quartũ dr̃ ꝙ licet bonitas finis non dependeat ex parte mediorum in gñe cauſæ finalis; tñ dependet ab ipſis effectiuæ & dato,ꝙ nõ cauſet ab ipſis, adhuc poſſet ſeq. illatiue ex bonitate mediorũ bonitas ipſius finis. eo ꝙ media capiũt bonitate ex parte finis. Ad quintũ dr̃, ꝙ licet aliquis hõ ſit malus. hoc tamen non eſt ex effectu beatitudinis,

quia

A quia nō diſponit ſe ad talem finē per liberum arbitrium. ſed deuiat a tali fine, & priuat ſe bono, ad q̃ erat ordinatus, ideo ibi non arguitur ab effectu cauſæ finalis. Et ſic patet de locis a cauſa & ab effectu.

Quid Generatio, quid Corruptio, & ipſarum Loci.

Gñatio eſt progreſſio a nō eſſe ad eſſe. Locus a gñatione eſt habitudo ipſius gñationis ad ſuum generatū, & eſt conſtructiuus, & deſtructiuus conſtructiue ſic arguitur, gñatio domus eſt bona, ergo domus eſt bona. Locus a gñatione B maxima, Cuius gñatio bona eſt ipſum quoq; bonum eſt deſtructiue ſic. Generatio latronum eſt mala, ergo latro eſt mal'. Locus a generatione. Maxima cuius generatio mala eſt ipſum quoq; generatum malum eſt. E conuerſo autem eſt de loco gñatio. Corruptio eſt progreſſio ab eſſe ad non eſſe. Locus a corruptione eſt habitudo corruptionis ad corruptum, & eſt conſtructiuus & deſtructiuus. Cōſtructiue, arguitur ſic. Corruptio Antichriſti eſt bona, ergo Antichriſtus eſt malus. Locus a corruptione C Maxima, Cuius corruptio bona eſt, ipſum corruptum malum eſt. Deſtructiue ſic, corruptio domus eſt mala, ergo domus eſt bona. Maxima. Cuius corruptio mala eſt, ipſum bonum eſt, E conuerſo eſt de loco corrupto.

Poſtq̃ Auctor determinauit de locis a cauſa & effectu, hic conſequēter determinat de locis a generatione, & corruptione. Et prius de loco a gñatione, quia, ipſa ſe habet, vt habitus corruptio vero vt priuatio, ratione cuius primo definit generationem dicens. Generatio eſt progreſſio de nō eſſe ad eſſe, capitur ibi progreſſio, generaliter pro mutatione in cōi, & non ſpecialiter pro motu progreſſiuo: ideo ibi pro D greſſio ponitur loco gñis. Et ponitur a non eſſe ad eſſe, ad explicandū terminus gñationis, quia non eſſe eſt terminus a quo ipſius, eſſe vero eſt terminus ad quē. Vnde omnis motus, & mutatio hñt cognoſci per ſuos terminos. & per ſuū terminū ad quē accipit ſpeciem & dñam ab alijs, ideo iſti termini ponuntur iſta definitione ad differentiā omniū aliorū ſpecierū motus.

Generatio duplex ſubſtātiali, & accidētalis.

Primo ſciendū, q̃ gñatio dupl'r accipitur. vno mō ſpecial'r prout eſt mutatio de nō eſſe ſubſtantię ad eſſe ſubſtātię & ſic ſolū reperit in ſubſtātijs. Alio mō accipitur general'r p̃ quacūq; mutatione de nō eſſe ad eſſe, ſiue ſi ad eſſe ſubſtātiæ, ſiue accidenti. Et hoc mō generatio conuenit tam ſubſtantijs, quā E accidentib: & gñatio ſubſtātiæ, eſt gñatio ſimpl'r dicta gñatio vero accidentis eſt gñatio ſcd'm quid & imperfectā, hic aūt ſumitur cōiter gñatio, tam pro gñatione ſubſtantiæ, quā pro gñatione accidentis, quia ad vtrūq; tenet locus a gñatione, & ēt, vtraq; cōuenit definitio gñationis prius poſita, licet p̃ prius conueniat gñationi ſubſtantiæ.

Secundo ſciendum, q̃ locus a gñatione eſt habitudo ipſius ad generatū. Et tenet affirmatiue, vt gñatio domus eſt bona, ergo domus eſt bona. Maxima, Cuius gñatio eſt bona ipſum quoque bonū eſt. cuius ratio eſt, quia gñatio intrinſece terminatur ad eſſe geniti, F ideo gñatio dicit vnum & idē eſſe cum ipſo genito. ideo, ſic gñatio ſic bona bonitate, quæ eſt ex parte geniti ad quod terminatur, oportet genitū eſſe bonum, & ſi ſit mala erit malū, & ecōtra, eo q̃ dicunt vnum & idē eſſe, ſed gñatio importat ipſum in fieri, & genitum in facto eſſe. Et tenet iſte locus negatiue ſic, generatio iuris eſt mala, ergo fur eſt malus Maxima, Cuius generatio eſt mala, ipſe quoque malum eſt. Et proportionaliter poteſt definiri locus a gñato ad generationem, & tenet affirmatiue, & negatiue, & formatur argumenta, & maximæ ſimiliter ſecun-

Modus ar. a generatione negata.

A ſm ipſū, ſicut ſm locū a generatione.

Quid corruptio. Tertio ſciēdum eſt, ꝙ corruptio eſt progreſſio ab eſſe ad non eſſe, vt corruptio Soc. eſt ꝓgreſſio a ſuo eſſe ad non eſſe. Et capitur progreſſio ꝓ mutatione in cōi loco generis. Deinde ponitur ab eſſe ad non eſſe, quia eſſe eſt terminus a quo corruptionis. & non eſſe, eſt terminus ad quē, & ab illo no eſſe capit corruptio ipem, & d iam a generatione, & ab alijs motib. Et qa non eſſe rei, eſt oppoſi u eſſe rei, iō corruptio, q̄ eſſentialiter inportat non eſſe rei, eſt quodā modo oppoſita rei, quæ corrūpit, & inde eſt ꝙ a corruptione ad corruptum arguit reſpū diue ſorū ꝑdicatorū, & ecōtra, licet i loco a genera-

B tione ſp arguatur reſpectu eiuſdem prædicati in antecedente, & conſequente.

Modus argum. corruptione. Quarto ſciendum eſt, ꝙ locus a corruptione eſt habitudo ipſius ad ſuum corruptum. Et tenet Affirmatiue ſic, curruptio Antichriſti eſt bona, ergo, Antichriſtus eſt malus. Maxima. Cuius corruptio eſt bona, ipſum quoque malum eſt, rō eſt, quia corruptio et corruptū opponunť inter ſe, ſicut eſſe, & non eſſe, quia corruptio dicit non eſſe corrupti in fieri, ſed, ſi vnum oppoſitum fuerit bonum, alterum erit malū,

C ideo, cū corruptio ſit bona ipſum corruptum erit malum, & econtra, ſi corruptum ſit bonum, corruptio erit mala. Et tenet negatiue, vt corruptio domus eſt mala, ergo domus eſt bona. Max ma. Cuius corruptio eſt mala ipſum quoq bonū eſt, qa corrupt o non dr̄ mala, niſi inquātū opponit bono, et eſt corruptiua boni. Et locus a corrupto eſt habitudo ipſius ad ſuā corruptionem, & tenet affirmatiue & negatiue: & formanť argumēta, & maxime eius ſitr, ſicut in loco a corruptione.

Argu. Contra ꝑdicta arguiť primo ſic Generatio domus ꝑt eſſe domo nō exiſtēte, ergo. ſi illa gñatio, ſit bona domus nō erit bona cum domus nondū ſit, ergo non ſequitur affirmatiue p r locū a generatione, genera io dom⁹ eſt bona, ergo domus eſt bona. Secundo ſic. Non ſequiť. latio eſt malus, ergo generatio eius eſt mala, qa pot ſtare ꝙ habuerit perfectam generationē, ergo locus a generato nō enet negatiue. Tertio ſic. Corruptio opponiť corruptio, & tenet locus co ruptione rōne diſconuenientiæ corruptionis ad corruptum, & non gratia conueniētiæ, ergo ille locus eſt extrinſecus, cum terminus inferens ſit extrinſecus termino illato, & ita hic male o dinať inter locus intrinſecos. Quarto ſic. Nō ſequiť, corruptio Chriſti fuit bona, ergo Chriſtus fuit malus, quia antecedens eſt verū, & cōſequens falſum ergo locus a corruptione non tenet conſtructiue. Quinto ſic, Non ſequitur Antichriſtus non eſt bonus, ergo corruptio eius eſt bona, cum antecedens ſit verum, & conſequens falſum, & tamen ibi a guitur negatiue corruptio ad corruptionem. ergo ille locus non tenet negatiue.

Ad arg. Ad primum di, ꝙ qñ gñatio cuiuſcunq. rei pcedit ipſū genitū, ipſa nō eſt bona bonitate finis, niſi aptitudine tm̄; qa ſolū hēt bonitatē ī actu qñ genitum hēt bonitatē in actu. & eo mō, quo ipſa eſt bona, ſ. ſcd̄m aptitudinē. et genitum, ꝙ in ipſum includiť in fieri, diciť eſſe bonum ſcd̄m aptitudinē, et ſimiliter qñ eſt genitum in actu, & tranſiuit gñatio eius, ſi genitum ſit bonum in actu ēt gñatio eius ꝑt dici bona in actu, eo ꝙ geni um includit eſſe ꝙ eſt terminus intrinſecus, & eſſentialis gñationis, rōne, cuius ipſa ꝑt dici bona. Ad ſcd̄m diciť, ꝙ licet hō malus poſſit habere bonā generationē & perfectam quantum ad bonitatē formę et originis, tamen nunquā habet bonam generationem bonitate finis, quæ quidem bonitas eſt bonitas ipſius geniti, & de illo ſolum hic intelligitur.

Ad tertium dr̄, quod locus a corruptione ſimpliciter eſt extrinſecus, quia tenet cauſa diſconueniētiæ termini inferētis cum termino illato, qd̄ ſufficit ad locum extrinſecū, & hēt reduci ad locū cōtradictorię oppoſitorū Sed ꝑp conuenientiā, generationis, & corruptionis

D

E

F

A ptionis iſte locus hic enumerat inter locos intrinſecos, & ēt a multis ponit locus intrinſecus ſm habitudinem terminorũ, ſi ſumeretur habitudo extrinſeca termini illati. Ad quartũ d'citur, qđ licet corruptio Chriſti fuerit bona quo ad nos, tamē fuit mala ſm ſe & in quantũ fuit deſtructiua vitæ Chriſti, ideo in ratione corruptionis, & per reſpectum ad nō eſſe, ſeu ad corruptum, non fuit bona. & iſtis locis ſp debet argui de bonitate, vel malitiæ, quæ cōuenit per ſe corruptioni, & corrupto, & non de bonitate per accidens. Ad quintum dicitur; ꝙ conſequentia non valet, quia non ponitur ipſum corru-
B ptum in antecedēte, quia ille negatiua de ſe nihil ponit in eſſe, ſed bene ſequeretur. Antichriſtus eſt malus, ergo corruptio eius eſt bona in aptitudine.

Quid vſus, ac Locus ab vſibus ſit, & communiter Accidentium diſtinctione propoſita de eius Locis diſſeritur.

Vſus vt hic ſumit', eſt operatio rei ſiue exercitiũ ipſius, vt ſecuris operatio eſt ſecare, eq equitate eſt exercitiũ. Locus ab vſib. eſt habitudo ipſius operationis ad id, cuius eſt operatio ſiue vſus. & eſt cōſtructiuus et deſtructiuus. cōſtru-
C ctiue ſic, eqtate, ſiue ſcindere eſt bonũ ergo equus eſt bonus, vel ſecuris eſt bona. Loc⁹ ab vſib. Maxima, Cuius vſus, bonus ipſũ quoq; bonum eſt, Deſtructiue ſic, occidere hominem malum eſt, ergo occiſorē malus, Locus ab vſib. maxima, Cuius vſus malus eſt ipſũ quoque eſt malũ. Cōiter accidētia ſumunt' dupliciter. quędā. n. ſunt q̃ aliquando ſe cōſequunt', & aliqn non, vt cōptus et adulter. & ab his nō ſumit' locus dialecticus, ſed ſophiſticus. Alia sũt, quorũ alterum ſp conſequitur alterũ, vt pęnitere ſequitur deliquiſſe. & ab his ſumitur locus dialecticus, & tenet con-

D ſtructiue et deſtructiue. Conſtructiue ſic iſtum pęnitet, ergo deliquit. Locus à cōmuniter accidentib. Maxima, Si cōiter accidentiũ poſterius in eſt & primũ ĩ fuit. Deſtructiue ſic. Iſte nō deliquit, ergo iſtũ nō pęnitet. Locus a cōiter accidētib. Maxima, Si accidētiũ cōiter prius non ineſt, nec poſterius.

Poſtq̃ Auctor determinauit de loco a gñatione, & corruptione, hic conſequēter determinat de locis ab vſib. & cōiter accident b. rōne cuius primo definit vſum dicēs ꝙ vſus eſt operatio ſiue exercitiũ ipſius rei. Cuius rō eſt, qa vſus eſt illæ, quo vtens vtit' re vſitata, vel inſtrumēto eius, iō dr̃ vſus de vtor vteris. ſed operatio ſiue exercitium ipſius rei eſt illud quo agens principale vtitur ſuis inſtrumentis, vt ſecare eſt illud quo homo vtit' ſecuri, & equitate quo vtit' equo, ergo vſus conuenièter dicit' operatio, ſiue exercitium ipſius rei. Et pt cap i dupliciter. Vno mō ſpecialiter ſolum pro operatione rei, qua agēs principale vtitur reb. ſibi ſubordinatis. alio mō generaliter pro quacunque operatione rei, ad quā res ipſa eſt ordinata, & iſto modo hic accipitur. — Quid vſus. — E

Primo ſciendum eſt, ꝙ vſus dupliciter poteſt conſiderari. Vno modo per reſpectum ad vtentem alio modo per reſpectum ad rem vſitatam, cuius dr̃ vſus, vt ſecare qui eſt vſus ſecutis, poteſt comparari ad hoīem, qui ipſa ſecuri vtitur; & ad ipſam ſecurim, & per comparationem vſus ad rem vſitatã, ſumitur locus dialecticus qui dr̃ ab vſib. & non per comparationem eius ad ipſum vtentem, eo quod vſus maiorem habet conueniētiam & habitudinem cum vſitato, quàm cum vtente: non enim ſequitur, equitate eſt bonũ, ergo equitans eſt bonus, nec econtra. — F — Vſus, duplex cōſideratio.

Secundo ſciendum, ꝙ locus ab vſibus eſt habitudo ipſi⁹ vſus ad vſitatũ: Et tenet affirmatiue ſic, ſecare eſt bonum, ergo ſecuris eſt bona. Maxima, Si vſus ſit bonus, & vſitatum eſt bonũ, cuius, — Modus argu. ab vſibus.

A cuius ratiõ eſt,qa omne ens,ꝑductum eſt pp ſuã operationem,& denominatꝰ bonum pp bonitatem ſui operis,qa illa eſt bonitas ſui finis in execu:ione,iõ ſi vſus eſt bonus,vel operatio rei ſit bona,ipſum vſitatum erit bonũ. Et tenet negatiue ſic,occidere eſt malum, ergo occiſor eſt malus. Maxima. Si vſus eſt malus,vſitatum eſt malum. Et vocatur iſte locus ab vſib.ĩ plurali,& nõ ab vſu in ſingulari, eo ꝙ eodem argumẽto pt argui a pluribꝰ vſib. vt dicendo, equitate eſt bonum,tabere aratrum eſt bonũ & ſic de alijs vſib.equi,ergo equus eſt bonus, non tñ ſuper oportet in quolibet argumento ponere plures vſus. Et

B ſic tenet locus ab vſitato ad ipſum vſũ affirmatiue,& negatiue,ſicut locus ab vſu. Tertio ſciendum, ꝙ duplicia ſunt

Côiter acciden tia.

cõiter accidentia,quædam n.ſunt,q̃ cõtingenter,& non ſꝑ ſeinuicẽ conſequũtur,vt in hoie,magnus & fortis, & pulcher,& bonus alia ſunt,q̃ ſꝑ,& neceſſario ſe conſequentur, eo ꝙ habẽt inter ſe neceſſariam habitudinem.& iſta ſũt duplicia,q̃dam.n. ſunt duæ conſequuntur conuertibiliter, vt in hoie riſibile, & flexibile,& in brutis hẽre cornua, & hẽre duos dentes,vel non hẽre duos dẽtes ſuperiores alia vero ſunt, q̃ ſe conſequuntur neceſſario,& non conuerti-

C bilitor,vt ſunt delinquere,& pœnitere vel non mingere,& hẽre plumas, vnde dñr talia cõiter accidentia, quia ſimul plura talia vni accidunt. Et a cõiter accidentibus quæ neceſſario ſe conſequũtur ſumitur locus dialecticus, non aũtem ab alijs quæ ſe conſequuntur contingenter, ſed ab ipſis ſumitur locus ſophiſticus.

Modus ar. a cõiter accidentib.

Quarto ſciendũ eſt,ꝙ locus cõiter accidentib.eſt habitudo vnius cõiter accidentium ad reliquum. Et in accidẽtib. q̃ ſe conſequuñt conuertibilr tenet affirmatiuẽ q̃ negatiue, ab vtroq. latere ad alterũ,vt riſibile eſt,ergo flebile eſt. Maxima.Poſito vno cõiter accidẽtium ſe conſequentiũ conuertibilr,poniť reliquum pp conuertibili eorum. Et etiã deſtructo vno deſtruiť reliquũ. Sed in his q̃ conſequiť ſeinuicẽ neceſſario, &

D non conuertibiliter arguẽdo a poſteriori ad prius,iſte locus tenet affirmatiue uñ,& nõ negatiue,vt pœnitet,& ergo peccauit,vel auis hẽt plumas, ergo nõ mingit. Maxima. Si cõiter accidẽtiũ poſterius ineſt,neceſſe eſt primũ in fuiſſe. Sed arguendo a priori ad poſterius,nõ tenet affirmatiue,qa poſito priori, vel cõiori,nõ oportet ponere poſteriꝰ. Sed tenet negatiue ſic,nõ deliquit, ergo nõ pœnitet. Maxima. Priori cõiter accidẽtium,deſtructo,remouetur poſterius.

Argũ.

Sed contra prædicta arguitur pͥmo ſic. Intelligere vel velle,eſt operatio nominis, & tñ non eſt vſus, quia in tali operatione nihil vtitur ipſo hoie,ergo definitio vſus non conuenit ſoli definito. Secundo ſic. Vſus vel operatio eſt,

E cauſa finalis ipſius rei,qa eſt gratia cuius res ſic,eo ꝙ vnumquodq. productũ ſit propter ſuam operationem, ergo arguendo ab vſibus eſt locus cauſa finali,& per conſequens male ponitur iſte locus ab illo diſtinctus. Tertio ſic. Non ſequitur. Equitare eſt bonũ,ergo equus claudus,vel cæcus de bónus, & tñ ibi arguitur ab vſu ad vſitatum affirmatiue,ergo iſte locus non tenet affirmatiue. Quarto ſic. Non ſequitur. Deum pœ-

F nitet,ergo peccauit,quia añs eſt verum cum ipſe dixerit,pœnitet feciſſe hoiem, & conſequens falſum,ergo locus a cõiter accidentib. non tenet affirmatiue. Quinto ſic. Non ſequitur, B Virgo nõ peccauit,ergo ipſam non pœnituit, & ſimiliter de multis Sanctis, ergo locus a communiter accidentibus non tenet negatiue ad priori ad poſterius.

Solutio

Ad arg. Ad primũ dr, ꝙ ſi capiatur vſus ꝓprie ꝓ operatione qua vtens vtitur re vſitata,ſic intelligere hõis, vel velle non eſt vſus eius, ſed ſi capiať gñalr ꝓ quacunq. operatione rei,ad q̃ ipſa ordinatur tunc aliquo modo pt dici vſus, & hoc modo hic capitur. Ad ſecundũ dr,ꝙ licet vſus rei ſcdm eſſe intentione agentis ſit cauſa finalis ipſius rei,nõ tamen ſecundum quod eſt in executione,ſed eſt effectus,& operatio rei vſitatur,

A tæ,& hoc m ō ad ipſo ſumitur loc⁹ ab vſu,qui cōiter diſtinguitur a cā finali.

Ad tertium dr̄,ꝙ equitate in cōi nō eſt vſus æqui,claudi,vel cæci, ſed vſus æq in cōi,iō ibi nō bñ arguitur ab vſu ad viſitatum,ſed ſic debet argui, æqui tate æqui claudi eſt bonū.ergo æquus claudus eſt bonus, & ſicut conſequēs eſt falſum,ita,& antecedens.

Ad quartum dr̄ , ꝙ ſi capiatur proprie pænitere,vt eſt pęnitentiam agere pro peccato commiſſo voluntarie, ſic Deum non pęnituit,ſed,ſi capiatur ſecundum ſimilitudinem,prout eſt ſimilitudinarie dolere de aliquo,ſic Deum pœnituit , & hoc modo non ſumitur hic,ſed primo modo.

Ad quintū dr̄ , ꝙ licet Beata Virgo
B & multi Sācti in propria perſona non peccauerint.tñ primi parentes peccauerunt,ratione cuius ipſi pænituerūt.

De locis Extrinſecis.

De oppoſitis Relatiue,& Locis in ipſis.

Sequit̃ de locis extrinſecis.Quid aūt ſit locus extrinſecus dictū eſt prius . Locorū aūt extrinſecorum alius eſt ex oppoſitis, ali⁹ a maiori alius a minori,alius a ſimili, alius appoſitione,alius a trāſumptione, alius ab auctoritate. Itē appoſito-
C rū quatuor ſunt ſpecies,ſcilicet oppoſitio relatiua,contraria,priuatiua,& cōtradictoria.Relatiua oppoſita ſunt quorū alterū nō poteſt ſtare ſine reliquo,& pater,& fili⁹. Locus a relatiue oppoſitis eſt habitudo vnius correlatiuorū ad alterū,et ē cōſtructiu⁹ Cōſtructiue ſic pater eſt,ergo filius eſt,& ecōuerſo.Deſtructiue,ſic pater nō eſt, ergo fili⁹ nō ē,et ecōuerſo. Loc⁹ a relatiue oppoſitis.Maxima poſito relatiuorū ponit̃,& reliquum, & deſtructo vno,deſtruit̃,& reliquum.

Poſtq̄ Auctor determinauit de locis intrinſecis, hic cōſequēter determinat
D de locis extrinſecis.Cuius rō eſt, q̄a locus eſt habitudo termini inferentis ad terminū illatū,ſed locus intrinſecus,dicit pfectiorē habitudinem illorū terminorū,q̄ locus extrinſecus,iō locus extrinſecus,ꝓponit̃ loco itrinſeco. Et q̄a oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcūt, & de vno,hēt clarior cognitio pp cognitionē alterius,& locus itrinſecus,& extrinſecus opponunt̃ iō poſt locus intrinſecus cōuenienter Auct. immediate determinat de locis extrīſecis.Et pſup poſita definitione loci extrīſeci primo diuidit locū extrinſecū p locū ab oppoſitis,a maiori a minori,a ſimili,a ꝓportione,a trāſumptione,& ab auctoritate,quarum ſpecierum definitionem,& differentiæ ſatis patebunt inferius. E

Loci extrinſeci in ſpẽs partitio

Primo ſciendum,& locus extrinſecus eſt qñ terminus inferens eſt ex ſubſtātiā termini illati, & rōne differētiæ illorū terminorū ſumit̃ virtus probatiua,argumenti, ſꝫ loco ab oppoſitis veriori mō terminus inferēs eſt extra ſubſtātiā termini illati,iō inter locus extrīſecus . Auctor prius terminat de loco ab oppoſitis , q̄a ille verius participat rōne loci extrinſeci.Et locus ab oppoſitis eſt habitu vnius oppoſitorū ad reliquum,ideo diuidi hēt ſm diuiſionem oppoſitorū,& rōne ipſorū oppoſitorū, hic diuidit oppoſitionē p quatuor ſpēs .ſ. p oppoſitionē relatiuā,contraria,priuatiua,& contradictoriā.Cui⁹ diuiſio F nis ſufficiētia,& definitiones mēbrorū ſatis patēt in Poſtpræd. Et eodē mō ſumunt̃ quatuor ſpēs oppoſitorū,q̄a qdā ſunt relatiua,alia contraria,alia priuatiua,& alia contradictoria,& inter iſta prius determinatur de relatiuis,& de loco ſumpto ab ipſis.

Quid locus extrinſec⁹ & ab oppoſitis, & quot ei⁹ ſpēs.

Scdo ſciedū,ꝙ relatiua ſūt quorū eſſe eſt ad aliud ſe hr̄e,& eſſe vnius totū refert̃ ad aliud,& ecōtra.Et pñt hæc relatiuā dupl̄r cōſiderari.Vno mō inq̄tum referunt̃ inter ſe,& ſimul ponunt̃ ieſſe & ſub forma relationis,& hoc mō ſūt ſimul natura, & ſic ab ipſis ſumit̃ loc⁹ a relatiuis,& ñ a relatiue oppoſitis alio mo-

A modo conſideratur inquantum habét inter ſe repugnantiam ad ſimul eſſe in vno ſubito reſpectu eiuſdē, & hoc mō dn̄r relatiue oppoſita, & ab ipſis hoc mō ſumitur locus a relatiue oppoſitis.

Modus arguendi a relatiuis. Tertio ſciendū eſt, ꝙ locus relatiuis eſt habitudo relatiuorū ad ſua correla tiua. Et tenet iſte locus affirmatiue, & negatiue. Affirmatiue ſic patet eſt, ergo filius eſt. Maxima. Poſito vno relatiuorū, neceſſario ponit̄ reliquum. Cui᷒ ratio eſt quia totū eſſe relatiui eſt ſe habere ad aliud, ergo ad hoc quod vnū re latiuorum habeat eſſe, oportet ſuū cor relatiuum eſſe ad, quod refert, ideo poſito vno correlatiuorum, neceſſario ponitur ſimul reliquū. Sed negatiue te-

B net ſic, pater non eſt, ergo filius nō eſt. Maxima deſtructo vno relatiuorum deſtruitur reliquum. Relatiua .n. poſita ſe ponuntur, & perempta ſe perimūt.

Modus arguendi a relatiue oppoſitis. Quarto ſciēdū eſt, ꝙ locus a relatiue oppoſitis eſt habitudo vni᷒ relatiue oppoſitorū ad reliquū, & tenet affirmatiue ſic. Soc. eſt pater Pla. ergo non eſt filius eius. Maxima. Poſito vno relatiue oppoſitorum in vno ſubo, ab eodē remouet̄ reliquum, eo ꝙ relatiue oppoſita nunq̄ pmittunt ſe in eodē ſubo reſpū eiuſdē, & inquātū oppoſita ſūt. Sed iſte locus nō tenet negatiue a negatione vnius relatiue oppoſitorū dē vno ſu

C bo ad affirmationē alterius, q̄a nō ſeq tur, Soc. nō eſt filius Pla. ergo eſt pater eius. Et iſte locus a relatiue oppoſitis eſt ſimpr̄ extrinſecus, q̄a ibi ſumitur virtus pbatiua rōne diſconuenientiæ termini inferentis cum termino illato Et locus a relatiuis ſm̄ aliquos ponit̄ extrinſecus, eo ꝙ vnum relatiuorū ſm̄ eſſe eſt extrinſecū alteri. Sed ſm̄ alios ponit intrinſecus, quia terminus inferens᷒ infert terminum illatū rōne cōuenientiæ eorum ineſſe & ſub forma relationis, & hēt reduci ad locū a deſcriptionē, q̄a vnū relatiuorū eſt definitio ne alterius, & vt dn̄r, ſolum ponit̄ hic inter locos extrinſecos cā conuenientiæ relatiuorum, & relatiue oppoſitorū, & vtraq; pars eſt ſatis probabilis.

Sed contra pdicta arguitur primo ſic. In oī loco dialectico terminos inferēs D Argū. dēt inferre terminū illatū, ſed vnū oppoſitorum nunq̄ infert aliud, ſed ſp inſert, & importat negationē & deſtructionem alterius, ergo nullus locus eſt ab oppoſitis, ꝙ eſt contra diuiſionē loci extrinſeci. Secundo ſic. Maius dr̄ cor relatiue ad minus, & econtra, & ēt ſile ad ſuum ſimile relatiue opponit̄, ergo locus maiori, a minori, & ſimili ſunt relatiue oppoſita, ergo male ponunt̄ illi loci diſtincti ab alijs, ergo prædicta diuiſio non valet. Tertio ſic. In oī loco dialectico eſt habitudo antecedētis ad conſequens, & termini inferētis ad ter minum illatum, ſed antecedens, & cōſequens ſunt relatiua inter ſe, ergo oīs E locus eſt a relatiuis inter ſe, ergo oīs lo cus eſt a relatiuis, & ſic male ponitur vnus locus ſpecialis. Quarto ſic. Nō ſe quit, pater Soc. eſt, ergo filius Soc. ē, & & tn̄ ibi arguitur ab vno relatiuorū ad reliquum, ergo iſte locus non tenet affirmatiuē. Minor patet, q̄a pater in cōi & filius dn̄r correlatiue, ergo pater, & filius eius dn̄r correlatiue, & ſic ibi arguitur a relatiuis. Quinto ſic. Non ſeq tur, Soc. eſt pater hominis, ergo nō eſt filius hoīs, & tamen ibi arguitur a relatiue oppoſitis affirmatiue, ergo illo locus non tenet affirmatiue.

Solutio F. Ad arg. Ad primū dr̄, ꝙ vnum oppoſitorū non poteſt inferre aliud affirmatiue ſed bene infert aliud negatiue, eo ꝙ negationē alterius īcludit ideo poſito vno in aliquo ſubiecto, deſtruitur reliquū in eodem ſubiecto. Ad ſm̄ dr̄, ꝙ licet maius dicatur correlatiua ad minus, & ſimile ad ſimile, tn̄ in locis à maiori minori, & à ſimili non ſumitur virtus pbatur rōne relatiue oppoſitionis, ſed rōne maioritatis, & minoritatis, & ſimilitudinis, iō illi loci diſtinguūtur a loco a relatiue oppoſitis Ad tertiū dicitur, quod antecedens, & conſequens ſm̄ illas intētiones dn̄r correlatiue inter ſe, ſed non ſemper dicuntur correlatiue ſm̄ id, ꝙ ſunt quod tamen requiritur in loco à relatiue oppoſitis, iō non

omnis

A omnis locus debet dici, a relatiuis.

Ad quartum dr̄, ꝙ Pater Soc. non dicitur correlatiue ad filium Soc. ſed tm̄ dicitur correlatiue ad filium ſuum, & licet pater in cōi dicatur correlatiue ad filium in cōi, tamen non dicit̄ correlatiue ad filium acceptum cum determinatione ſpāli ſicut pater in cōmuni iſte filius non dicuntur correlatiue inter ſe ideo ibi non arguitur per locum a relatiue oppoſitis. Ad quintum dr̄, ꝙ ibi non arguitur per locum a relatiue oppoſitis, qa Soc in antecedente, & cōſequente nō dr̄ pater, & filius reſpectu hois accepti pro eodē ſuppoſito determinato. & tamen in relatiue oppoſitis

Comparatio in relatiue oppoſitis.

B oportet quòd ſp fiat comparatio reſpectu eiuſdē, ideo bene ſequeretur a relatiue oppoſitis, Socr. eſt pater hominis, ergo non eſt filius eiuſdem hominis.

De Contrarietate, Contrarijs, & Priuatiue oppoſitis, ac ſuis arguendi Locis ſeu maximis.

Cōtrarietas eſt contrariū oppoſitio, vt alb. niger. Contrariorū, quędā ſunt mediā, vt albū nigrū inter quæ ſunt medij colores, quædam ſunt immediata, vt ſanum, & egrū circa aīal. Locus a contrarijs eſt habitudo vnius contrariorum ad

C reliquū, & tenet deſtructiue, & conſtructiue conſtructiue ſic, hoc aīal eſt ſanū, ergo nō eſt ægrū, vel hoc corpus eſt albū, ergo nō eſt nigrum. Locus a cōtrarijs. Maxima. Poſito vno contrariorū, remouetur reliquū ab eodē. Deſtructiue tenet tm̄ in cōtrarijs immediatis cū conſtantia ſubiecti, vt hoc aīal nō eſt ſanū, ergo eſt ęgrū. Locus a cōtrarijs immediatis. Maxima Remoto vno cōtrariū īmediatorum, ponit̄ reliquū manēte ſubiecto priuatiue oppoſita ſūt q̄ hēt fieri circa idē ſubiectū tpe determinato, & ordine irreſſibili, vt cæcitas, & viſus circa oculū, Locus a priuatiue oppoſitis eſt habitudo priuationis ad habitū, vel habitus ac priuationē, & tenet cōſtructiue, & deſtructiue, cōſtructiue, vt So. eſt vidēs, ergo nō ē cæc⁹, vel ē cæcus, ergo nō ē vidēs. Loc⁹ a priuatiue oppoſitis. Maxima. Poſito vno priuatiue oppoſitorū, remouet̄ reliquū ab eodē. Deſtructiue vero n̄ tenet niſi cū cōſtātia ſubi, tpe determinato a natura. Catul⁹. n. leonis nō ē cæcus, neq. vidēs ante nouū diē. Et puer nō dr̄ edētulus, neq. pētul⁹ ante tēpus determinatū a natura. D

E

Poſt̄ Auctor determinauit de relatiue oppoſitis, hic conſequenter determinat ad loco contrarijs, & conſequēter de loco a priuatiue oppoſitis. Et pro cognitione loci a contrarijs, primo definit contrarietatem, & deinde contraria, vnde, contrarietas eſt contrariorū, oppoſitio vel repugnantia, vt repugnātia albi, & nigri: Contraria vero ſunt formæ ſub eodem genere maxime repugnantes q̄ mutuo ab eodem ſubō ſe expellunt, cui viciſſim inſunt, niſi alterum inſit a natura, vnde dupliciter ſūt contra quædam ſunt mediata, inter q̄ cait medium eiuſdem gn̄is, participas rōne vtriq. extremorum vt inter albū, & nigrum ſcribit rubeū, & alij medij colores, alia ſunt immediata, inter q̄ non cadit mediū eiuſdē gn̄is, & neceſſe eſt ſp alterū eorū verificari de proprio ſubō ipſorum, vt ſanum, & ægrum ſunt contraria immediata ꝑ carentiam medij, vel per participationem licet bene habeant medium per abnegationem, quia de lapide poteſt vtrunq. verè negari. Et ab vtriuſq. illorum contrariorū ſumitur locus dialecticus. F

Quid ſit contrarietas.

Primo ſciēdū, ꝙ locus a cōtrarijs eſt habitudo vnius cōtrariorū ad reliquū, Et tenet affirmatiue ſic. Socr. eſt ſanus, ergo So. nō eſt æger. Maxima, poſito vno cōtrariorū aliquo ſubō, ab eodē remouet̄ alterū. Cuius rō eſt, qa cōtraria deſtruuntur ſe mutuo & ſe expellūt ab

Modus arguēdi ꝑ locū a cōtrarijs affirmatiue.

eodem

A eodem ſubiecto, & ꝙ vnum importat negationē alterius, ideo poſito uno in vno ſubiecto, neceſſario remouetur reliquū. Et non ſolum valet affirmatiue iſte locus arguendo tantum ab vno cōtrariorū, ſed etiam a plurib. cōtrarijs, ponēdo plura cōtraria in conſequēte, vt iuſtitia eſt virtus, ergo iniuſtitia eſt vitium, & propter hoc iſte locus vocatur a contrarijs in plurali numero.

Duæ cōditiones ad recte arg. per locum a contrarijs.

Secundo ſciendū, quod iſte locus in contrarijs immediatis tenet negatiue duab. cōditionibus obſeruatis. Prima eſt ꝙ ponatur conſtantia ſubiecti defectu cuius non ſequit, Adā non eſt æger, ergo eſt ſanus. Secunda conditio eſt, ꝙ B arguat reſpectu ſubiecti, determinati, defectu cuius non ſequit, iſte lapis eſt, & nō eſt ſanus, ergo eſt æger, & q̃a eſt determinatū ſubiectū illorū cōtrariorū ſed poſita conſtātia ſubiecti determinati, ſp valet negatiue, vt arguēdo ſic, aīal eſt, & non eſt ſanū, ergo eſt ægrū. Maxima, deſtructo vno cōtrariorū immediatorū in ſubiecto determinato exiſtente, ponitur reliquū, eo ꝙ reſpectu illius ſubiecti neceſſe eſt ſp eſſe aliquod illorū contrariorū. Sed in contrarijs mediatis iſte locus nō tenet negatiue, niſi poſita cōſtātia ſubiecti determinati cū abnegatione vnius contrariorum, & oīum intermediorū, vt hic. corpus mixtū eſt, & C nō eſt albū, nec medio colore coloratū, ergo eſt nigrū. Maxima, Remoto vno cōtrariorū, & oīb. itermedijs a ſubiecto determinato, neceſſe ē ponere reliquū.

Priuatiue oppoſita.

Tertio ſciendū, ꝙ priuatiue oppoſita ſunt q̃ habent fieri circa idē ſubiectū ordine irregreſſibili, & tpe determinato a natura ut viſus, & cecitas circa oculū. Et intelligitur hæc definitio de priuatiue oppoſitis perfecta priuatione, in quib. priuatio negat habitum, & principia habitus ſimul, & non de illis, quæ opponuntur priuatiue priuatione imperfecta, in quib. priuatio negat habitū tm̄, & relinquit principia habitus, vt motus, & quies ſciētia, & ignorātia, q̃a in illis pōt eſſe regreſſus de priuatione in habitū, vt de quiete ſit regreſſus in motū. Sed priuatiue, oppoſita accepta cōiter definiūt ſic priuatiue oppoſita ſunt, quorū vnū dicit negationē alterius cū aptitudine ad ipsū. Cuius ratio eſt, quia priuatiue oppoſita ſunt habitus, & priuatio. priuatio aūt dicit negationem habitus cum aptitudine ad ipſum, vt cæcitas reſpectu viſus. D

Locus argū. a priuatiue oppoſitis.

Quarto ſciendū eſt, ꝙ locus a priuatiue oppoſitis eſt habitudo priuationis ad habitū, & econtra. Et tenet affirmatiue ſic. Soc. eſt videns, ergo nō eſt cæcus maxima. poſito habitu in ſubiecto remouet priuatio eius ab eo, eo qđ vnū illorū importat ſp deſtructionē alteri⁹ & remotionē. Et tenet negatiue, poſita E cōſtātia ſubiecti determinati, & determinato tpe, in quo dēt eſſe habitus, vt ſocrates eſt, & nō eſt vidēs, ergo eſt cæcus. Maxima. Deſtructo vno priuatiue oppoſitorū i ſubiecto apto nato, & tpe determinato, neceſſario ponit reliquū. Sed non ſequitur Antichriſtus non eſt vidēs, ergo eſt cæcus, quia non ponitur conſtantia ſubiecti, ne ſequitur, lapis eſt & non eſt vidēs, ergo eſt cæcus, q̃a non arguitur reſpectu ſubiecti determinati, ꝙ aptū natū ſit ad ſuſcipiēdū habitū vel priuationē. nec ſequit. puer nouiter natus eſt, & non hēt dētes, ergo eſt edentulus, q̃a ibi ponitur tp̄s determinatum ipſius habitus, q̃ tn̄ in cōditiones requiruntur ad debite arguendum F negatiue per locum a priuatiue oppoſitis. Sed contra prædicta arguit primo ſic. aliquod animal eſt medio modo ſe hn̄s inter ſanum, & ægrū, ꝙ dr̄ corpus neutrum, ergo inter ſanum & ægrum eſt corpus medium per participationē, ergo male dr̄, ꝙ contraria immediata ſunt ſanum, & ęgrum. Scdo ſic. Poſito ſcuto pro media parte albo, & pro media parte nigro, non ſequit hoc ſcutum eſt albū, ergo non eſt nigrum, q̃a ſimul eſt album & nigrum, ergo locus a contrarijs non tenet affirmatiue. Tertio ſic. Non ſequitur, hoc lignū eſt & non eſt ægrum, ergo eſt ſanū, & tn̄ eſt ſubiectum determinatum, cū ſit vnum ens in numero, ergo locus a contrarijs im-

A mediatis non tenet negatiue. Quarto ſic. Non ſequitur, homo mouetur, ergo nō quieſcit, quia homo motus in naui mouetur, & quieſcit, & tamē ibi arguitur a priuatione oppoſitis affirmatiuę, ergo ille locus non tenet conſtructiue. Quinto ſic. Non ſequitur, dormiens, eſt nō videns, ergo eſt cæcus, dato ꝙ ponātur omnes conditiones prius poſitę, ergo locus a priuatiue oppoſitis nō tenet negatiue poſitus illis circunſtantijs.

Ad argumēta. Ad primū iſtorū dr̄, ꝙ ſi cōderatur ſanū, & ægrū quātū ad diſpoſitionis pręcedētes ſanitatē, & ægritudinē, vel quātū ad operationes ſequētes, B ſic inter ſimpliciter ſanū, & ſimpliciter ægrū datur mediū, qđ dr̄ neutrū, ſed illud non eſt eiuſdē generis proprij cum extremis, ſed ſic cōſiderētur ſanū, & ægrum formaliter, vt ſanū dicit ad æquationē humorū, & ægrū in inæquationē, inter ipſa nō eſt mediū, quia inter ęquale, & inæquale nō pōt dari mediū ideo ſunt contraria immediata. Ad ſm̄ dr̄ ꝙ ſcutū pro media parte albū, & per media parte nigrum ſimpliciter album, nec ſimpliciter nigrum, quia non eſt vnum coloratū in eſſe colorati. iō antecedens argumenti eſt falſum ſicut & conſequens. Ad tertiū dr̄, ꝙ ibi non arguit reſpectu ſubiecti determinati, qa C licet hoc lignum ſit ſubiectū determinatū in numero, tñ non eſt ſubiectum determinatum illorum contrariorū, ſ. ſani, & ęgri. Ad quartum dr̄, ꝙ licet homo motus in naui moueatur ſecundum motum alterius & per accidens, nō tñ mouetur motu proprio, & per ſe, ſed quantum ad motum proprium quieſcit, & eo modo, quo mouetur motu alterius non quieſcit, quiete oppoſite motui alterius. Ad quintum dr̄, ꝙ ſi capiatur non videns vt negat actum videndi, ſic dormiens eſt, non videns, ſed ſic videns non opponitur priuatiuæ cæco, ſed, ſi capiatur vt negat habitum viſus, vt opponitur cæco, ſic dormiens non eſt non videns, quia habet habitum potentiæ viſiuæ, ideo antecedens eſt falſum, ſicut, & conſequens.

hoc modo mouentur planetæ motu raptus.

D

De contradictione, ipſiusq; locis.

Cōtradictio eſt oppoſitio cuius, ſcđm ſe nō eſt mediū, inter eſſe. n. & nō eſſe nō eſt mediū. Locus contradictorie oppoſitis eſt habitudo vnius cōtradictorie oppoſitorū ad reliquū, vt Soc. ſedere nō eſt verū, ergo Soc. nō ſedere eſt falſū. Maxima, ſi vnū cōtradictorie oppoſitorū eſt verū, reliquū eſt falſū, et ecōuerſo. Sūt aūt & alio oppoſita q̄ dicūtur diſperata quæ nō ſūt oppoſita ſcđm aliquod genus p̄dictæ oppoſitionis, ſed ſūt diuerſa, vt hō & E aſinus, & a talib. ſumit argumētū ſic. Soc. eſt hō, ergo nō eſt aſinus, locus a diſperatis. Maxima, De quocūq. ad vnum diſperatorum abſtractiue, ab illo remouetur reliquum. Dicitur notanter abſtractiue, quia ſi concretiue ſumerentur, tunc non ſequeretur, quia non ſequitur, hoc nō eſt albū, ergo nō eſt quātū, ſed bene ſequitur, hoc eſt albedo, ergo non eſt quantitas.

Poſtquam Auctor ſuperius determinauit de locis a cōtrarijs, & priuatiuis, hic conſequenter determinat de locis contradictorijs, & conſequenter de locis a diſperatis, & ad cognoſcēdum locum a cōtradictorijs, primo ſic definit contradictionem dicens, ꝙ cōtradictio eſt oppoſitio cuius ſecundum ſe nō eſt dare medium, & ratio eſt, quia contradictio eſt oppoſitio contradictoriū, ſed in contradictorijs vnū eſt ens, & aliud ſimpliciter non ens, quia vnum importat ſimpliciter negationem alterius, vt homo, & nō homo, ſed inter ens & nō ens non poteſt dari medium, quia omne, quod eſt vel apprehenditur, vel eſt ens, vel aliud ab ente, ideo in contradictione non poteſt dari medium. & hoc conuenit ſibi ſecundum ſe, inquantum eſt prima oppoſitionum, & non parti-

Quid contradictio. F

ci pa-

A cipatione ab aliqua oppoſitione priori ideo per hoc ipſa differt ab alijs.

Primo ſciendum, ꝙ duplex eſt contradictio, quędam eſt contradictio ꝓpōnum, & de ꝓpōnib. contradictorijs ſatis determinatum eſt in primo tractatu Alia eſt contradictio terminorum, de qua determinatū eſt in poſt ꝑdicamentis. Et ſunt termini contradictorij, quorū vnus dicit ſimplicē negationē alterius, vt hō, & non hō ſedet, & nō ſedet, & ſic de ſimilib. & ſm vtranq. contradictionē ſumit locus dialecticus, & vtriq. conuenit definitio prius poſita. Sed in cōtradictione ꝓpoſitionū debet argui reſpectu horū ꝑdicatorū, verū, ꝙ falſū, in alia aūt arguit ab affirmatione vnius contradictoriorum ad negationem alterius de aliquo ſubiecto, vel econtra.

B

Loc⁹ argu. a cōtradictorijs.

Scdo ſciēdū, ꝙ locus a cōtradictorijs eſt habitudo vnius cōtradictoriorū ad reliquū. Et tenet affirmatiue ſic Socratem currere eſt verū, ergo Socratē non currere eſt falſum. Maxima, Si vnū cōtradictoriorū eſt verū, reliquum eſt falſum. Et in terminis cōtradictorijs ſic, Socrates eſt hō, ergo Socrates non eſt non hō. Maxima, poſito vno contradictoriorū in aliquo ſubiecto neceſſario remouetur reliquū, qa vnū importat ſimplicē negationē alteri⁹, iō non poſſunt de eodem verificari, Et tenet negatiuē iſte locus formādo argumenta, & maximas ꝑ oppoſitū ad ꝑcedētes. Et nō ſolū valet iſte locus in ſimplici cōſequētia, ſed ēt valet in cōſequentia ecōtrario, q̄ eſt, qñ in aliqua cōſequētia ex antecedēte ſequit conſequens, & ex oppoſito cōſequentis infert oppoſitū antecedentis, vt hic; ſi hō eſt, aial eſt, ergo ſi non eſt aial, non eſt hō Sed ſm iſtū locū non valet conſequentia in ipſo, quę eſt, qñ in aliqua conſequentia ex oppoſito, antecedentis infert oppoſitum conſequentis. ſed iſta conſequentia ſolū tenet in alijs oppoſitis a contradictorijs, vt bene, ſequitur, ſi iuſtitia eſt, virtus eſt. ergo, ſi iniuſtitia eſt, vitium eſt.

C

Tertio ſciendum, ꝙ diſperata ſūt illa q̄ de ſe inuicem non pñt verificari, vt homo, & aſinus. Et dñr diſperata a dis D ꝙ eſt diuiſum, & ſeparatus, tātū quaſi diuerſa entia adinuicē ſeparata rōne cuius nō poſſunt de ſeinuicē verificari qa in vera ꝑdicatione requirit ꝑdicatū in eſſe ſubiectū, & oīa generaliter eo mō, quo nō poſſunt verificari de ſeinuicē dicunt diſperata. Et ſi aliqua vno mō verificent, & alio mō non; vt quātitas, & qualitas in cōcreto de ſe inuicē verificātur, vt dicēdo, quale eſt q̄tū, & in abſtracto non verificant, ſolū ſunt diſperata eo mō, quo de ſe inuicem non verificātur. ſ. in abſtracto, & non ſunt diſperata in concreto, quia nō ſunt hoc modo ſeparata ſecundum prędicationem.

E

Locus a diſperatis affirmatiue, non tantū valet.

Quarto ſciendum, ꝙ locus a diſperatis eſt habitudo vni⁹ diſperatorū ad reliquū. Et tenet affirmatiue ſic, Soc. ē homo, ergo Soc. non eſt aſinus. Maxima, Cuicūq. cōuenit vnū diſperatorū ab eo dē remouet reliquū. Cui⁹ rō ē, qa diſperata nō pñt de ſe inuicē verificari iō nō pñt de eodē tertio vere ꝑdicari, qa, ſi vere ꝑdicarent de aliquo tertio, poſſet aliquo mō de ſe inuicem ꝑdicari, ſed non tenet iſte locus negatiue, qa nō ſequit. Socrates non eſt aſinus, ergo eſt equ⁹.

Sed contra ꝑdicta arguit primo ſic. Inter eſſe, & nō eſſe q̄ ſūt cōtradictoria eſt cōtradictio media, ēt relatio illorū extremorū, ergo iter cōtradictoria pōt dari mediū, & ſic male dr ꝙ in cōtradictione nō eſt dare mediū. Scdo ſic. Nō ſequit, pluuiā eſſe cras nō eſt verū, ergo pluuiā cras nō eſſe ē falſū, qa nul'ū illorū, cras pluet, & cras nō pluet, ē verū vel falſum, ergo locus a contradictorijs non tenet negatiue. arguēdo i ꝓpoſitionib. contradictorijs. Tertio ſic. Nō ſequitur, homo eſt animal, ergo homo non eſt animal, & tamen ibi arguit in terminis contradictorijs, ergo iſte loc⁹ non tenet affirmatiue in terminis cōtradictorijs Quarto ſic Oīa oppoſita continent ſub aliquo genere oppoſitionis ſed nihil eſt in genere, quin ſit ī aliqua eius ſpecie, ſed diſperata ſunt oppoſita, ergo continētur ſub alijs oppoſitis, & ſic male hic ſeparant ab alijs. Quinto

F

A ſic. Non ſequitur, homo eſt pater, ergo non eſt dñs, & tñ ibi arguitur a diſperatis affirmatiue quia pater & dominus ſunt ſpẽs relationis abinuicem ſeparatę ergo ille locus non tenet affirmatiue.

Solutio

Ad argumenta. Ad primum iſtorum dr̃ quod licet inter eſſe, & non eſſe, & inter alia contradictoria ſit medium ſecundum rõnem, vt eſt contradictio, vel relatio medians, tñ inter ipſa nullum eſt medium ſecundum rem, & de quo non verificet vnum extremorum. Ad ſecundum dr̃, ꝙ eodem modo, quo ponit̃ nõ eſſe verum, cras pluuiam eſſe, eo modo ſequitur, cras pluuiam non eſſe, non eſſe verum, qa nullum illorum eſt determinate verum, eo ꝙ ſunt de futuro contingent. B ſed ſi vnum ponat̃ falsũ determinate, aliud põt poni verũ determinate, & ſic ibi põt valere locus a contradictorijs. Ad tertiũ dr̃, qđ ibi termini contradictorij ſubijciuntur, & arguendo per iſtum locum debet ſemp predicari ideo ibi non debite arguitur per locum a contradictorijs. Ad quartum dr̃, quod licet diſperata virtualiter includãt aliq̃ oppõtionẽ, eo quod ſunt diuiſa, & oĩs diuiſio & diſtinctio ſecundum Boethũ in oppoſitione fundatur, tñ non ſunt oppoſita formaliter, quantum ad ſuas formas proprias, ideo aliter ſumitur locus ab ipſis quam ab alijs oppoſitis. Ad C quintum dr̃, quod licet, dominus, & pater in abſtracto, & ſecundum ſuas eſſentias ſint ſpecies ſeparatæ, tamen in cõcreto & ſecundum eſſe in ſubiecto non ſunt adinuicem diſperata, quia illo modo non ſemper inter ſe ſeparantur.

In particulari raſtitu.

De Maiori, ac Minori, atq. Similitudine, ac proportione, & ipſarum Locis ac Diſcrimine.

Maius, ꝓut hic ſumit̃, eſt illud qđ ſupponit̃ alij in potentia, vel in virtute. Minꝰ aũt eſt quod ſupponitur illi. Locus a maiori ẽ habitudo maioris ad minus, & eſt ſp deſtructiuus, vt Rex non p̃t expugnare hoc caſtrũ, ergo nec miles. Locus a maiori, maxima. Si illud quod magis videtur ineſſe non ineſt, nec id qđ D minus videtur ineſſe erit. Locus a minori ẽ habitudo minoris ad maius, & eſt ſemper conſtructiuus, vt Argũ. miles põt expugnare caſtrũ, ergo & rex. Locꝰ a minoris maxima. Si id ꝙ minus videtur ineſſe ineſt, & id quod magis videtur ĩeſſe, inerit.

Similitudo eſt conuenientia rerum penes ſpẽm, vel eſt rerum differentium eadem qualitas. Locus a ſimili eſt habitudo vnius ſimilis ad reliquũ, & tenet cõſtructiue, & deſtructiue, conſtructiue ſic, ſicut riſibile ineſt hoĩ ita hinnibile ineſt equo, ſed riſibile ĩeſt vt ꝓpriũ hoĩ ergo hĩnibile ĩeſt vt ꝓpriũ equo. E Locus a ſimili maxima. De ſimilib. idẽ ẽ iudiciũ, vel ſi vnus ſimile ĩeſt & reliquũ. Deſtructiue ſic, Sicut in ẽ riſibile hoĩ, ſic ineſt hinnibile equo, ſed riſibile non ineſt hoĩ vt genus, ergo hinnibile non ineſt equo ut genus. Locꝰ a ſimili. Maxima. Si unũ ſimile non ineſt, nec reliquũ.

Proportio eſt rerũ differẽtiũ eadẽ habitudo. Locus a proportione eſt habitudo unius ꝓportionabiliũ ad reliquum, ut ſicut ſe hẽt rector nauis ad nauem, ita ſe habet rector F ſcolarium ad ſcolas, ſed rector nauis eſt eligendus non ſorte, ſed arte ergo rector ſcolarium eſt eligendus non ſorte, ſed arte. Locus a ꝓportione Maxima, de ꝓportionabilies idem eſt iudiciũ. Differt aũt locus iſte a loco a ſimili, quia in loco a ſimili accipitur cõparatio ſecundum ſimilitudinem inhærentiæ, in loco autem a proportione accipit̃ comparatio ſecũdum habitudinẽ.

POſtquã Auctor determinauit de locis ab oppoſitis, hic conſequẽter determina de locis a maiori, a minori, a ſimili, & a proportione qui hñt inter ſe conuenientiam, & ad cognoſcendum

locum

A locum a maiori & minori, primo ex plicat qd ſit maius & minus. Vnde maius poteſt capi dupliciter, vno modo ꝓprie pro illo, quod ſuperponitur alteri in potentia, vel virtute quãtum ad aliq̃ operationem, vt Rex ſuperponitur militi, & ecõtra Minus eſt quod ſupponitur alteri in potentia, vel virtute quantum ad aliq̃ operationẽ vt comes Regi. Alio modo dicitur maius quod excedit alterum in potẽtia & virtute quãtũ ad verificationẽ locutionis, eo φ habet maiorẽ habitudinem ad aliud extremũ propoſitionis quod maius ſibi videtur conuenire q̃ alteri Et econtra. Minus eſt quod ſupponit alteri in potẽ

Quid maius ac min⁹

B tia & virtute quãtum ad verificationẽ locutionis, eo quod minus videtur conuenire cum altero extremo propoſitionis quam ipſum maius, ſicut miles minus conuenit cum illo accidente, debellare caſtrum quam Rex, & hoc vltimo modo ſumuntur hic maius, & minus.

Modus arguẽdi ꝑ locũ maiori ad min⁹ & econtra.

Primo ſciendum eſt, φ locus a maiori eſt habitudo maioris ad minus. Et tenet negatiue tñ, & nõ affirmatiue. Vt Rex non põt debellare ciuitates, ergo nec miles. Maxima, Si illud φ magis videt ineſſe non ineſt, nec illud φ minus & econtra. Locus a minori eſt habitudo ipſius ad maius. Et tenet affirmatiue tñ & non negatiue, vt comes põt

C vincere ciuitatẽ, ergo & rex. Maxima, Si illud quòd minus videtur ineſſe ineſt, & illud quod magis. Et in iſto loco poteſt argui tripliciter. Vno modo comparãdo duo ſubiecto ad vnum prędicatum vt in exemplo dato Secundo modo comparando vnum ſubiectum ad duo pdicata. vt Rex poteſt debellare ciuitatẽ, ergo põt debellare caſtrũ. Tertio modo, comparando duo ſubiecta ad duo prędicata, vt miles poteſt debellare ciuitatem, ergo rex poteſt debellare caſtrum. Et ſimiliter variantur argumenta tripliciter in locis a maiori, a ſimili, & a proportione.

Similitudo et ad eã requiſita.

Secundo ſciendum eſt φ ſimilitudo eſt rerũ drũm eadem qualitas. Et non ſufficit ad ſimilitudinẽ eadẽ qualitas ĩ gñe, qa ſi albũ, & nigrũ eſſent ſimilia, D nec requirit eadẽ qualitas in numero, quia res differẽtes in numero ſp hñt diuerſas qualitates in numero, qa accidens variatur ſm numerũ ſui ſubiecti, ſed acquiritur eadẽ qualitas in ſpecie, ſicut duo alba dñr ſimilia. Et non capit hic ſimilitudo proprie ſolum ꝓ ſimilitudine accidẽtali, q̃ eſt rerũ differẽtium vna qualitas accidẽtalis, ſed capitur generaliter tã pro ſimilitudine accidentali, q̃ eſſentiale, vnde ex definitione ſcdicta patet, φ vbicunq; eſt ſimilitudo, ibi eſt diſſimilitudo, qa ſimilitudo eſt rerũ differentiam, & res differentes ſemper habent diſſimilitudinem inter ſe.

F Tertio ſciendum φ locus a ſimili eſt habitudo vnius ſimiliũ ad reliquum. Et tenet affirmatiue, & negatiue. Affirmatiue ſic ſicut aial ineſt hoi, ſimiliter ineſt equo, ſed ineſt hoi, vt genus, ergo ineſt equo, vt genus. Maxima. De ſimilib. ſimile eſt iudiciũ, & rõ eſt, qa qcqd conuenit vni ſimiliũ inquãtum eſt ſimile, et conuenit alteri. quia, ſi nõ ſibi conueniret in hoc eſſet diſſimilitudo, & per iſtũ locum dẽt argui ſp a ſimilib. inquantũ ſimilia ſunt, & non inquãtum diſſimilia. negatiue autem ſic tenet, Soc. non eſt hinnibilis, ergo Plato non eſt hinnibilis Maxima, quicquid remouetur ad vno ſimilium inquantum ſunt ſimilia, & a reliquo.

Locus a ſimili affirmatiue & negatiue.

E Quarto ſciẽdũ qd ꝓportio eſt rerum differentiũ reſpũ alicuius eadẽ cõparatio, vel habitudo, ſicut cõparatio duorũ ad quatuor, & triũ ad ſex eſt ſimilis comparatio, quia vtrobiq; cõparatur medietas ad ſuũ totũ. Et locus a ꝓportione eſt habitudo vnius ꝓportionabiliũ ad reliquũ, & tenet affirmatiue ſic, ſicut ſe habent quatuor, ad duo, ita ſex ad tria, ſed quatuor ſunt dupla duorũ, ergo ſex ſunt dupla triũ. Maxima de ꝓportionabilib idẽ eſt iudiciũ. Et tenet negatiue ſic, ſicut ſe habẽt duo ad tria, ita quatuor ad ſex, ſed duo nõ ſunt dupla triũ, ergo quatuor nõ ſũt dupla ad ſex. Et per iſtum locum põt argui a cõmutatã ꝓportione hoc mõ, ſicut ſe ha

Quid ꝓportio, & de modo argu.

A bẽt duo ad quatuor, ita tria ſe hābẽt ad
ſex, ergo cōmutādo proportionē ſicut
ſe hēbt duo ad tria, ita quatuor ad ſex;
ſed duo excedunt medietatē triū, ergo
quatuor eſt pluſquā medietas ſenarij.

Sed cōtra prædicta arguitur primo
Argū. ſic. Deus non pōt peccare, ergo hō nō
pōt peccare, & tñ ibi arguitur per locū
a maiori negatiue, ergo ille locus nō te
net negatiue. Scdo ſic. Nō ſequitur, Soc.
pōt portare decē libras, ergo pōt por-
tare centum, vel poteſt trahere paruā
nauem, ergo, & magnam. & tamen ibi
arguit a minori ad maius affirmatiue,
ergo ille locus non tenet affirmatiue.

Tertio ſic. Similitudo non eſt quali-
tas, ſed relatio, ergo non eſt rerū diffe
B rentium eadē qualitas. Quarto ſic. Nō
ſequit, ſicut oculus eſt in corpore, ita
ītellectus in aīa, ſed oculus eſt pars in-
tegralis corporis, ergo intellectus eſt
pars integralis animę. & tñ ibi arguit
per locum a ſimili affirmatiue, ergo il
le locus non tenet affirmatiue. Quin-
to ſic. Non ſequit, ſicut ſe habet ſonus
ad auditum, ita color ad viſum, ſed ſo-
nus ab auditu percipitur in tenebris,
ergo color a viſu percipitur in tene-
bris, & tamen ibi argitur per locum a
proportione affirmatiue, ergo ille lo-
cus non valet affirmatiue.

Ad argumenta. Ad primū dr̃, ꝙ ibi
Solutio non arguitur a maiori negatiuę, qa li-
C cet Deus excedat hoīem quantum ad
virtutem operandi, non tñ excedit ip-
ſum quantum ad conuenientiā, & ha
bitudinē cum illo extremo locutionis,
quod eſt peccare, ideo nō eſt maius in
virtute quantum ad verificationē locu
tionis reſpectu illius extremi, quia nō
ſibi magis videtur ineſſe q̃ homini, qa
ſibi nullo modo conuenit. Ad ſecundū
dr̃ ſimiliter, quod ibi non arguit a mi-
nori, quia non arguitur ab illo quod
minus videtur ineſſe, uel quod hẽt mi
norem apparentiā veritatis. Ad tertiū
dr̃ ꝙ licet ſimilitudo non ſit formaliter
qualitas, tñ dr̃ qualitas materialiter, qa
qualitas eſt materiale fundamētū eius,
& vnitas ſpecifica qualitatis eſt eius
proximum fundamentū. Ad quartum D
dr̃, ꝙ ibi non arguitur a ſimilibus inq̃- Conueniunt oculus, & ītelle
tum ſimilia ſunt. ideo non arguit per
locū a ſimili. In hoc n. conueniūt ocu-
lus & intellectus, quia vterq; dr̃, pars,
ſed in hoc differunt & hābẽt diſſimili
tudinē, qa oculus eſt pars quātitatiua,
& integralis, intellectus vero pars po-
teſtatiua. vnde non ſequitur, habent ſi-
militudinē in aliquo, ergo habent ſimi
litudinem in iſto. niſi arguitur ſp ma-
nēdo in ratione ſimilitudinis. Ad quin
tum dr̃, quod ibi non arguitur a pro-
portionalib. in quantum habent pro-
portionē, ſed inquantum hābẽt diſpro
portionem, quia color & ſonus in hoc
habent proportionem, quod vterq; eſt
ſubiectū vnius, ſenſus, ſed hābẽt diſpro E
portionem, & diſſimilitudinem in mo
do quo ſentiūtur ab ipſis ſenſib. quia
color non diffunditur ad viſum, niſi
per medium illuminatum, ſonus vero
diffunditur ſine lumine per medium,
quod poteſt faciliter moueri, & rare fie
ri, ſicut per aerem, vel per ignem.

De duplici tranſumptione, & autoritate & ſuis locis.

Trāſumptio eſt duplex. Quędā
enim eſt, qñ dictio vel oratio ſigni
ficans vnum, tranſumitur ad ſigni F
ficandū aliud, ꝓpter ſimilitudinē
aliq̃ in eis repertā, ut ridere tran-
ſumitur ad ſignificādū florere, cū
dr̃ pratū ridet. Oratio aūt trāsfer-
tur cum dr̃, litius aratur pro ope-
ra perditur, ſicut ſolet dici alicui
qui in caſsū laborat, & iſta trāſum
ptio pertinet ad Sophiſticū, & nō
ad dialecticū. Eſt alia trāſumptio,
vt quando ſumit̃ nomen magis no
tum, pro alio minus noto, vt ſi de-
beat probari, quod Philoſophus
non inuidet, & fiat translatio ad
hoc nomen ſapiens, dicēdo ſapiēs
non inuidet, ergo Philoſophus nō
inuidet, & iſta pertinet ad Dia-

lecti-

A lecticũ. Locus a trãſumptione eſt habitudo trãſupti vnius ad aliud vt ſapiens non inuidet, ergo Philoſophus non inuidet. Locus a tranſũptione. Maxima. Quod alicuius cõuenit ſub noĩe magi noto, eiſdẽ conuenit ſub noĩe minus noto. Differt aũt locus iſte a loco a noĩs interpͣtatione accipiẽ definitio ſiue deſcriptio noĩs, vel expoſitio eius, vt Philoſophus exponiẽ ꝑ hoc qđ dico amator ſapiẽtiæ in loco aũt a trãſũptione nõ accipiẽ expoſitio nominis, ſed ꝓ vno noĩe minus no-
B to, ſumitur aliud magis notum vel aliqđ aliud, per quod facile ꝓbaẽ.

Auctoritas, vt hic ſumitur, eſt iudiciũ ſapiẽtis in ſcĩa ſua vñ à rei iudicio ſolet denominari locus iſte. Locus ab auctoritate eſt habitudo ipſius auctoritatis ad id ꝙ per eã ꝓbatur, & tenet cõſtructiue ſolũ, vt Aſtronomus dicit, cęlum eſſe volubile: ergo cęlũ eſt volubile. Locus ab auctoritate. Maxima. Vnicuiq. experto in ſua ſciẽtia eſt credẽdũ.

Poſtq̃ auctor prius determinauit de
C locis a maiori, a minori, a ſimili, & a ꝓportione, hic cõſequenter determinat de locis tranſumptio, & ab auctoritate. Et ꝓ cognitione loci a tranſumptione hic Auctor primo diuidit trãſũptionẽ dicens, ꝙ duplex eſt tranſumptio, vna eſt, qñ dictio, vel orõ ꝓprie vnũ ſignificãs trãſumiẽ ad ſignificandũ aliud pp aliq̃ ſimilitudinẽ in ipſis repertam, vt ridere proprie ſignat actũ oris, & trãſumitur per quãdã ſimilitudinẽ ad ſignificandum floritionem prati, quia vtrobiq; eſt ſimilitudo lætitiæ, alia eſt, quando res ſignificata ſub nomine minus noto, iterũ ſumitur ſub nomine magis noto, vt ſi ponatur ſapiens pro Philoſopho, & differunt iſtæ duę trãſũptiones, quia in prima ſumitur vna vox pro diuerſis rebus, in ſecunda vero ſumũtur diuerſæ voces pro vna re tantum, & a
D prima trãſumptiõne ſumitur locus ſophiſticus, & a ſecunda dialecticus ideo de ſecunda eſt ſolum hic ad propoſitũ.

De multiplici trãſumptione.

Vbi primo ſciendum, ꝙ locus a trãſumptione ẽ habitudo vnius nominis magis noti ad aliud nomen minus notum. Et tenet quatuor modis, primo ſubijciendo nomen magis notum affirmatiue, vt ſapiens currit, ergo Philoſophus currit. Maxima, quicquid conuenit alicui ſub noĩe magis noto ſibi conuenit ſub nomine minus noto. Cuius ratio eſt, quia nomen magis notum, & minus notum in tranſumptione dicũt idem realiter & conuertibiliter, ideo quicquid verificatur de vno, ẽt verifica-
B tur de alio, & de quocunq. prędicatur vnum ſiue affirmatiue, ſiue negatiue, ẽt & reliquũ ſecũdo modo tenet prædicãdo affirmatiue, tertio ſubijciendo negatiue, quarto prædicando negatiue. Et poſſunt formari argumenta & maxime, vt prius dictum eſt.

Modus arguendi a trãſũptione quadruplex

Scdo ſciendum, ꝙ ſm aliquos locus a tranſumptione ponitur locus intrinſecus. Cuius rõ eſt, qa nomẽ magis notũ, & nomen minus notũ, in trãſũptione dñt idem realiter conuertibiliter, & propter illam vnitatem, & identitatẽ, rei ſignificatæ valet conſequentia ab vno ad reliquum, iõ terminus inferens
F in iſto loco rõne conuenientiæ, & non rõne diſconuenientiæ, hẽt virtutem inferendi terminum illatum. Sed ſm Boethum, & Petrum Hiſpanum hic poniẽ locus extrinſecus quia licet in trãſũptione nomen magis notum, & nomẽ minus notum eandum rem importẽt, tñ ſumitur probabilitas ex parte nominis magis noti, inquantum eſt magis notum, & quòd ſit magis notũ alio nõ eſt ex parte rei ſignificatæ, ſed ex parte modi, ideo terminus inferens, ſm quòd ab eo ſumitur virtus probatiua, eſt extrinſecus termino illato, quia terminus inferens, vt eſt magis notus quã terminus illatus ſub tali ratione differt ab ipſo, & ſibi eſt extrinſecus, & vtraq. opinio, ſatis videtur probabilis.

Oppoſitio Boethus, & Pe. Hiſ.

A Tertio ſciendũ, ꝙ auctoritas eſt iudiciũ, ſiue dictũ ſapientis in ſua ſciẽtia experti, vt cum Aſtronomus iudicat Solẽ eſſe maiorẽ tota terra, hæc propoſitio ſic iudicata, vel dicta ab Aſtronomo dr̃ auctoritas eius, ſic ꝙ eſſe dictũ vel iudicatum a tali ſapiente quod relinquitur in tali propoſitione eſt formale auctoritatis. Vnde pp̃ excellentia ſapientiæ vel cognitionis alicui⁹ ſapiẽtiæ ꝓpoſitio ab eo dicta vel probata accipit quãdam euidẽtiã veritatis ſuæ, rõne cuius magis creditur ab alijs, quam ſi non eſſet dicta à tali ſapiente. Et talis credulitas vel apparẽtia veritatis in ꝓpoſitione nominatur auctoritatem: Dupliciter tñ accipitur auctoritas. Vno modo pro excellẽtia ſciẽtiæ aut cognitionis ſapiẽtis. Alio mõ ꝑ excellentia apparentiæ veritatis. q̃ ſumit propoſitio p hoc ꝙ dr̃, vel iudicatur eſſe vera a ſapiente, & hoc vltimo mõ ſumit̃ hic auctoritas.

Quid auctoritas.

B

Locus ab auctoritate.

Quarto ſciendum, ꝙ locus ab auctoritate eſt habitudo ipſius auctoritatis, ad ꝓpoſitionẽ cui conuenit auctoritas. Et tenet affirmatiue tm̃, vt Aſtronom⁹ dicit Solẽ eſſe maiorem tota terra, ergo Sol eſt maior tota terra. Maxima, Cuilibet experto in ſua ſciã credendũ eſt. Cuius rõ eſt, quia ſi ſapiẽs dicat aliquam propoſitionem in q̃tum ſapiens eſt expertus in ſua ſcia, tunc, oportet illã ꝓpoſitionem eſſe verã, quia ſi diceret aliq̃ ꝓpoſitionem falſam in hoc non eſſet ſapiens, vel expertus. Sed nõ tenet iſte locus negatiue, quia non ſequitur, Ariſto. non dixit eſſe decẽ orbes celeſtes, ergo ñ ſũt ponẽdi decẽ orbes.

C

Argũ.

Sed contra ꝓdicta arguitur primo ſic. Ab vnitate ſignati ſumit̃ vnitas, ſigni, ergo vnius rei ſignatæ non ſunt multa ſigna, ergo in tranſumptione non ſunt plura nomina eiuſdem rei, & ſic male ponitur ſecundus modus tranſumptionis. Secundo ſic. Non ſequitur, homo eſt animal, ergo humanitas eſt aĩal, & tamen ibi arguitur a tranſumptione, quia hõ & humanitas idẽ ſignificant & hõ eſt nomẽ magis notum, ergo locus a tranſumptione non tenet affirmatiue. Tertio ſic. Propoſitio non capit veritatem ab hoĩe dicẽte, vel iudicante ipſam eſſe veram, quia ꝓpter noſtrum affirmare, vel negare nihil mutatur in re, ergo pp̃ auctoritatem dicentis non datur veritas propoſitionis, ergo a tali auctoritate non ſumitur locus dialecticus. Quarto ſic. Non ſequitur. Philoſophus dicit, mundum eſſe æternum, & nunquam incepiſſe, ergo mundus nunq̃ incepit, ergo locus ab Auctoritate nõ tenet affirmatiue. Quinto ſic, Bene ſequitur, Ariſt. dicit tẽpus non fuiſſe ante motũ, ergo ipſum non ꝓceſſit motum, & tamen ibi arguit̃ ab auctoritate negatiue, ergo ille locus tenet negatiue.

D

Ad argumenta. Ad primum illorum dr̃, ꝙ licet ab vnitate ſignati ſumat̃ vnitas in ſpẽ ipſius ſigni, non tñ numeralis vnitas ideo vnius ſignati pñt eſſe plura ſigna in numero, licet nõ in ſpẽs ideo vni⁹ rei pñt eſſe plura noĩa ſignificatiua. Ad ſin dr̃, ꝙ licet homo, & humanitas ſignificent, idem ſnt eſſentiã, non tamen ſub eodem modo eſſendi, quia humanitas ſignificat eſſentiã hominis abſtractiue, & non per reſpectũ ad ſuppoſita, iõ inter ipſa duo non eſt tranſumptio, & quia in tranſumptione oportet, ꝙ duo noĩa habeant idem ſignificatum ſub eodem eſſe, quare ibi non arguitur per iſtum locum. Ad tertium dr̃, ꝙ licet oratio dicto a ſapiẽte non capiat ab eo veritatem, tamen capit ab eo apparentiam, & confirmationem ſuæ veritatis, & ratione cuius apparentiæ efficitur probabilis, & apparens vera alijs hominibus, quare ab ipſa ſumitur locus dialecticus.

Solutio.

E

F

Ad quartum dicit̃ ꝙ ibi non arguit̃ ab auctoritate, quia hoc Ariſt. nõ dicit inquantum fuit expertus in ſua ſciẽtia nec in hoc tenetur ideo non arguit̃ affirmatiue per locũ ab Auctoritate. Ad quintum dicitur ꝙ ibi non arguit̃ negatiue per iſtum locum, quia hoc verbum dicit, importat ibi auctoritatem, & ad hoc, ꝙ neget aucto itas oportet negare ipſum verbum ad arguẽdũ negatiue per locum ab auctoritate, quod ta-

A tñ nõ fit in illo argumēto ſed ibi arguit affirmatiue, & eſt bona conſequentia.

De Locis Medijs.

De Locis a Coniugatis, & a Caſibus.

Sequitur de locis medijs. Quid aũt ſit locus medius dictũ eſt prius Locorũm aũt mediorũ, alius a cõiugatis, alius a caſibus, alius a diuiſione. Cõiugata, & caſus differũt, quia vniuocũ, ſiue principale, ſiue abſtractũ ꝙ idẽ eſt, dicitur cõiugatum cũ ſuo denominatiuo, vt iuſtitia ac iuſtus caſus aũt dicunẽ ea, q̃ cadũt a principali vt iuſtũ & iuſte a iuſtitia, et hãc differẽtiã aſſignat B Ariſtoteles in Topicis in Secũdo. Locus a cõiugatis ẽ habitudo vnius cõiugatorũ ad reliquũ, vt iuſtitia eſt bona ergo iuſtũ eſt bonũ, et ecõuerſo loc⁹ a cõiugatis Maxima, Quod cõuenit vni cõiugatorũ cõuenit & reliquo, vel ſi vnũ coniugatorũ ineſt, & reliquũ ineſt. Locus aũt a caſib. eſt habitudo vnius caſus ad aliũ, vt iuſtum eſt bonũ, ergo ꝙ iuſte fit bene fit, & ecõuerſo, locus a caſib. Maxima. Qđ vni caſui cõuenit, cõuenit & reliquo.

C

Poſtquam Auctor determinauit de locis intrinſecis, & extrinſecis, hic cõſequenter determinat de locis medijs. Cuius ordinis ratio eſt, quia medium per participationem præſupponit cognitionem ſuorum extremorum, qa ſi e illis faciliter cognoſci nõ põt, ſed locus medius eſt mediũ p participationẽ reſpectu loci intrinſeci, & extrinſeci, iõ conuenienter poſt determinationem de locis ex intrinſeci. & extrinſecis Auct. hic determinat de locis medijs. Et præſuppoſita definitione loci medij prius poſita Auctor hic diuidit per locum medium, qu a alius eſt con iugatis, alius a caſibus, & alius a diuiſione inter quos primo determinat de loco a coniugatis. D

Locus medius in ſuas diuidit ſpecie-

Quæ nã cõiugata dicãt

Vbi primo ſciẽdũ eſt, quod cõiugati ſunt concretum, & abſtractum eius, vt iuſtitia & iuſtum. Et dicuntur coniugata quaſi ſub vno iugo ſignificationis poſita, quia concretum, & abſtractum conueniunt in re ſignificata, eo quod eandem formam important, vt albedo & album, ſed differunt in modo ſignificandi, quia abſtractũ ſigñat illã formã ſine cadentia ad ſubiectũ, & cũ preciſione ſubiecti, concretum vero ſignificat eam cum cadentia & inhærentia ad ſuũ ſubiectũ, & de iſtis ſatis dictũ ẽ circa definitionẽ denominatiuorum.

E Locus a cõiugatis.

Scđo ſciendum, ꝙ locus a coniugatis eſt habitudo vnius coniugatorum ad reliquum, & tenet affirmatiue ſic, iuſtitia eſt virtus, ergo iuſtus eſt virtuoſus. Maxima, ſi abſtractum ꝑdicatur de abſtracto, & concretum de concreto. Cuius rõ eſt, quia concreta realiter idẽ ſignificant cũ abſtractis, iõ ſi vnum abſtractum verificet de alio oportet ẽt cõcretum eius verificari de concreto alterius, non tñ in iſtis põt argui reſpectu eiuſdem ꝑdicati, quia abſtractũ & concretum partim conueniunt, & partim differunt ideo non oportet idẽ ꝑdicatũ ſub eodem modo ſignificãdi de vtroq. verificari, vt non ſequit iuſtitia eſt virtus, ergo iuſtum eſt virtus. Et tenet ẽt iſte locus negatiue ſic iniuſtitia nõ eſt virtus, ergo iniuſt⁹ nõ eſt virtuoſ⁹. Maxima, ſi abſtractum negeẽ de abſtracto & concretum negatur de concreto. F

Caſus q̃ dicant.

Tertio ſciendũ, quod caſus dñr adiectiuũ nominis cũ ſuo aduerbio vt iuſtũ & iuſte. Et dicunẽ caſus a cado, dis, qa ambo ſimul cadunt a principali. ſ. ab abſtracto, vt iuſtus & iuſte a iuſtitia. Et licet in cõiugatis vnũ cadat ab alio nõ tñ ambo cadunt ab vno tertio ſicut in caſib. & licet ẽt adiectiuum & ſuum aduerbium poſſent dici coniugata quãtum ad id a quo ſumitur nomen, ſiue quãtum ad ratione.n. impoſitionis nominis, quia ſunt ſub vno iugo ſignificationis poſita, tamen quantum ad id ⁊

Locus a caſibus. C

cui

A cui nomen imponitur ſeu attribuitur non dicuntur cõiugata; ſed magis proprie caſus nominantur.

Quarto ſciẽdũ, ꝙ locus a caſib. eſt habitudo vnius caſus ad reliquũ. Et tenet affirmatiue ſic, iuſt⁹ eſt virtuoſus, ergo ꝙ iuſte fit virtuoſe fit maxima; ſi cõcretum affirmetur de concreto, & aduerbium de aduerbio. Negatiue ſic, fortis non eſt debilis, ergo qđ fortiter fit non debiliter fit. Maxima, ſi concretum negetur de concreto, & aduerbium de aduerbio, eo quod concretum & aduerbium idẽ ſignificãt, licet diuerſimode. Et vocãt iſte locus a caſibus in plurali quia arguendo per iuſtum locũ ponuntur plures caſus, tã in antecedente, quã B in conſequente, vt prius patuit, & etiã ſimiliter eſt de loco a coniugatis.

Argũ. Sed cõtra pdicta arguitur primo ſic. Abſtractũ eſt cauſa formalis cõcreti, ergo arguẽdo a cõiugatis eſt loc⁹ a cauſa formali, & intrinſecus, & per cõſequẽs locus á cõiugatis nõ eſt locus medius. Scđo ſic. Non ſequit̃, hõ eſt aial, ergo humanitas eſt animalitas, cum antecedens ſit verũ, & conſequens falſũ, ergo locus a cõiugatis non tenet affirmatiue. Tertio ſic. Non ſequitur, cæcitas eſt, inſenſibilitas; ergo cæcus eſt inſenſibilis cum antecedens ſit verum, & conſequens falſum, ergo iſte locus nõ tenet C affirmatiue. Quarto ſic. Non ſequitur, quãtitas nõ eſt qualitas, ergo quãtũ nõ eſt quale, vel albedo nõ eſt dulcedo, ergo albũ non eſt dulcedo, ergo iſte loc⁹ nõ tenet negatiue. Quinto ſic. Non ſequitur, iuſtus eſt liberalis, ergo, quod iuſte fit liberaliter fit, qñ antecedens poteſt eſſe verũ cõſequente exiſtente falſo, ergo locus a caſib. nõ tenet affirmatiue.

Solutio Ad argumẽta. Ad primũ iſtorũ dr̃, ꝙ ſi cõſideret̃ abſtractũ inquãtum eſt forma cõcreti tm̃, & ſibi dat eſſe, ſic eſt cã formalis eius, & facit locum intrinſecũ Sed ſi conſideretur vt partim cõuenit cũ eo, & partim differt, ſic facit locũ mediũ. Ad ſm dicitur, quod duplex eſt abſtractũ, quoddã eſt, quod abſtrahitur a ſuis inferioribus, vt animalitas humanitas, & ſic de alijs, aliud eſt ꝙ abſtrahitur a ſuo ſubiecto tantum, & nõ a ſuis inferiorib. vt cor & albedo, & tale pdicatur de ſuis inferioribus, licet nõ de ſuo ſubiecto. Et arguendo per locum a coniugatis ſẽper debet argui reſpectu abſtracti, qđ abſtrahitur a ſuo ſubiecto tm̃, & non a ſuis inferiorib. quia illud non poteſt pdicari de ipſis, ideo non debite arguitur hõ eſt animal, ergo humanitas eſt animalitas, animalitas enim deſignatur cum pciſione ſubiecti, & ſuorum inferiorum, ratione cuius non verificatur de humanitate. Ad tertium dr̃, ꝙ ſi inſenſibile neget ſenſibilitatem cuiuslibet ſenſus, ſic nõ ſequit̃, cæcus ẽ inſenſibilis, ſed ſi neget tm̃ ſenſibilitatẽ E ſenſus viſus, ſic cæcus poteſt dici inſenſibilis, & iſto modo bene valet iſta conſequentia. Ad quartum dr̃, ꝙ arguendo per locũ a coniugatis negatiuæ a duobus abſtractis oportet illa abſtracta eſſe, diuerſa tã ſm eſſentiã quam ſm eſſe modo quantitas, & qualitas non ſunt diuerſa ſm eſſe, licet bene ſecundũ eſſẽtiam, quia conueniunt in ſubiecto, ideo ibi nõ bene arguitur per locum illum, nec econtra argui poteſt affirmatiue, quantum eſt quale, ergo quantitas eſt qualitas. Ad quintum dicitur, quod locus a caſib. & etiam a coniugatis ſolũ, tenet in prædicationibus per ſe, & non in pdicationibus per accidens, modo, dicendo ſic, iuſtus eſt liberalis, eſt prædicatio per accidens, quare ibi non arguitur debite per illum locum. F

No. reſponſionem.

De multiplici diuiſionum acceptione, ac locis.

Diuiſionũ alia fit per negationẽ alia ſine negatione per negationem, vt Soc. aut eſt homo, aut eſt non homo, ſed non eſt non hõ, ergo ẽ homo. Locus a diuiſione. Maxima, Si aliqua duo ſufficienter cõdiuidunt aliquid tertiũ poſito vno remouetur reliquum, & remoto vno, ponitur reliquũ. Alia diuiſio eſt,

A eſt, quæ non eſt per negationẽ. Et hæc fit ſex modis, trib. per ſe, & tribus per accidẽs, prima diuiſio per ſe eſt gñis in ſpecies, vt animaliũ, aliud rationale, aliud irrationale, ſecũda eſt totius integralis in partes integrales, vt domus, alia pars eſt tectum. alia paries, alia fundamentum. tertia eſt vocis in ſuas ſignificationes, vt canis, aliud latrabile, aliud marinum, aliud cæleſte ſidus. Trium per accidens, vna eſt diuiſio ſubiecti in accidẽtia, vt animalium, aliud ſanũ, aliud ęgrũ. ſecunda accidentis in ſubiecto, vt B ſanorum, aliud eſt homo, & aliud eſt brutum. tertia eſt accidentium in accidẽtia, vt alborum. aliud calidum, aliud frigidũ. Locus a diuiſione eſt habitudo vnius condiuidentium ad aliud, vt ſi Socrates eſt animal, aut rationale, aut irrationale, ſed non eſt irrationale, ergo eſt rõnale. Locus a diuiſione Maxima. Poſito vno membrorum diuidẽtiũ ĩ aliquo ſubiecto, remouet reliquũ, & ſimiliter formetur argumentum in qualibet alia diuiſione conſtructiue, & deſtructiue.

C Sciendum eſt autem, ꝙ in toto iſto tractatu nõ ſunt niſi vnum, & viginti loci, quorũ decem ſunt intrinſeci, ſeptem extrinſeci, & tres medij, quę pñt his verſib. haberi.

Carmina ꝑ locis omnibus.

Diffi. deſcrip. interpres, totum
quoque cauſa.
Cor. gene. vſus, cõmuniter acci.
Sic in regula Auctor, & a ſimili
maior minor, quæ ſunt extra.
Oppoſitiones, tranſumpt. proportio ſic ſociata.
Sunt medij tantum diuiſio coniuga caſus.
Per ſpecies genera, ſpecies per
ſingula ſcindunt.
Per parte totũ, voces ꝑ ſignificatũ
Cuncta per oppoſita ſubiectum
qualia ſcindunt.
Quale per vſas, per qualia qualia
findunt.

D Poſtquam Auctor determinaui t de locis a coniugatis, & a caſibus, hic cõſequenter determinat de loco a diuiſione, ratione cuius primo diſtinguit ſpecies, ſeu modos diuiſionis, ipſam diuiſionem ſic diuidendo dicens, ꝙ diuiſionum quædam fit per negationem, vt lapis eſt homo, vel non homo, alia vero per affirmationem, vt animalium, aliud eſt rõnale, aut irrationale Iſte diuiſiones ſic inter ſe differunt, quia diuiſio, q̃ fit per negationem ſp fit per duo membra tm̃, & per immediata, quia datur per contradictoria, inter quæ nullũ eſt medium. ſed diuiſio, quæ fit per affirmationem, quãdoq; datur per duo membra tm̃, quandoq; vero per plura, neque ſemper fit per oppoſita ſimpliciter, & proprie. licet membra diuiſionis inter ſe includant aliquam oppoſitionem, nec ſemper fit per immediata, quod patet dicendo, coloratorũ, aliud album, aliud nigrum, aliud medio colore coloratum.

Diuiſio nũ, alia per negationẽ alia per affirmationem fit, & quomodo differunt.

E

F Primo ſciẽdum, ꝙ diuiſio facta per affirmationem iterum diuiditur, quia quædam eſt diuiſio per ſe, alia verò per accidens. Et diuiſio per ſe fit tribus modis, quia quædam eſt diuiſio generis in ſuas ſpecies, vel differẽtias, vt animalium, aliud homo, aliud brutum, vel animalium, aliud rationale, aliud irrationale. Secunda eſt totus integralis in ſuas partes integrales, vt domus, alia pars eſt tectum, alia paries, & alia fundamentum. Tertio diuiſio eſt vocis multiplicis in ſuas ſignificationes, vt canis, alius latrabilis, alius ſydu, cæleſte, aliud belua marina. Secundo ſciendum, ꝙ diuiſio per accidens eſt triplex. Prima eſt ſubiecti in accidentia, vt animaliũ, aliud ſanũ, aliud ęgrũ. Secunda eſt diuiſio accidentis in ſubiecta, vt ſanorum, aliud homo, aliud brutum. Tertia eſt accidentis in accidentia-

Diuiſionũ p affirmationẽ, alia per ſe, & hæc triplex eſt.

Alia eſt diuiſio per accidens, & hæc triplex eſt.

A dentia, vt ſanorũ, aliud calidum, aliud frigidum. Et dicuntur iſtæ diuiſiones per accidens, quia mẽbra diuidentia nõ per ſe diuidunt ipſum totum, ſed hẽnt diuidere ipſum inquãtũ accidunt ſuis partibus per ſe. Et licet diuiſio ſubiecti ſm naturã, non ſequatur cauſaliter ex, diuiſione accidentis, ſed magis, ecõtra ex diuiſione ſubiecti cauſat diuiſio accidentis, tamen quandoque quo ad nos ex diuiſione, & diſtinctione accidentiũ ſubiecti ſumitur diuiſio, & diſtinctio partiũ totius. Ideo ſubiectum poteſt diuidi per ſua accidẽtia, & accidẽtia per ſua ſubiecta, vel accidens per alia accidentia, quæ accidunt ſuo ſubiecto.

Locus a diuiſione.

Cõtra prædicta arguitur primo ſic. B Vnius ſigni eſt tm̃ vnũ ſignificatũ, qa ab vnitate ſignificati ſumit vnitas ſigni ergo vna dictio vel oratio non põt plura ſignificare, ergo contra definitionẽ, multiplicis. Scđo ſic. Sicut ſe hñt actus & potẽtia, ita actuale & potentiale, ſed potentia præcedit actum, cum aliquid prius ſit in potẽtia q̃ in actu, ergo multiplex potentiale ꝓcedit actuale, & nõ ecõtra. Tertio ſic. Significatio ẽ forma eſſẽtialis dictionis, ergo dictio vel oratio plura ſignificãs eſt diuerſa formaliter, ergo multiplex actuale non eſt formaliter vna dictio, & actualiter plura ſignificãs, ſed formáliter diuerſa. Quarto ſic. De ratione multiplicis eſt pluralitas, ſed maior eſt pluralitas & actualior, qñ dictio vel oratio eſt diuerſa ſm C modum proferẽdi, & ſm ſignificata, q̃ quando ſolũ plura ſignificat, ergo tale multiplex magis debet dici actuale, q̃ illud, vbi eſt ſolum pluralitas ſignificatorum. Quinto ſic. In omni multiplici eſt pluralitas ſignificatorum, ſed multiplex fantaſticum non habet plura ſignificata, quare non eſt diſtinguendũ, ergo male dicitur, quòd multiplex fantaſticum eſt vnum multiplex.

Solutio.

Ad argumenta. Ad primum iſtorũ dicitur, ꝙ licet ab vnitate ſignificati ſumatur vnitas formalis ſigni, non tamẽ vnitas materialis, ſed ex parte ipſi' vocis, quæ efficitur ſignum, ideo vnum ſi- D gnũ materialiter poteſt habere diuerſa ſignificata, quãuis, non ſit vitiũ formaliter, & inquãtum eſt ſignum. Ad ſecũdum dicitur, quòd licet in eodem potẽtia præcedat actum, non tamen in diuerſis, ſed actus ſimpliciter ꝓcedit potẽtiam, ideo actuale ꝓcedit potentiale in diuerſis, & ſic eſt in propoſito. Ad tertium illorum dicitur, ꝙ ſi conſideretur dictio in ratione ſigni, tũc ſignificatio eſt forma eſſentialis eius, quia reponit eam in eſſe ſigni. Sed ſi conſideretur, quantum ad vocem, quæ vox dicendo profertur (vnde dicitur dictio) ſic ſignificatio non eſt forma eſſentialis eius, ſed modus proferendi, & ſignificatio eſt forma accidẽtalis, & hoc modo hic dicitur dictio vel oratio vna in quan- E tum habet reſpectum ad talem formã ideo multiplex actuale poteſt eſſe dictio actualiter vna plura ſignificans.

Actus ſimpliciter prior eſt potẽtia, in uno aũt, & eodẽ econtra.

Ad quartum dicitur, quod ad multiplex actuale non ſufficit actualis pluralitas, ſignificatorũ, ſed cũ hoc requirit actualis vnitas vocis, ideo licet multiplex potentiale habeat pluritatẽ actualem ſignificatorum formæ vocis, tamẽ non actualem vnitatem vocis iõ non debet dici multiplex actuale. Ad quintum dicitur, quod multiplex fantaſticum non habet plura ſignificata ſecundum rem, ſed bene ſecundum apparentiam, & hoc ſufficit ad hoc quod ſi multiplex fantaſticum.

De hoc vide 2. Ele.c.2.

De fallacia Aequiuocationis, & illius tribus modis, ſeu Speciebus, F

Aequiuocatio eſt multiplicitas dictionis eiuſdem ſecundũ ſubſtãtiam & modũ proferẽdi, vt in hoc noĩe canis. Sciẽdum eſt qđ in qualibet fallacia eſt duplex cauſa, ſ. cã apparẽtiæ, & cã defectus, cã apparentiæ in qualibet fallacia eſt, quæ mouet ad credendum id, quod nõ eſt credendum, cauſa defectus eſt quæ oſtẽdit creditum eſſe falſum. Cauſa apparentiæ in æquiuocatio-

catione eſt vnitas dictionis eiuſdẽ ſecundum ſubſtãtiã, & modũ proferendi diuerſa ſignãtis, cã defectus ſiue falſitatis eſt diuerſitas ſignificatorũ. Vnitas.n.prædicta in æquiuocatione mouet ad credendũ, ꝙ nõ eſt, ſ. vnitatẽ ſignificãdi. diuerſitas aũt oſtẽdit creditum eſſe falsũ. Aequiuocationis tres ſũt modi. Sed primo videndũ eſt quid ſit fallacia æquiuocationis. Vnde fallacia æquiuocationis eſt deceptio proueniẽs ex eo, quod aliqua dictio manẽs vna ſecundũ ſubſtãtiam, & ſecundum modũ proferẽdi, diuerſa ſignificat.

B Primus modus æquiuócationis

Primus autẽ modus prouenit ex ſignificatione, vel conſignificatione dictionis. Ex ſignificatione ſic paralogizat᷑, oĩs canis currit, ſyd' cęleſte eſt canis, ergo ſydus cęleſte currit.

Aliud exẽplũ.

Solutio. vtraq; prẽmiſſarũ eſt duplex, quia hic nomẽ canis eſt multiplex ęquiuoce ſignificans animal latrabile, ſydus cęleſte, & piſcem marinum, & ſic maior vno modo eſt vera, & alio mõ falſa, & ſimiliter minor, vel ſic. oẽ expediẽs eſt bonũ, malũ eſt expediens, ergo malũ eſt bonũ,

C Sol. expediens dr̃ æquiuoce. Vno mõ idem eſt, quod bonũ. alio mõ idẽ, quod neceſſariũ, quod accidit in minus malum, quod oportet fieri ad euitandum maius malum, vñ vtraq; præmiſſarũ eſt duplex, quia vno mõ eſt vera, alio mõ eſt falſa. Ex conſignificatione paralogizatur ſic. Iſte pannus eſt de Anglia, Anglia eſt terra, ergo iſte pãn' eſt terra, non ſequitur, quia prima eſt duplex, ex eo quod hæc ꝓpoſitio de, põt dicere circunſtãtiã cãę materialis, & ſic eſt falſa, vel põt dicere locũ, & originẽ, & ſic eſt vera, vel ſic in quocunq; eſt ęgritudo, ipſum eſt animal, ſed in humorũ inadæquatione eſt ægritudo, ergo humorũ inadęquatio eſt animal.

Exẽpla de conſignificatione.

D Prima eſt duplex, quia hæc præpoſitio in põt dicere cãm efficiẽtem, & ſic eſt falſa, uel cãm formalem, ſiue ſubiectũ in quo eſt, & ſic eſt vera. Similiter dicẽdum eſt de minori. Vel ſic proprium eſt qualitati ſecundum cã ſimile, vel diſſimile dici, ſed ſecundum ſimilitudinẽ dr̃ aliquis ſimilis, vel diſſimilis, ergo ſimilitudo, vel diſſimilitudo, ſũt qualitates qđ eſt falsũ immo ſunt relationes. Prima eſt duplex, eo quod hæc præpoſitio ſecundũ, põt dicere circunſtãtiam cauſæ efficiẽtis, et ſic eſt vera, quia duę qualitates eiuſdem ſpẽi faciunt vnã ſimilitudinem, & ſic qualitas eſt cã efficiẽs ſimilitudinis, ſi aũt dicat

E circunſtãtiã cauſæ formalis, ſic eſt falſa, quia qualitas non eſt cã formalis ſimilitudinis & econuerſo dicẽdum eſt de minori. Similiter oẽ ſanũ eſt animal, vrina eſt ſana, ergo vrina eſt animal, vtraq; ꝑmiſſarũ eſt duplex, quia ſanũ dicitur de animali, vt de ſubiecto, & de vrina vt deſignante, vel indicãte,

F de cibo, ut de efficiẽte, de diæta, vt de conſeruante, & ſic alio, & alio modo ſanitas ab hęc comparatur, & ſecundum hoc habet diuerſas ſignificationes. Ex conſignificatione ſic paralogizatur. Quicunq; ſanabatur ſanus eſt, laborans ſanabatur, ergo laborãs ſanus eſt.

Aliud exẽplũ.

Minor eſt duplex ex eo, quod hoc participium laborans põt dicere præſens tempus, & ſic eſt vera, & tunc eſt ſenſus, laborans nũc ſanabatur. ſi aũt dicat præteritum, & ſic eſt falſa, & ſic eſt ſenſus laborãs tunc ſanabatur, & econuerſo dicendum eſt de concluſione. Laborãs enim æquiuocum eſt ad laborantem

nunc

A nunc,& ad laborantem tunc. eodem modo eſt hic,quicunque ſurgebat ſtat,ſedens ſurgebat.ergo ſedens ſtat.Et eodem modo reſpondendum eſt ſicut reſpõſum fuit ad alium paralogiſmum. Alio autem modo poteſt fieri econuerſo, quã de dictio põt teneri materialiter vel cõſignificatiue,ſicut hic. Deus, eſt vbiq.eſt aduerbium,ergo Deus eſt aduerbium.Dicendũ,quòd prima eſt duplex.eo ꝙ hęc dictio ubique poteſt teneri materialiter uel conſignificatiue,ſi materialiter,& B eſt falſa,ſi conſignificatiue, ſic eſt uera, ſed non ſequitur concluſio.

Secũd⁹ æquiuocationis modus. Secundus modus æquiuocationis prouenit ex tranſumptione dictionis,unde trãſumptio vt hic ſumitur eſt acceptio dictionis ſignificantis vnum ex impoſitione ad ſignificandum,aliud per ſimilitudinem. Et ſecundum iſtum modum ſic formatur paralogiſmus.Quicquid ridet habet os, pratum ridet ergo pratũ habet os Prima eſt duplex, eo quod hoc uerbũ ridet poteſt teneri proprie & ex impoſitione,vel tranſumptiue.ſi proprie,ſic eſt vera et non ſequitur cõcluſio, ſi tranſumptiue,ſic eſt falſa, & ſic C ſequitur concluſio.hoc enim verbum ridere eſt æquiuocũ ad ridere & ad florere,quia ridere ſignificat ex prima impoſitione riſum ab ore emittere florere. n. ſignat per quãdam trãſumptionẽ.Florere.n.et ridere quãdam ſimilitudinem habẽt,quia utrobiq; denotatur gaudiũ, & iõ ridere tranſumitur ad florere,vt vult Ariſ.iõ ſumẽtes aliquã ſimilitudinẽ trãsferuntur.Quicq̃d currit hẽt pedes,aqua currit,ergo aqua hẽt pedes.vtraq; premiſſarum eſt duplex. quia hoc verbũ,currit, uel tenetur proprie, vel tranſumptiue.currere.n et labi D aſſimilantur in uelocitate motus. ſecũdum quod currit ſumitur proprie,ſic maior eſt uera, et minor falſa, ſi tranſũptiue tũc ecõuerſo. Tertius modus puenit ex eo ꝙ aliqua dict.plura ſignat cõpoſita, ſeparata uero vnũ ſolũ,ut hęc dictio immortale,uno modo dr̃ quaſi nõ potens mori,alio mõ dr̃ quaſi potens non mori, & ſecundum hoc formatur ſic paralogiſmus.Omne immortale eſt perpetuum.ſed omne potẽs nõ mori eſt immortale, ergo oẽ potens non mori eſt perpetuum. Vtraq; præmiſſarum eſt duplex, cum hoc nomen immortale ſit æquiuocũ,vt dictum eſt. Item, B oẽ incorruptibile eſt perpetuũ,ſed omne potens non corrumpi eſt incorruptibile, ergo omne potẽs nõ corrumpi eſſe perptuũ.Vtraq. præmiſſarũ eſt duplex, eo quòd incorruptibile,vno modo idẽ eſt, quòd non potens corrũpi,& ſic incorruptibile eſt perpetum, & ſic maior eſt vera,& minor falſa.Alio modo idem eſt quod potens nõ corrumpi,ut primus homo potuit nõ corrũpi, et in hoc ſenſu maior eſt falſa,& minor vera.Et ſic ſoluẽdi ſũt E paralogiſmi ęquiuocationis per diſtractionẽ paralogiſmorũ ſecũdũ ęquiuocationẽ,vt pri⁹ patuit. Recta ſolutio eſt manifeſtatio ſylogiſmi falſi,& pp quid eſt falſus,& hoc cõtingit dupliciter.ſ.vel diſtinguẽdo,vel aliq̃ pmiſſarũ interimẽdo, ſcđo mõ reſpõdẽdũ eſt ad oẽs peccãtes in materia, & ad oẽs oſones in utroq. peccantes, reſpõdendũ eſt utroq. mõ.ſ.diſtinguẽdo aliquã pmiſſarũ,& interimendo non ſecundũ idẽ,ſed ſecundũ diuerſa.

Modus cõis ſoluẽdiquoſcunq. paralogiſmos.

Aequiuocatio nis fallacia quid.

Poſtquam Auctor determinauit de numero fallaciarum in dictione. & de

A modis multiplicib. valētib ad cognitio nē illius numeri, hic cōſequēter in ipſa ſi determinat de qualibet fallaciarū in dictione. Et primo de fallacia æquiuocationis, q̃ ꝑ hoc ꝙ peccat ſm multiplex actuale pcedit oēs alias peccātes ſm multiplex potentiale, & fantaſticū & diſtinguitur ab ipſis & ꝑ hoc quod peccat ſm multiplex actuale dictionis diſtinguit ab amphibologia q̃ peccat ſm multiplex actuale orationis. Iō Auctor, primo determinat de fallacia ęquiuocationis, primo ſic definiens æquiuocationē. Æquiuocatio eſt qñ dictio actualiter vna plura ſignificat, vt canis ſignificat canem latrabilem, piſcē marinū, & ſydus cœleſte. Et dr̃ actualiter vna ad drĩam accētus, in quo dictio po

B tentialiter vna plura ſignificat, & eſt duplex æquiuocatio ſ. a caſu, & a cōſilio vt dictum eſt in Ante prædicamentis, & ſecundum talem æquiuocationem ſumitur fallaciæ æquiuocationis.

Quæ eã apparentiæ, & defectus in æquiuocatione, & eius duplex deſcriptio.

Primo ſciēdū, ꝙ cā apparētiæ huius fallacię eſt actualis vnitas dictionis plura ſignificātis ꝑ q̃ vnitatē credimus, ꝙ ſicut dictio eſt actualiter vna ſm uocem, ꝙ habeat vnū ſignificatū, & ſumitur hęc maxima, vnius vocis in actu eſt tm̃ vnū ſignificatū. Sed eius cā defectus eſt pluralitas ſignãtorū dictionis vnius ſecundum actū. Et ſcdm has cās dupl̃r definit fallacia æquiuocationis. Primo ſic ex parte cauſæ apparētiæ, ꝙ eſt ideo

C neitas decipiēdi proueniens ex actuali vnitate dictionis plura ſignãtis. Et ex parte cauſæ defectus definit ſic, ꝙ eſt deceptio ꝓueniens ex pluralitate ſignatorū dictionis actual̃r vnius, prima tm̃ definitio meliorē, qa definit fallacia in rōne principij, & loci ſophiſtici, i ſcdo vero vtcātur mediāte ſyllogiſmo ſophiſtico. Scdo ſciēdū eſt ꝙ fallacię ęquiuocationis, tres ſunt modi vel ſpēs.

Tres ſũt æquiuocationis modi & de primo.

Primus modus ſumit, qñ ſ. dictio actualiter vna principal̃r, & ſecundū impoſitionē plura ſignãt, vt canis ſignãt ex impoſitione eius plura ſignificata, & hoc verbū diſcere, uno mō idem eſt ꝙ doce re, & dare diſciplinā, alio mō idem eſt ꝙ doceri, & ſuſcipere diſciplinā, & ſcdm

D dū nūc modū ſic paralogizat. Quicūq. diſcūt ſūt ſapientes, ignorātes diſcūt, ergo ignorātes ſunt ſapientes. Soluit ſic. vtraq ꝑmiſſarum eſt duplex, quia diſcere pōt capi ꝑ docere, vel pro doceri, ſi in vtraq. ꝑmiſſarū capiatur pro doceri, ſic maior eſt uera, & minor eſt falſa & ſequit cōcluſio. ſed ſi vtraq. teneatur pro doceri, tunc maior eſt falſa, & minor eſt vera, & iterū bñ ſequit cōcluſio ſed ſicut ipſa eſt falſa, & ita aliqua ꝑmiſſarū. & iſtis duob. modis eſt bonꝰ ſyllogiſmus, & non committitur fallacia æquiuocationis. Si aūt in maiori teneat ꝑ docere, & in minori ꝑ doceri, vtraq. præmiſſarū eſt vera, nec ſequitur concluſio, ſed cōmittit fallacia æquiuocationis ꝑpter ęquiuocationem medij,

E & ideo ibi non eſt bonus ſyllogiſmus, qa non eſt vnitas medij ſecundū rem, nec ibi ſunt tres termini tm̃, & huiuſmodi multa exempla ponūtur i textu.

Secundus modus.

Tertio ſciendū eſt, ꝙ ſecūdus modus ſumit qñ dictio actualiter vna vnum ſignãt principaliter, & aliud trāſūptiue, vt ridere principaliter, ſignãt apertionem & actum oris, tranſumptiue, florītionem prati, & currere principaliter ſignãt motū velocē pedū aīalis, & tranſumptiue ſignãt fluxum aquæ. Et ſecū

F dum hunc modum ſic parolizat, Quicquid currit hēt pedes, aqua currit, ergo aqua habet pedes Solutio, vtraq. ꝑmiſſarum eſt duplex, quia currit, pōt capi ꝓprie, & trāſumptiue. ſi capiat in vtraque ꝑmiſſarum proprie, maior eſt vera, & minor falſa, & ſi in vtraq. teneat trāſumptiue ſic maior eſt falſa, & minor vera, & his duob. modis neceſſario ſequitur cōcluſio, & eſt bonus ſyllogiſmus, ſed, ſi in maiori accipiatur, ꝓprie, & in minori, trāſumptiue, tunc ambæ præmiſſæ ſunt veræ, nec ſequitur concluſio, ſed committitur fallacia æquiuocationis, propter æquiuocationem medij. Et in iſtis paralogiſmis, qñ eſt ęquiuocatio in medio quod ponitur in vtraq. præmiſſarum, ſic vtraq. præmiſſarum eſt diſtinguendā. Sed, qñ æqui-

uo-

A uocatio eſt in maior extremitate ſolũ, tunc dẽt diſtingui maior ꝑmiſſa,& con cluſio i q̃b.ponit̃ maior extremitas. Et qñ eſt i minore dẽt diſtingui minor ꝑ miſſa cũ cõcluſione. Quarto ſciẽdũ, ꝙ tertius modus eſt qñ dic.ſimplex tñ vnũ ſignat,et tñ cõpoſita plura ſignat,vt mortale tñ vnũ ſignat.ſ.aptũ natũ mori,& tñ immortale plura ſignat ꝑ hoc, ꝙ hæc ꝓpoſitio i addita mortali põt negare actũ tñ,& relinquere aptitudinẽ, & ſic immortale ſumit priuatiue. Vel põt negare actũ,& potentiã ſimul,& imortale tenet̃ negatiue,& ſm hũc mõ dũ paralogizatur ſic Oẽ imortale eſt perpetuum potens nõ mori eſt immortale,ergo potẽs nõ mori eſt ꝑpetuũ,qđ eſt falſũ. Soluitur ſic vtraq; præmiſſarũ eſt diſtinguẽda,qa immortale põt capi negatiue,& priuatiue.ſi i vtraq; capiatur negatiue maior eſt vera, & minor falſa,ſi in vtraq. priuatiue,eſt ecõtra,& ſp eſt bon⁹ ſyllogiſmus. Sed,ſi in maiore teneat̃ negatiue,& i minore priuatiue,vtraq. ꝑmiſſarũ eſt vera & nõ ſequitur cõcluſio impediẽte fallacia ęquiuocationis,& ſimiliter de iſta dictione incorruptibilis fieret paralogiſmus. Et horũ modorũ ſic habetur ſufficientia, qa oĩs modus æquiuocationis, vel eſt ſecundũ æquiuocationẽ dictionis cõpoſitæ;& ſic eſt tertius modus,vel ſimplicis,& hoc eſt duplr.vel talis æquocatio ꝓuenit ex ipõne dictionis ad plura ſignata,& ſic eſt p imus modus,vel ex traſũptione,& ſic eſt ſecundus modus.

Tertius æquiuocationis modus.

B

C Cõtra ꝑdicta arguit̃ primo ſic. Iſta dictio hõ,actualiter vna plura ſignificat, quia ſignificat Soc.Plat.& cæteros homines,cũ repræſẽtat ipſos,& tñ ibi nõ eſt æquiuocatio, ergo contra defuitionẽ æquiuocationis. Scđo ſic. Vnitas dictionis plura ſignificantis eſt cauſa cognitionis pluriũ ſignificatorum,& magis cauſat cognitionẽ q̃ dictio vniuoca ergo ipſa nõ eſt cã deceptionis, vel fallaciæ. Tertio ſic. Diuerſitas ſignificatorũ ſe tenet ex parte rei, ergo, ſi iſta diuerſitas ſit cã defectus fallaciæ æquocationis,ſua cã defectus erit extra dictionem.ergo nõ erit fallacia in dictione. Quarto ſic. Arguendo ſic,oĩs canis currit quędam ſtella eſt canis.ergo quędã ſtella currit in maiore, canis diſtribuit̃ pro oĩb.ſuis ſuppoſitis,ergo illa ſimpl̃r eſt falſa,& dẽt negari ergo plures paralogiſmi in primo mõ huius fallacię nõ debent ſolui per diſtinctionẽ, vt dictũ eſt. Quinto ſic. Analogũ per ſe poſitum ſtat pro ſuo ſignato famoſiori,ergo dictio ſignificãs vnũ principl̃r, & aliud ex cõſequẽti ſp ſumit̃ pro principaliori ſignificato,ergo non poteſt teneri æquoce,& per conſequẽs paralogiſmi ſecũdi modi nõ dẽnt ſolui per diſtinctionem,ſed negãdo aliquã præmiſſarum.

Modorũ triũ æquiuocationis ſufficiẽtia.

D

E Ad argumenta. Ad primũ dr̃,ꝙ hæc dictio hõ, non repræſentat vel ſignificat particulares hoiem ſm ſe,ſed ſolũ inquantũ conueniunt in cõi conceptu hoĩs,iõ nõ ſignat ipſos ſub modo pluriũ,ſed ſolũ vt cõueniunt in vno,qa primo & per ſe hõ ſignificat hoiẽ in cõi. Ad ſm dr̃,ꝙ vnitas dictionis plura ſignificãtis reſpectu cognoſcẽtis plures ſignificationes,eius eſt cã cognitionis, ſed reſpectu ignorãtis diuerſas ſignificationes eſt cauſa receptionis. Ad tertium dicitur, quod omnes fallaciæ generaliter conueuit in dictione, vel extra dictionẽ ex parte cauſæ defectus, ſed tñ ex parte cauſæ apparentiæ quæ qñq. eſt in dictione & qñq. in re,ideo licet cã defectus ęquiuocationis ſit in re, non propter hoc eſt fallacia extra dictionem. Ad quartum dr̃ quod ibi canis,diſtribuit pro oĩb.ſuppoſitis vnius ſuorum ſignificatorum, ſed non pro ſuppoſitis oĩum ſuorum ſignificatorũ. Cuius ratio eſt,quia terminus æquiuocus,vnica diſtributione deſtribuit non poteſt pro ſuppoſiti plurium ſignificatorum,quia vnitas diſtributionis præſupponit vnitatẽ ſignificationis. ideo ſm ꝙ iſte terminus poteſt capi ꝓ diuerſis ſignificatis, põt diuerſimode diſtribui ꝓ ſuppoſitis illorũ. ideo talis propoſitio eſt diſtinguenda. Ad quintũ dr̃ ꝙ propoſitio in qua ponit̃ analogum non eſt neceſſario diſtinguẽda,ſed quo

Solutio

F

Nota rationem

ad

A ad bene eſſe, & ad clariorē ſolutionē, & cognitionē paralogiſmi melius, eſt eā diſtinguere ꝗ concedere, vel negare ſimpliciter, & dato ꝙ eſſet vera pro vtroque ſenſu, vel falſa, adhuc poſſet diſtingui a reſpondente, ne ipſe videretur ignorare multiplicitatem, & æquiuocationem dictionis, vel orationis.

De Amphibologia, & eius tribus ſpeciebus ſeu modis, cum ex eius, tum ex Ariſtotelis ſententia recepti. Aliquarum item obiectionum ad hominem ſolutio.

De amphibologia vide & Elen. cap. 4.

Amphibologia eſt multiplicitas B orationis eiuſdem ſecundū ſubſtātiā, & ſecundum modum proferēdi diuerſa ſignificationis. Fallacia aūt amphibologiæ eſt deceptio ꝓueniēs ex identitate orationis eiuſdē ſecundū ſubſtātiā, & ſecundū modum proferendi diuerſa ſignificantis. Cā apparētię eſt identitas orōnis eiuſdē ſecundū ſubſtantiā, & modū ꝓferēdi. Cā falſitatis eſt diuerſitas ſignificatorū. Et dr̄ amphibologia ab amphi, quod eſt dubiū, & bole ſnīa, quaſi dubia ſnīa. Amphibologiæ tres ſunt modi.

Primus amphibologia modus ꝙ orō vna principaliter plura ſignificat.

C Primus modus prouenit ex eo, ꝙ aliqua oratio principaliter plura ſignificat, vt liber Ariſt. Hæc. n. orō eſt duplex, vno modo idē eſt quod liber editus ab Ariſt. alio modo idē eſt, quod liber poſſeſſus ab Ariſt. Et formatur ſic paralogiſm⁹. Quicquid eſt Ariſt. poſſidetur ab Ariſt. iſte liber eſt Ariſt. ergo poſſidetur ab Ariſt. Vtraq; Præmiſſarum eſt duplex, vt dictum eſt.

Secūd⁹ āphib. mod⁹ ex traſumptione orationis.

Secūdus modus amphibologiæ, ꝓuenit ex trāſūptione orationis. d Tranſumptio aūt orationis eſt, quando oratio propriè ſignificās vnum tranſumitur ad ſignificādū aliud propter aliquā ſimilitudinē repertam in ipſis, vt litus aratur, tā ſumitur ad operā perdi. Et formatur ſic paralogiſm⁹. Quicquid aratur aratro ſcinditur, litus aratur quando indocilis docetur, ergo, quādo indocilis docetur, litus aratro ſcinditur. Minor eſt duplex quia litus arari ſignificat proprie terram ſcindi, tranſumitur autem ad operam perdi: & eſt ſimilitudo in hoc, quòd qui litus arat operam perdit, & fruſtra laborat. D

Tertius amphibologia modus ex orōnis compoſitæ. E ſed diuiſe diuerſa ſignificanti, ſumitur

Tertius modus amphibologiæ, ꝓuenit ex eo, quòd aliqua oratio compoſita, plura ſignificat ſeparata, vero vero vnum ſolum, ſeculū ſcit. Hæc enim oratio eſt duplex ſignificat enim quòd aliquis ſciat ſæculum, vel quòd ſæculū habeat ſcientiam de aliquo, & ideo iſta oratio eſt duplex, ex eo, quod hoc verbum ſcit, poteſt ordinari cum hoc, quod eſt ſęculum a parte ante, & ſic eſt vera, & ſic non ſequitur concluſio, vel à parte poſt, & ſic eſt falſa, & ſic ſequitur concluſio. Similiter hic, quicquid aliquis ſcit hoc ſcit, quia hæc dictio hoc poteſt ſupponere ſcit, vel apponere. Similiter hic, quoſcunq; vellē me accipere, vellē quod acciperent me. pugnantes vellē me accipere, ergo vellem, quod pugnantes acciperent me. F Maior eſt duplex quia hæc dictio me, poteſt ordinari cum iſto verbo accipere a parte ante, & ſic eſt vera, & non ſequitur concluſio vel a parte poſt, & ſic eſt falſa, & ſequitur cōcluſio, ſimiliter iſta, dictio pūgnātes poteſt ſupponere, vel apponere. Similiter hic, quicquid videt aliquis hoc videt, colunnā, aliquis videt, ergo colunna videt. Maior eſt duplex, vt dictum eſt in alijs. Similiter hic, quicunque ſūt ēpi ſunt ſacerdotes, aſini ſunt epiſcopi

ergo

A ergo aſini ſunt ſacerdotes. Vtraq; p̃miſſarũ eſt duplex, ex eo q̃ hæc dictio epi pōt eſſe nominatiui, vel genitiui caſus. Quod aũt deceptio facta ex diuerſitate cas⁹ faciat amphibologiam patet, quia caſus datus eſt dictioni ad hoc ut ordinetur cum alia dictione, ſed ordinatio dictionis cũ alia dictione facit fallaciã amphibologiæ, & nō fallaciã æquiuocationis. hoc.n.patet ab Ariſt. formante paralogiſmos amphibologiæ ſecũdum diuerſitatem caſus, & non æquiuocationis.

B Secũdũ quod Ariſ. ponit tres modos cōes æquiuocationi, & amphibologiæ. Primus modus eſt quãdo dictio vel oratio plura principaliter ſignat, dictio, vt canis, oratio, vt liber Ariſ. Secundus modus eſt, qñ ſic ſoliti ſumus dicere ſecundũ tranſumptionem trãſumptio in dictione, vt ridere in orone, vt litus aratur. Tertius modus eſt, qñ compoſitum plura ſignificat, ſeparatũ vero vnum ſolum, exẽplum in æquiuocatione. vt in his dictionib. immortale, incorruptibile exemplũ in amphibologia, vt in iſta oratione, ſeculũ ſcit. In omnib.n.iſti compoſitum plura ſignificat, ſeparatum vero unum ſolum.

Ariſ. amphibol. tres ex ſentẽtia modi 2. Elen.c.4

C Obiectio.

Quæritur de diſtinctione iſtorum trium modorum cōium, quorũ primus eſt, quantum ad æquiuocationem, quando vnum nomen, ſeu oratio principaliter plura ſignificat, ſecũdus prouenit ex tranſumptione, tertius eſt qñ vnum nomen compoſitum plura ſignificat, ſimplex verò vnũ ſolum, vt immortale, incorruptibile, & hoc totum verũ. Sed tunc obijcitur. Deceptio proueniẽs ex conſignificatione dictionis non continetur ſub aliquo iſtorum modorum in æquiuocatione, v.g. ſicut in hoc ſyllogiſmo. Quicunq; ſanabatur ſanus eſt laborãs ſanabatur, ergo laborans ſan⁹ eſt. non cōtinetur ſub tertio mō, quia laborãs non eſt dictio compoſita, nec ſub ſecũdo, quia hæc dictio laborãs non tenet trãſumptiuè, nec ſub primo, quia primus modus p̃uenit ex principali ſignificatione, ſed hæc dictio laborãs non ſignificat principaliter tp̃s, ſed ex conſequẽti per accidẽtia, ergo illa deceptio facta ex conſignificatione nō eſt ſub aliquo iſtorũ triũ mōtũ. Solutio. deceptio facta ex conſignificatione dictionis cōtinet ſub primo mō æquocationis. Ad hoc qđ obijcitur dicẽdũ quod primus modus p̃uenit ex principali ſignificatione appellata hic, q̃cquid ex eadẽ impoſitione importatur, per dictionẽ, ſed ex eadẽ impoſitione ſignat q̃libet dictio ſignificationẽ & ſua accidentia. Ille.n.qui impoſuit hoc nomen lapis ſignificãdũ lapidẽ, ſub tali gñe, ſub tali numero impoſuit, & ſic eadẽ impoſitione impoſuit impoſitor, quia hæc dictio laborãs, iportat ſuũ ſignificatũ, & cō ſignatũ, et ſic de alijs, Vel dicẽdũ, quod principalius ſignificatio ponit in primo mō æquiuocationis, et amphibologiæ ad remouẽdũ trãsũptionẽ in eis, qa trãſũptio ſignificat per dictionẽ non principaliter, vt ridere nō principaliter ſignificat florere, ſed tranſumptiue per q̃dam ſimilitudinẽ, & hæc dictio laborãs ſignificat p̃ſens tempus, & præteritum imperfectum. Item, quæritur quare deceptio facta ex quibuſdam accidentibus facit æquiuocationem, & ex quibuſdam amphibologiam. Solutio, dico, quod quædam ſunt accidentiæ, quæ conſequuntur dictio-

D Solutio prima. E F

ctio-

A ctionem nõ abſolutè,ſed prout eſt ordinabilis cũ alia dictione, ſicut caſus,numerus,quia ordinãtur dictiones adinuicẽ per talia accidentia,male.n.diceretur,homines currit,quia ibi non eſt debitus numerus,nec debitus caſus, & deceptio ex talib.accidentib.eſt deceptio in oratione,& ſic eſt in amphibologia,& non in æquiuocatione. Sed ſunt alia accidentia abſoluta,quæ conſequũtur dictionẽ per ſe,vt tẽpus,& genus,et per talia accidẽtia non ordinantur dictiones adinuicem,quia ſicu bene dicitur,homo currit; ita bene dicitur, hõ curre-
B bat. Vnde licet tempus varietur, manet tñ eadẽ cõſtructio, & ideo non conſtruũtur mediante tempore,& ſic decepti ex talib. accidentib.fit in dictione,& ita in ęquiuocatione,& non in amphibologia.

Quid amphibologia. Poſtq̃ Auctor determinauit de fallacia æquiuocationis q̃ fit ſm multiplex actuale dictionis,hic cõſequẽter determinat de fallacia amphibologiæ, q̃ fit ſm multiplex actuale orationis,primo ſic definiens amphibologiã Amphibologia eſt multiplicitas orationis vnius, & eiuſdem ſecundum ſubam,& mate-
C riã,& formã,ſiue ſecundũ literas,& ſyllabas,& modũ proferendi,eſt.n.amphibologia. qñ oratio actualiter vna plura ſignificat,vt hæc oratio liber Ariſt. manens vna actualiter plura ſignificat per hoc, quod genitiuus. Ariſt. poteſt congrui in habitudine cauſę efficientis, vel in habitudine poſſeſſionis, & ẽt cauſæ finalis. Et oportet,quod talis multiplicitas primo proueniat ex parte orõnis,& non propter multiplicitatem alicuius ſuorum terminorũ abſolutè,ſed ꝙ ꝓueniat ratione cõpoſitionis terminorũ.Et dr̃ amphibologia ab amphi.quod eſt dubium,& bole quod eſt ſentẽtia,quaſi dubia ſnĩa vel duob.ſermo.ſententia.n.propriè eſt orationis, & ſignificatũ,vel ſignificatio eſt dictionis incõplexæ,& ſecũdum talẽ amphibologiam ſumitur una fallacia ſpecialis diſtincta ab alijs per hoc, ꝙ habet ſpeciales cauſas apparẽtię,& defectus. D

Primo ſciendũ eſt, quod cauſa apparentiæ huius fallacię eſt actualis vnitas orationis diuerſa ſignificantis,propter quã vnitatem credimus,quòd ſicut talis oratio habet unitatem vocis,& modum proferẽdi, quòd ita habeat unicũ ſignificatum. Et per hoc ſumitur una maxima ĩ hac fallacia, in qua fundãtur omnes paralogiſmi huius fallaciæ Sed eius cauſa defectus eſt diuerſitas ſignificatorum eiuſdem orationis. Et ſecundum has cauſas hæc fallacia duob.modis definitur, ex parte cauſæ apparentiæ primo ſic definitur.Fallacia amphibologiæ eſt idoneitas decipiendi proueniens ex actuali vnitate orationis plura ſignificantis. Et ex parte cauſæ defectus definitur, ſic quòd deceptio proueniens ex multiplicitate ſenſuum eiuſdem orationis. E

Quæ cauſa apparẽtiæ huius fallaciæ ac duplex cũ definiẽdi modus.

Secundo ſciẽdum,quòd huius fallaciæ ponuntur tres modi communes,ſicut in fallaciæ æquiuocationis.Primus modus eſt,quãdo oratio actualiter vna principaliter plura ſignificat, ut iſta orõ contingit tacentem dicere,quia tacentem poteſt regi de li dicere à parte ante in ratione ſuppoſiti, & eſt ſenſus, quod tacens dicit aliquid,uel poteſt regi à parte poſt in ratione appoſiti,& ſic eſt ſenſus,contingit dicere aliquam eſſe tacentem & ſimiliter de iſta contingit cœcum videre, ſecũdum quã ſic paralogizatur.Quemcũque conting t uidere,contingit habere uiſum, ſed contingit cæcum uidere ergo contingit cæcum habere uiſum. Solutio maior eſt duplex,quia cœcum poteſt ſupponere huic verbo videre,& eſt ſenſus, quod cœcus poſſit videre,& ſic minor eſt falſa,& bene ſequitur concluſio,nec committitur aliqua fallacia, uel põt opponere huic uerbo uidere,& eſt ſenſus,ꝙ contingit uidere aliquẽ cœcũ,& ſic nõ ſequitur concluſio,quia cœcum in mi- F

Tres huius fallaciæ modi,& de primo.

A nore ponitur ex parte medij, & in concluſione ponitur ex parte minoris extremitatis. Similiter ſolueretur iſte paralogiſmus. Quęcuncq; contingit dicere contingit loqui tacentẽ contingit dicere, ergo tacentem contingit loqui, & ſimiliter iſte. Quoſcunq; vellem me accipere, vellem, ut ipſi acciperent me, inimicos vellem me accipere, ergo vellem vt inimici acciperent me.

Scdus modus.

Tertio ſciendũ, ꝙ ſecundus modus eſt, qñ oratio actualiter vna principaliter vnũ ſignificat, & trãſũptiue aliud, ſicut hæc oratio, litus aratur, proprie ſignificat terrã aratro ſcindi, & transũptiue ſignificat operã perdi, & ſiĉr iſta, B Lauare laterẽ de qua ſic paralogizatur. Quicunq; lauat laterẽ, hẽt aquã, caſtigans mulierẽ lauat laterem, ergo caſtigans mulierẽ habet aquã. Soluitur ſic. vtraq; pręmiſſarũ eſt duplex, quia lauare laterẽ põt ſumi proprie, & transũptiue pro perdere operã, ſi in vtraq; teneatur ꝓprie maior eſt vera, & minor falſa, & ſi in utraq; trãſũptiue, eſt ecõtra, ſed, ſi in maiore teneatur ꝓprie, et in minore trãſumptiue vtraq; p̃miſſarũ eſt vera, ſed nõ ſequit̃ cõcluſio, ſed cõmittitur fallacia amphibologiæ iſto tertio modo, & nõ duob. alijs, & similiter ſoluitur iſte paralogiſmus. C Quicũq; haurit aquas cribro, ergo ẽ iuxta aquã.

Tertius modus.

Quarto ſciendum, quod tertius modus huius fallaciæ ſumitur, qñ oratio p ſe ſumpta vnũ ſignificata, & cõpoſita, cũ alio plura ſignificata, vt iſta oratio, aſini ſunt tñ unũ ſignificat, & qñ ſibi additur ep̃i, dicendo, aſini ſunt ep̃i, plura ſignificat. quia ep̃i põt eſſe nominatiui caſus pluralis numeri, & cõſtrui in habitudine cauſæ formalis, vel põt eſſe genitiui caſus ſingularis numeri, & conſtrui in habitudine cauſæ finalis vel poſſeſſoris, & ſimiliter de iſta, qđ aliquis videt hoc videt ſecundum quã paralogizatur ſic, quod aliquis videt hoc videt columnã aliquis videt, ergo columnam uidet. Soluitur ſic. Maior eſt duplex, eo quod hoc pronomẽ hoc poteſt ſupponere huic verbo videt, & tunc eſt ſenſus, quod aliquis videt hoc D quod vĩ videt & tũc bene ſubſumitur minor, & ſeqtur cõcluſio, & ſicut ipſa eſt falſa, ita & maior, & nõ cõmittit̃ fallacia vel põt opponi ſiue poni poſt illud verbũ videt, & tunc maior eſt vera, & eſt ſenſus, quod aliquis videt ipſe videt hoc, & ſic nõ ſequit̃ cõcluſio, ſed cõmittit̃ amphibologia, & ſimiliter diceret̃ de iſto paralogiſmo, quod aliqs ſcit hoc ſcit, ſeculum aliquis ſcit, ergo ſæculum ſcit. Soluitur eodem mõ ſicut præcedens. Vnde iſtorum modorũ ſit põt dari ſufficientia, ſicut de modis ęquiuocationis, quia eodem mõ ponuntur, vnde iſtarum fallaciarũ ponuntur tres modi cões. Prim⁹ eſt, qñ dictio, vel oratio principaliter plura ſignificat. Secundus mod⁹ eſt qñ dictio, vel oratio principaliter unum, & alium trãſumptiue. E Tertius modus eſt cum dictio ſimplex vel oratio tantum vnum ſignificat, iuncta vero cum alio plura ſignificat.

Argũ.

Cõtra prędicta arguitur primo ſic. Hęc oro, canis currit, actualiter plura ſignificat, & tñ ibi non eſt amphibologia, ſed æquiuocatio, ergo contra definitionẽ amphibologię. Secundo ſic. Amphibologia eſt dubia ſnia, ſed in quolibet paralogiſmo cuiuslibet fallaciæ eſt dubia ſententia, ergo ſm amphibologiam nõ ſumitur vna fallacia ſpecialis ab alijs diſtincta. Tertio ſic. Oratio habens uni cum ſenſum bñ hẽt actualem F vnitatẽ orationis, & tñ illa actualis vnitas nõ põt cauſare fallaciã amphibologiæ. ergo actualis vnitas orationis, nõ eſt cã apparẽtiæ huius fallaciæ. Quarto ſic. Vna rõ tñ ſignificat compoſitionẽ ſuorũ extremorũ, ſed compoſitio extremorũ propõnis eſt tñ vna, quia duorũ eſt tñ vna compoſitio, ergo nulla oratio principaliter plura ſignificat, ergo contra primum modum huius fallaciæ. Quinto ſic, diuerſorum generum diuerſæ ſunt ſpecies, ſed æquiuocatio, & amphibologia ſunt diuerſa genera, ergo habent diuerſa ſpecies, ſub ſe, & non habent aliquos modos communes ſicut dictum eſt.

Ad

A Ad argumēta. Ad primū iſtorū dr̄, ꝙ
Solutio illa oro canis currit plura ſignat ex cō ſequēti rōne vnius termini ęquiuoci, ſed nō ſignat plura prio, & per ſe rōne multiplicatis orōnis, ꝙ tñ reqrit ad amphibologiā. Ad ſm dr̄, ꝙ non qlibet dubia ſnia, q̄ ꝓuenit primo ex multiplicitate orōnis. iō licet in paralogiſmis alia rū fallaciarū ſit dubia ſnia, nō tñ eſt amphibologia, quia illa interꝑtatio nō eſt eſt cōuertibilis. Ad tertiū dr̄ ꝙ nō qualibet actualis vnitas orōnis ponit cā apparētiæ huius fallaciæ, ſed ſolū actualis vnitas orōnis plura ſignantis ad fallaciā. n. ſp requirit, ꝙ hēat cām apparētiæ cōiunctā cū ſua cā defectus, q̄ latet ſub tali apparētia. Ad quartū dr̄, ꝙ licet duorū extremorū ſic tm vna cōpoſitio
B ſm numerū materialē, pñt tñ eſſe plures in ſpē ſm, ꝙ duo extrema ſub diuerſis habitudinib. & pñt inter ſe componi, iō vna rō ꝑt principaliter habere plures ſenſus. Ad quintum dicitur, quod æquiuocationis, & amphibologiæ non ſunt ſimpliciter eadem ſpecies, ſunt aliquo modo admuicem ſimiles eo quod eodem modo diſtinguuntur, vnde iſti modi cōes aliter sūt in æquocatione, & amphibologia, quia vt fiūt in dictione sūt modi æquiuocationis, & ut fiūt in oratione ſunt modi amphibologię.

De compoſitionis fallacia, & eius Duobus modis.

C Sequit̄ de fallacijs faciētib. multiplex potētialē. ſ. d cōpoſitione, diuiſione, et accētu. Et prius de cōpoſitione, q̄ de alijs, qa paralogiſmi sūt efficaciores ſcdm cōpoſitionē ad finē ſophiſticū qui eſt apparēs ſapiētia, & nō exiſtēs, iō pri⁹ ddm eſt de cōpoſitione q̄ de alijs. Cōpoſitio eorū q̄ dēnt diuidi, falſa vnio. Diuiſio vero eorū q̄ dēnt cōponi falſa diuiſio. Fallacia compoſitionis eſt idoneitas decipiendi proueniens ex idētitate orationis vnius, & eiuſdem ſecundū materiam, & ſecundum ſitum magis debitum

De hoc 2. Elēc. c. 1. & in plerilq; alijs locis, & primo eiuſdē c. 5.

partib. in oratione poſitis. Cauſa D apparentiæ huius fallaciæ, oratio diuiſa habens identitatem in materia cum oratione compoſita, cā falſitatis ſiue defectus eſt diuerſitas ſenſus cōpoſiti aut diuiſi. Notandum, quod qñ oratio eſt vera in ſenſu diuiſo, & falſa in ſenſu cōpoſito, tunc eſt fallacia cōpoſitionis, dicitur tamen oratio compoſita, quando determinatio determinat determinabile illud quod magis aptum natum eſt determinari. Similiter dr̄ oratio compoſita, qñ dictiones ordinantur ſcdm ſitum magis debitū. Et dr̄ oratio diuiſa, qñ determinans determinat illud determinabile, quod nō eſt magis aptu natū determinari, uel qñ dictiones ordināţur ſcdm ſitum minus debitum; vnde ſumitur hæc oratio gratia exempli. Quicquid viuit ſp eſt, in iſta orōne ſunt duo determinata. ſ. hoc verbū viuit, & hoc verbū eſt, & eſt vna determinatio, ſ. ſp ſi ergo, hęc determinatio, ſ. ſp determinat hoc verbū eſt, quod ponitur a parte ꝑdicati, ſic dicitur orō compoſita, quia tūc determinatio determinat determinabile, quod magis aptum natum eſt determinari, quia illud uerbū eſt ponitur in ſitu determinato, ſ. in ꝑdicato, ſi aūt determinat hoc verbum viuit ſic dicitur diuiſa, quia determinat illud determinabile, quod eſt minus aptum natum determinari, quia illud verbum viuit nō ponitur in ſitu determinato ip ſius uerbi, & tūc dictiones ordināţur ſecundū ſitum minus debitū.

Notabile pulchrum.

E

Iſtius fallaciæ duo sūt modi. Primus modus ꝓuenit ex eo, quod aliquod dictū pōt ſupponere ꝓ ſe toto vel pro parte ſui, & ſcdm iſtum modū paralogizatur ſic. Quęcūq; poſſi-

Fallacię compoſitionis modi duo.

A poſſibile eſt ambulare, poſſibile eſt ꝙ ambulet ſedẽtẽ poſſibile eſt ambulare, ergo poſſibile eſt qđ ſedẽs ambulet. Ad hoc ddm ꝙ minor eſt duplex; quia, ſi hoc dictũ ſedẽtem ambulare ſupponit ꝓ ſe toto huic ꝑdicato, poſſibile eſt, i. ſedẽdo põt ambulare, tũc eſt cõpoſita et falſa, ſicut ẽt eſt impoſſibile dicere, qđ ſedẽs ambulet, ſi ãũt iſtud dictum ſupponat ꝓ parte ſui tunc eſt diuiſa, & vera, & nõ ſequitur cõcluſio, & eſt ſenſus ſedentem poſſibile eſt ambulare, i. ſedens nũc habet potẽtiã vt poſtea ambulet. Et ſimiliter.

B Quẽcũq; eſt poſſibile ſcribere, poſſibile eſt, quod ipſe ſcribat ñ ſcribentem ſcribere eſt poſſibile, ergo poſſibile eſt, quòd non ſcribens ſcribat. Dicendum eſt ad iſtum paralogiſmum ſic vt ad primum.

Scđs modus prouenit ex eo, qđ aliqua determinatio p̃t referri ad diuerſa. Et penes iſtũ modũ paralogizat᷑ ſic. Quicũq. ſcit litteras, nũc didicit eas, ſed iſta antiquus Grãmaticus ſcit literas, ergo nunc didicit eas. Ddm, qđ maior eſt duplex, qa hæc determinatio nũc p̃t determi-

C nare hoc uerbum didicit, & ſic eſt cõpoſita, et falſa, & ſequitur cõcluſio, vel p̃t determinare hoc verbũ ſcit, & ſic eſt diuiſa, & vera, & nõ ſeqtur cõcluſio, ſimiliter hic, quod vnũ ſolũ, põt ferre, plura p̃t ferre, ſed quod nõ plura p̃t ferre p̃t unũ ferre, ergo quod nõ p̃t plura ferre plura p̃t ferre. Dđ n, qđ maior eſt duplex, qa hæc determinatio ſolũ p̃t determinare hoc verbum p̃t, & ſic maior eſt falſa, & cõpoſita, & eſt ſenſus quod illud, quod p̃t ferre unũ, cũ alio põt ferre plura, vel p̃t determinare hoc verbum ferre, ſic maior eſt falſa, & cõpoſita, & eſt ſẽſus verus, & ꝓpoſitio diuerſa vera ſub hoc ſẽſu, quod p̃t iã ferre

D vnũ ſolũ, & ferre nõ plura, p̃t plura ferre. Similiter tu ſcis tm̃ tres hoĩes currere, poſito caſu qđ ſex currãt, & neſcias de trib. hæc eſt duplex, quia hæc dictio tm̃ p̃t determinare hoc verbũ ſcis, vel currere, ſi determinat hoc verbũ currere, ſic eſt cõpoſita, & falſa, ſi ſcis, ſic eſt diuiſa, & uera, & paralogizatur ſic tu ſcis tm̃ tres hoĩes currere poſito caſu, quod ſex currãt, ſed quicquid ſcitur hoc eſt verũ, ergo tm̃ tres hoĩes currere eſt uerum. Maior eſt duplex, ut iã dictum eſt.

E De compoſitione ac diuiſione.

Poſtq̃ Auct. determinauit de fallacijs peccãtib. ſm multiplex actuale, ſ. de ęquiuocatione, & amphibologia. hic conſequenter determinat de fallacijs peccãtib. ſecundũ multiplex potẽtiale in qb. ſolũ eſt potẽtialis vnitas ipſi' multiplicis rõne, cuius ſũt imꝑfectiores alijs, & inter illas primo determinat de fallacia cõpoſitionis, primo notificãs qđ ſit cõpoſitio, & diuiſio, vñ vt ſufficit ad ꝓpoſitũ, cõpoſitio accipit dupliciter. vno mõ vt eſt ordinatio partiũ orõnis ſecundũ ſitũ magis debitũ partib. in orõne poſitis, & ſic eſt in qualibet orõne cõpoſita, vera, vel falſa. Et dr̃ ſitus magis debitus q̃ magis occurrit intellectui, & magis cõuenit dictionib. ſecũdũ ſuos modos ſignificandi, & enũciandi, vt qñ determinatio determinat ſuũ determinabile, eo modo quo magis eſt nata ipſũ determinare, uel inter diuerſa determinabile determinat illud, ꝙ magis hẽt determinare, & econtra, diuiſio eſt ordinatio partium orõnis ſecundum ſitum minus debitum. Alio modo capit cõpoſitio magis ſpecialiter, vt ſolũ reperitur

F in orõne cõpoſita falſa, & diuiſio in diuiſa falſa, & hoc modo ſic definit Cõpoſitio eſt eorũ, quæ diuidi debent falſa vnio, & diuiſio eſt eorum quæ componi debent falſa ſeparatio.

Primo ſciendum, quod a cõpoſitione vltimo modo capta denominat fallacia

A lacia cõpoſitionis, & a diuiſione ſumit fallacia diuiſionis. Et eſt fallacia cõpoſitionis idoneitas decipiẽdi proueniẽs ex materiali vnitate orõnis diuiſæ verę cũ cõpoſita falſa. Et eius cã apparentiæ eſt materialis vnitate orõnis diuiſæ veræ cum cõpoſita falſa ratione cuius creditur, quod ſicut oĩo in ſenſu diuiſo eſt vera, ſic in ſenſu cõpoſito, cũ tñ ſit falſa pp quàm vnitatem ẽt creditur, ꝙ ſicut orõ cõpoſita falſa bene infert concluſionẽ, quod ita diuiſa vera inferat ipſã, & ſic in paralogiſmis huius fallacię rõne diuiſæ veræ apparet ibi eſſe probabilitas præmiſſarum, & ratione cõpoſitæ falſæ apparet ibi eſſe bonitas conſequẽtiæ. Sed cã defectus huius fallaciæ eſt

Fallacia cõpoſitionis et diuiſionis intellectus.

B diuerſitas ſignificatorum orationis diuiſæ veræ, & compoſitæ falſæ. Ex quib. apparet, quod paralogiſmi, in quibus oratio diuiſa eſt vera, & compoſita falſa fiunt ſm fallaciam compoſitionis, & econtra, qñ compoſita eſt vera, & diuiſa falſa ſumitur fallacia diuiſionis.

Duo fallacie cõpoſitionis modi.

Secundo ſciendum, quòd huius fallaciæ cõpoſitionis ſunt duo modi. Primꝰ modus eſt, qñ vna determinatio diuerſimode refertur, & determinat idẽ determinabile, ſm quẽ ſic paralogizat, oẽ rudibile, vel riſibile eſt aſinꝰ. Soc. eſt

C rudibilis, vel riſibilis, ergo So eſt aſinꝰ. Solutio. Maior eſt duplex, qa illa coniũctio, vel pt determinare rudibile, vel riſibile tanq̃ partes ſubiecti vnius ꝓpoſitionis, & ſic coniungit inter terminos, & maior eſt cõpoſita, & falſa, & bene ſequitur cõcluſio, & eſt ſenſus maioris oẽ illud qđ eſt rudibile vel riſibile eſt aſinus pt disiungere ipſa tanq̃ duo ſubiecta duarũ ꝓpõnũ, & ſic diſtinguit inter propoſitiones, & ſic maior eſt diuiſa vera, qa eſt vna disiunctiua, cuius altera pars eſt vera, ſed tunc non ſequit̃ concluſio, ſed cõmittitur fallacia cõpoſitionis, & poſſet ẽt diſtingui minor. Et ſimiliter hic, quecunq; habẽt quatuor vnitates ſunt quatuor, duo, & duo non habent quatuor vnitates, ergo duo, & duo non ſunt quatuor vnitates, ergo duo, & duo non ſunt quatuor. Solutio. Minor eſt duplex quia illa coniunctio, & põt coniũgere inter terminos, & ſic minor eſt cõpoſita, & falſa, & ſequitur cõcĩo, vel inter propoſitiones, & ſic minor eſt diuiſa, & vera cum ſit copulatiua cuius ambæ partes ſunt veræ, & ſic nõ ſequitur concluſio. Et ſimiliter hic, omne poſſibile põt eſſe verũ, ſedentem currere eſt poſſibile, ergo ſedentem currere eſt verum, & ſic iſta, ſedens currit, erit vera. Solutio. Minor eſt duplex, qa iſte modus poſſibile, põt determinare hoc dictũ, ſedentẽ currere acceptũ ſub compoſitione ſuarũ partium, & ſic eſt compoſita, & falſa, & ſequitur concluſio, vel acceptum ſub diuiſione earundem partium, & ſic eſt diuiſa, & vera, E & non ſequitur concluſio, ſed committitur fallacia. Tertio ſciendum, ꝙ in aliqua ꝓpõne modali dictũ ſumit̃ ſub cõpoſitione, qñ ſubiectum dicti ſm ſuum materiale, & formale ſimul cõponitur cum prædicato dicti. & ſumitur ſub diuiſione, qñ ſubiectum ſm ſuum materiale, tñ cõponitur cum prædicato dicti, & ſm ſuum formale ab ipſo diuiditur, vt dicendo ſedentẽ currere eſt poſſibile, currere, põt cõponi cum ſedente pro ſuo materiali, & formali ſimul. ſ. ſunt ſubiecto ſeſſionis, ꝙ eſt ſuũ materiale, & pro forma ſeſſionis ſiue ſedentis, quod eſt ſuum formale, & tunc eſt modalis compoſita, & habet dictũ continuè proferri non pauſando inter partes dicti; ſed, ſi currere, componantur cum ſedente ꝑ ſuo materiali tantum, & non pro formali, tũc eſt diuiſa, & habet proferri prolatione diſcontinua, faciẽdo pauſam inter ſedentem, & currere, & qñ dictum ſtat ſub cõprobatione ſubijcitur ꝑ ſe toto, eo ꝙ ſubijcitur ſecundum qualibet compoſitionem, quę poteſt importari per ipſum, & quando ſtat ſub diuiſione, tunc ſolũ ſubijcitur pro parte ſui, & nõ pro ſe toto. vnde in iſtis de poſſibili modalis, quæ fiunt ex terminis cõtrarijs, vel oppoſitis i ſenſu cõpoſita ſunt falſæ, & in diuiſo ſunt veræ. vt album eſſe nigrum eſt poſſibile, videntẽ eſſe cæcũ eſt poſſibile, ens eſſe D

Cõpoſitiõis ac diuiſionis diſpoſitio in modalibus quõ exercẽda ac intelligenda ſit.

F

A non ens eſt poſſibile, & econtra eſt de illis de impoſſibile.

Quarto, ſciendum quod ſm modus huius fallaciæ ſumitur, qñ vna determinatio refertur ad diuerſa determinabilia, vel unũ determinabile, ad diuerſas determinationes, ſm q̃ ſic paralogizatur. Quicquid viuit ſp eſt, Soc. viuit, ergo Soc. ſp eſt. Solutio. Maior eſt duplex, qa illa determinatio ſp, põt determinare hoc verbũ eſt, & ſic eſt compoſita, & falſa, & ſequitur concluſio, & dr̃ tunc compoſita, quia in oratione aduerbiũ habet determinare principalius verbũ, & quia illud verbũ eſt principalius verbũ in tali rõne, ideo aduerbiũ ponitur in ſitu magis debito qn refertur ad ipſum, uel põt determinare, hoc verbũ viuit, & ſic maior eſt diuiſa, & uera, & non ſequitur concluſio. Et ſimiliter hic oẽ quod eſt, neceſſario eſt, Soc. eſt, ergo Soc. neceſſario eſt. Solutio. Maior eſt duplex, eo q neceſſario poteſt determinare hoc verbum eſt, ſecundo loco poſitum, & ſic eſt cõpoſita & falſa, & ſequitur concluſio, uel poteſt determinare hoc verbum eſt primo poſitũ, & ſic eſt diuiſa, & vera, nec ſequitur concluſio.

B (margin, beside "bũ in tali rõne")

Argũ. Contra pdicta arguit primo ſic. Hæc compoſitio, homo eſt aĩal, & tñ non falſa vnio diuidendorũ, ergo mala definit cõpoſitio. Secũdo ſic. Materialis unitas orõnis cõpoſitæ, & diuiſæ eſt unitas realis cũ ſit unitas vocis, ergo, ſi ſit cã apparẽtiæ huius fallaciæ, ſeqt̃, q hęc fallacia ſumit cãm apparẽtiæ ex parte rei, & ſic non erit fallacia in dictione. Tertio ſic. Qñ modus determinat dictũ p ſe toto, vel p parte ſui ibi determinatio refert ad diuerſa determinabilia qa totũ dictum, & pars eius differunt, ergo primus modus non differt a ſecũdo. Quarto ſic. Vniꝰ determinationis eſt tm̃ vnũ determinabile, ſicut vniꝰ determinabilis eſt tm̃ una determinatio, ergo eadẽ determinatio nunq̃ determinat diuerſa determinabilia, & ſic male ponit ſecũdus modus. Quinto ſic, aliqui paralogiſmi ſunt in fallacia cõpoſitionis per hoc, q coniunctio coniungit inter terminos, vel inter propoſitiones, & tñ ille modus hic non ponitur, ergo inſufficienter ponuntur modi huius fallaciæ.

C (margin, beside "rẽtiæ huius fallaciæ")

D (margin)

Solutio. Ad argumenta. Ad primũ illorũ dr̃, q ſi capiat cõpoſitio p vnione aſſignata prædicati cũ ſubiecto, ſic ibi eſt cõpoſitio, homo eſt aĩal, ſed ſi capiat cõpoſitio, p ordinatione partiũ orõnis in ſitu magis debito in orõne cõpoſita falſa, ſicut hic capit cõpoſitio, ſic in illa ppoſitione nõ eſt cõpoſitio, neq; hic eſt diuiſio, vt hic capit. homo nõ eſt aſinus. Ad ſecundũ dr̃, quod licet illa materialis vnitas, ſit realis, tñ non cõſideratur hic, in rõne rei, ſed in ratione ſigni habẽtis plura ſignificata, ideo iſta cã apparentiæ non ſumitur à parte rei. E Ad tertium dr̃, q modus determinãs dictum pro ſe toto, vel pro parte ſui ſp refertur ad idẽ determinabile, licet diuerſimode, quia ſemper determinat ipſũ dcm̃, ſed aliquando determinat ipſum rõne totius, & qñq. ratione partis. Ad quartũ dr̃, quod licet una determinatio in vna acceptione intellectus non poſſit referri ad diuerſa determinabilia, quia non poſſunt ab uno intellectu plura ſimul intelligi, tamen ſecundum plures acceptiones intellectus quæ ſiunt à pluribus hominibus, vel ab vno homine ſucceſſiue, eadem determinatio poteſt referri ad diuerſa determinabilia.

F Ad quintum dr̃, q licet ille modus non enumeretur explicitè in textu, tñ intelligit implicite in primo modo, & paralogiſmi facti ſiunt ſecundũ primũ modum huius fallaciæ ut prius patuit.

De diuiſionis fallacia, ac modis eius duobus.

De fallacia diuiſionis. Quid ſit diuiſio dictũ eſt priꝰ. Fallacia diuiſionis eſt idoneitas decipiẽdi, pueniẽs ex eo, quod orõ aliqua cõpoſita eſt vera, & diuiſa falſa, vna et eadẽ manẽs ſcdm materiã, differens ſcdm formã diuerſa ſignificat, quę creditur eſſe uera in sẽſu diuiſo, eo qđ veritatẽ hẽt in ſenſu cõpoſito.

Cau-

A Cã apparẽtię huiꝰ fallaciæ eſt orõ compoſita hñs identitatem in materia cũ orõne diuiſa, vel cã apparẽtia eſt idoneitas orõnis eiuſdem ſecũndum ſubſtantiã, & ſitum minus debitũ. Cã defectus eſt diuerſitas ſenſus diuiſi a ſenſu compoſito. Iſtius fallaciæ duo ſunt modi.

Primus modus.

Primus modus ꝓuenit ex eo, ꝙđ aliquo coniunctio poteſt copulare inter terminos, vel ꝓpoſitiones. Et ſecũdum iſtum modum paralogizatur ſic. Quæcunq. ſunt duo &
B tria, & ſunt duo & sũt tria, quinq. ſunt duo & tria, ergo quinq; ſunt duo, & quinque ſunt tria. Ad hoc dicẽdum, quòd minor eſt duplex, quia hæc coniunctio, & põt cõiungere, & copulare inter terminos, uel inter propoſitiones. ſi inter terminos, ſic eſt uera, & cõpoſita, & eſt ſenſus, duo & tria ſimul iuncta faciũt quinq. ſi inter ꝓpoſitiones, ſic eſt falſa, & diuiſa, & eſt ſenſus, quod duo ſunt quinq; perſonæ, & quod tria ſunt quinq. perſonæ, qđ eſt falſum. Siẽr eſt hic. Quæcunq; ſunt duo, & tria ſunt paria, & im-
C paria, quinq; sũt duo, & tria, ergo quinq; ſunt paria, & imparia. Dicẽdũ, quod minor eſt duplex, quia ibi põt eſſe copulatio inter terminos, & ſic eſt uera, & cõpoſita, & eſt ſenſus quinq; ſunt duo, & tria in ſimul coniũcta, vel eſt copulatio inter ꝓpoſitiones & ſic eſt falſa, & diuiſa, & eſt sẽſus quinq. sũt duo, & quinq; ſunt tria, ꝙ eſt falſum. Siẽr hic oẽ aĩal eſt rationale, vel irrõnale, ſed non oẽ aĩal rõnale, ergo oẽ aĩal eſt irrõnale. Dicendũ, quod maior eſt duplex ex eo ꝙ iſta coniũctio, uel põt cõiũgere inter terminos, & ſic eſt vera, & cõpoſita, uel inter ꝓpones, & ſic eſt falſa, & diuiſa. Similter hic, oẽ aĩal eſt ſanum, vel ægrũ, uel ſic, omnis D ſubſtãtia eſt corporea, vel incorporea, vel ſic. oĩs linea eſt recta, vel curua. Vñ oẽs iſtæ, ſunt uere, qñ cõiunctio coniungit inter terminos, & ſunt compoſitæ. ſed ſunt falſæ quando coniunctio coniungit inter orationes, & propoſitiones, & diuiſæ; quia coniunctio per ſe primo eſt coniunctiua partium orationis, & ex conſequenti coniungit orationem cum oratione.

Secũdꝰ modus.

Secundus modus huius fallaciæ diuiſionis ꝓuenit ex eo, ꝙ aliqua determinatio põt referri ad diuerſa, vt hic quod vidiſti hũc percuſſũ E hoc percuſſus eſt, ſed oculo uidiſti hũc percuſſum, ergo oculo percuſſus eſt dicendũ quod minor eſt duplex, quia iſte ablat. oculo, poteſt determinare hoc participium percuſſus, & ſic eſt diuiſa, et falſa, & eſt ſenſus, tu vidiſti hunc percuſſum oculo, & ſic ſequitur concluſio, uel poteſt determinare hoc verbum uidiſti, et ſic eſt compoſita, & vera, & tunc eſt ſenſus, tu vidiſti cum oculo hunc percuſſum, ſed tunc non ſequitur concluſio.

Ordo fallaciæ diuiſionis ad alias.

F Poſtquam determinatum eſt de fallacia cõpoſitionis, hic cõſequẽter determinat de fallacia diuiſionis. Cuius ordinis rõ eſt, quia fallaciæ adinuicẽ ordinãtur ſecũdũ ordinẽ ſuarũ cauſarũ apparentiæ, ꝙ habentes perfectiorẽ cauſam apparentiæ præponuntur aliis, ſed in fallacia compoſitionis maior eſt cauſa apparẽtiæ quã in fallacia diuiſionis, qa maior eſt apparentia, ꝙ ſi orõ diuiſa ſit uera, ꝙ cõpoſita ſit ſi uera ꝙ̃ ecõtra. ſi cõpoſita ſit uera ꝙ diuiſa ſit uera, eo ꝙ indiuiſa partes ordinãtur in ſitu minus debito, & ĩcõpoſita ĩ ſitu magis debito, & maior eſt apparẽtia, ſi orõ, ĩ qua partes minus debitè ordinãt ſit uera, ꝙ alia, in qua ordinantur magis debitę ſit uera, ꝙ̃ ecõtra, ideo in fallacia compoſi-

A poſitionis,maior eſt cauſæ apparentiæ,
quam in fa'lacia diuiſionis,ratione cu-
ius bene ei præponitur.

Quid fallacia diuiſionis.

Primo ſciendũ,ꝙ fallacia diuiſionis
eſt idoneitas decipiendi proueniens ex
materiali vnitate oronis cõpoſitę veræ
cũ diuiſa falſa. Et eius cã apparẽtiæ eſt
illa materialis unitas oronis cõpoſitę
veræ,& diuiſæ falſę, pp q̃ vnitatẽ cre-
dimus ꝙ ſicut illa oro eſt vera in ſenſu
cõpoſito, quod ẽt ſit vera in ſenſu diui
ſo,cũ tñ illo ſenſu ſit falſa.Et ẽt pp illã
vnitatẽ credimus,quod ſicut diuiſa fal-
ſa bñ infert cõclusionẽ, qđ ẽt cõpoſita
vera bene inferat concluſionẽ.Et ſic ex
parte cõpoſitę ueræ,ſumiť apparens ꝓ
B babilitas ꝑmiſſarũ,& rõne diuiſæ falſæ
apparet probabilitas conſequẽtiæ. Sed
cã defect⁹ hui⁹ fallaciæ eſt diuerſitas ſi
gnificatorũ oronis cõpoſitę & diuiſæ.

Oronis cõpoſitę ac diuiſæ diſcrimẽ.

Scđo ſciendũ ꝙ oro cõpoſita,& diui
ſa dupliciter inter ſe differũt. Primo,
q̃a in rõne cõpoſita partes ordinãť ſm
ſitum magis debitum, ideſt ſecundum
ſitũ, in quo de uirtute ſermonis citius
accipiũtur , ſed in orone diuiſa partes
ordinãtur ſm ſitũ minus debitũ . . Scđa
drĩa ſumitur ex parte modi proferẽdi ,
nã oro cõpoſita hẽt ꝓferri ꝓlatione cõ
tinua,& oro diuiſa hẽt ꝓferri ꝓlatione
diſcontinua diſcõtinuando dictiones ,
q̃ ab inuicem diuiduntur.& hæc ſunt,
ſcđa drĩa eſt ſignũ primæ,vt dicẽdo,oĩs
C ꝓpoſitio vera eſt,ſi vera ponatur in ſu
biecto,ſic illa oratio eſt diuiſa & vera ,
& dẽt proferri prolatione diſcontinua
faciendo pauſam inter ſubiectum , &
verbum,ſed ſi teneatur ex parte prædi-
cari,eſt compoſita,& falſa & debet pro
ferri prolatione continua.

Duo huius fallacię ſunt modi & de primo.

Tertio ſciendũ,ꝙ huius fallaciæ ſũt
duo modi . Primus modus eſt , qñ eadẽ
determinatio diuerſimode determinat
idem determinabile. Secundũ quẽ mo
dũ paralogizať ſic oẽ quod impoſſibile
eſt eſſe album, impoſſibile eſt recipere
albedinem,ſed nigrũ eſſe album eſt im
poſſibile,ergo nigrum recipere albedi-
nẽ eſt impoſſibile,qđ eſt falſum. Solu-
tio. Minor eſt duplex,quia,illud dictũ,
album eſſe nigrum,pt diuerſimode de D
terminari per illũ modũ impoſſibile ,
vno mõ inquantũ ſtat ſub cõpoſitione
& ſubijciť ſm ſe totũ , & ſic minor eſt
compoſita & uera,et non ſeq̃tur cõclu
ſio,ſed committiť iſta fallacia,alio,mo
do pt determinari, vt accipiť ſub diui-
ſione ſuarũ partiũ , & ſubijciť ꝓ parte
ſui ſ. ꝓ cõpoſitione ſui ꝑdicati cũ mate
ria ſui ſubiecti,& ſic eſt diuiſa,& falſa,
& bene ſequitur cõcluſio . Et ſimiliter
diſtinguerentur iſti paralogiſmi. Sedẽ
tem currere eſt impoſſibile,oẽ albũ eſ-
ſe coloratũ eſt neceſſariũ,& ſic de alijs
modalibus.q̃ in ſenſu diuiſo ſunt falſæ
& in ſenſu compoſito ſunt verę. Aliter E
ſic paralogizatur q̃cquid eſt tantundẽ,
et amplius,eſt æquale alteri,ſed magis
eſt tãtundẽ,& amplius, ergo magis eſt
æquale. Solutio. Minor eſt duplex q̃a il
la coniunctio,& pt coniũgere inter ter
minos , & determinare illa q̃ cõiungit
tanq̃ partes vnius ꝑdicari,& ſic minor
eſt compoſita,& vera,& nõ ſeq̃tur cõ-
cluſio , vel pt coniungere inter ꝓpoſi-
tiones, & coniungere ea q̃ ꝑ eã copulã
tur tanq̃ diuerſa prędicata pluriũ pro-
poſitionũ,& ſic minor eſt diuiſa,& fal
ſa,q̃a eſt vna copulatiua,cui⁹ vna pars
eſt falſa, & hoc modo ſeq̃tur cõcluſio.
& econtra dicendum eſt de maiore Si
militer ſoluiť iſte paralogiſm⁹ q̃cunq; F
ſũt duo,et tria,ſũt patria,ſũt impatria,
ſed quinq; ſunt duo,& tria,ergo quin-
que ſunt pario,& imparia, & ſimiliter
eſt hic,oẽ aĩal eſt ſanũ, vel ęgrum, ſed
non omne aĩal eſt ſanũ ergo omne ani
mal eſt ægrũ Solutio. Hæc coniunctio,
vel põt coniungere inter terminos , &
ſic maior eſt compoſita , & vera , vel
inter propoſitiones , & ſic eſt diuiſa ,
& falſa .

Secũdus modus.

Quarto ſciendũ,ꝙ ſecundus modus
eſt quãdo aliqua determinatio põt de
terminare plura determinabilia, vel
idem determinabile põt determinari a
diuerſis determinationib. Scđm quem
modum ſic paralogizatur nullus ho-
die natus fuit heri,homo decem anno
rum eſt hodie natus, ergo nõ fuit heri.

So-

C A Solutio. Minor eſt duplex, q̃a hoc aduerbũ hodie, põt determinare natus, & ſic eſt diuiſa, & falſa, & bene ſequitur concluſio vel põt determinare hoc verbum eſt, & ſic eſt compoſita, & vera, & non ſequitur concluſio. Eſt.n.tunc cõpoſita, quia aduerbiũ de ſui natura magis hẽt determinare verbũ q̃ participiũ, iõ, cũ hodie refert ad verbum, ordinatur in ſitu magis debito. Et ſimiliter hic, quorũcunq. virorũ Achilles reliq̃t cẽtũ in bello, illi erãt centũ, et amplius, ſed quadraginta virorũ centũ reliquit Achilles in bello, ergo quadraginta erant centũ, & amplius. Solutio. Minor eſt duplex, quia ille genitiu⁹ virorũ, põt

B determinari per illud adiectiuũ centũ, ſic, quod ſint genitiui caſus, & regãtur de li quadraginta, & ſic minor eſt cõpoſita, & vera, & nõ ſeq̃tur concluſio, vel poteſt determinari per illud adiectiuũ quadraginta, ſic, quod ambo regãturde li cẽtum, & ſic eſt diuiſa, quia dictio recta præcedit dictionem regẽtem, & ſic eſt falſa, & ſequitur cõcluſio, & ſic poſſent ſolui alij paralogiſmi huiuſmodi.

Argũ. Cõtra p̃dicta arguitur primo ſic. In iſta fallacia ſumitur cauſa apparẽtiæ ratione orationis cõpoſitæ veræ, & nõ rõne diuiſæ, ergo iſta fallacia dẽt dici fallacia cõpõnis, & nõ fallacia diuiſionis, cũ apparentia, & probabilitas ſuorũ paralogiſmorum proueniat ex oratione

C compoſita vero. Secũdo ſic. Materialis vnitas orationis cõpoſitæ, & diuiſæ eſt cã apparentiæ in fallacia cõpoſitionis, & diuerſitas ſignificatorum eius eſt cã defectus; ergo ſi illa materialis vnitas ſit cauſa apparentiæ huius fallacię, habebit eandem cãm apparentiæ cum fallacia cõpoſitionis, qđ eſt inconueniẽs. Tertio ſic. Modus proferendi orõnis ſe tenet in p̃latione literarũ ſyllabarũ, & dictionũ, ſed in orõne cõpoſita & diuiſa eodẽ modo proferuntur literæ ſyllabæ, & dictiones, ergo iſte orões nõ differunt ſecundũ modum p̃ferẽdi. Quarto ſic coniunctio, eſt coniũctiua partiũ orationis habetur in ſua definitione, & non orationũ, ergo coniunctio non habet cõtingere inter propoſitiones, ergo D cõtra ea q̃ dicunt̃ in primo mõ hui⁹ fallaciæ. Quinto ſic. In iſto paralogiſmo amphibologię, quẽcunq. cõtingit dicere cõtingit loqui. ſed tacentẽ contingit dicere, ergo tacentẽ cõtingit loqui, vna determinatio poteſt diuerſimode determinare idẽ determinabile, & tñ ibi nõ eſt primus modus huius fallaciæ. ergo ſuperius aſſignatur primus modus.

Ad argumenta. Ad primum dicitur, Solutio. quod licet ex parte orõnis cõpoſitæ veræ in iſta fallacia ſumatur apparentia probabilitatis præmiſſarum, tñ ex parte orationis diuiſæ falſæ ſumitur apparentia proprietatis conſequentiæ, quæ eſt principalior in paralogiſmis, ideo iſta fallacia principalius denominat̃ ab E oratione diuiſa falſa quam compoſita.

Ad ſcd̃m dr̃, ꝙ licet hæc fallacia, & fallacia cõpoſitionis habeãt eandẽ cãm apparẽtiæ cõmune.ſ. materialem vnitatem diuiſæ, & compoſitæ, tñ habent diuerſas apparẽtias ſp̃ales per hoc, quod orõ cõpoſita, & diuiſa variantur penes verũ, & falſum, vt patet ex p̃dictis. Ad tertium dr̃, ꝙ licet in ordine compoſita, & diuiſa dictiones ſcd̃m ſe eodẽ modo proferantur, non tamen eodem modo quo ad vnionem earum inter ſe, quia quandoque diuiduntur adinuicem, & quandoque componuntur.

Ad quartũ dicitur, ꝙ coniunctio primo, & per ſe eſt coniũctiua partiũ ora- F tionis, ſed bene ex conſequẽti coniũgit orationes. Et quia ſolum coniungit ex conſequẽti tm̃ inter orationes, ideo, qñ ſic accipitur, ordinat̃ in ſignificato minus debito, & facit orationẽ diuiſam.

Ad quintũ dicitur, ꝙ licet in illo paralogiſmo eadem determinatio; diuerſimode determinet idẽ determinabile, & tamẽ hoc non fit cũ variatione partum orationis ſecundum ſitum magis debitum, quia illa oratio de virtute ſermonis poteſt accipi æqualiter, put ille actus pręcedit verbũ, & ſequitur. ideo ibi non eſt variatio ſenſus compoſiti, & diuiſi, quæ tamen præſupponitur in omnibus modis huius fallaciæ.

A *De Fallaciæ Accentus natura, & eius modis.*

Vide ad hoc 2. elẽ.c.6. Sequitur de fallacia accentus. Accẽtus eſt certa lex, & regula ad eleuandum vel deprimendum ſyllabã vniuſcuiuſq; dictionis. Et iſte accentus diuiditur in accentũ grauem, acutum, & circunflexum. Grauis eſt qui deprimitur in fine. Acutus eſt qui in fine eleuatur, vel acuitur. Circunflexus eſt qui acuitur, & deprimitur ſimul. Vel circunflexus eſt qui procedit ab imo & procedit in altũ, & finaliter tendit in imum, vt Hieruſalem, Fallacia accentus eſt idoneitas decipiẽ- B di prouenĩens ex multiplicitate dictionis eiuſdem ſecundum ſubſtantiã, diuerſę ſecundum modum proferendi diuerſa ſignificãtis. Cã apparentiæ huius fallaciæ eſt vnitas dictionis ſecundum materiam, vel ſecundum ſubſtantiam ſolum. Cã defectus eſt diuerſitas ſignificatorum. Iſtius fallaciæ ſũt duo modi.

Fallacię accẽtus. Primus modus. Primus modus prouenit ex eo ꝙ aliqua dictio põt ꝓferri diuerſis accẽtib. vt hic, oĩs populus eſt arbor, gens eſt populus, ergo gens eſt arbor dicendum, quod maior eſt du- C plex, quia prima ſyllaba huius dictionis populus põt proferri lõga, & ſic eſt uera, & nõ ſequit̃ concluſio, vel p̃t eſſe breuis, & ſic eſt falſa, & ſequitur concluſio. Similiter hic, oẽ ara eſt in tẽplo, ſtabulũ porcorum eſt ara, ergo ſtabulum porcorum eſt in tẽplo. Dicẽdũ eſt hic ſicut prius dictũ eſt. Similiter hic. Quicquid hamatur hamo capitur, mulier hamatur, ergo mulier hamo capitur. Dicendũ, quod maior eſt duplex eo quod hæc dictio hamatur põt ꝓferri cũ aſpiratione, vel ſine aſpiratione. ſi primo mõ ſic eſt vera, & non ſequitur concluſio, ſi ſcđo modo ſic eſt falſa, & ſe- D quitur concluſio. vel ſic, quoſcunque, uiros iſtum eſt pẽdere, dignũ eſt pęnam pati, ſed iuſtos viros dignum eſt pẽdere, ergo iuſtos viros dignum eſt pęnam pati. Vnde vtraque præmiſſarum eſt duplex, eo quod hæc dictio pẽdere p̃t proferri media longa, uel media breui.

Secũdus modus prouenit ex eo quod aliqua vox p̃t eſſe dictio, vel oratio, vt hic, tu es qui es, ſed qui es eſt requies, ergo tu es requies. Dicẽdũ, quod maior eſt duplex, eo q̃d quies p̃t eſſe dictio, vel oratio; ſi ſic dictio, tunc & falſa, & ſequitur cõ- E cluſio, ſi oratio, tũc eſt vera, & nõ ſequitur concluſio. Sic hic quicq̃d fecit Deus inuite, fecit Deus coacte, ſed Deus fecit vinũ inuite, ergo Deus fecit vinũ coacte. Dicendũ, quod maior eſt duplex, eo q̃d inuite p̃t eſſe orõ, vel dictio, ſi dictio ſic eſt uera, & nõ ſequitur concluſio, vel p̃t eſſe orõ, & ſic eſt falſa, & ſequit̃ cõcluſio. Sic hic. Quicũq; hẽt dilectionẽ ſupernã hẽt dilectionẽ Dei vſurarius hẽt dilectionẽ ſupernã, ergo uſurarius hẽt dile- F ctionẽ Dei. Dicendũ, quod hæc dictio ſupernã p̃t capi dupliciter, Vno modo vt eſt dictio, & ſic minor eſt falſa, & ſequitur cõcluſio, alio mõ põt eſſe orõ, & ſic eſt vera, & non ſequitur cõcluſio. Similiter hic mutuo longas pereunte noctes lydia dormis: Vnde hęc dictio mutuo, põt eſſe dictio, uel oratio.

Ordo huiꝰ fallacię ad aliæ. Poſtquam Auctor determinauit de fallacijs compoſitionis & diuiſionis, hic cõſequenter determinat de fallacia accẽtus. Cuius ordinis ratio eſt, q̃a fallaciæ dẽnt ordinari ſecundum ſuas cãs apparentiæ, ſed maior, eſt cã apparentiæ in fallacia compoſitionis & diuiſionis, quam in fallacia accentus, ideo illę

A fallaciæ conuenienter præponũtur iſti. Et quòd in ipſis ſit maior cauſa apparẽtiæ, patet quia in fallacijs in dictione ſumitur cauſa apparẽtiæ ab vnitate vocis multiplicis, ſed in fallacij cõpoſitionis, & diuiſionis, vbi manet ſimplices dictionis actualiter eadem, licet varientur orationes, eſt maior vnitas vocis multiplicis quam in fallacia accentus, vbi variant̃ actualiter dictiones, & orõnes, iõ poſterius ponit̃ fallacia accẽtus.

Quid accentus, .9.

Primo ſciendũ, ꝙ accentus eſt certa lex, vel regula ad eleuandum, vel deprimendũ quamlibet ſyllabã alicuius dictionis, per hoc dr̃ certa regula, explicatur cauſa formalis eius. & per hoc ꝙ

B ponitur, ad eleuandum, vel deprimendũ, explicat̃ ſua cauſa finalis, & ꝑ hoc ꝙ dr̃, ſyllabam vniuſcuiuſq; dictionis, explicat̃ ſua cauſa materialis in qua, quia accẽtus primo cõuenit ſyllabis, & per ſyllabis dictionib. & per dictiones orationib. Et dr̃ accẽtus, quaſi ad aliud cantus, quia talis menſura eleuationis, vel depreſſioni eſt quidam cantus ordinatus ad exprimendum conceptus mentis, Et diuiditur per graue, acutũ, & circunflexũ.

Diuiſionis rõ.

Cuius diuiſionis ratio eſt, quia oĩs accentus eſt ſimplex, vel mixtus, ſi ſimplex, hoc eſt dupliciter, vel fit cum depreſſione vocis, & ſic eſt grauis, vel cũ eleuatione, & ſic eſt acu

C tus. ſi eſt mixtus ex eleuatione, & depreſſione, ſic eſt circumflexus, & horũ definitiones ſatis patent in textu. vnde hic nõ conſideratur accentus in quantũ eſt paſſio vocis ſignificatiuę abſolute, ſicut in Grammatica, ſed conſideratur inquantum diuerſitas accentus eiuſdem dictionis eſt cum pluralitate ſignificatorum, ratione cuius poteſt ſumi vna fallacia.

Fallacia accẽtus.

Sc'o ſciendũ. ꝙ fallacia accẽtus eſt idoneitas decipiẽdi prouenſes ex materiali vnitate dictionis diuerſæ ſm modũ proferẽdi, & ſm ſignificata. Et eius cã apparentiæ eſt materialis vnitas dictionis plura ſignificãtis. rõne cuiꝰ creditur, ꝙ ſicut illa vox eſt materia iter vna, ꝙ ita hẽat vnũ accẽtum, & unũ ſignificatũ. Et per hoc ſumit̃ vna maxima in hac fallacia, in qua fundant̃ oẽs paralogiſmi huius fallaciæ. Sed cã defectus eius eſt diuerſitas ſignificatorum illius dictionis diuerſæ in mõ proferẽdi.

D

Et per hoc patet, ꝙ accentus nõ eſt cauſa apparentię nec cã defectus huius fallaciæ, ſed concomitat̃ cãm defectus, quia ſm plures accentus dictio hẽt plura ſignãta, et hæc diuerſitas, accẽtus eſt ſignum diuerſę ſignificationis. Et licet ſint quatuor accidẽtia dictionis. ſ. literarũ, numerus, ſpiritꝰ, tẽpus, et accẽtus, tñ ab alijs non ſumit̃ una fallacia ſicut ſm accentũ. Vnde per numerũ literarũ nõ cãtur una fallacia, quia uariatio tali numero non manet idẽtitas vocis. ſed

E Dictionum vel literarũ accidentia quatuor.

ſm ſpiritũ uel aſpirationem dictionis, q̃ deſignatur per H, & per tẽpus ſm. ꝙ aliqua ſimilia habẽt duo tempora, ſi ſit longa, vel vnũ, ſi ſit breuis, põt cãri iſta fallacia, ſed hoc eſt ſolũ inquãtum variatio ſpiritus, vel temporis cauſat uariationẽ accentus, & modi proferendi, ideo iſta fallacia melius denominat̃ ab accẽtu q̃ ab alijs. Et in omnib. paralogiſmus huius fallaciæ fit variatio accẽtus, non autem ſpiritus vel temporis.

Duo huius modi. & de primo.

Tertio ſciẽdũ, ꝙ huius fallaciæ duo ſunt modi. Primus modus eſt, quando dictio potentialiter vna poteſt regi diuerſis accentib. ſm quem ſic paralogizatur quicunq. vult pẽdere vult ſuſpendi, ſed tortor pẽdens hominem vult pẽdere, ergo tortor vult ſuſpẽdi. Solutio. utraq; præmiſſarũ eſt duplex, quia pẽdere, vno mõ poteſt capi neutraliter. vt venit de pendeo des, & ſic habet mediam longã, alio modo actiue, vt venit a pendo dis, & ſic habet mediũ breuẽ, & niſi vtraque præmiſſarum ſumatur neutraliter, maior eſt vera, et minor falſa, & ſi in vtraq. teneatur actiue. eſt ecõtra & in iſtis duob modis, ſequit̃ cõcluſio. Sed, ſi in maiore ſumatur neutraliter, et in minore actiue, vtraq. præmiſſarum eſt vera, & non ſequitur cõcluſio, ſed committitur fallacia accentus. Et ſimiliter diceretur de iſto paralogiſmo, omnis populus eſt arbor, gens

F

eſt

A eſt populus, ergo gēs eſt arbor diſtinguendo ambas præmiſſas.

Secūdus modus. Quarto ſciendū, q̄ ſecundus modus ſit, qū aliqua vox pōt eſſe dictio, vł oratio, ſm̄ quē modū ſic paralogizatur qc quid pſtat alteri dat alteri, vnus lapis pſtat alteri, ergo vnus lapis dat aliquid alteri Solutio. vtraq; præmiſſarum eſt duplex, quia pſtat poteſt eſſe dictio, vel oratio ſi in vtraq. præmiſſarum ſumatur, vt dictio, maior eſt vera, & minor falſa; & ſi in vtraq. p̄miſsarū ſumatur, vt oratio, eſt econtra, & iſtis duob. modis ſequitur cōcluſio Sed ſi in maiore teneatur, vt dictio, & in minore, vt oro ambæ præmiſſę ſunt verę, & nō ſequitur cōcluſio. Similiter pōt diſtingui de illa orone, Metuo longas pereunte B noctes Lidia dormis, qa metuo pōt eſſe vnū verbū tm̄, & ſic idem eſt quod time; alio modo pōt eſſe duo pronomina. ſ. me, & tuo. tertio mō pōt eſſe vnū nomē cū vna interiectione. ſ. metu & o. quarto modo pn̄t eſſe tres dictiones ſ. duo ꝓnomina cū vna īteriectione ſ. me tu, & o. & ſm hoc ſi paralogizat. Quicūq. dr̄ Metuo longas pereūte noctes Lidia dormis dicit ſe timere, ſed dicens metuo lōgas percūte noctes Lidia dormis, nō dicit ſe timere, ergo non dicens ſe timere dicit ſe timere. Soluitur diſtinguendo præmiſſas ſecundum diſtinctionem propoſitam.

Sed cōtra prędicta arguit. Primo ſic. Argum. Accētus eſt depreſſio, vel elauatio ſyllaC bæ alicuius dictionis, cū accētus acut⁹ ſit eleuatio, & grauis dep̄ſſio ſyllabę, ergo nō eſt regula ad eleuandū vel deprimēdū ſyllabam. Scd̄o ſic. Oē graue, vel acutū eſt corpus. null⁹ accētus ē corp⁹, ergo null⁹ accētus eſt grauis, vel aiut⁹. Tertio ſic. Nulla fallacia ſumitur ab illo quod impedit deceptionē, ſed accētus impedit deceptionē, qa ſcd̄m diſtinctus, & diuerſo accētus alcuius dictionis cognoſcūt diuerſa ſignificata eius. ergo ſcd̄m accētū non ſumit aliqua fallacia. Quarto ſic. In iſto paralogiſmo, oīs populus eſt arbor, gēs eſt populus. ergo gens eſt arbor cōmittitur fallacia æquiuocationis, quia populus ſignifiD cat æquiuoce arborem, & collectionē gentis, ergo nō eſt in primo modo huius fallaciæ. Quinto ſic. In iſto argumēto, quicquid habet ſupernā dilectionē habet amorem Dei vſurarius habet ſupernam dilectionem, ergo habet amorem Dei, non eſt vna dictio materialiter, quia ſupernam aliter ſcribitur quādo eſt vna dictio, & quando eſt plures dictiones, ergo male ponitur exemplū illud in ſecundo modo huius fallaciæ.

Ad argumenta Ad primū dicitur, q̄ accentus ſcd̄m ſuū materiale bene eſt Solutio. eleuatio vel depreſſio alicuius ſyllabę, ſed tn̄ ſcd̄m ſuum formale bn̄ eſt lex vel regula vel menſura talis eleuatioB nis vel depreſſionis. Ad ſcd̄m dr̄ q̄, ſi capiatur graue, & acutum proprie, ſic oē graue vel acutum eſt corpus, ſed ſi capiatur trāſumptiue, vt hic ſumitur, maior eſt falſa. Dicitur. n. accentus grauis ſcd̄m ſimilitudinē, qa ſicut corpus graue mouetur deorſum, ita accentus grauis, & ſicut corpus leue tēdit ſurſū, ita accentus acutus ſcd̄m ſimilitudinem, & ſicut corpus dicitur acutum, quia faciliter pungit, & penetrat ſenſum tactus, ſic accentus dicitur acutus, quia faciliter penetrat auditum per eleuationem ſyllabæ. Ad tertiū dicitur, qd̄ licet reſpectu cognoſcentis diuerſitaF tem accentus, & ſignificatorum dictionis, diuerſus accentus impediat deceptionem, tn̄ reſpectu cognoſcentis pluralitatem ſignificatorum dictionis conſequentem plures accentus bene poteſt cauſari deceptionē. Ad quartū dr̄, qd̄, ſi capiat gn̄aliter æquiuocatio pro quacunque pluralitate ſignificatorum eiuſdem dictionis, ibi eſt æquiuocatio. licet ſi capiatur pro pluralitate ſignificatorum quæ eſt cum actuali vnitate uocis, ſicut capitur in fallacia æquiuocationis, ſic non eſt ibi æquiuocatio. Ad quintū dr̄, qd̄ licet li ſupernā, varietur in numero literarū ſcd̄m ſcripturā, tn̄ eſt variatio minima in pronunciatione literarum, & ſyllabarum, ideo dicitur manere eadem vox materialiter.

De

A

De Figura Dictionis Fallacia, & tribus eius ſpeciebus, ſiue modis.

Ad hoc vide 1. Sequitur de fallacia figuræ dictio-
Elen. c. nis. Fallacia figuræ dictionis vlti-
6. & alibi. mo loco ponit̃ inter fallacias in di-
ctione, quia facit multiplex fanta-
ſticũ. Figura eſt q̃ termino, vel ter-
minis clauditur terminos, vt cir-
culus, terminis vt triangulus, qua-
drangulus. Et ſimilitudinariæ hic
ſumitur. Fallacia figuræ dictionis
eſt ſimilitudo dictionis cum di-
ctione penes finalem terminatio-
nem in parte non idem ſignifican-
B te. Et facit multiplex fantaſticum
Eſt aũt multiplex fantaſticum, qñ
aliqua dictio ſignificat unum, &
vr̃ ſignificare aliud pp ſimilitudi-
nẽ q̃ hẽt in parte cũ alia dictione,
vt videre ſignificat paſſionẽ, & vr̃
ſignificare actionem pp hoc quod
eſt ſimile huic verbo agere. Cã ap
parentiæ huius fallaciæ eſt ſimili-
tudo dictionis in parte cũ alia di-
ctione non idem ſignificante. Cã
defectus huius fallaciæ eſt diuerſi
tas eorum, quæ videntur eſſe ſimi
lia. Iſta autẽ ſimilitudo fit tribus,
C modis. ſ. voce, ſignificatione, &
ſuppoſitione, & ſecundum hæc
tres ſunt modi huius fallaciæ.

Primus modus prouenit ex ſimi-
Primus modus. li terminatione dictionis cum alia
dictione, vt qualiſcunq. eſt muſa,
talis eſt poeta, ſed muſa eſt fœmini
ni gñis, ergo poeta eſt fœminini ge
neri. Dicendũ, ꝙ non ſequit̃, quod
ſi aliqua ſint eiuſdem terminatio-
nis ꝙ ſint propterea eiuſdẽ gñis. Si
militer hic. Oĩs aqua eſt humida,
fluui⁹ eſt aqua, ergo fluui⁹ ẽ humi
da. Dicendum, ꝙ non oportet, ꝙ ſi
fluuius ſit aqua, ꝙ ergo quicquid
dicat̃ de aqua, ꝙ hoc et dicatur de
fluuio ſub eadẽ terminatione. Vel
ſic. Oĩs hõ eſt albus mulier eſt hõ
ergo mulier eſt alb. Vnde in oĩbus
prædictis paralogiſmis maſculinũ
interpretatur fœmininũ, aut ſi for
met hic paralogiſmus muſa & poe
ta ſimiliter terminantur, ſed muſa
eſt fœmini gñis, ergo & poeta, tũc
non eſt ibi fallacia figuræ dictio-
nis, ſed fallacia conſequentis a cõi
ter accidentibus vt poſtea patebit.

Secundus modus ꝓuenit ex mu Secund⁹
tatione vnius p̃dicamẽti in aliud, modus.
vel qñ vna ſpecies p̃dicamẽti mu-
tat̃ in aliã ſpẽm, vt hic. Quicquid
heri emiſti hodie comediſti, car-
nes crudas heri emiſti, ergo carnes
crudas hodie comediſti. Dicendũ
eſt, ꝙ nõ ſequit̃, q̃a quicq̃d dicit rẽ E
de p̃dicamẽto ſubſtãtiæ, credũ di-
cit rẽ de prædicamento qualitatis,
et ſic ꝓcedit̃ de vno p̃dicamẽto in
aliud. Similiter hic. Quicquid heri
vidiſti hodie uides. ſed vidiſti heri
album, ergo albũ hodie vides. Di-
cendũ, ꝙ non ſequitur, quia albũ
ſignificat p modũ qualitatis, quic-
quid vero dicit rẽ de p̃dicamento
ſubſtãtiæ. Similiter hic. Do tibi ſo
lũ denariũ, ſed ſolũ denariũ non
habeo, ergo do tibi ꝙ non habeo. F
Dicendũ, ꝙ hęc dictio ſolũ, dicit
relationẽ, q̃a, ut hr̃ in 2. Elen. ſolũ
dr̃ quaſi nõ cũ alio, & hęc dictio:
q̃d dicit ſubſtãtiam, & ſic procedi
tur a relatione ad ſubſtantiam. Si-
militer eſt hic. Aliquis dat cito e-
quum. ſed nõ habet cito equũ, er-
go aliquis dat cito q̃d nõ hẽt. Di-
cendũ, q̃d non ſequit̃, quia cito di
cit modũ actus, ſiue qualitatẽ, et ꝙ
dicit ſubiectã, et ſic ꝓcedit̃ a quali
tate ad ſubiectã. Similiter qñ ꝓce-
dit̃ ab vna ſpẽ vnius prædicamenti
ad aliam, vt quantoſcunq. digitos
heri habuiſti, hodie habes decẽ di
gitos

A gitos heri habuiſti ergo decē digitos hodie habeas, poſitum ꝙ vnū amiſeris. Dicendū quod nō ſequitur, quia hæc dictio q̄toſcūq. dicit q̄titatem continuā, & hæc dictio decē, dicit quantitatē diſcretam.

Tertius modus. Tertius modus ꝓuenit ex diuerſa ſuppoſitione termini, vt hō eſt ſpēs, ergo aliquis hō ē ſpēs. Et hic hō eſt digniſſima creatura rū ergo aliquis hō eſt digniſſima creatura rū, hic eſt proceſſus a ſimplici ſuppoſitione ad perſonalē. Similiter hic, oīs hō eſt aīal, ergo oīs hō eſt hoc aīal. Similiter hic aīal eſt Socra. aīal eſt Plato, & ſic de alijs, er B go aīal ē oīs hō, hic fit ꝓceſſus a pluri b. determinatis ad vnā determinatā. Et iſte modus ſolet appellari vniuocus q̄a ille terminus aīal vniuoce æqualis ſic ſe hēt ad oīa ſuppoſita, vt de in qualibet p̄miſſarū ſupponitur, ꝓ vno, in cōcluſione vero ꝓ plurib. & ſic variat̄ eius ſuppoſitio. Et intelligēdū eſt quod in p̄dictis, quale q̄d īterp̄tat̄ in hoc aliquid. i. cōe vel vt interp̄tat̄ ſingulare. Si. n. animal ē hoc aliquid ſi tūc arguitur aīal eſt Soc. aīal eſt C Pla. & ſic de alijs, ergo animal eſt oīs hō eſt bonū argm̄ ſicut hic, So. currit. Plato currit, & ſic de alijs, ergo oīs hō currit Similiter hic nō ſequitur q̄n fit ꝓceſſus, ab īmobili ſuppoſitione ad mobilē, vt oīs hō eſt aīal, ergo oīs hō eſt hoc aīal, & ſic de alijs. Hos tres modos ponit Ari. dicens, ꝙ figura dictionis fit q̄n interp̄tatur nō idem vel diuerſum, vt maſculinum fœmininū, vel neutrum, vel econuerſo, & rurſū, quid interpretatur quale uel quantum, iterum q̄n cōe interpretatur ſingulare, vel hoc aliquid,

figura quid un Poſtq̄ Auctor determinauit de fallacijs peccātib. ſm multiplex actuale, & potentiale, hic cōſequēter determinat D de vltima fallacia in dictione q̄ peccat de figu ſm multiplex fantaſticū, ſ. de fallacia fi radictio gure dictionis ꝗ cuius intellectu deſcri nis. bit in textu figura ꝓprie dicta. Figura eſt q̄ termino, vel terminis clauditur, termino, ſicut circulus, q̄d vnica linea circulari clauditur, & terminis, ſicut triāgulus, & quadragulus. Vnde talis figura ꝓprie dicta eſt determinatio ſubſtātię, vel quātitatis in ſubſtātia & traſūptiue per ſimilitudinē ad talē figurā terminatio dictionis dr̄ figura dictionis ſiue terminatio fit ex parte vocis ſiue ſignificationis uel modi ſignificandi. Et ideo figura dictionis eſt ſimilis terminatio B duarū dictionū: & ſm talē ſimilitudinē terminationum ſumit̄ multiplex fantaſticū, ꝙ eſt dictio tm̄ unū ſignificans q̄ pp ſimilitudinē cum alia dictione uidetur aliud ſignificare, ut prius dictū eſt.

Primo ſciendū, ꝙ ſecūdū tale multiplex ſumit̄ fallacia figuræ dictionis q̄ Figura idoneitas decipiēdi prouenięs ex ſimili dictionis natu terminatione dictionis cū alia dictione ra quin non idem ſignās, ſiue proueniens que eius ex ſimili figura, duarum dictionū inter modi ſe diſſimiliū. Et eius cāa apparētię eſt ſint. ſimul figura vel terminatis unius dictionis cū alia dictione non idē ſignificante, pp q̄ ſimilitudinē credimus, ꝙ ſicut illæ dictionis conueniunt in ſimili terminatione uel figura, ꝙ ēt conueniant F in ſignificato, uel in aliquo mō ſignandi, in quo diſconueniunt, & inde pōt cāri deceptio penes hāc fallaciam. Sed cā defectus eſt diuerſitas dictionū cōuenientium in ſimili figura, Et q̄a iſta fallacia ſumit̄ ex ſimili terminatione dictionū inter ſe, & illa terminatio fit tripl̄r. ſ. in mō ſignandi, & in ſignatione duarum dictionum, ideo ſecundum hoc ſumuntur tres modi huiꝰ fallacię.

Secundo ſciendū, ꝙ primus modus Primus huiꝰ fallacię eſt, q̄n pp ſimilē termina figuræ tionē uocis creditur cōuenientia dictio dictiōis nū in ſignificato, uel in mō ſignicādi, modus. exēplū primi ſecare, & uigere ſimiliter terminat̄, ſed ſecare ſignificat actionē, ergo uigere ſignificat actionē, ubi pp ſimilem

A mil̃e terminationẽ vocis illarũ dictionũ pt credi conuenientia earũ in ſignificato.l.qđ vt aq.ſignificet actionẽ,e e plũ ſcđi,vt qualis eſt muſa talis eſt poeta,ſed muſa eſt fœminini generis,& ergo,& poeta ibi pp ſimile terminationẽ vocis creditur cõueniẽtia illarũ dictionũ in modo ſignificandi,qui eſt genus.Et ſoluũt iſti paralogiſmi negãdo conſequentiã,quia ꝓpter ſimilem terminationẽ vocis aliquarum dictionũ, non ſequit̃ cõuenientia earum in ſignificato modo,vel modo ſignificandi.

Secũdus modus. Tertio ſciendũ,qđ ſecundus modus huius fallaciæ eſt, qñ pp ſimilitudinẽ B duarũ dictionũ in aliquo mõ ſignificãdi credit̃ cõuenientia earũ in ſignificato,vel in mõ ſignificãdi. Et ſcđm hunc modũ,qñq. mutat̃ res vnius ꝓdicamẽti in rẽ alterius,vel vna ſpẽs in aliã quãtũ ad ſubſumptionem exẽplũ primi,vt qcqd heri vidiſti hodie vides. Albũ heri vidiſti,ergo albũ hodie vides ibi pp ſimilitudinẽ illius quod diſtribuitur per quicquid & album,quod ſignificat per modum concreti, & per hoc quod aliquo modo ſignificat per modum ſubſtantiæ,creditur quod ſub illo diſtributo ſubſtantia quicquid, bene ſumatur album, quod ſignificat qualitatem, & ita ſubiecta mutatur in qualitatẽ quan C tũ ad ſumptionem. Similiter hic quicqd heri emiſti hodie cõmediſti,crudas carnes heri emiſti, ego carnes crudas, hodie comediſti. Exemplũ ſcđi,qñcunque comediſti fuiſti homo, ſed decies comediſti, ergo decies fuiſti homo qñcunque, & decies conueniunt in hoc, quod vtrunq; ſignat per modum quãtitatis,ſed qñcunq. diſtribuit pro re ſe habente per modum quantitatis continuæ,& decies ſignificat per modũ quãtitatis diſcretæ, ideo ſub diſtributiuo quantitatis continuæ ſumitur diſcretũ,& ſic vna quantitas mutatur in aliq̃ quantum ad ſubſumptionem. Similiter hic,quęcunq; diligis eſt amicus tuus, matrẽ diligis, ergo mater eſt amicus tuus,ibi propter conuenientiã in mõ ſignificãdi ſubſtantię, creditur que mater,& illud diſtributiuum quęcunq. ha D beã. conuenientia in gñe, quod tñ eſt falſũ. Et ſoluunt oẽs iſti paralogiſmi negãdo conſequentiã,quia pp ſimilitudine aliquarũ dictionum in mõ ſignificãdi non ſequitur conueniẽtia earum i ſignificato.vel in alio mõ ſignificãdi.

Quarto ſciẽdũ,ꝙ tertius modꝰ ſumi Tertius modus. tur,qñ ꝓpter ſimilitudinẽ duarũ dictionũ in ſignificatione credit̃ conuenientia earũ in mõ ſignificãdi exemplũ.vt omne aial eſt albũ,Plato eſt aial,ergo Plato eſt albꝰ ibi ꝓpter conueniẽtiã Platonis,& animalis in ſignificato infert̃ cõuenientia eorũ in gñe.Similiter hic oĩs petra eſt alba,lapis eſt petra,ergo lapis eſt alba.Similiter hic,oẽs homines currunt,Soc.eſt homo,ergo Soc. currunt. E ibi propter ſimilẽ ſignificationẽ. Soc. & hominis infertur ſimilitudo eorum in modo ſignificandi qui eſt minus. Similiter hic animal eſt Socrates,animal eſt Plato,& ſic de alijs ergo animal eſt omnis homo.ibi propter conuenientiã animalis cum Socrate, & Platone in antecedente creditur quod habeat ſimilem ſuppoſitionem in antecedente & conſequente,& tamẽ arguitur a pluribus ſuppoſitionibus determinatis ad vnam determinatam reſpectu huius termini animal. Et ſoluuntur paralogiſmi negando conſequentiã, qa propter ſimilem ſignificationem duarum F dictionum non ſequit̃ conuenientia in quolibet mõ ſignificandi. Et cũ dr̃ in textu quod iſte modus prouenit ex diuerſa ſuppoſitione,per diuerſam ſuppoſitionem intelligitur,diuerſitas in alijs modis ſignificandi.Vnde in hoc modo apparentia ſumitur a ſimili ſignificatione dictionum, & cauſa defectus ſumitur ex diſſimili modo ſignificandi.

Sed contra prædicta arguitur primo Argũ. ſic.Nullus terminus clauditur termino vel terminis,ſed figura eſt terminus q̃titatis,ergo figura non clauditur termino,vel terminus.Secũdo ſic In circulo nullus eſt terminꝰ in actu,ſed sũt infiniti termini in potentia, quia in linea circulari ſecundum potentia ſunt infinita

A nita pūcta, ergo male dicitur, quòd circulus clauditur vno termino tantum.

Tertio ſic. Sicut eſt terminatio dictionis ita eſt terminatio orōnis, ſed nulla eſt fallacia figuræ orōnis, ergo nulla hēnt poni fallacia figuræ dictis. Quarto ſic. Res vni⁹ pdicaměti, nunq̄ mutatꝰ in rē alteri⁹ pdicaměti, ſicut ſubſtantia nunquā mutatꝰ in accidēs, nec ecōtra, ergo male dr̄, in ſecūdo mō, ꝙ res vnius pdicamenti mutatur in rem alterius prędicamenti. Quinto ſic. Deceptio quæ prouenit ex parte ſignificatorum alicuius dictionis prouenit ex parte rei, ergo eſt fallacia extra dictionē, & non fit ibi deceptio in iſta fallacia, ergo male po-
B nitur tertius modus huius fallaciæ.

Solutio Ad argumēta. Ad primū dr̄, ꝙ figura materialiter capta pro quātitate figurata nō eſt terminus reſpectu qualitatis termināntis ipſā, licet ſit terminus reſpectu materię, ſed figura capta formaliter pro qualitate q̄ eſt terminatio quantitatis, bene eſt termin⁹, ſed hic primo modo accipitur figura. Ad ſecundū dr̄, ꝙ licet linea circularis non claudatur aliquo termino, qa in ſe eſt terminata, tn̄ circulus qui eſt ſuperficies rotūda incluſa in linea circulari bn̄ claudit vno termino. ſ. linea circulari. q̄ eſt circunferentia eius. Ad tertium dr̄, ꝙ orō non habet primo, & per ſe figurā, vel termi
C natione, ſed ſolū ex cōſequēti per ſuas dictiones, ideo nō ponitur fallacia figuræ orōnis, alia fallacia figuræ dictionis. Ad quartum dr̄, quod res vnius pdicamenti non poteſt ſecūdum ſuam eſſentiam mutari in rem alterius pdicamenti. ſed bene ſecundum ſubſumptionem qn̄, ſ. ſub ſigno diſtributiuo debet ſumi res vnius prędicamenti, & ſumitur res alterius prædicamenti. Ad quintum dicitur, ꝙ ſi conſiderentur ſignificata dictionum ſecundū ſe, & in ratione rerū, & ſic ab ipſis ſumunt fallacię extra dictionū, ſed, ſi conſiderent in quantū per ſignificata prouenit ſimilitudo dictionum, bene poſſunt cauſare fallaciā in dictione, & hoc modo fit in iſta fallacia nō. n. eſt inconueniens, ꝙ ſm diuerſas cauſas apparentiæ ſint in eodem paralogiſmo diuerſę fallaciæ, vnde oēs paralogiſmi huius fallaciæ, aliquo modo peccant penes fallaciam accidentis, licet nō ratione cauſę apparentiæ huius fallacię. Et hęc de fallacijs dictionum. D

De Fallacijs Extra Dictionem.

Quot, & quæ ſint extra dictionem Fallacię, & de earum ab his quę indictione ſunt differentia.

Sequit̄ de fallacijs extra dictionem quæ ſunt ſeptem. ſ. accidens ſecundū quid ad ſimpliciter, ignorātiam Elēchi, petitio principij, cōſequens, non cauſa vt cā, ſecūdū plures interrogationes ad vnā. Differunt aūt iſtæ fallaciæ a fallacijs in dictione, qa fallacię ī dictione habent cām apparentiæ, & defectus ex parte rei, & non ex parte vocis. & pp hoc dicuntur extradictionē. De hoc uide 1. Elench. ca. 4. & alibi in pleriſq; locis. B

Poſtquam Auct. determinauit de fallacijs in dictione, hic cōſequenter determinat de fallacijs extradictionū. Cuius ordinis rō eſt, quia fallaciæ inter ſe ordinantur ſcd̄m, quod habent maiorem, vel minorem cauſam apparentiæ, ſed fallaciæ in dictione habent maiorem cauſam apparentiæ, quam fallacię extra dictionem, & magis proprie, & facillius poſſunt cauſare deceptionem reſpondentis, quia magis proprie, & facilius poſſunt cauſare deceptiones reſpondentis propter multiplicitatem dictionis, vel orationis ſi ignoret ipſam, quam propter diuerſas habitudines rerum. Modo, fallacie in dictione cauſant deceptionem, ſecundum voces, fallaciæ vero extra dictionem cauſant deceptionem ex parte rerum. ſed in diſputatione voces pręcedent res, quæ mediantibus vocibus in diſputatione accipiuntur. Ordinis ratio. F

Primo ſciendum, quòd fallacia indictione, & fallacia extra dictionē interſe cōueniūt, & differūt. Vnde cōueniūt

in

A in hoc quia oēs habēt cām defectus ex parte rei, ſed differunt tripliciter. Primo, qa fallaciæ in dictione ſumūt cām apparētiæ ex parte uocis ſignificatiuę. ſ. dictionis uel oröne multiplicis. fallacia vero extradictionū ſumūt cām apparentię ex parte rei ſignificata p vocem, vnde ſm diuerſas habitudines rerū, q̄ à reſpondēte ignoratur, p̄t ſumi cā apparentiæ, & ēt cā defecta, fallacię extradictionē. Sc̄o differunt in modo decipiēdi, quia fallacię in dictione magis decipiunt hoiem cū alijs diſputando, q̄n per ſeipſum cōſiderādo, qui homo per ſe conſiderans non ignorat multiplicitatem dictionis, uel oratione, q̄n capit eā ęquiuoce, fallaciæ uero extradictionē magis decipiunt hoiem per ſeipſum conſiderando, q̄ homo ignorat habitudines rerum, & per ſeipſum ſyllogizando decipit ſeipſum. Tertio differunt q̄tum ad ſolutiones, ſuorū paralogiſmorum, quia omnes paralogiſmi fallaciarum, dictione dēnt ſolui per diſtinctionem, alicuius præmiſſarum, excepta tñ fallacia figuræ dictionis, in qua ſoluuntur per interemptionē conſequētiæ, ſed in omnibus fallacijs extradictionē omnes ſoluuntur per interemptionem, vel conſequentiæ, vel præmiſſarum, vnde, in oībus iſtis ſoluuntur negādo conſequētiam, niſi in fallaciæ petitionis principij, vbi ſoluuntur negādo antecedens.

Fallacię indictionē, & extradictionē, cōueniētia ac differētia.

B

C Secundo ſciendum, quod ſolutio paralogiſmi eſt manifeſtatio ſyllogiſmi falſi. Et diuiditur per ſolutionem rectā, & per ſolutionem apparentem. Apparens ſolutio eſt manifeſtatio ſyllogiſmi falſi non oſtendendo propter quid eſt falſus, vt ſi negetur conſequentia ſyllogiſmi dicendo in generali, quod ibi eſt fallacia accidentis non oſtēdendo in ſpeciali cauſam propter quam in cōmittitur fallacia. Sed ſolutio recta eſt manifeſtatio ſyllogiſmi falſi oſtendendo propter quid eſt falſus, vt qui oſtendi in ſpeciali in aliquod paralogiſmo propter quid eſt aliqua fallacia. Et quia ſyllogiſmus poteſt dici falſus dupliciter. ſ. ſecūdum præmiſſas, quādo aliqua præmiſſarum eſt falſa, & ſecundum illationem, quando eſt ſyllogiſmus, peccans in forma, iō dupliciter p̄t fieri ſolutio, quæ eſt manifeſtatio ſyllogiſmi falſi ſ. oſtendendo falſitatem præmiſſarum, aut defectum conſequentiæ. D

Solutio paralogiſmorū duplex.

Tertio ſciendū, q̄ prius q̄ Auctor in ſpeciali determinet de fallacijs extradictionem, primo enumerat ipſas in generali dicens, quod ſunt ſeptem ſ. accidens ſm q̄d ad ſimpliciter ignorantia Elenchi, petitio principij conſequens, non cauſa, vt cauſa, & ſecundū plures interrogationes, vt vnam. Quarum ſic habetur ſufficientia quia oīs fallacia extra dictionē peccat contra Elenchū vel ergo peccat i probatione, & ſic eſt petitio principij, vel in illatione, & hoc eſt dupliciter vel in ea eſt apparenter conſequentia ſyllogiſmi, vel enthimematis, ſi primū, hoc eſt dupliciter, vel eſt ibi apparentia conſequentis ſyllogiſmi oſteſiui, & ſic eſt accidens, vel ſyllogiſmi ad impoſſibile, & ſic fallacia nō cāę, ut cāę. Si uero ſit apparēter cōſequētia, & habitudo localis, hoc eſt quadrupliciter, vel ibi eſt apparenter locus a parte in modo ad ſuū totum, & ſic eſt fallacia ſecundū quid ad ſimpliciter, vel habitudo partiū integraliū ſimul ſumptarū ad ſuū totum, & ſic eſt ignorantia Elenchi, uel eſt ibi habitudo conuertibiliū, & ſic eſt fallacia conſequentis, vbi creditur conuertibilitas antecedentis & conſeqūētis, eo q̄ vnū ſequitur ad aliud vel ibi eſt habitudo totius integralis ſuam partem apparenter tantum, & ſic eſt fallacia ſecundum plures interrogationes vt vnam. E F

Septem ſūt fallaciæ extradictionē.

Quarto ſciendum, q̄ aliter ex parte rerū, & entis diuiſionum, pōt ſumi numerus fallaciarū extradictionē. eo q̄ ſe ſumunt cām apparentiæ ex parte rei ſecundum diuerſas habitudines partium eius, ideo ſecundum plures diuiſionis entis poſſunt diſtingui ad inuicem, Vnde prima diuiſio ex qua ens diuiditur in ſubſtantiam, & accidens, ſecundum quam accipitur ibi fallacia accidentis. Alia eſt diuiſio entis penes perfectū,

Qūo entis multiplicē diuiſionem ſequitur fallaciarum extradictionē numerus propoſitus.

A & imperfectum & ſcd̃m conuenientiam mēbrorum eius ſumitur fallacia ſcd̃m, quia ad ſimpliciter. Tertia diuiſio eſt per oppoſitũ, & non oppoſitum, ſcd̃m quā ſumitur ignorantia Elēchi. Quarta diuiſio eſt per idē, & diuerſum, ſcd̃m q̃ ſumiť petitio principij. Quinta eſt penes prius, & poſterius ſcd̃m quā ſumiť fallacia conſequētis. Sexta eſt penes cam, & effectum ſiue non cauſam ſcd̃m quam ſumitur non cauſa vt cauſa. Septima diuiſio entis eſt per vnũ, & multa ſcd̃m quam ſumitur fallacia ſecũdum plures interrogationes, vt vnā. Et q̃a inter iſtas fallacias maior eſt idoneitas decipiendi, & cā apparētię in fallacia accidentis, quā in alijs, iõ de ipſa B eſt prius determinandũ. Ex quib. patet ordo, & differentia fallaciarũ extra dictionē a fallacijs in dictione, & etiã patet numerus, & ordo earum inter ſe.

Argũ. Contra prędicta arguitur primo ſic. Fallacia extra dictione cauſantur à rebus, & fallaciæ in dictione cauſantur à dictionibus, ſed res p̃cedunt dictiones, cum ſint cauſæ earum, ergo fallaciæ extra dictionē debent pręcedere fallacias dictione. Scd̃o ſic. Fallacia ſolum cauſat deceptionē in diſputatione litigioſa, ſed nullus per ſe conſiderando facit ſibi ipſi diſputationem litigioſam ergo male dictum eſt, quod fallaciæ extra di C ctionem decipiunt hominem per ſeipſum conſiderando. Tertio ſic. Omnes paralogiſmi peccantes in forma debēt ſolui per diſtinctionem, vt dr̃ in 2. Elēchorum, ergo paralogiſmi extra dictionem cum ſint peccantes in forma, debent ſolui per diſtinctionem, & nõ per negationem, ſicut prius dictũ eſt. Quarto ſic. Fallacia conſequentis eſt pars fallaciæ accidentis, quia vbicunq; eſt conſequens ibi eſt accidens, ſed pars nõ diſtinguitur contra ſuum totum, ergo illæ duæ fallaciæ non diſtinguũtur inter ſe, nec ſunt ſeptem fallacię extra dictionem Quinto ſic. Illa fallacia eſt prima inter fallacias extra dictionem quę magis peccat contra Elenchum, ſed ignorantia Elenchi magis peccat contra Elenchum omnibus alijs, ergo ipſa eſt D prima inter omnes fallacias extra dictionem, & non fallacia accidentis.

Ad arg. Ad primum dicitur, quòd licet res ordine naturæ præcedant dictiones, & ſecundum ſe, & non tamen Solutio præcedunt ſecundum, quod cadunt in diſputatione litigioſa, ſed magis ſequũtur, ideo non oportet fallacias extradictionem præcedere alias.

Ad ſecundum dicitur, ꝙ licet homo non faciat ſcienter ſibi ipſi diſputationē litigioſam, tñ ignoranter p̃t ſibi ipſi facere diſputationem ſophiſticam; & ſeipſum decipere arguendo, & reſpondēdo ſibi ipſi. Ideo ad tale inconueniēs E euitandum optimũ eſt cognoſcere fallacias extra dictionem, ne homo p ſuã argumētationem conducat ſeipſum in errores. Ad tertiũ dicitur, ꝙ licet in paralogiſmi fallaciarum extra dictionem poſſint ſolui per diſtinctionem diuerſarum habitudinum eiuſdem rei, tamen non per diſtinctionē alicuius propoſitionis multiplicis, de qua intelligiť, ꝙ non habēt ſolui per diſiunctionem, & de diſtinctione generaliter capta ꝓ diſtinctione rerum, & vocũ multipliciũ intelligitur dictũ Ariſt. in 2. Elencho. Ad quartum dicitur, ꝙ licet conſequēs ſit pars accidentalis, & materialis accidentis, eo quòd in omnibus paralogiſmis fallaciæ conſequens, reperitur eſſe fallacia accidentis ſecũdum aliam cauſam apparētiæ, & non econtra, quia in F aliquibus eſt accidens, vbi tamen non eſt conſequens, tñ fallacia conſequentis non eſt pars formalis accidentis, ſed eſt ab ipſa formaliter diſtincta. Ad quintũ dicitur, ꝙ negatur maior, quia iſtę fallaciæ non ordinantur inter ſe, ſecundum quod magis peccans, vt deficiunt contra Elenchum, & ſecundum ſuas cauſas defectus, ſed ordinantur ſecundum ſuas cauſas apparētię, vt dictũ eſt.

De fallacia accidentis, & illius Modis.

Inter has prĩo dicendum eſt dē fallacia accidentis. Vnde accidens

prout

A ꝓut hic ſumit̃ idẽ eſt ꝙ extraneũ, in parte idẽ,& in parte diuerſũ,vt hic,hõ eſt ſpẽs,So.eſt hõ, ergo So. eſt ſpẽs hõ.n. eſt in parte idem cũ ſpẽ ſ.cum ſumitur pro re vniuerſa li,& in parte eſt diuerſum a ſpecie ſ.qñ ſumitur per ſuppoſitis.Notãdũ qđ in fallacia accidẽtis ſũt iſta tria,ſ.accidẽs,res ſubiecta,& attributũ.Exẽplum,vt hõ eſt ſpẽs, Soc. eſt hõ,ergo So.eſt ſpẽs,hoc mediũ hõ,eſt res ſubiecta,& minor extre B mitas eſt accidens,& maior extremitas eſt attributũ. Cã apparentię eſt cõuenientia aliquorum duorũ ĩ aliquo tertio ſcđm partẽ, ſiue eſt partialis idẽtitas aliquorũ duorũ. Cauſa defectus eſt diuerſitas eorũ dẽ.Huius fallaciæ tres ſunt modi.

Primus fallaciæ accidentis modus. Primus modus ꝓuenit ex eo qđ aliqđ vere prædicat̃ de aliquo ſubiecto,& ꝓp hoc creditur uere dici de accidẽte eius a quo eſt diuerſũ,vel qñ aliquid primo attribuitur rei ſubiectæ in præmiſſis,& poſtea attribuitur eius accidẽti in cõcluſione,vt hic,hõ eſt ſpẽs,So. eſt hõ ergo Soc. eſt ſpẽs. Dicendũ qđ non valet,quia ille terminus ſpẽs, qui eſt attributũ,aſſignatur in eſſe C Soc.qui eſt accidẽs,eo quod dr̃ de homine qui eſt res ſubiecta. Similiter hic aĩal eſt genus, hõ eſt aĩal, ergo hõ eſt genus. Similiter hic. Oẽ æs eſt naturale, ſtatua eſt æs.ergo ſtatua eſt naturalis. non ſequit̃, quia naturale vere prædicatur de ęre,et ꝓpter hoc attribuitur in cõcluſione ſtatue,qđ nõ fit uere. ſimiliter hic cognoſco coriſcum,coriſcus eſt ueniens,ergo cognoſco uenientem. Dicendum,qđ non oportet, quod ſi cognoſcas coriſcum ſecundum ſe,quod propter hoc cognoſcas ipſum ſub illo accidente, quod eſt veniens.

D Secũdus modus. Secundus modus ꝓuenit ex particulari identitate aliquorum duorum in aliquo tertio. Vel qñ aliqđ cõe ꝓdicatur de aliquib. duob cũ quib.eſt in parte idẽ,& in parte diuerſum,& ꝓpter hoc illa duo credũtur eſſe eadẽ inter ſe.ut hic.So. eſt hõ,Plato eſt hõ ergo So.eſt Plato.Similiter hic,hõ eſt aĩal, equus eſt aĩal,ergo equus eſt hõ. Dicẽdũ ꝙ non oportet,ꝙ ſi aliqua duo cõueniant in aliquo tertio, ꝙ ꝓpter hoc cõueniãt inter ſe. Tertius modus ꝓuenit qñ ex duob. aliqb. diuiſim ſũptis male infert̃ aliquo coniunctum ſecundum añs,ut iſte albus,& eſt monachus. ergo eſt alb. monachus. Similiter hic, Iſte canis eſt pater,& eſt tuus. ergo eſt pater tuus: non ſequitur, q2 licet illa conueniant in aliquib. ſecundum partem,tñ ſcđm aliã partem differunt. Et ſciendũ ꝙ non licet inferre ex diuiſis coniunctũ,ut hr̃. Secũdo Perihermenias, qñ ꝓdicantur diuerſa accidentia ſub inuicẽ per accidens conuenientia, ſicut albũ eſſe monachum, ſimiliter qñ duo prædicãtur, quorũ ſecũdũ intelligit in primo, vt vniuerſale in ſuo ſpecialiori,vt iſte ẽ hõ, & eſt aĩal, ergo eſt homo aĩal,quia aĩal intelligit̃ in hoĩe ſicut albũ in hoĩe albo.Sed in cõib. alijs licet ex diuerſis inferre coniũctũ. Vñ notandũ, ꝙ, qñ aliqua duo accidentia pręducãtur de aliquo, quorũ primũ in ſubiecto eſt per alterũ,& non per ſe, ex talib. diuiſim captis nõ licet inferre coniunctũ,vel ecõtra ,vt iſte eſt albus,et eſt monachus,ergo eſt albus monachus,nã albedo nõ eſt in ſubiecto ſcđm ſe,ſed ſcđm habitũ.Similiter ex cõiũctis nõ licet inferre diuiſum qñ illa quæ coniungunt̃ diminuunt de rõne alterius,

Tertius modus.

E

F

A ut ille hō eſt mortuus, ergo eſt hō & mortuus. In oībus aūt alijs licet ex cōiunctis inferre diuiſū, ſed illud vltimū arg. facit fallaciā ſcđm qd, ad ſimplr. Accidens ſic definit ab Ariſtotele, accidēs eſt ꝙ extraneū in parte idē, & in parte diuerſū. Scđm accidens aūt fiūt paralogiſmi, qñ idē ſitr fuerit aſſignatū in eſſe rei ſubiectæ, & accidēti, ut hō eſt ſpēs Socr. eſt hō, ergo Socr. eſt ſpecies. hō. n. ſecundum ꝙ ſibi conuenit eſſe ſpeciem, aliter capitur a mō per quem conuenit Socrati, & Platoni q̄a conuenit ei eſſe ſpeciem, vt eſt eſſentia quædam communis p̄dicabilis de pluribus

Sententia Ariſt. in hac materia

B et prout eſt in plurib. ſic eſt in Soc. & Platone, & ſic eſt Soc. accidēs, homo vero res ſubiecta, & ſpecies ſignificatur vtriuſque ineſſe. Vnde accidens nō ſumitur hic, vt definitiua. Porph. ſed vt dictum eſt.

Accidētis variæ acceptiones.

Poſtquam Auctor determinauit de fallacijs extradictionē enumerādo ipſas in gñali, hic conſequenter in ſpeciali determinat de ipſis. & primo de fallacia accidētis, q̄ efficacior eſt inter oēs fallacias ad decipiendū, rōne cuius ſic primo definit accidēs. Accidens eſt qđ extraneū rei. i. in parte idē & in parte diuerſū ab alio. Accidens aūt tripliciter capitur. Vno mō p̄ illo ꝙ dicit abſolute naturā accidentis, ut diuiditur

C contra ſubam, & ſic non capitur hic. Alio modo ſumitur magis cōiter, pro oī illo, ꝙ aduenit rei, & eſt extra eſſentiam eius & intellectū, hoc mō inferius dr̄ accidere ſuo ſuperiori, & iſtis duobus modis non ſumitur hic accidens Tertio modo accipitur accidens cōiter, pro illo ꝙ eſt extraneum alteri inquantū ſtat ſub aliquo tertio, & hoc mō non ſolū inferius accidit ſuperiori, ſed ſuperius inferiore, vt ſic Socra capiatur ſub iſto attributo indiuiduū, hō accidit Socrati quia eſt ſibi extraneus, inquantū Soc. conuenit intentio indiuidui, homo. n. partim differt cum So. D ideo per hoc dicitur ſibi accidēs, & pro tali accidenti datur iſta definitio, & ab ipſo ſumitur fallacia accidentis.

Primo ſciendū, ꝙ in fallacia accipiētis ſēper tria requirunt. ſ. attributū, res ſuba, & accidēs. Attributū eſt maior extremitas, quę in p̄miſſis primo attribuitur medio. Res aūt ſubiecta eſt illud ꝙ primo ſubijcit Attributo vel in actu, vel in aptitudine. Accidens vero eſt illud ꝙ partim cōuenit & partim differt a re ſubiecta, & accidit ſibi inquantum ſtat ſub tali attributo, vt hic. Socra. eſt indiuiduum, homo eſt Socra. ergo homo eſt indiuiduum. Indiuiduum eſt attributum, So. eſt rex ſubiecta, & homo accidit Socra. ea parte, quia Socra. E ſtat ſub illo attributo, quod conuenit Socr inquantum differt ab homine, & inde ſumuntur cauſæ huius fallaciæ. Cā apparentiæ eius eſt partialis conuenientia accidentis cum re ſubiecta, propter q̄ creditur, ꝙ accidens conueniat cū re ſubiecta ea parte qua ſibi cōueniat attributum. Cā falſitatis eſt diuerſitas accidentis, & rei ſubiectæ, uel ipſius medij, ꝙ ſm diuerſas rōnes conuenit cum extremis. Et ſm hoc ſic definitus hæc fallacia, ꝙ eſt idoneitas decipiendi proueniēs ex partiali prouenientia accidentis cum re ſuba, quę tñ differunt ſm diuerſas orationes, vnde ſp committitur hęc fallacia, qñ p̄p cōuenientiam duorum in uno tertio ſm F diuerſas rationes creditur conuenientia eorum inter ſe, aut quando vnum negatur ab alio, ea parte, qua differt a ſuo accidente, & propter hoc negatur de ſuo accidente.

Tria ad fallaciæ accidētis naturam requiruntur.

Secundo ſciendum, ꝙ huius fallacię ponunt tres modi. Primus modus eſt, quando accidens eſt inferius rei ſubiectę, et p opter hoc propriū attributum rei ſubiectæ attribuitur inferiori eius ſm quē hic paralogizatur, animal eſt gen⁹ homo eſt animal, ergo homo eſt genus. ibi genus eſt attributum conueniens animali ea parte qua differt ab homine, & per hoc infertur de hoīe,

Tres ſunt huius fallaciæ modi, & de primo.

qui

A qa accidit animali, vt ſtat ſub illo attribu
tio. Et ſimilr hic omne aes eſt naturale
ſtatua eſt æs, ergo ſtatua eſt naturalis,
naturale enim cõuenit æri, vt eſt ens i
actu, & ſtatua ſibi cõuenit iquãtũ eſt
in potẽtia ad figurã ei⁹, & ita accipit ei
ꝑut ſtat ſub illo attributo. Et ſimilr hic
hõ eſt aĩal. equus eſt aĩal. ergo equus ẽ
hõ. equus. n. accidit animali cõſiderato
ut cõuenit cũ homine; ſimilr, homo nõ
eſt indiuiduũ, Socrates eſt homo, ergo
B Socrates nõ eſt indiuiduũ ibi indiuiduũ
negat ab homine ea parte qua differt a
Soc. Et oẽs iſti paralogiſmi ſoluũtur ne
gãdo conſequentiã, quia nõ oportet,
ꝗ ſi aliquid dicatur, vel negatur de ſu
periori ea parte quam differt ab infe-
riori, quod propter hoc negetur, vel
affirmetur, de inferiori, quia ibi me-
dium non tenetur ſub eadem ratione
Secund⁹ in duabus præmiſſis.
modus. Tertio ſciendũ pro ſm modus eſt,
qñ accidens eſt ſuperiori rei ſubiectæ,
& ita ꝗ cõuenit iſeriori ea parte qua
differt a ſuperiori, inferĩ de ſuperiori,
vt hic, Socrates eſt indiuiduũ hõ eſt So
crates, ergo hõ eſt indiuiduũ. Similiter
hic, hõ eſt ſpecies, ſubſtãtia eſt homo,
C ergo ſubſtãtia eſt ſpecies, ibi ſpẽ, attri-
buiĩ homini ea parte qua differt a ſub
ſtãtia, ideo ſubſtãtia accidit homini, vt
ſtat ſub illo attributo. Et ſimiliter hic
iſte eſt monacus, & eſt albus, ergo iſte
monacus albus, albus enim eſt accidẽs
ſuperi⁹ accidẽtale huic homine, & dif-
fert ab ipſo homine inquãtũ ſibi ineſt
hoc attributũ monach⁹ vnde per hoc,
ꝗ iſte hõ ponitur albus ſm ſe infertur
qđ ſit albus ſm habitũ & ſic cõſequẽ
tia nõ valet, & ſimilr hic, iſte canis ẽ pa
ter. & eſt tuus, ergo eſt pater tuus, &
ẽt in alijs arguendo a diuiſis ad con-
iuncta, & iſti paralogiſmi ſoluũĩ ne
gando conſequentiam, quia non o-
portet, ſi aliquid conueniat inferio-
ri ea parte, qua differt a ſuo ſuperiori,
quod propterea conueniat ſuperiori.
Et nõ ſp oportet, ꝗ ad cõmittedũ iſtũ
modũ ſumaĩ illud quod ſimpliciter ẽ
ſuperius, ſed ſufficit, ꝗ ſit ſuperius vel

ſecundum rem, vel ſecundũ modum. D
Quarto ſciẽdũ, ꝗ vltimus modus hu
ius fallaciæ eſt, qñ accidens eſt cõuerti
bile reſpectu rei ſubiectæ, vt hic, riſibi
le ẽ ꝓpriũ hõ eſt riſibilis, ergo hõ ẽ ꝓ
priũ, vel ſic, riſibile eſt qualitas, hõ eſt
riſibilis, ergo hõ eſt qualitas ibi ꝓpriũ
cõuenit vni cõuertibiliũ ea parte, qua
differt ab alio, & ꝓp hoc infertur de a-
lio, & ſimilr hic, hõ eſt quoddã incom
plexũ, animal rationale eſt homo, er-
go animal rationale eſt quoddã incõ
plexũ. Ibi animal rationale accidit ho
mini, vt ſtat ſub hoc attributo in cõple
xũ, quod conuenit homini iquãtũ dif-
fert a ſua definitione, & ꝓpter hoc in-
fertur de ipſa. Et ſoluuntur iſti paralo E
giſmi negãdo cõſequẽtiã, quia ſi aliqd
affirmatur, vel negatur de vno cõuerti
biliũ ea parte qua differt ab alio, non
oportet ꝓpter hoc, quod affirmeĩ, vel
negetur de alio. Et hæc aſſignatio mo-
dorũ huius fallacia, & accidẽtis & rei
ſubiectæ ponuntur ſm Petrum Hiſpa
num in magius fallacijs eius, licet hic
in textu ponatur alia aſſignatio ipſorũ
quæ in textu videri poteſt. Argũ.
Contra prædicta arguitur primo ſic.
Nulla eſt fallacia ſubſtantiæ, ergo nul
la eſt fallacia accidentis ꝑ locũ a ſimi
li, ergo contra prædicta. Secondo ſic.
In omni ſyllogiſmo medium ẽ in par F
te idem, & in parte diuerſum cum ex-
tremis, ergo, ſi accidẽs ſit qđ eſt in par
te idem, & in parte diuerſum ſequitur
quod in quolibet ſyllogiſmo, erit acci-
dens, quod tamẽ eſt falſum. Tertiò ſic
illud quod eſt de eſſentia rei non eſt ac
cidens, eius omne ſuperius eſt de eſſen
tia inferioris, ergo nullum ſuperius ac
cidit ſuo inferiori: Quarto ſic Arguen
do ex puris affirmatiuis in ſecondo fi-
gura cõmittitur fallacia accidentis. &
tamen iſte modus non enumeratur in
ter iſtos modos, ergo male aſſignatur.
Quintò ſic. Arguendo a diuiſis ad con
iuncta eſt bona conſequentia, vt patet
in Secondo Petri Hermenias, ergo a di
uiſis ad coniuncta non eſt fallacia acci
dentis.

A Ad argumēta Ad primū dicitur, qđ hic non capitur accidens, vt diſtinguit cōtra ſubſtantiam, ſed capit̃ pro extremo, vel non neceſſario, ideo non ſequit̃ qđ ſi nulla ſit fallacia ſubſtātiæ, qđ nulla ſit fallacia accidētis. Ad ſm dr̃, quod licet in oī ſyllogiſmo medium partim conueniat, & partim differat ab extremis, tñ in bono ſyllogiſmo nō accipitur, vt cōueniens, & differens ab ipſos, ſed in vtraque p̃miſſarū ſub eadē rōne
B tenetur, & extremitates in ipſo vniuntur ſub eadem rõne, & non ſub diuerſis, aliter nō ſequeretur vnio extremitatū inter ſe. Ad tertiū dr̃ quod licet nullum ſuperius accidat ſimpliciter, & abſolutè ſuo inferiori, tñ bene accidit ſibi cōparatiue, quia reſpectu ad vnum tertiū, quod cōuenit inferiori, put differt a ſuperiori. Ad quartū dr̃, qđ arguēdo ex puris affirmatiuis in ſecunda figura cōmittitur primus modus prius aſſignat⁹, & mediū eſt res ſubſtā, & inferius eius ſibi accidit vt ſtat ſub maiori extremitate. Et licet tale mediū nō ſubijcitur actu maiori extremitati, tamē ſubijcitur in aptitudine, & efficitur ſubiectū eius reducendo ad primā figurā cōuerſione maioris. Ad quintū dicitur, ꝙ arguendo debitè a diuiſis ad coniuncta, vel econtra eſt bona cōſequentia,
C ſed non qñ arguitur indebitè, ſed tunc committit̃ fallacia accidentis. Et ad arguendū debite a diuiſis ad cōiuncta requiritur primo, quod prædicatorū diuiſorum vnū ſit potētiale, & determinabile, reliquū actuale, & determinās. Secūdo requiritur, ꝙ potētiale præponat̃ actuali, ſiue determinabile determinationi. Et econtra arguendo a coniūctis ad diuiſa requirit̃, quòd in coniunctis vnum nō ſit determinatio priuans vel diminuens reſpectu alterius, ſed cōtrahens tantum, ideo non ſequitur, eſt bonus faber, ergo eſt bonus.

Debit⁹ arguēdi mod⁹ a diuiſis ad cōiūcta & econtra.

Hoc collige. 2. Elenc. c. 8. & alibi multis i locis.

De fallacia ſecundum quid ad ſimpliciter, & eius modis.

Sequitur de fallacia ſecundū qđ ad ſimpliciter. Dictū ſecūdū quid, appellatur hic determinatio diminuēs de ratione, uel de eſſe cui ad iūgitur, ut cum dico hō mortuus, mortuū. n. diminuit de ratione hominis. Dictum ſimpliciter, appellatur aliquid nō diminutum, vt hō.
D Fallacia ſecundū quid ad ſimpliciter eſt idoneitas decipiendi proueniens ex apparenti cōuenientia dicti ſecundū quid ad dictū ſimpliciter. Cauſa apparentiæ huius fallaciæ eſt conuenientia huius dicti, quod eſt ſecundum quid ad illud, quod eſt ſimpliciter, & econuerſo. Cauſa falſitatis eſt diuerſitas ſignificatorum. Fit autem hæc fallacia tot modis, quot modis, contingit addere alicui determinationem diminuentem. E

Quot modis fiat

Primo modo ſecundum partē in modo, vt ille eſt hō mortuus, ergo eſt homo. non ſequit̃, quia mortuum diminuit de ratione hominis. Et hic chimera eſt ens opinabile, ergo chimera eſt ens. non ſequitur, quia opinabile diminuit de ratione huius, quod eſt eſſe.

Secundo modo ſecūdum partē integralem, ut Aethiops eſt albus ſecundum dentes, ergo eſt albus. F

Tertio modo in his, quæ ſunt ad aliquid, vt diuitiæ non ſunt bonæ malè vtenti, ergo diuitiæ non ſunt bonę, non ſequitur, licet. n. diuitiæ comparatæ ad aliquid non ſint bonæ, tamen in ſe ſunt bonæ.

Quarto modo in his, quæ ſcđm locū ſunt, ut bonū eſt mactare patrem in triualis, ergo bonū eſt mactare patrem ſuum. Vel ſic: Bonū eſt uti dieta in locis ægrotatiuis, ergo bonum eſt vti dieta.

Quinto mō in his, q̃ fiunt ſecūdū tēpus vt bonū eſt ieiunare in quadrageſima, ergo bonū ē ieiunare. Vel ſic. Expedit alicui mederi qñ ægro-

egrotat, ergo expedit, Alicui me de
ri. nõ ſequit̃ quia licet expediat me
deri ſecũdũ quid nõ tñ ſimpliciter

Notabile pul. Sciendũ eſt aũt ꝙ in oĩb. iſtis in ſpiciẽdũ eſt ad contradictionẽ, vt ſi aliquis reſpondẽs dicat, ꝙ nõ expedit mederi, & opponẽs aſſumat, ꝙ expedit mederi quod egrotat, non contradicit ei, ſed ſtatim fallacia ſcd̃m quid ad ſĩpliciter. Et ſciẽdũ ꝙ eadem eſt fallacia, ſi ex eo, ꝙ eſt ſecũdum quid inferatur ſimpliciter, & ecõuerſo. Et itelligẽdũ eſt B ꝙ iſta fallacia qñ fit ab eſſe ſecũdũ quid, vt in plurib. fit affirmatiue, ſed quando fit a dicto ſimpliciter vt in pluribus, arguitur negatiue.

Quid ſit dictum ſm quid & ſimpliciter dictum. Poſtq̃ Auctor determinauit de fallacia accidentis, hic conſequenter determinat de fallacia ſm qd ad ſimpliciter rõne cuius primo videndum eſt qd ſit dictũ ſecũdũ quid, & dictum ſimpliciter. Vnde dictum ſimpliciter eſt dictio ſumpta ſine determinatione deminuẽte, vt homo p ſe, vel homo albus, & tale dictum dr̃ dictũ ſimpliciter, hoc eſt perfectum, & non diminutum. Sed dictum ſecundum quid eſt dictio ſumpta C cũ determinatione priuatiua, aut diminuẽte, vt homo mortuus. Et ex beatitudine tali dicti ſm quid ad dictũ ſimpliciter, ſumitur vna fallacia ſpecialis, eo, quod ibi reperiuntur ſpecialis cauſa apparentiæ, & defectus.

Cã apparẽtiæ ac defectus huius fallaciæ in quo cõſiſtat. Primo ſciendũ eſt, qđ cã apparentiæ huius fallacię eſt apparẽs cõueniẽtia dicti ſm qd ad dictum ſimpliciter, pp ꝙ credimus quod talia conueniant realiter, & qđ vnũ conueneat ſub alio, qđ tñ falſum eſt. Et eius cã defectus eſt diuerſitas illorũ dictorũ. Et ſm hoc ſic definitur hæc fallacia, qđ ẽ idoneitas decipiẽdi proueniens ex apparenti conuenientia dicti ſcd̃m qd ad dictum ſimplr. Et debet attendi iſta cõueniẽtia nõ ex parte uocum, qa tunc iſta fallacia eſſet fallacia in dictione, ſed dẽt attẽdi ex parte ſignificatorum, ſcd̃m ꝙ hẽnt ſimilitudinem in re ſignificata, & analogiã ſuorum ſignificatorũ, ſicut homo dictus, D et homo hẽnt quãdã proportionẽ inter ſe, ideo conuenienter ponitur iſta fallacia inter fallacias extra dictionem.

Quitñ dictũ ſecũdum quid fallacia ſũdat. Scd̃o ſciẽdũ, ꝙ licet dictũ ſcd̃m quid ĩ quo ponit determinatio cõn ahẽs, ĩm vt hõ alb. faciat locũ dialecticũ ſ a parte in modo ad ſuũ totũ, tñ dictũ ſcd̃m quid, quod fit cum determinatione impropria, q̃ eſt diminuens, vel priuãs, bene cauſat locum ſophiſticũ. & t talis determinatio impropria fit quinque modis, q̃nque. n. eſt abſoluta. & qnque reſpectiua. ſi primum, hoc eſt dupliciter, vel determinat dictum cui adiungitur rõne totius priuando, uel diminuendo rõnẽ eius, vt hõ pictus, vel ens opinale, vel rõne partis integralis ſuĩ ſubi. vt albũ ſecũdũ dẽtes, ſi ſit reſpectiua, ſic eſt tripliciter qa quædã ſumitur per relationem ad aliquod correlatiuũ extrinſecum, vt hic, diuitiæ ſunt malæ male E vtẽti alia reſpectu mẽſuræ, q̃ eſt locus, vt bonum eſt interficere patrem in triualis, alia reſpectu partis temporis, ꝙ eſt menſura ſucceſſiua, vt eſt proijcere merces in mari tempore tempeſtatis, & ſecundum has quinque determinationes improprias ponuntur quinque modi huius fallaciæ.

Modorũ quinque ſecũdum quid ad ſimplr expoſitio. Tertiò ſciendum, ꝙ primus modus huius fallacię eſt arguẽdũ ſecũdũ partẽ in modo diminuẽtem, vt iſte eſt homo F pictus, ergo eſt homo. Secũdus modus fit arguẽdo ſm determinationem partis integralis, ut æthiops eſt alb. ſm dẽtes, ergo eſt alb. Et valet in accidentib. q̃ determinãt ſbĩ certã partẽ integralẽ ſui ſubiecti, ſicut cęcis determinari ſibi oculũ, & ſimitas naſũ. et ĩ accidẽtib. q̃ p indifferentiã in vna parte ex con ſeqrẽti totũ inferũt, vt infirmitas dẽtis denominat totũ hoĩem infirmũ, dum determinatio partis nõ ſit determinatio diminuẽs tãta accidẽtia q̃ indifferẽter cõueniſit oĩb. partib. & p inhęrẽtiã ſũt ĩ vna nõ pñt denominare totũ ſicut albedo, vt nigredo denominãs ſuã partẽ integralẽ eſt determinatio diminuẽs

A in iſtis,& facit iſtā fallaciā.Tertius mo
dus fit arguendo cum determinatione
reſpectiua facta ad terminum extrinſe
cum ut vinum eſt malum febricitāti,
ergo eſt malum Quartus modus fit cū
determinatione impropriè ſumpta ſm
locum, vt bonū eſt interficere patrē in
triualis,ergo bonum eſt interficere pa
trē.Quintus modus eſt arguēdo ſm de
terminationē tpis,vt bonū eſt ieiunare
i quadrageſima.ergo bonū eſt ieiunare
ſp.Et oē iſti paralogiſmi ſoluuntur ne
gādo cōſequentiā, qa ex dicto ſecūdū
quid non ſequitur dictum ſimpliciter

Quarto ſciendū,ꝙ in eiuſdē modis,
B & in eadē fallacia pt argui ꝓcedendo a
Modi. dicto ſimpliciter ad dictū ſm quid.Cu
Argu.a ius rō eſt, quia vbicūq; reperitur eadē
ſimpli- cā apparētiæ ibi eſt eadē fallacia, & ēt
citer ad idem modus,ſed arguendo a dicto ſim
ſecūdū pliciter ad dictū ſecūdū quid eſt eadē
qd idē. cā apparētiæ,ſicut arguēdo econtra,qa
eſt eadē cōueniētia dicti ſimpliciter &
ſecūdū qd,iō illo modo committitur iſta
fallacia,& modi prius poſiti,ut arguē
do ſic,hic non eſt homo, ergo non eſt
hō mortuus,vel nō eſt aīal,ergo nō eſt
aīal dictū. Sed magis determinat̄ hęc
fallacia ſecundum quid ad ſimpliciter
quam econtra, quia arguendo a dicto
ſecundum quid arguitur affirmatiue,
C ſed arguendo a dicto ſimpliciter ut in
pluribus arguitur negatiue per iſtam
fallaciam, ideo magis denominatur a
paralogiſmis, qui fiunt procedendo a
ſecundum quid ad ſimpliciter.

Argū. Cōtra pdicta arguitur primo ſic.Ho
mo alb.eſt dictū ſumptū ſine determi
natione diminuēte, & tñ non eſt dictū
ſimpliciter,quia dictū ſimpliciter eſt ꝙ
ſubmittitur ſine additione,iuxta illud.
Simpliciter dico qđ ſine addito dico,
ergo cōtra definitionē dicti ſimpliciter
Secūdo ſic.Oē iferius & minus cōe in
fert ſuū ſuperi⁹ & magis cōe, ſed dictū
ſecundū qd eſt inferius ad dictū ſimpli
citer.ergo bñ infert ipſū.ergo arguēdo
a ſecundum quid ad ſimpliciter nō cō
mittitur fallacia.Tertio ſic.Bene ſequi
tur eſt hō mortuus,ergo eſt mortu⁹,&
tñ arguit̄ a dicto ſecundū qd penes pri D
mū modū huius fallaciæ,ergo male aſ
ſignat̄ ille modus.Quarto ſic.Ieiunare
in quadrageſima eſt ieiunare ſimplici
ter, nec illa terminatio tpis diminuit
rōnē adiuncti, ergo ibi male arguit̄ pe
nes quintum modū.Quinto ſic.A toto
in modo ad ſuā partē, & econtra ſunt
plures loci dialectici,ergo a dicto ſecū
dum quid & a dicto ſimpliciter dēnt
ſumi plures fallaciæ,& non una tantū.

Ad argumēta. Ad primū iſtorū dr̄, Solutio
quod ſic capiat̄ dictū ſimpliciter, vt tñ
valet ſicut contracte ut ſumit̄ in loco a
toto in modo,ſic hō alb.nō eſt dictum
ſimpliciter,ſed ſi capiatur dictum ſim E
pliciter ꝓut ſimpliciter tñ valet ſicut
perfecte & non diminute, ſicut capiat̄
in pſenti paſſu,ſic hō alb eſt dictū ſim
pliciter.Ad ſecundum dr̄,quod licet di
ctum ſecundum quid quod fit cum de
terminatione contrahente tñ, ſit infe
rius ad dictum ſimpliciter,non tñ di
ctum ſecundū quid, quod fit cū deter
minatione diminuente vel priuāte,ſed
magis opponitur dicto ſimpliciter.Ad
tertiū dr̄, quod licet hō mortuus ſit di
ctū ſecundū quid reſpectu hoīs, quia
mortuū diminuit de rōne hoīs, tñ re
ſpectu mortui eſt dictū ſimpliciter, qa
homo non diminuit de ratione mor
tui,iō ibi non arguit̄ a dicto ſecundum
quid per iſtam fallaciā. Ad quartū dr̄,
quod licet in quadrageſima non dimi
nuat de rōne huius quod eſt ieiunare F
abſolute,tñ bene diminuit reſp⁹ huius
ꝙ dico bonū,i.arguit̄ cū determinatio
ne diminuēte ſecundū tp̄s. Ad quintū
dr̄,negando conſequentiam,quia a to
to in modo, & a parte eius ſūt diuerſæ
virtutes ꝓbatiuæ,& diuerſæ habitudi
nes locales,iō ibi ſumuntur plures lo
ci dialectici, ſed a dicto ſecundū quid
ad ſimpliciter & ecōtra, eſt tantū una
cauſa apparētiæ,iō ibi non ſunt plures
loci ſophiſtici,nec eſt ſimile de ipſis.

De Fallacia Ignorantiæ, Elenchi, & eius modis.

Elēch⁹ ē ſyllogiſm⁹ cōtradictio
nis

A nis vnius eiuſdem, nõ nominis tantum, nec etiam rei tñ, ſed nominis & rei ſimul non ſynonimi, ſed eiuſdem & ex eis quæ data ſunt de neceſſitate, non cõnumeratio eo qđ erat in principio ad idẽ ſcđm idẽ ſimiliter & in eodẽ tpe. Elenc. eſt ſyllogiſmus cõtradictionis.i.ſyllogiſmus concludens cõtradictoriã propoſitionis datę a reſpõdẽte. In definitione Elenchi quædã ponuntur ratione ſyllogiſmi, vt ex his q̃ data ſũt ex neceſſitate accipere, p quod remouetur fallacia accidentis, & ponitur non cõnumerato eo ꝙ erat in principio, per quòd remouet̃ petitio principij, & poſtea patebit. alia ponunt̃ ratione cõtradictionis. vt vnius & eiuſdẽ.i. vni⁹ ſubiecti & vnius prædicati. Vnde niſi eſſet idẽ ſubiectũ, & idem prædicatum non eſſet cõtradictio, vt æthiops eſt niger, ætiops non eſt niger ſcđm dẽtes, ex quo non eſt idẽ prædicatũ, ideo non eſt contradictio. Et ſimiliter hic, nullus homo mortuus currit, & quidam hõ currit non eſt contradictio, quia non eſt ibi idẽ prædicatum. Item ſecundum idem ad idem ſimiliter & in eodem tempore, ponuntur ratione contradictionis, & contra iſtas quatuor partes peccat hæc fallacia quæ dicitur ignorantia Elẽchi ſcđm, ꝙ eſt vna de tredecim fallacijs. Alio modo accipitur generaliter, & tunc ſic definitur. Ignorantia Elenchi eſt vnus defectus generalis ad quem reducuntur omnes alię fallaciæ oſtendendo quomodo peccant contra iſtas particulas vt poſtea patebit. Iſte. n. particulæ non nominis tantũ, nec rei tantũ, ſed nominis & rei ſimul, non ſynonimi, & ſic de alijs ponuntur rõne ſyllogiſmi, & ratione cõtradictionis. quia iſte exigunt, quod nomen ſit vnum & res vna, & quòd non ſit nomen ſynonimum. Vnde non eſt ibi cõtradictio, Marcus currit & Tullius non currit. Nec eſt ibi ſyllogiſmus, omnis gladius ſcindit, quoddam inſtrumentũ eſt enſis, ergo quoddam inſtrumentum ſcindit Fallacia ignorantiæ Elenchi eſt idoneitas decipiendi proueniens ex apparenti obſeruatione particularum definitionis Elẽchi, quæ conueniũt ei rõne contradictionis tantum.ſ. ad idem ſecundũ idem ſimiliter et in eodem tpe. Cã apparentiæ huius fallaciæ eſt conuenientia dictorũ ſcđm quid ad dicta ſimpliciter. Cã falſitatis eſt diuerſitas eorundẽ. Vnde huius fallacię Elenchi ſunt quatuor modi.

Colligе hoc ex 2. Elenc. c. 9. & alibi in pleriſq; locis.

B

C

D

E

Primus modus eſt contra hanc particulam ad idẽ, vt duo ſunt duplum vnius & non ſunt duplum trium, ergo ſunt duplũ & non duplum, & in vtraque præmiſſarum non ſumitur duplum ad idem, & ideo non ſequitur. Primus

Secundus modus peccat contra illam particulam ſecundum idem vt hoc eſt duplum illi ſecundũ latitudinem, & non eſt duplum ſcđm longitudinem, ergo eſt duplum & non duplum. non ſequitur quia duplum non ſumitur ſecundum idẽ, licet ſumatur reſpectu eiuſdem. Secũdus

F

Tertius mod⁹ peccat cõtra iſtã particulam ſimiliter, vt homo eſt ſpecies, ergo idem eſt ſpecies & nõ eſt ſpecies non ſequitur, quia ibi non eſt contradictio in præmiſſis, quia ille terminus homo, non ſupponit ſimiliter, qa i nuna ſumitur pro ſuis inferiorib. in alia vero nõ ſed pro ſe toto, uel pro ſua forma. Tertius.

Quartus mod⁹ peccat cõtra hãc particulã in eodem tpe, vt manus Quartus.

A mea eſt clauſa in hoc inſtāti, & nō eſt clauſa ī hoc iſtāti, ergo eſt clauſa & nō clauſa. nō ſequitur, qa nō eſt in eodē tpe. Differt aūt hæc fallacia a fallacia, ſcdm quid ad ſimpliciter, quia in illa eſt pceſſus ab vno ſecundū quid ſumpto ad vnū ſimpliciter ſūptū, vt hoc eſt duplū ſecundū longitudinē, ergo eſt duplū, in iſta vero eſt proceſſus a duobus ſecundū quid ſumptis ad duo ſumpta ſimpliciter, vt hoc ē duplū illi ſcdm lōgitudinē, & nō ſcdm latitudinē, ergo ē duplū et n̄ duplū.

Poſtq̄ Auctor determinauit ſuperiꝰ de fallacia a ſcdm quid ad ſimpliciter, B hic cōſequēter agit de fallacia ignorātia Elēchi, ratione cuius definit Elēchꝰ ſic Elēchus eſt ſyllogiſmus cōtradictionis vnius & eiuſdē nō nominis tm̄, ſed rei & nominis ſimul, nō ſinonimi, ſed eiuſdē ex his q̄ data ſunt de neceſſitate accidere, nō conumeratio eo quod erat in principio. ſ. ad idē ſcdm idē ſimiliter & ī eodē tpe In qua definitione ponit ſyllogiſmꝰ loco gn̄is, & cōtradictionis ponit ad dr̄iā ſyllogiſmi non cōtra C dicētis poſitioni reſpōdētis & ponitur vnius & eiuſdē nō nominis tm̄, ſed nominis & rei ſimul, n̄ ſynonimi, ſed eiuſdē tā rōne ſyllogiſmi quam contradictionis. Ad vtrūq. n. reqrit ꝙ remaneāt idē termini ſcdm rē & vocē, & p hoc mouētur fallaciæ in dictione. Et ponit ex his q̄ data ſunt de neceſſitate accidere, rōne ſyllogiſmi, in quo dēt eſſe neceſſaria conſequentia, & per hoc pt remoueri fallacia accidētis, & cęteræ nō habētis neceſſariā conſequentē, deinde ponitur non connumerato eo quod erat in principio, ratione pbationis, qa Elenchus eſt ſyllogiſmus pbatiuus, & p hoc remouet petitio principij, deinde ponitur ad idem ſecundum idē &c. ratione contradictionis tantum, quia illę condictiones requiruntur ad contradictionem tantum.

Quid Elēchi.

Alia Elēchi deſcriptio.

Primo ſciendum, ꝙ aliter pt definiri Elenchus, quod eſt ſyllogiſmus dialecticus concluſionis reſpōdentis contra D dictorio. Et ſic ad Elenchū tria requirūtur. ſ. neceſſaria illatio, in quātū eſt ſyllogiſmꝰ, & ſufficiēs pbatio cōcluſionis inquantū eſt dialecticꝰ tertio formalis repugnātia ſuæ cōcluſionis ad cōpoſitionē reſpondentis, inquātū eſt contradictionis. Ex quo patet, qđ Elenchus vltra ſyllogiſmū addit pbabilitatē, & vltra ſyllogiſmū dialecticū addit cōtradictionem, & ita cōtradictio eſt vltima dria formaliter conſtituens Elēchū, & ideo ſicut ſyllogiſmꝰ dialecticus ſe habet vt inferius ad ſyllogiſmꝰ in cōi, ita Elenchus ad ſyllogiſmū dialecticū. Et Elenchus dr̄ ab eo, ꝙ eſt in pro contra, & Elenchus, quòd eſt ſumptio, quaſi E ſumptio contradicta reſpōdentis & ſicut talis Elenchus ſe habet ad ſyllogiſmū dialecticū vt inferius, ita Elenchus ſophiſticꝰ ad ſyllogiſmū ſophiſticū, & poteſt ſic definiri. Elēchus ſophiſticus eſt ſyllogiſmus ſophiſticus apparenter contradictorius poſitioni reſpōdentis.

Elēchꝰ quod.

Scđō ſciendū, ꝙ ignorātia in cōi dr̄ negatio ſcientiæ cū aptitudine ad ipſā. Et diuidit per ignorantiā purę negationis, q̄ eſt pura carētia cognitionis actualis, & habitualis, ſicut eſt in pueris nō dū cognoſcentib. Alia eſt ignorātia prauę diſpoſitionis, q̄ eſt qn̄ aliquid falſo apprehenditur de re aliquo modo cognita & iſta diuiditur, qa q̄dā eſt ignorantia ſimplex, q̄ eſt ignorantia principiorum, ſ. qn̄ principia falſo apprehenduntur ſimplici apprehenſione ſine diſcurſu, alia eſt compoſita quæ eſt falſa apprehenſio concluſionis mediante diſcurſu. Et dr̄ compoſitā, qa ibi multa ſimul concurrunt, ſ. ignorantia principiorum, concluſionis, Ignorantia aūt Elenchi non eſt ignorantia puræ negationis, nec ignorātia compoſita, ſed eſt ignorātia ſimplicis appræhēſionis, qa fit p ignorātiā alicuius reqſiti ad rationem Elenchi & talis poteſt capi dupliciter ꝰno modo generaliter pro quocumque omiſſione cuiuslibet particulæ indifferenter definitionis Elen-

Ignorātiæ multiplex modus. F

chi

A chi, ſi ſumatur hoc modo ignorantia Elenchi non eſt una fallacia ſpecialis, ſed ſic omnes fallacæ ad ipsū reducūtur, alio modo ſpecialiter ſolum pro omiſſione alicuius illarū quatuor particularū ad idē, ſecundū idē, ſimiliter in eodem tempore, & hoc modo ab ipſa ſumitur fallacia ignorātię Elenchi.

Cauſa defect⁹ & apparentiæ hui⁹ fallaciæ. Tertio ſciendū, ꝙ cauſa apparentiæ huius fallaciæ eſt apparens obſeruatio cōditionū requiſitarū ad vnā contradictionē, ratione cuius creditur, ꝙ in antecedēte paralogiſmi ſit vera contradictio, vbi tñ eſt apparēs cōtradictio tm̄, & per illā apparentem contradictionē in conſequēte infertur cōtradictio ſimpliciter. Et eius cā defectus eſt omiſſio alcuius illarū particularum quę requi-

B runtur ad cōtradictionē. Et per hoc ſic definitur hæc fallacia, quòd eſt idoneitas decipiēdi proueniens ex apparēte obſeruatione particularū definitionis Elenchi, quæ ſibi cōueniūt ratione contradictionis. Et licet quęlibet fallacia peccat contra verū Elechū, quia tñ iſta formaliter, & dicere peccat contra contradictionem, quæ ſe habet vt vltima differentia; & forma Elenchi, ideo magis denominatur hæc fallacia ignorantia Elenchi, quā quælibet alia fallacia.

C Quarto ſciēdū, ꝙ huius fallaciæ quatuor ſūt modi.

Quatuor mōdorū huius fallaciæ explanatio. Primus modus ſit, quādo nō arguitur ad idē, vt aer eſt ſupra terrā, & non eſt ſupra cœlū, ergo eſt ſupra, & non ſupra conſequentia non ualet, quia non affirmatur idē de aere cōparato ad idē. Secundus modus eſt, qñ non arguiē ſecundū idē. vt So. videt ſm oculum, & non videt ſm naſū, ergo uidet, & non uidet. conſequentia non ualet, quia non affirmatur idē de eodem ſm idem in antecedente, & conſequente. Terti⁹ modus ſit omittēdo iſtā particulā, ſimiliter, vt oīs hō eſt indiuiduū, hō non eſt indiuiduū, ergo idē eſt indiuiduū, & non indiuiduū. conſequentia non valet, quia ibi hō non tenetur ſimiliter, quia in maiori teuetur ꝓ ſuppoſitis, & in minori pro natura cōi. Quartus modus eſt dimittendo illā parucu-lam in eodem tēpore, vt So. leget cras, & non leget poſt cras, ergo leget & non leget. non ſequitur, quia ibi non ſit affirmatio, & negatio in eodem tempore. Et ſic patet, ꝙ iſti quatuor modi ſumuntur ſm illas quatuor conditiones in definitione Elenc. poſitas. D

Contrà ꝓdicta arguitur primo ſic. Contradictio non eſt ſyllogiſmus, ſed Elenchus eſt contradictio, vt dicitur in primo Elenchorum, ergo male dicitur quòd eſt ſyllogiſmus. Argū.

Secundo ſic. Hæc eſt vera contradictio Marcus currit, Tullius non currit, cū ille propoſitiones repugnent tā in veritate q̄ in falſitate, ergo ad Elenchū & contradictionē nō requiritur unitas rei, & nois ſimul. Tertio ſic. Oēs fallaciæ reducūtur ad ignorātiā Elenchi, ergo male ponitur fallacia ſpēlis, cum ſit cōis ad oēs alias. Quarto ſic. Cōtradictoriæ non pñt fieri in eodem tpe, ergo ad contradictionem non requirit̃, quod affirmatio, & negatio ſint in eodem tpe. Quinto ſic. Ad cōtradictionē requiritur quod ſit affirmatio, & negatio eiuſdē de eodē, & tñ non ponitur hic aliquis modus peccās cōtra illā particulā cōtradictionis, ergo modi huius fallacię non ſūt ſufficiēter enumerati. E

Ad argumenta. Ad primū dr̄, ꝙ, ſi capiatur contradictio formaliter ꝓ ipſa formali repugnātia contradictoriorū, ſic non eſt ſyllogiſmus, ſed, ſi capiatur materialiter ꝓ propōne contradicēte, uel ꝓ ſyllogiſmo contradictorio rōne ſuę concluſionis, ſicut contradictio bene eſt ſyllogiſmus, & ſic capitur in primo Elenchorum. Solutio. F

Ad ſm dr̄, ꝙ licet ibi ſit cōtradictio ſm rem, non tñ ſm modum enunciādi qa ibi non eſt euidens affirmatio, & negatio eiuſdem de eodem. Ad tertiū dr̄, quòd, ſi capiatur ignorantia Elenc. cōiter pro quacunq; ignorantia cuiuslibet particulæ definitionis Elēchi, & ſic fallacia ignorātiæ Elenchi, eſt cōis ad oēs alias fallacias, ſed etiam, ſi capiat̃ ſpāliter pro ignorantia vltimarum quatuor particularum, ſicut hic accipitur, ſic eſt

fallacia

A fallacia ſpecialis.& habet diſtinctã cām apparentiæ.& defectus cauſis al-arũ fallaciarum,vt poſſet probari inductiue. Ad quartum dr,quod licet duæ contradictoriæ non poſſint formari in eodem tpe,tamen bñ poſſunt formari pro eodem tpe affirmando, & negando idem de eodem pro eadem parte temporis. Ad quintum dicitur, quòd in fallacia ignorãtiæ Elenchi ſemper requiritur, ꝙ ſit apparens contradictio, quia inde ſumitur ſua cauſa apparentiæ,ſed,ſi remoueatur prima cõditio contradictio-
B nis,quæ eſt, quòd ſit affirmatio, & negatio eiuſdem de eodem, ibi non eſſet apparens contradictio, ideo non ponitur hic aliquis modus propter omiſſionem illius particulæ contradictionis.

De fallacia petitionis principij.

De hoc. 22. Elē. c.x.et alibi etiã tractatus.

Petere, id ꝙ eſt in principio eſt, quando concluſio quę debet probari ſumitur in præmiſſis. Cum ergo idē ſub eodem noīe non poteſt ſeipſum probare,vt hõ currit,ergo hõ currit, in talib.n.nõ eſt petitio principij, ſed talis argumẽtatio eſt ridiculoſa, nec cadit ſub arte, nec eſt petitio huius ꝙ eſt in principio.
C aliud eſt. ſ.petere principium, & aliud eſt petere illud qđ eſt in principio, vt dicit Philoſophus primo Elenc. quia petere principium eſt qñ petitur idē ſub eodē noīe,vt hõ currit,ergo hõ currit,et iſto modo nulla eſt fallacia, quia non continetur, ſub aliq ra ſpē argumentationis,nec ſecundũ veritatem, nec ſcđm apparentiã, ſed talis petitio principij peccat cõtra ſyllogiſmũ ſimpliciter dictum. Sed petere illud qđ eſt in principio, eſt qñ idē petit̃ ſub diuerſo noīe, ut animal rõnale currit,ergo hõ currit. Vel ſic petere illud qđ eſt in principio, eſt quando minus notum ſumitur ad ꝓbationē magis noti.Cauſa apparentiæ huius fallaciæ eſt apparēs diuerſitas cõcluſionis a pręmiſſis Cauſa falſitatis eſt identitas eorũdem. Petitur autem illud quod eſt in principio quinque modis, vt patet 8. Topic. D

Primus modus.

Primo modo,qñ definitum petitur in definitione,& econtra, vt ſi dubitaretur vtrũ hõ currat,uel nõ currat, fiat argm̃, aīal rõnale currit,ergo hõ currit, nulla eſt ibi probatio quia quando vnum dubitat̃ neceſſe eſt alterum dubitari, & ita ſi ſumatur vnum ad probandum aliud,peccatum eſt.

Secundus.

Secũdus modus eſt,qñ particulare petitur in vniuerſali.vt nullus homo currit,ergo Socr.nõ currit. E
Vel ſi aliquis debeat ꝓbare, quod omnium contrariorum eſt eadem diſciplina,& aſſumat oīum oppoſitorũ ē eadē diſciplina, ergo oīum contrariorũ eſt eadem diſciplina. hic petitur concluſio in præmiſſis.

Tertius.

Tertius modus eſt quando vniuerſale petitur in particularibus, vt ſi aliquis debeat probare. quod omniũ oppoſitorum eſt eadem diſciplina, & ſumat iſtã omnium cõtradictoriorũ contrariorum,et ſic de alijs eſt eadem diſciplina, ergo omniũ oppoſitorum eſt eadem di F
ſciplina. Vel ſic, Soc.currit,Plato currit, & ſic de alijs, ergo omnis homo currit.

Quartꝰ.

Quartus modus eſt, quando cõiunctum petitur in diuiſis.vel ecõtra,vt ſi aliquis debeat probare qđ medicina eſt diſciplina ſani, & ægri,& dicatur ſic arguendo medicina eſt diſciplina ſani,& medicina eſt diſciplina ægri,ergo medicina eſt diſciplina ſani, & ægri.

Quintꝰ.

Quintus modus eſt quãdo unũ relatiuorũ petit̃ i alio,vt ſi quis debeat probare, quod Socr. ſit pater

Pla-

A Pla. probetur, ſic Pla. eſt filius Soc. ergo Soc. eſt pater Pla. non ſequitur, quia hoc aſſumitur qđ eſt probandũ. Sciendũ quod hęc fallacia nõ impedit ſyllogiſmũ ĩ ferẽtẽ, ſed probantẽ, & ita fallacia petitionis peccat cõtra ſyllogiſmum dialecticum, inquantum dialecticus eſt.

Quid ſit petere principium.

Poſtq̃ Auctor determinauit de fallacia ignorãtia Elenchi, hic conſequẽter determinat de fallacia petitionis principij, rõne cuius primo videndũ eſt qđ ſit petitio principij, vñ petitio in dialecticis eſt interrogatio alicuius p̃miſſa-
B rũ ſyllogiſmi dialectici, quia dilecticus licet in ſyllogizando aſſumat p̃miſſas approbãdũ concluſionẽ, tñ aliqñ interrogat de ſuis præmiſſis, rõne cuius dñr interrogationes & non fit ita ꝓprie petitio de concluſione. q̃a p̃miſſis conceſſus a reſpondente p̃t inferri concluſio non interrogãdo ipsã Et quia in argumẽtatione cõcluſio eſt primũ pricipiũ, ratione cuius fit argumentatio, ideo cũ in tali argumentatione petitur concluſio, q̃ debet probari, vbi eſt petitio principij, ideo petitio principij eſt quando idem accipitur ad probãdum ſeipſum.

Duplex petitio principij.

Primo ſciendũ, ꝙ ſm Philoſophum. Scđo Elench. duplex eſt petitio principij, ſ. ſtatim. & non ſtatim Petitio principij ſtatim eſt qñ idem ſub eodem no-
C mine ſumitur ad ꝓbãdum ſeipſum, ut hõ currit, ergo homo currit, uel idem ſub duob. nominib ſynominis, ut Marcus currit, ergo Tullius currit. & talis petitio principij peccat contra ſyllogiſmum ſimpliciter, quia concluſio non eſt alia præmiſſis, & non eſt ibi aliqua fallacia, cum idem non habet apparentiam ad probandum ſeipſum. Alia eſt petitio principij non ſtatim, quando idem ſub diuerſis nominibus ſumitur ad probandum ſeipſum, & talis eſt qñ antecedens eſt ęquæ ignotum, vel ignotius conſequẽte. Vnde in petitione principij ſtatim eſt proprie petere principium, & in petitione principij ſtatim eſt petere id, quod erat in principio. q̃a antecedẽs eſt æquæ ignotum, uel minus notum quã conſequens, iõ ſecundum ſuam notitiam continetur in conſequente, & p̃t probari per conſequẽs, ideo tunc ad probandum conſequens petitur illud quod eſt in principio, ſ. antecedens, quod continetur in concluſione, & etiam ſumitur concluſio in tali antecedens ad probandum ſeipſam Et ſecundum talem petitionem principij committitur hæc fallacia. D

Cauſa apparẽtiæ ac defect⁹ in petitione principij.

Secundo ſciendum, ꝙ cã apparentiæ huius fallaciæ eſt apparẽs diuerſitas antecedentis & conſequentis, ratione cuius creditur antecedens eſſe notius conſequente, & habere uirtutem probatiuam conſequentis, cum ſit ęquæ ignotum uel ignotius conſequente. Et non (E) ſufficit quæcunq. diuerſitas antecedentis & conſequentis ſed oportet ꝙ ſit cũ identitate ipſorum, & etiam quod talis diuerſitas faciat apparentiam magis noti & minus noti ex parte nominis rei. &, quia in nominibus ſynominis non eſt apparentia magis, & minus noti, ideo in ipſis non reperitur cã apparẽtiæ, ſed cã falſitatis huius fallaciæ eſt identitatis antecedentis, & conſequentis, & ſecundum hoc ſic definitur hæc fallacia, ꝙ eſt idoneitas decipiendi proueniens ex apparenti diuerſitate ſecundum nomĩ tantũ antecedentis cum conſequente, & peccat iſta fallacia non con- F
tra illationem, qui nõ impedit ſyllogiſmum ſimpliciter ſed peccat contra probationem & ſyllogiſmum dialecticũ.

An a definitione locus ſophiſticus ſumatur.

Tertio ſciẽdum, & definitio dupliciter conſideratur. uno modo inquãtum includit principia eſſentialia definiti, quæ ſunt propria cauſa inhærentiæ paſſionis ad ipſum definitũ, & hoc modo ab ipſa ſumitur locus demoſtratiuus & non ſophiſticus. Alio modo conſideratur inquantũ ſtat ſub intentione cõi definitionis, & hoc dupliciter, uno modo reſpectu prędicatorũ, quæ notiori modo conueniunt definitioni quam definitio, & ſic definitione ſumitur locus dialecticus, alio modo reſpectu p̄dicatorũ quæ conueniunt notiori modo ipſi definitio

A finitio quã definitioni,& ſic a definitio
ne ſumitur petitio principij,qa ſic ante
cedẽs eſt idem in re, & eſt minus notũ
conſequente. Et eodẽ modo arguendo
a definitio pt argui reſpũ prædicatorũ
quæ notiori modo in ſunt definito, vel
reſpectu ipſorum quæ minus note ſibi
conueniunt ſimiliter arguendo ab vni
uerſali ad particularia, vel econtra, ſm
hoc in iſtis pt eſſe locus dialecticus. aut
petitio principij ſm diuerſas rationes.

Quatuor modi ſunt hui' fallaciæ. Quarto ſciẽdũ, ꝙ huius fallaciæ qua
tuor ſunt modi. Primus modus eſt, qñ
definitũ petitur in definitione, vel ecõ
tra. ut aĩal rõnale currit, ergo ho cur
rit. ibi n definitũ petitur in definitione
B ſua, & econtra arguẽdo petitur defini
tio in definitio. Vnde probatio non va
let, quia ſi vnum dubitetur, & reliquũ.
Secundus modus eſt quando particula
re petitur in vli, & vli in particulari, vt
omnis homo currit, ergo Socr. currit,
Plato currit, & ſic de alijs, vel econtra.
Tertius modus, eſt qñ coniunctum pe
titur in diuiſis, vel diuiſa in coniuncto,
vt medicina eſt ſani, & ægri, ergo eſt ſa
ni & eſt ægri. Quartus modus eſt, quã
do relatiuum petitur in ſuo correlati
uo, vt Soc. eſt pater Pla. ergo Plato eſt
filius Soc. Et ſoluendo iſtos paralogiſ
mos debetur negari antecedens, cum
C ſit a que incertum aut magis quam con
ſequẽs ipſius prius negatiuum. Nec de
bet ſimpliciter negari cõſequentia, qa,
cum ſit neceſſaria illatio in iſtis paralo
giſmis, ſi conceditur antecedẽs, oporte
bit concedere conſequens, quod inclu
ditur in ipſo, tñ põt dici quod ipſa non
eſt probatiua cum negatione antecedẽ
tis. Et licet in textu ponantur quinque
modi, quia ſecundus modus diuiditur
in duos ad maiorem declarationem, ta
men ſufficienter enumerãtur quatuor
modi prius poſiti, quia in ipſis continẽ
tur omnes arguendi huius fallaciæ.

Argũ. Sed contra prædicta arguitur primo
ſic. In petitione principij ſumitur idem
ad probandum ſeipſum, ſed idem non
habet apparentiam ad probandum ſe
ipſum, ergo in petitione principij nul
la eſt cauſa apparentiæ, nec eſt fallacia. D
Secundo ſic Omnis paralogiſmus pec
cat in materia, vel in forma, ſed paralo
giſmi huius fallacię non peccant in for
ma, cum poſſint eſſe in modo, & figu
ra, nec in materia, cum fiant ex proba
bilib. ergo in ipſis non eſt cã defectus.
Tertio ſic. Ab eodem non ſumitur lo
cus dialecticus, & ſophiſticus, ſed a de
finitione, & ſimiliter a toto in quantita
te ſumuntur loci dialectici, ergo ab ip
ſis non ſumitur locus ſophiſticus, &
ſic male ponuntur duo primi modi hu
ius fallaciæ. Quarto ſic. Arguendo a di
uiſis ad coniuncta eſt fallacia acciden
tis, ergo ibi non eſt petitio principij. E
Conſequentia tenet, quia illi loci ſophi
ſtici non poſſunt eſſe in eodem argumẽ
to. Quinto ſic. Hic eſt petitio principij,
albedo eſt contraria nigredini, ergo ni
gredo eſt contraria albedini, & tamen
non fit in aliquo iſtorum quattuor mo
dorum, ergo inſufficienter aſſignantur.

Ad argumenta. Ad primum dicitur, Solutio
ꝙ licet idem ſecundũ rẽ, & vocẽ ſimul
non habet apparẽtiã ad ꝓbãdum ſe ip
ſum, tñ idẽ ſecundum rẽ, & differens ſe
cundum vocẽ, & rõnem, bene habet ap
parentiã probandi ſeipſum inquãtum
vr magis notum ſub vno nomine quã
ſub alio. Ad ſecundum dicitur, quod li
cet in paralogiſmi huius fallaciæ præ
miſſæ ſunt ſecundum ſe probabiles, nõ
tñ ſunt probatiuæ concluſionis, quod F
tamen requiritur ad ſyllogiſmum pro
batiuum: requiritur enim quod habeat
præmiſſas ſecundum ſe probabiles, &
quod illæ præmiſſę habeant virtutem
probandi concluſionem, ideo iſti para
logiſmi peccant in probatione.

Ad tertium dicitũr, ꝙ ab eodem mo
do conſiderato, & reſpectu eiuſdem nõ
ſumitr locus dialecticus, & ſophiſticus,
ſed bene ab eodẽ diuerſimode conſide
rato. modo definitio diuerſimode cõſi
deratur, ut ab ipſa ſumitur locus diale
cticus, & ſophiſticus, & ſimiliter totũ
in quãtitate. Ad quartum dicitur, ꝙ ar
guendo a diuiſis ad coniuncta indebite
ex parte illationis eſt fallacia accidẽtis,

A ex parte vero probationis eſt fallacia petitionis principij,& hoc non eſt incõueniẽs. ſ. ꝙ in eodem paralogiſmo ſint plures fallaciæ.et ſm diuerſas rationes. Ad quintum dr̃, ꝙ committitur quartus modus,licet, & albedo, & nigredo ſub rationib. ꝑprij non ſint relatiua,tñ quãtum ad intentiones contrariorum poſſunt dici relatiua ſecundũ dici. ideo ibi vnum relatiuum petitur in alio.

De fallacia conſequentis, & modis eius multiplicibus.

De fallacia conſequentis dicendũ eſt.Secundum conſequens fiũt B paralogiſmi,eo ꝙ credimus conſequentiã cõuerti,q̃ non cõuertitur. Fallacia conſequẽtis eſt,idoneitas decipiendi proueniens apparẽtia cõſequentię cõuerſa q̃ nõ cõuertitur.Cã apparẽtię huius fallacię eſt conuenientia vnius conſequentiæ veræ ad aliã non verã.Cauſa falſitatis eſt diuerſitas earũdẽ.Et ſciendũ,ꝙ bene tenet argm̃ a poſitione ãñcedẽtis ad poſitionẽ conſequẽtis.Huius fallaciæ tres ſunt modi.

Collige hoc ex 2 Elen. c.vlt.

Primus modus eſt qñ arguitur a deſtructione antecedentis ad deſtructionem conſequentis,vt ſi homo eſt aĩal eſt,ergo ſi homo nõ eſt C animal non eſt. Vel a poſitione cõſequenti ad poſitionem antecedẽtis,vt ſi mel eſt,rubeum eſt,ergo ſi rubeum eſt, mel eſt. Ad iſtũ enim modum reducuntur omnes prauæ argumentationes ab interiori ad ſuperius deſtructiue. Vnde quotieſcunq. ſit proceſſus ab inferiori ad ſuperius cum diſtributione ſuperiorum,vt omnis homo currit,ergo omne aĩal currit, ibi cõmittitur iſta in fallacia,vt nullus homo currit,ergo nullum animal currit.

Scd̃us modus ſolet poni ab inſufficiẽti inductione ſingularium. vt Socrates eſt aĩal,& ecõuerſo, Plato eſt aĩal, & econuerſo, ergo oẽs D eſt aĩal,& econuerſo hic enumerãtur oĩa ſingularia illius, oĩs hõ eſt aĩal, & non huius, oẽ aĩal eſt hõ, quę ſignificatur per compoſitionẽ huius,quod eſt econuerſo ad hãc, omnis homo eſt animal.

Tertius modus prouenit a communiter accidentibus. Et dicũtur communiter accidentia quæ ſe aliquando conſequuntur,& aliquando non,vt lite eſt computus, ergo eſt adulter. Similiter hic muſa, & poeta ſimiliter terminantur, ſed muſa,eſt fœminis generis, ergo & E poeta,non ſequitur,quia identitas generis,& terminationis aliquando ſe conſequuntur,& aliquando non,eo quòd nõ eſt in omnib. ſed in aliquibus.Si aliquis dicat,quòd in hoc vltimo tertio modo non tenet econuerſo.Vnde ibi non eſt cõſequentia dicendum eſt, ꝙ ſecundum quoſdam ſumitur conſequentiæ communiter ad conſequentiã neceſſariam,& probabilem, & in iſtis non ſumitur conſequentia neceſſaria,ſed probabilis. Taliter autem ordinantur iſti modi ab Ariſtotele iſto modo ordinato.

Quid cõſequẽs, & antecedens.

Poſtq̃ ſuperius determinatum eſt de F fallacia petitionis principij, hic conſequẽter determinat de fallacia cõſequẽtis,rõne cuius primo definit, auctor ãñcedens,& conſequentiam dicẽs, ꝙ ãñs eſt catagorica,vel hypothetica,quã ãñs infert. Sed conſeqnens eſt concĺo q̃ infert ex ãñcedente,ꝙ ꝑuenit ex eo,ꝙ intercedẽs includit actu,vel intellectu in ãñcedente iõ ſimul ſeqtur ad ipſũ ãñs, & habitudo denomĩnãs illã ſequelã vocatur conſequentia,& diuiditur per cõſequentiã ſimplicẽ, & conſequentiã cõpoſitam.Simplex eſt,qñ ex vno ſolo antecedente infertur vnum conſequens. Sed conſequentia compoſita quatuor modis intelligitur fieri. Primo mõ qñ

factam

A factā aliqua cōſequētia arguiť a poſitio ne antecedētis ad poſitionē cōſequētis. Secundo modo, qñ in aliqua conſequē tia arguitur a diſtinctione conſequētis ad deſtructionem antecedentis, & iſtis duobus modis debite fit conſequentia compoſita. Tertio modo, qñ facta vna conſequētia arguitur a deſtructione an tecedentis ad deſtructionem conſequē tis. Quarto modo qñ arguitur a poſitio ne conſequentis ad poſitionem antece dentis, & iſtis duob. modis non valet conſequentia cōpoſita, ſed male cōuer titur conſequētia prius facta, q̃a cōuer titur aliter quā deberet conuerti, & ſe cūdū hoc cauſatur fallacia cōſequētis.

B Primo ſciēdū, ꝙ cauſa apparētiæ hu ius fallaciæ eſt apparens cōuertibilitas cōſequentis cū antecedente, rōne cuius reditur quod bñ cōuertať conſeqūtia q̃ tñ non conuertitur. Sed cā defect° eſt diuerſitas conſequentis & anteceden tis, pp quā non conuertuntur inter ſe, & ſm hoc ſic definitur hæc fallacia cō ſequentis, quod eſt idoneas decipiendi proueniens, ex apparēti conuertibilita te conſequētis cum antecedente. Et ſp fit vt dicit Ariſt. quando credimus con ſequentiam conuerti, quæ tamen non cōuertitur. Et q̃uis in hac fallacia repe riantur antecedens, & conſequens, ma gis dř fallacia conſequentis quam ante cedentis, eō quod in paralogiſmis hu ius fallaciæ ſemper arguitur æquiualē ter appoſitione conſequētis ad poſitio nem antecedētis. Licet enim arguatur

Cā ap-parētię ac defe ct° hui° fallaciæ

C a negatione antecedentis ad negationē conſequentis, quia tamen illa negatio antecedētis ſe habet vt conſequens ad negationem conſequētis, ideo ibi argui tur æquiualenter a poſitione conſe quentis ad poſitionem antecedentis.

Primus hui° fal laciæ modus.

Sĕo ſciendum quod huius fallaciæ ſunt tres modi. Primus eſt, qñ arguitur ea diſtinctione antecedentis ad deſtru ctionē cōſequentis vel a poſitione cōſe quentis ad poſitionem antecedentis. Exēplū primi, ſi homo eſt animal eſt, ergo ſi non eſt homo, non eſt animal, nō ſequitur, quia ad negationē anteceden tis non ſequitur negatio conſequentis, D et ratio eſt, quia antecedens eſt inferius & minus commune, conſequens vero ſe habet vt ſuperius & magis commune modo deſtructio inferiori, & minus communi, nō oportet deſtrui ſuperius & magis cōmune, qui illud poteſt manere in alijs inferiorib. eius. Exemplum ſecundi, ſi pluit terra eſt madida, ergo ſi terra eſt madida pluit, non ſequitur, quia ad poſitionem conſequentis quod eſt ſuperius & magis commune, non ſequitur poſitio antecedentis, quod eſt inferius & minus commune.

Secūd° modus.

Tertio ſciendū, ꝙ ſecūdus modus fit arguēdo ab inſufficienti numero ſingu lariū, vt hic. Socra currit, Plato currit, ergo oīs homo currit, vel ſic. Socra. eſt E aīal & econuerſo, Plato eſt aīal, & ecōuerſo, & ſic de alijs, ergo oīs homo eſt aīal, & econuerſo, non ſequitur, quia licet enumerentur ſufficiēter oēs ſingulares illius vniuerſalis, oīs homo eſt aīal, non tñ iſtius, omne animal eſt homo, quæ tñ intelligitur, cum dicitur, & ecōuerſo, & hoc ſi conuerſo dicať cōuerſionem ſimplicem, quia ſi diceret conuerſionem per accidens, bene ſequeretur, quia hęc eſſet vera omnis homo eſt animal, & econuerſo, aliquod animal eſt homo, quia tamen analogum per ſe poſitum ſtat pro famoſiori ſignificato, ideo econuerſo magis tenetur vt dicit econuerſionem ſimplicem. F

Tertius modus.

Quarto ſciendū, quod tertius mod° fit arguendo a cōiter accidentib. quæ contingēter ſe conſequuntur in aliquo ſubiecto, non tñ de neceſſitate ſe conſequūtur, vt hic, Socr. eſt magnus. ergo Socr. eſt forti, vel Soc. eſt pulcher, ergo Socrates eſt bonus. non ſequitur qu a licet talia accidentia quandoq. ſeſe cōſequantur in aliquo ſubiecto, non tamen de neceſſitate ſe conſequuntur ſemper, & licet in iſto modo arguendi, & in præcedenti conuertatur aliqua conſequentia actualiter propoſita, tamen ſubintelligit vna implicite quæ conuertitur in iſtis modis. Et iſtorum modorū ſic poteſt haberi ſufficiētia, quia in fallacia

A lacia cõſequentis ſumit̃ cã apparentię ex appa-rẽt. cõuertibilitate cõſequẽtis, & ãtecedentis, vel ergo illa cõuertibili Sufficiẽ tas, ex apparẽs rõne cõſequentiæ iã fa tia iſto- ctę, & ſic eſt prim⁹ modus, vel pp habi rũ mo tudinẽ terminorum, & hoc dupliciter, dorum. vel ſumit̃ ex habitudine ſingulariũ ad vle, q̃ ſic eſt ſcd̃s modus, vel ex conue niẽtia accidentium, q̃ cõtingẽter cõue niunt eodẽ ſubo, & ſic ẽ tertius mod⁹.

Argũ. Sed cõtra prędicta arguit̃ primo ſic. Cõuerſio eſt paſſio ppoſitionis, ergo ſo li ppoſitionis cõuenit, quare iſta falla-cia nõ fit per hoc, q̃ aliqua cõſequẽtia cõuertat. Scd̃o ſic. Cõſequẽs actu, & in B tellectu includit̃ in ãtecedente, ergo de ſtructo ãtecedẽte deſtruit̃ cõſeqũes, & ſic valet cõſequẽtis a deſtructione an tecedentis ad deſtructionem cõſequen tis. Tertio ſic. Poſito poſteriori neceſſa rio ponitur prius, ſed cõſequẽs poſte rius eſt ãtecẽdẽte, ergo poſito cõſequẽ-te neceſſario ponit̃ antecedẽs, qđ eſt cõ tra primũ modũ hui⁹ fallaciæ. Quarto ſic. Singularia alicui⁹ vlis nõ ſufficien ter enumerata ſequunt̃ ſuũ vle, ergo ar guẽdo ab inſufficienti numero ſingulariũ arguit̃ à poſitione cõſequẽtis ad poſi-tionẽ ãtecẽdẽtis, & per cõſequẽs ſcd̃s modus, nõ diſtinguitur à primo. Quin to ſic. Arguendo a cõiter accidentis eſt C bonus dialectic⁹, ergo ſic arguẽdo non ſumitur tertius modus huius fallaciæ.

Solutio Ad argu. Ad primum dr̃, q̃ ſi capiat̃ conuerſio put eſt mutatio prædicati i ſubiectũ, & econtra, ſic eſt paſſio ppo-ſitionis, ſibi ſoli cõueniẽs, ſed, ſi capiat̃ p mutatione ãtecẽdẽtis i cõſequẽs, & econtra, ſic non eſt paſſio ppoſitionis, ſed paſſio cõſequẽtiæ, & hoc mõ cõ-ſequẽtia bñ cõuertit̃. Ad ſecundum dr̃, q̃ deſtructo ãtecedente, bñ deſtruitur conſequens partim ſecundum eſſe q̃ habet in tali ãtecẽdẽte, ſed non deſtruit̃ vliter, & ſecundum ſe totum, quia po-teſt manere in alijs, ideo ex deſtructio-ne antecedentis, non poteſt inferri de-ſtructione conſequentis.

Ad tertiũ dr̃, q̃ licet ſecundum illa-tionẽ cõſequẽs ſit poſterius ãtecẽdẽte, iñ ſm naturã, & ambitum cõitatis cõ D ſequẽs eſt pri⁹ ãtecẽdẽte. Ad quartum dr̃, q̃ licet in ſecundo mõ arguat̃ a po-ſitione conſequẽtis ad poſitionẽ ãtece-dentis, tñ ibi non ſumit̃ cã apparentiæ conuertibilitatis ratione conſequẽtiæ prius factæ ſicut in primo modo. Ad quintum dr̃, q̃ arguendo à cõiter acci dentib. q̃ ſe neceſſario cõſequuntur bñ eſt locus dialectic⁹, ſed arguẽdo ab his quæ contingenter ſe conſequuntur, ſic eſt tertius modus huius fallaciæ.

De fallacia ſecundum non cauſa, vt cauſa.

Sequitur de fallacia ſcd̃m non Cauſam vt cãm. Ad cuius euiden tiam ſciẽdum eſt quod duplex eſt E ſyllogiſmus. ſ. oſtenſiuus, et ad im poſſibile. Oſtenſiuus eſt, qui habet unam ſolã cõcluſionem. Syllogiſ-mus verò ad impoſſibile eſt, cñ ali quis ſyllogiſtice dr̃ ad impoſſibi-le, et pter hoc interimitur aliqua pmiſſarum, quæ erat cauſa illius impoſſibilis. Vnde iſtę ſyllogiſmi ſp habet duas cõcluſiones, vt cum dicitur eſt ne homo aſinus hoc cõ ceſſo, Cõtra, nullus aſinus eſt ani-mal rationale mortale, homo eſt aſinus. ergo homo non eſt animal rationale mortale, ſed hoc eſt im F poſſibile, ergo, et iſta homo eſt aſi nus, & iſte ſyllogiſmus eſt in quar to modo primæ figurę. Sciendum eſt. n. quod nõ cauſa, ut cauſa ſem per fit in ſyllogiſmo ad impoſſibi-le. Fallacia autem ſecundum cau-ſam, ut cauſam fit, quãdo non cau ſa ponitur, ut cauſa, & pp hoc ap-paret ſequi impoſſibile, & illud q̃ apparet eſſe cauſa interimitur, ut ſi quæratur, eſt ne Brunellus hõ, quo conceſſo contra nullus aſinus eſt animal rationale mortale, ſed homo eſt aſinus, & Brunellus eſt homo, ergo homo non eſt animal rõnale, hoc aũt eſt impoſſibile, er-

A go Brunellus nō eſt homo. In hac n.dicta argumentatione eſt nō cā, vt cauſa, quia interimitur id quod apparet eſſe cauſa, & non eſt ſ.Brunellus eſt hō, Cā apparentiæ eiūs fallaciæ eſt conuenientia huius, B quòd apparet eſſe cā; & non eſt, cū eo quod eſt cā. Cā falſitatis in diuerſitas eorundem.tale n.exemplū ponit Ariſt. huius fallaciæ, vt quęrēdo ſic ſunt ne aīa.et uita idē quo conceſſo, Contra, mors, & vita ſunt cōtraria, ſed mors eſt corruptio, ergo vita generatio, & per cōſequens viuere eſt generari, ſed hoc eſt impoſſibile, quia quicquid viuit non generatur, ſed generatū eſt.ergo anima, & vita ſunt idem. Hæc concluſio peccat per fallaciā ſecundū non cām vt cām, ex hoc, n.quòd anima, & vita ſunt idē nō C ſequitur impoſſibile, & ita non debet interim, ſed iſta mors, & vita ſunt contraria quia in omnib.his, id ꝙ non eſt cauſa apparet eſſe cā, quia cōicat in terminis cū aliquibus propoſitionibus ex quibus ſequitur impoſſibile. Ex iſtis patet, quod iſta fallacia non fit in ſyllogiſmo oſtenſiuo, ut oīs homo currit, Soc.eſt homo, & Sol eſt in Cācro, ergo Soc.currit.hic nō eſt fallacia nō cauſæ, vt cauſæ, quia hæc ꝓpoſitio, Sol eſt in Cācro, non eſt cā, neq; apparet eſſe cauſa, ſicut apparet ī ſyllogiſmo ad impoſſibile.

Similis oſtenſiuus, per impoſſibile qd. Poſtq̄ Auctor determinauit de fallacia conſequentis, hic conſequēter determinauit de fallacia ſm non cauſam, vt cauſam. Et quia iſta fallaciæ non fit in ſyllogiſmo oſtenſiuo, ſed in ſyllogiſmo ad impoſſibile, ideo antequam Auctor oſtendat cauſas huius fallaciæ præmittit vnam diuiſionē ſyllogiſmi dicens, quod ſyllogiſmus diuiditur per ſyllogiſmum oſtenſiuū, & ad impoſſibile. Et dr̄ ſyllogiſmus oſtēſiuus q̄ D vnico proceſſu ex duab. p̄miſſis infert ſuā cōcluſionē. Sed ſyllogiſm⁹ ad ipſe eſt q̄ ex duab. p̄miſſis vna manifeſte vera, & alia manifeſtē falſa infert vnum manifeſte falsū pp cui⁹ falſitatē intermit aliqua p̄miſſarū, & ſic ibi sūt plures proceſſus, & ēt plures concluſiones. Et ſm hoc differūt multipl̄r ſyllogiſmus oſtēſiuus, & ad impſe, quia ī ſyllogiſmo ad impſe sūt plures ꝓceſſus, & plures cōcluſiones, in alio vero eſt tm̄ vnus proceſſus, & vna concluſio, et q̄a ſyllogiſm⁹ oſtēſiuus p̄t eſſe, tā ex veris, q̄ ex falſis, ſꝫ ſyllogim⁹ ad impoſſibile ſp habet aliquam præmiſſam falſam, aliter nunquā concluderet falsū, E vt hic, oē aīal eſt aſinus, oīs homo eſt animal ergo oīs homo eſt aſinus. concluſio eſt falſa, ergo aliqua p̄miſſarum, non minor. ergo maior, & ſcd̄m talē proceſſum qn̄ interimur aliqua præmiſſarum committitur pręsēs fallacia.

Prēmiſſa cā cō cluſionis quę, & quæ non cā. Primo ſciēdū, quod p̄miſſa cā ē, q̄ neceſſario facit ad illationē concluſionis, & q̄a remota non ampli⁹ ſequiť cōcluſio in tali mō arguēdi. Et per oppoſitū p̄miſſa non cā ē, q̄ conuenit in ſubo, vel p̄dicato cū aliqua p̄miſſarū ſyllogiſmi, q̄ numerata cū illis nullo mō facit ad illationē cōcluſionis, & ipſa poſita, uel remota nihilominus ex alijs p̄miſſis in tali mō arguendi ſequiť concluſio, vt hic, oīs aſin⁹ eſt rudibilis, oē animal eſt aſinus, oīs hō eſt aīal, ergo oīs F hō eſt aſin⁹ illa ꝓpoſitio, oīs aſinus eſt rudibilis, ex parte ſui ſubi conuenit cū maiore & adhuc ipſa remota, eodē mō ſequereť concluſio. Ex quo patet, ꝙ ad non cām, vt cām duo requiruntur. Primo, ꝙ talis p̄miſſa non ſit cā concluſionis. Secundo, ꝙ heat apparentiā cauſæ propter hoc ꝙ cōuenit cū alijs p̄miſſis. ideo. ſi in ſyllogiſmo ponatur, aliqua p̄miſſa nō cā, q̄ non conuenit in ſubiecto, vel prædicato cū aliqua pręmiſſarū ibi nō erit non cā vt cā, licet ibi bene ſit non propter hoc accidere falsū.

Quæ ad non cauſam, vt cām requiruntur.

Cā apparentiæ. Secundo ſciendū, quod cā apparentiæ huius fallacię eſt conueniētia pręmiſſæ

ac defectus huius fallaciæ.

Solutio Ad argumenta. Ad primum dicitur, quod hic non capitur ſuppoſitio ſimplex, vt diſtinguitur contra complexū, dictum eſt.n. quod complexa non ſupponunt, ſed dicitur ſimplex eo, quod terminus ſupponit pro natura ſimplici in ſe, & abſolute conſiderata, vt dictum eſt. Ad ſcd'm dicitur, quod iſte, homo eſt ſpecies, animal eſt genus, ſūt ſingulares quo ad modum, non tamē ſunt ſingulares quo ad rem vt dictum eſt. Ad tertium dicitur, quod terminus B communis in ſuppoſitione perſonali ſupponit pro vna re, non tñ ſicut terminus ſingularis, nec etiā ſicut terminus ſupponit pro vna re in ſimplici ſuppoſitione, ſed ſupponit pro vna re ſecundū habitudinē quam habet ad ſuppoſita, ſicut in iſta homo currit, hō ſupponit pro illa re, quæ eſt hō, non tñ in ſe, & abſolute, ſed ſecundū inclinationem ad ſuppoſita. Ad quartū dicitur, quod perſona capitur dupliciter. Vno modo proprie, vt definitur a Boethio, quod perſona eſt naturæ intellectualis indiuidua ſubſtantia, & ſic indiuidua naturę humanæ propriè dicuntur perſonæ. Alio modo capitur perſona large C pro quocunq; inferiori in ordine ad ſuperi⁹, ſiue tale ſit ſubſtātia, ſiue accidēs, & hoc modo capitur perſona in propoſito. Ad quintum dicitur, quod omnis ſuppoſitio eſt ſecundū aliquā ſpeciem determinatā ſuppoſitionis. Dicitur vltra quod nō vocatur hic determinata eo, quod ſit ſecundum determinatam ſpeciem ſuppoſitionis, ſed quia reddit locutionem veram pro vno determinato ſuppoſito, vt dictum eſt.

Nota reſponſionem.

Suppoſitio confuſa quid ſit.

Suppoſitio confuſa eſt acceptio termini cōis ꝑ plurib. mediante ſigno vniuerſali, cum dicitur, oīs hō eſt animal. ibi iſte terminus homo ſupponit pro plurib. mediāte ſigno vniuerſali, quia ſupponit ꝑ quolibet ſuo ſuppoſito. Item confuſarū ſuppoſitionum, alia eſt cōfuſa neceſſitate ſigni, vel modi, & alia neceſſitate rei, vt cum dicitur, omnis homo eſt animal. ibi eſt terminus homo mediante ſigno vniuerſali confunditur ſiue diſtribuitur pro quolibet ſuppoſito, & iſte termin⁹ aīal à parte prædicati poſitus confunditur neceſſitate rei, & cum vnuſquiſq; homo ſuam hēat eſſentiam, ideo hoc verbum eſt, neceſſitate rei tenetur pro tot eſſentijs, ꝑ E quot hominib. tenetur iſte terminus hō & cum vnicuiq; homini inſit ſua aīalitas, ideo iſte terminus animal neceſſitate rei tenetur pro tot animalibus pro quot hominib. iſte terminus homo, & pro quot eſſentijs hoc verbum eſt. Vnde iſte terminus homo debet ſupponere confuſe mobiliter, & diſtributiue, ſed confuſe, & diſtributiue tenetur, quia tenetur pro omni hoīe, mobiliter vero, quia licet fieri deſcenſum ſub eo pro quolibet ſuo ſuppoſito, vt omnis homo eſt animal, ergo Soc. eſt animal, ſed iſte terminus animal dicitur confundi immobiliter, quia non licet fieri deſcenſum ſub eo, vt oīs homo eſt aīal, ergo oīs hō ē hoc animal. F ibi.n. fit proceſſus a ſimplici ſuppoſitione ad perſonalē, ſicut hic, hō eſt digniſſima creaturarum, ergo hic homo vel aliquis homo, vel roſa eſt pulcherrimus florum, ergo aliqua roſa. Sed differunt in hoc, quia in iſtis eſt ſimplex ſuppoſitio ex parte ſubiecti, ī illa vero ex parte prædicati, licet videatur oppoſitum eſſe, quod ſuperius dictū eſt, qd in hac propoſitione oīs hō eſt

Terminus homo quō ſupponat.

A animal, iſte terminus animal in prędicato poſitus ſimplicē hēt ſuppoſitionem, cū prius dicitur, ꝙ hēt confuſam. Ad hoc dđm eſt, ſecundum quoſdam ꝙ quia genus prędicat de pluribus differentibus ſpecie, iſte terminus animal, quando tenetur pro ipſo in cōmuni, quod eſt genus ſic habet ſimplicem ſuppoſitionem, ſecūdū aūt, qđ ipſa natura cōis ipſi⁹ generis multiplicat per ſuppoſita hoīs, ſic dicitur hēre cōfuſā ſuppōnē nō mobiliter, ſed īmobiliter. Suppoſitio aūt cōfuſa immobiliter pōt dare cū ſimplici incidere non ſcđm idem, ſed ſcđm diuerſa, vt dictum eſt, Vnde ſecundum hoc dicendū eſt, quod ſuppo-

B ſitio confuſa mobiliter non pt̄ ſimul eſſe cum ſimplici, nec ſecundum idem, nec ſecūdum diuerſa, vt dictum ē, ſed credo impoſſibile eſſe terminū cōem in pđicato poſitū hēre ſuppoſitionē ſimplicē, et cōfundi mobiliter, uel immobiliter ſigno vniuerſali exiſtente in ſubiecto affirmatiue, ut oīs homo ē animal, & ſic de alijs conſimilibus quia vt vult Porphyri⁹, omne quod prędicatur de aliquo, aut eſt maius eo, aut eſt æquale ei, de quo prædicatur, & intendit de prædi-

C catione per ſe, ſed in hac propoſitione, omnis homo eſt animal, eſt prædicatio per ſe, & non prædicatur æquale, ergo maius, non accidētale, ergo ſubſtāle vel eſſentiale ergo genus vel differētia, non differentia, ergo genus eſt, ſed natura generis multiplicata mobiliter, vel immobiliter, non eſt genus, ergo cum dicitur omnis homo eſt animal, cum ibi prædicatur genus, non eſſet poſſibile terminum communē multiplicari mobiliter, vel immobiliter, q̄ ſignificat natu-

ram generis, quæ iam actu non eſſet genus ſicut ſi homo confunderet mobiliter vel immobiliter, iā non eſſet ſpēs. Itē hoc idē videtur per Ariſ. in 1. Top. dicētem, ꝙ oē, illud ꝙ de alio pđicatur, aut prædicatur conuerſim eo, aut non, ſi conuerſim eſt definitio, vel propriū, ſi aūt nō cōuerſim pđicatur de re, aut cadit in definitionē rei, aut non. ſi non, tunc eſt accidēs, ſi cadit in definitionē rei, aut eſt genus, aut differentia, nō differētia, ergo genus. Et intendit Ariſt. qđ ibi ſit directa pđicatio, & ſpēs ſubijciatur ſecundum ſe, vel multiplicetur, ſed in hac ꝓpoſitione homo eſt animal, eſt directa prædicatio, & ſubijcitur homo, et nō ęquale prædicetur, neq; accidens, ergo E genus. Quare non eſt poſſibile terminū cōmunem in prædicato poſitū cōfundi mobiliter, vel immobiliter. Item totū vl'e, quod eſt genus, & totum in quantitate ex oppoſito ſe hēnt. Sed totum in quantitate eſt duplex, quoddā.n. eſt totum in quātitate completum, ubicunq; confunditur terminus communis mobiliter, ut omnis homo eſt animal aliud eſt totum in quātitate, incōpletū, & diminutū, vt vbicunq; cōfundit terminus cōis immobiliter, & multiplicat terminus cōis ſimpliciter, ergo, ſi impoſſibile eſt totū in quantitate eſſe ge- F nus inquātū hmōi, nō erit poſſibile terminū cōem ī pđicato poſitū, confundi mobiliter, vel immobiliter vt dicebat. Itē cōparatio illa, ſecundū q̄ inferiora reducūtur ad ſuperiora, oppoſita eſt cōparationi ſecundū quam ſuperiora reducuntur ad ſua inferiora; ſed ſecundum primam ſumitur cōe in ratione cōmunis, ſed ſecundum ſecundam

dam

A dã ſumitur cõe multiplicatum ſiue confuſum. Cum ergo terminus communis, vt ſic ſit in ratione generis, non eſt poſſibile ipſum multiplicari inquantum hmõi. & hæc quatuor argumenta ſunt concedenda Cauſa autem pp quam mouebantur iſti, qui fuerunt hmõi opin. facilis eſt ad ſoluẽdum, quæ tantum eſt vna quia cum dicitur, omnis hõ eſt animal cum vnicuique homini reſpondeat ſua animalitas, ſiue ſua eſſentia (cum nõ poſſit eſſe homo quin ſit animal) ideo ipſi dixerunt quod iſte terminus
B animal tenetur pro tot animalib. pro quot hominibus homo. Quod autem in illo argumento nulla ſit cauſa apparentiæ, patet quia cum dicitur, omnis homo eſt albus neceſſe eſt quod tot animalitates intelligantur in ſubiecto, quot ſunt homines in quibus tenetur homo. Vnde nihil eſt dicere qđ habeat illas animalitates a prædicato, cum ibi prædicatur album, vnde dicendum quòd homo Logicę loquendo non naturaliter ex rationali, & animali componitur, ideo de ſe habet illarum animalitatũ mul
C tiplicationem, unde, cum dico ſic, omnis homo eſt albus, nullo modo habet illas animalitates a prædicato, cum ibi prædicetur albus, vt dictum eſt, ſic autem eſt in propoſito, cum ibi prædicetur genus de ſpecie, vt omnis homo eſt aĩal. In hac enim propoſitione ſubijcitur homo, in quo intelligitur multitudo illarum animalitatum & prædicatur hic genus animal qđ nullo modo confunditur mobiliter, vel immobiliter, ſed ſtat ibi ꝓ natura, ſiue pro eſſentia ipſius generis communis prędicabilis de pluribus, vnde animal prædicatur

& intelligitur in ſubiecto, ſicut hic D
omne animal rationale eſt animal. Similiter dico, quòd hoc verbum eſt non confunditur mobiliter, vel immobiliter, quia quòd animal eſſet, vel exiſteret in hoc homine, hoc habet ſubiectum de ſe antequam in propoſitione ſubijciatur prædicato eſſentiali, vel accidentali. Et propter hoc deſtruimus quandam diuiſionem factam, ſcilicet confuſarum ſuppoſitionum, alia eſt confuſa neceſſitate rei, alia eſt confuſa neceſſitate modi ſiue ſigni. Dicimus enim qđ omnis confuſio fit neceſſitate ſi- E
gni, vel modi, vt cum dicitur omne animal rationale eſt animal, iſte terminus animal in ſubiecto poſitus tenetur neceſſitate ſigni pro omni animali quod eſt homo. Similiter hic omnis homo eſt animal, iſte terminus homo tenetur pro omni homine, & non ſolum pro homine, ſed etiam pro omni animali, quod eſt homo, & ideo intelligũtur tot animalitates quo humanitates naturaliter loquendo, quia eadem eſt humanitas in quolibet indiuiduo hominis ſe- F
cundum viam *Logicorum*, non tamen ſecundum viam naturæ, ſic homo in communi idem eſt, vnde quòd ſit hæc animalitas vel illa hoc eſt ratione materiæ In via. n. naturæ humanitas mea differt ab humanitate tua per ſe, & anima mea, per quam cauſatur humanitas mea in me, alia eſt ab anima tua, per quam cauſatur humanitas tua in te. Et propter hoc ſignũ confundit hominem non tamen confundit animal in communi, ſed animal contractum ad hominem per ſuas differentias, vnde ſequitur quòd omnis confuſio fit

A neceſſitate ſigni, vel modi, et hęc tantum de ſuppoſitionibus quantum ad terminos abſolutos.

Quid ſuppoſitio confuſa.

Poſtquam Auctor definiuit ſuppoſitionem determinatam, hic conſequenter definit ſuppoſitionem confuſam dicens quod ſuppoſitio confuſa eſt acceptio termini cōis pro oībus ſuis inferioribus mediante ſigno uniuerſalis in qua definitione ponitur acceptio loco gñis, & termini cōis, ad drīam ſuppoſitionis diſcretæ; & pro oibus ſuis inferioribus, ad drīam ſuppoſitionis naturalis ſimplicis determinatæ, & mediante ſigno vniuerſalis, ad drīam ſuppoſitionis confuſæ, quę fit per negationē, de qua non eſt hic ad propoſitum.

B

Signorū vniuerſaliū affirmatiuorū ac negatiuorū iudiciū.

Primo ſciendum, quod non eſt ſimile de ſigno vniuerſali affirmatiuo & negatiuo, quia negatio quicquid poſt ſe inuenit totum deſtruit, & ſic eius oppoſitum ponit ideo ſignum vniuerſale negatiuum inquantum eſt ſignum vniuerſale deſtribuit terminum cōem cuius eſt determinatio immediate, ſed inquantum eſt negatiuum deſtribuit terminum cōem poſitum in prędicato Sed ſignum vniuerſale affirmatiuum diſtribuit ſolum terminum cōem cuius eſt immediata determinatio. unde quædam ſunt quę per ſe confundunt terminum ſiue deſtribuunt, ſicut ſunt C ſigna vniuerſalia quæ denotant terminum cōem teneri vniuerſaliter, alia ſūt quæ confundunt ſolum per accidens, ſicut negatio quæ per ſe hēt negare, cōfundere aūt per accidens, & ſimiliter dicendum eſt, de quibuſdam terminis includentibus negationem, ratione cuius ſibi conuenit confundere per accidēs, ſicut tantum, ſolum, & ſic de alijs.

Cōfuſū dupliciter dr̄ et q̄ dicat̄ ſuppoſitio confuſa.

Secundo ſciendum ꝙ aliquid dicitur confuſum dupliciter. Vno mō ſimpliciter, quod ſimpliciter eſt infinitū. Alio mō dicitur cōfuſum, ut idem eſt quod indeterminatum, & ſic ſuppoſitio dicitur confuſa. i. indeterminata, quia ad veritatem propoſitionis in qua ſubiectum ſuppoait non ſufficit ueritas pro vno ſuppoſito determinato, ſed requiritur veritas pro omnibus ſuis ſuppoſitis, ideo nunquam vel raro pt̄ ſciri determinatę ſi talis propoſitio ſit vera, & hoc in materia contingenti. D Vnde ſuppoſitio confuſa requirit deſcenſum ad ſuppoſita termini ſupponētis cōfuſe. Vñ deſcenſus eſt conſequentia formali qua arguitur ab antecedente in quo ponitur terminus cōis ſupponens confuſe ad conſequens, in quo enumerantur ſingularia termini cōmunis, ideo deſcenſus & inductio ex oppoſito ſe habent quia inductio eſt progreſſio a ſingularibus ad vniuerſale, ſed deſcenſus eſt progreſſus ab vniuerſali ad ſingularia eius; Ex quibus patet, quod ſuppoſitio confuſa eſt accept o termini cōmunis pro omnibus ſuis ſuppoſitis per ſe, & mediāte ſigno vniuerſali. E

Cōfuſe ſuppoſitionis ſpecies apparētes.

Tertio ſciendum, ꝙ ſuppoſitionum confuſarum, alia eſt cōfuſa neceſſitate ſigni, vt oīs homo currit, ille terminus cōis homo ſupponit confuſe neceſſitate, illius ſigni omnis. Alia eſt confuſa neceſſitate rei, ſicut omnis homo eſt animal, ille terminus animal ſupponit pro tot animalibus pro quot hominibus homo, Vnde quidā ponentes iſtā diuiſionem dixerunt, quod non eſt inconueniens quod idem terminus ſecū dum diuerſas eius habitudines habeat F diuerſas ſuppoſitiones, vt dicendo, omnis homo eſt animal, ſi animal in iſta propoſitione teneatur in ſe, & abſolute pro natura cōi, ſic ſupponit ſimpliciter, ſi uero teneatur pro eiſdem ſuppoſitis de quib; pdicat̄, ſic ſupponit confuſe. Sed hanc diuiſionem improbat Auctor in textu multis rationibus, quarū prima eſt. oē quod prædicatur de alio prædicatione proprie dicta prædicatur vt æquale vel vt maius, ſed animal prędicatur de homine prędicatione proprie dicta; ergo vt æquale, vel vt maius non vt æquale, ergo vt maius, & non vt differentia, vel ſpecies, ergo vt genus. & non vt accidens, ergo vt eſſentiale, ſed natura animalis diſtributa in ſingulis hominibus, nō eſt genus, ergo

in

A in tali propoſitione prædicatur natura animalis abſolute, & per conſequens animal ſupponit ſimpliciter in illa propoſitione, oīs homo eſt animal.& ita in ſimilibus. Aliæ rationes ſatis patent in textu, ideo pro præſenti cauſa breuitatis omittuntur.

De immobili, ac mobili confuſa ſuppoſitione.

Quarto ſciendum qꝫ ſm quoſdam, ſuppoſitionem cõfuſarum, alia eſt mobilis, alia immobilis. Mobilis eſt, quando poteſt fieri deſce ſus ad ſuppoſita termini ſupponentis, vt omnis homo currit, ergo iſte homo currit, & ſic de alijs. Et vocatur mobilis, non quia ibi ſit motus realis, ſed, quia eſt deſcenſus ad ſuppoſita terminis ſupponẽtis. Sed immobilis eſt quando non poteſt B fieri deſcenſus ad ſuppoſita terminis ſupponentis. Et, quia iſta diuiſio ſequitur ex præcedenti, ideo eiuſdem rationibus poteſt improbari ſicut, et prima. Ex omnibus prædictis clare patet, qđ ſcientia de ſuppoſitione inuenta eſt ad hoc, vt per eam ſciatur pro quo, & qualiter vnuſquiſque terminus in propoſitione poſitus ſit capiendus, quia termini aliquando accipiuntur pro re vniuerſali, quandoque pro re particulari, & aliquando vtroque modo.

Quinq; ſuppoſitionis ſpecies.

Ex omnibus etiam prædictis patet, quod tantum quinque ſunt ſpecies ſup C poſitionis, ſ. diſcreta, naturalis, ſimplex, determinata, & confuſa, quarum ſic habetur ſufficientia, quia omnis ſuppoſitio eſt acceptio termini ſubſtantiui pro aliquo, vel ergo termini communis communiter tenti, vel non. Si ſecũdum, ſic eſt ſuppoſitio diſcreta. ſi primum, hoc eſt dupliciter, aut ſumitur pro ſe, aut cum adiuncto. Si primum ſic eſt ſuppoſitio naturalis, ſi ſecundũ, hoc eſt dupliciter, aut ſumitur pro re vniuerſali per ipſum ſignificata, aut pro ſuis inferioribus. Si primum, ſic eſt ſuppoſitio ſimplex, ſi ſecundum, hoc eſt dupliciter, aut tenetur vniuerſaliter D aut non. Si primũ ſic eſt ſuppoſitio cõfuſa, ſi ſecundum, ſi eſt determinata.

Sed contra prædicta arguitur primo ſic. In iſta propoſitione non homo currit, homo ſupponit confuſe cum æquiualeat huic, nullus homo currit, & tamen hoc non eſt mediante ſigno vniuerſali, ergo &c. Secũdo ſic. In iſtis propoſitionibus, hic & Romæ venditur piper, bis audiui miſſam, piper, & miſſa ſupponunt confuſe, & non determinate, cum nullum determinatum piper vendatur hic, & Romæ, & tamen hoc non eſt mediante ſigno vniuerſali, ergo. Tertio ſic. Idem eſt confuſum, & infinitum, ſed definitum eſt ignotum, ergo ſuppoſitio cõfuſa eſt ignota, & per E cõſequens non eſt definibilis. Quarto ſic. Quod non vnum ſignificat nihil ſignificat, vt habet Ariſ. 4. Metaph. ergo a ſimili quod non tenetur pro vno nõ ſupponit. & per conſequens terminus communis non poteſt teneri pro omnibus ſuis ſuppoſitis. Quinto ſic. Prædicatur vniuerſalis negatiuæ ſupponit confuſæ, & etiam cuiuslibet negatiuæ, & tamen non eſt mediante ſigno vniuerſali, ergo &c.

Ad argumenta. Ad primum dicitur, quod in illa propoſitione homo ſupponit confuſe per accidens, & non per ſe. Ad ſecundum dicitur, quod illi termini, & ſimiles ſoppunũt ſimpliciter, & F non perſonaliter. Ad tertium dicitur, quod patet ſolutio ex prædictis in ſecundo notabili. Ad quartum dicitur, quod negatur conſequentia, quia non eſt ſimile de ſignificatione, & ſuppoſitione, ſicut ſatis patet ex prædictis. Ad quintum dicitur, quod prædicatum propoſitionis vniuerſalis negatiuę ſupponit confuſæ per accidens tantum, & non per ſe. Et hæc de ſuppoſitionibus dicta ſufficiant.

PAR-

A

PARVORVM LOGICALIVM D

TRACTATVS SECVNDVS

SVMMA TRACTATVS.

De multiplici Relationum genere ac diuiſione, deque multis regulis illis cum communibus, tum proprijs.

Relatiuorum nonnullæ diuiſiones proponuntur.

B

Cap. de relatiuo.

RElatiuum eſt duplex. Vno modo relatiuum, eſt cuius eſſe eſt ad aliud ſe habere, & ſic relatiuum eſt vnum de decem prædicamentis. Aliud eſt relatiuũ qđ eſt ante latæ rei recordatiuũ, quia ut vult Pariſ. in maiori ſuo volu. relatio eſt ante latę rei recordatio, vt Soc. currit qui mouetur, ibi hoc relatiuum qui facit recordationẽ, ſiue relationem de Socr. qui eſt res ante lata. Omiſſis autẽ relatiui ſcđm primum modum,

C de relatiuis ſcđo modo hic intendimus. Relatiuorum aũt quędam ſunt relatiua ſubſtantiæ, vt qui ille, & ſimilia, quædam vero ſunt relatiua accidentis, vt talis, qualis, tantus, quantus. Relatiuum autem ſubſtantię eſt quod refert eandem rem numero cum ſuo antecedente, vt qui, ille. Item relatiuorũ ſubſtantiæ, quædam ſunt relatiua diuerſitatis, vt alius, & eſt illud, quod refert eandem rem in numerõ, & ſupponit pro alia, vt Soc. currit & aliud diſputat, quædam vero identitatis, vt qui ille, idem. Relatiuum autem ſubſtantiæ identitatis eſt quod refert, & ſupponit pro eodem in numero quo ſupponit ſuum antecedens, vt Socr. currit qui diſputat, ibi hoc relatiuum, qui refert Socra. & ſupponit pro Soc. Relatiuorum ſubſtantię identitatis, quædam ſunt nomina, vt quis, quidem, quædam ſunt pronomina, vt ille, idem.

E

ISte eſt ſecundus tractatus Paruorũ Logicalium de relatiuis. In quo Petrus Hiſpanus poſtquam in præcedẽte determinauit de ſuppoſitione termini, hic conſequenter determinat de relationi termini. Et ratio ordinis eſt, quia relatio termini, de qua eſt hic ad propoſitum præſupponit ſuppoſitionẽ termini ſicut ſuppoſitio præſupponit termini ſignificationem, ideo prius determinandum fuit de ſuppoſitione quam de relatione, & ſimiliter prius determinandum eſt de relatione, quam de alijs proprietatib. eius, quæ ſunt ampliatio, appellatio, reſtrictio, & diſtributio, q̃a relatio communior eſt illis, & eo quod reſpicit terminum tam ſupponentem, quam copulantem, aliæ uero terminũ ſupponentem nõ quacũque ſuppoſitione, ſed perſonali ſolum & quia cõiora ſunt prius determinãda, ideo prius determinandum fuit de ſuppoſitione, & poſtea de relatione antequã de alijs. vñ ſicut in tractatu ſuppoſitionũ termi- Qua ratiõe hic de relatione agatur.

F

nus

A nus ſupponens eſt ſubiectũ attributionis,ita terminus relatiuus eſt ſubiectũ attributioni huius tractatus,& relatio cum proprietas eius quemadmodum ſuppoſitio termini ſupponẽtis. Ex quo patet ꝙ ſcientia tradita in hoc tractatu eſt diſtincta ſcientia ſuppoſitionum, quia ſcientiæ diſtinguuntur quemadmodum ſubiecta de quibus ſunt.

Quid relatiuũ diuerſimode cõſideratum.

Primò ſciendũ ꝙ relatiuũ eſt æquiuocum ſiue multiplex,& multiplex indefinitum parit confuſionẽ, ideo Petr. Hiſpan. diſtinguit relatiuum, ut eligat mẽbrũ de quo eſt ſibi ad ꝓpoſitũ dicẽs ꝙ duplex eſt relatiuũ,vnũ eſt cuius totũ eſſe eſt ad aliud ut totũ, eſſe patris B eſt ad filiũ,& totũ eſſe filij eſt ad patrẽ, & de tali determinat̃ in ꝑdicamentis, aliud eſt relatiuũ quod facit relationẽ de re ante lata,& de tali eſt hic ad propoſitũ, & definit̃ ſic. Relatiuũ eſt ãte latæ rei recordatiuũ,& ſic relatio eſt rei ante latæ recordatio, quomodo definitur a Priſciano in minori volumine.

Relatiuum ſubſtantię & accidentis quid.

Secundò ſciendum, ꝙ relatiuorum, quædã ſunt ſubſtantiæ,& quædã accidentis. Ratio eſt,quia oẽ relatiuum eſt ante latæ rei recordatiuũ, vel ergo rei ſignificatæ,per modũ ꝑ ſe ſtãtis,vel per modum alteri adiacẽtis,ſi primũ,ſic eſt relatiuum ſubſtãtiæ,ſi ſecundum, ſic eſt relatiuum accidentis, ideo iſta diuiſio eſt analogi in ſua analogata,quia relatiuum dicitur per prius de relatiuis ſub- C ſtantiæ quam accidentis, Ex quibus patet definitio relatiui ſubſtantiæ. Relatiuum n. ſubſtãtiæ eſt recordatiuum rei ante latę ꝑ modũ per ſe ſtãtis ſignificatę,ſicut qs, ille,idẽ,& ſic de alijs. Sed relatiuũ accidẽtis eſt recordatiuũ rei ante latæ ſignificatæ ꝑ modũ alteri adiacẽtis,ut talis,qualis, & ſic de alijs.

Relatiuũ ſubſtãtię diuiditur.

Tertiò ſciendũ, quod relatiuum ſubſtantiæ ſic diuiditur in textu, relatiuorum ſubſtãtiæ aliud eſt idẽtitatis,aliud diuerſitatis. Relatiuum identitatis,quod refert,idem in numero cum ſuo antecedente,& pro eodem ſupponit,ut dicẽndo,Soc.cur.qui diſputat,illud relatiuum qui refert Soc.ſicut n. ſubſtãtia tempore natura,& definitione præcedit accidentia, ſic relatiuum ſubſtantiæ pręcedit relatiuum accidẽtis, ideo Auctor prius determinat de relatiuo ſubſtantiæ quam accidentis. Et huius diuiſionis ratio eſt,quia omne relatiuũ ſubſtantiæ ſupponit pro eodem in numero cum ſuo antecedente, aut non ſi primum, ſic eſt relatiuum identitatis, ſi ſecundũ ſic eſt relatiuũ diuerſitatis. D

Quid relatiuũ identitatis ſubſtantiæ.

Quarto ſciendum, quòd relatiuum ſubſtantiæ idẽtitatis eſt quod ſupponit ꝓ eodẽ in numero cũ ſuo antecedẽte, vt dicendo, homo currit qui diſputat, illud relatiuum qui,refert Soc.& ſupponit ꝓ Soc. Aliter definiũt alij dicentes. Relatiuum identitatis eſt illud ꝙ E accipitur pro illo pro quo verificatur ꝓpoſitio antecedẽtis eius. Relatiuum vero diuerſitatis eſt id quod non ſupponit pro eodem in numero cum ſuo antecedente,ut dicendo Soc.currit, & aliud diſputat. Item relatiuorum identitatis,vt dicitur in textu quędam ſunt nomina ut quis, alia ſunt pronomina vt ille, & ſic de alijs, q̃ diſtinctio ſatis manifeſte eſt per Priſ. in ſuo minori volumine illa diuiſionem ponentem.

Argũ.

Sed cõtra prædicta arguitur primo ſic. De relatiuis determinat̃ in prædicamentis,ergo hic non debet determinari de ipſis. Secundo ſic. Relatiuũ diuerſitatis ſignificat aliam rẽ a re ante lãta,ergo non facit recordationẽ de re ante lata. Tertiò ſic. Si ponatur relati- F uum ſubſtantiæ diſtinctũ a relatiuis accidentis,ſequeretur quòd nullũ relatiuum ſubſtãtiæ reperiret̃ inter terminos accidẽtis,quod eſt falſum, quia in iſta propoſitione,albedo eſt color quæ eſt qualitas, hoc relatiuũ quæ refert albedinem,quæ eſt accidens,ergo relatiuum ſubſtantiæ nõ diſtinguitur a relatiuo accidentis. Quarto ſic. Si diuiſio relatiuorum ſubſtantiæ eſſet ſufficiẽs, vel eſſet diuiſio totius in ſuas partes integrales, vel uocis in ſuas ſignificationes vel analogi in ſua analogata,ſed nõ videtur,ꝙ ſit aliquod illorum, ergo diuiſio eſt inſufficiẽs Quinto ſic hoc relatiuum

A uum,qui,eſt relatiuum ſubſtatiæ, & tamen in hac propoſitione mulier, quæ dãnauit,ſaluauit,non ſupponit pro eodem in numero ſicut ſuum antecedẽs. nã Eua dãnauit,& beatiſſima virgo ſaluauit, ergo relatiuum idẽtitatis nõ ſupponit pro eodem in numero ſicut ſuũ antecedẽs, & eodẽ mõ poſſet argui,ſignũ fuit cauſa vitæ qđ fuit cã mortis, ſimiliter,hõ peccauit & ille redemit.

Solutio Ad argumẽta. Ad primũ dr.ꝙ licet in prędicamentis determinetur,de relatiuis, tñ hic & in prædicamẽtis de ipſis diuerſimode determinatur, ut uiſu eſt in primo notabili. Ad ſecundum dicitur, quod licet relatiuum diuerſitatis primo & per ſe ſignificet aliam rem a

B re ante lata,tñ ex cõſequenti dat in intelligere rem ante latam, ſicut qñ dr. Soc.currit, quod alius diſputat, ſenſus eſt,alius diſputat,alius hõ a Soc.diſputat,ideo ex conſequenti dat intelligere Soc. Ad tertium dr,ꝙ ſubſtantia poteſt capi dupliciter. Vno modo proprie, vt diſtinguitur contra accidẽs,iſto modo nõ capitur hic cum dicitur relatiuum ſubſtantiæ. Alio modo cõiter pro oĩ illo quod habet modum ſubſtãtiæ,& ſic capitur hic.ideo bene reperitur relatiuum ſubſtantiæ inter terminos de genere accidentium, ſicut albedo q̃ licet ſit accidens,quia tñ ſignãt per modum ſubſtantiæ,ideo ſibi attribuitur relatiuũ ſubſtantiæ dicendo, albedo quæ eſt co

C lor eſt qualitas. Ad quartum dicitur,ꝙ ſicut ens diuiditur in idẽ, & diuerſum ſecundum prius,& poſterius,eo quod idem ſe hẽt ad diuerſum, ut vnum ad multa,& ſicut habitus ad priuationẽ, ideo ẽns per prius dicitur de codẽ q̃ de diuerſo,ita ſimiliter diuiditur relatiuũ ſubſtantiæ in relatiuum identitatis, & diuerſitatis,quare iſta diuiſio eſt analogi in ſua analogata, quia relatiuũ ſubſtantię per prius dr de relatiuo identitatis quam de relatiuo diuerſitatis. Et hæc eſt ratio quare Auctor prius determinauit de relatiuis identitatis, quam de relatiuis diuerſitatis. Ad quintũ dr, quod duplex eſt relatio. Quædã eſt ſimplex quę eſt qñ relatiuũ & antecedẽs

D ſupponunt pro eodem in ſpẽ, & nõ ꝑ eodem in numero,& iſta relatione referũtur prędicta relatiua ad ſua antecedentia,& de iſta nõ intelligitur in diffinitionib. Alia eſt relatio perſonalis, q̃ eſt qñ ꝑ eodem in numero ſupponunt relatiuum, & antecedẽs ut ibi. Soc.currit qui diſputat, & iſta relatione nõ referũtur prędicta relatiua ad ſua antecedẽtia,de qua tñ ſolum hic intelligitur.

Relatiuum identitatis Subſtantiæ diuiditur in Reciproco, & non Reciprocum.

E Item relatiuorum pronominũ idẽtitatis,quædam ſunt reciproco vt ſui, ſibi, ſecũ ſuo poſſeſſiuo uel ſuus ſua ſuum. Alia uero nõn reciproca,aut ille,idem. Relatiuũ autem reciprocum dicitur nõ quod ſit patient,ſed quia ponit modum patientis ſupra ſubſtantiam agentem quia aliud eſt patiens,et aliud modus,patientis,qđ patet per hoc quòd nominatiuus poteſt eſſe patiẽns,ut dicendo Soc. percutitur, ſed non poteſt habere modum pa

F tientis, unde modus patientis ſemper eſt in obliquis, & ſic patet qđ aliud eſt patiẽs,& aliud modus patientis. Si quæratur quid addatur ſupra patiens per relatiuum reciprocum,dicẽdum eſt, quòd addit identitatem ſubſtantiæ, & ponit eam ſub modo patientis, vt Socr. videt ſe ibi ſubſtantiæ, quæ prius erat agens ponitur ſub modo patientis,in hoc pronomine ſe. Vnde reciprocum ſic poteſt definiri. Reciprocũ eſt,quod ſignificat ſubſtantiam agentem ſub modo patientis. Vel ſic. Reciprocum eſt idem, quod ſui ipſius paſſiuum, & ideo hoc relatiuũ ſui ſignificat

A per modum patiētis in quem dici
tur trāſire actus verbi. Noīatiuus
aūt ſignificat per modum agētis.
Item ſi quęratur quare hoc pro-
nomen ſui, ſibi, ſe caret noīatiuo. Di-
cendum, ꝙ ſolutio patet ex prēmiſ
ſis, quia agēs non poteſt ſignifica-
re patiens ſiue ſub modo patiētis,
niſi in obliquis, ſed noīatiuus dicit
modum agētis, & ideo natura no-
minatiui repugnat naturæ huius
pronominis ſui. Et ideo nō poteſt
habere nōīatiuum. Ex prędictis pa-
tet, ꝙ relatiuū identitatis referūnt
eandem rem ſub eodē ſuo antece
dente, & ſemper ſupponunt pro
eadem re in numero. Et ex hoc pa-
tet, ꝙ maior eſt certitudo per re-
latiuum identitatis quam per ſuū
antecedens, loco relatiui poſitum,
vt homo currit, homo diſputat,
quia dubium eſt, vtrum de eodem
hoīe dicatur. Sed cum dicitur hō
currit, & idē diſputat, certum eſt,
ꝙ de eodē hoīe dicatur. hoc.n. pa-
tet per Priſcianum dicētem in ma
iori ſuo volumine. ꝙ cum dicitur,
Aiax venit ad Troiā, & Aiax forti
ter pugnauit dubium eſt an de di-
uerſis. Sed cum dicitur Aiax venit
ad Toroiam, & idē fortiter pugna
C uit, de eodem Aiace in numero ſta
tim intelligitur. Et ſic patet, ꝙ ma
iorem certitudo per relatiuū idēti
tatis, quam per ſuum antecedens
loco talis relatiui poſitū. Solet aūt
dubitari circa relatiua identatis,
vtrū deceptio facta eſt diuerſa re-
latione fiat ſecundū æquiuocatio-
nem, vel ſecūdū amphibologiā,
vel ſecūdū aliquā aliā fallaciā, vt
dicēdo hō videt aſinum qui eſt ra
tionalis, ibi hoc relatiuum, q. pōt
referri ad hūc terminū qui eſt hō,
vel ad hūc terminū q eſt aſinus, &
ſic ſūt ibi diuerſe relationes, & er-

Relatiua identatis q̄ referāt. B

go ſecundum aliquos ſolet ibi cō D
ueniēs aſſignari ęquiuocatio. Sed
contrarium arguitur, hoc nomen
q̄ ſecundum ꝙ eſt relatiuum ſigni
ficat rem vnam æqualiter ſe habē
tem ad illud, quod ſignificatur per
modū ſubſtātię, vt color qui eſt in
corpore locus qui, cōtinet rem lo
catam, & ſic de alijs, ergo deceptio
facta ex diuerſa relatione nō facit
æquiuocationē. Item hoc nomen Queſtio de relatiuo qui.
qui, ſecūdum, quod eſt nomen ſi-
gnificat ſubſtātiam infinitam, ſed
iſta ſubſtantia infinita apta nata
eſt finitari tā per vnum accidens
quam per aliud, ergo cum illa ſub E
ſtantia infinite ſūpta in ſe ſit vna,
& poteſt referre quodlibet antece
dens, ergo ſignificatum huius rela-
tiui erit vna, quare ſequitur, ꝙ ibi
nō erit ęquiuocatio. Item rō cuius
libet relatiui ſecundum, quod rela
tiuū, eſt vna vna, hæc. ſ. res ante la-
ta uel rei ante latę recordatiuum,
ergo oē relatiuum ſecūdum, quod
relatiuum participat vnum nomē
& vnam rationem, ergo relatiuū
eſt ęquiuocum inquantum eſt an-
te latę rei recordatiuum. ergo par F
ticularia relatiua vt qui ille, &
alius inquantum ſunt relatiua ſuo
rum antecedentium nō ſunt æqui
uoca. Si aliquis obijciat. ꝙ hoc re
latiuum qui, alterius eſt rationis
ſecundum, ꝙ tenetur in hoc ante
cedente homo. & alterius ſecun-
dum, quod tenetur in hoc antece-
dēte aſinus, vt in p̄dicta oratione,
ergo eſt cōe, & habet rōnes diuer
ſas, ergo eſt æquiuocum. Dicen-
dum, ꝙ hoc argumētū non valet.
Nā ſic poſſet probari, ꝙ quoli-
bet vniuocū, vt animal eſſet æqui-
uocum ſecundum, ꝙ eſt homo,
vel ſecundum, quod eſt in hoīe, &
aliā habet rōnem ſecundū quod
eſt

A eſt equus vel ſecundum, q eſt in equo,& ſic hoc nomen aial aliam babet ratione hic,& ibi,& eſt cõmune,non tñ æquiuocum ſed vniuocum. Soluendum eſt breuiter,q ſicut vniuoca dicũtur habere eandem rationem non ſecundum ſe, ſed in vniuoco vniuocante, vt homo,bos,equus, & ſimilia in aiali, ita ſimiliter etia relatiua dicuntur habere eandem rationem non ſecundum ſe, ſed in referẽte ſiue in relatione,et etiam habent idẽ nomen,ideo vniuocãtur in eo,ſed

B ille obiiciebat de rationib. relatiuorum ſecundum ſe. Vt de prędictas adiectiones ab iſta cõcedimus, & ideo concedimus,qđ deceptio facta ex diuerſa relatione non eſt ſecundum ęquiuocationem. Item illa deceptio eſt in ordinatione dictionum inter ſe, ergo eſt in orõne, quia ordinatio dictionũ nihil aliud eſt q̃ oro, ergo non eſt æquiuocatio,cũ æquiuocatio ſolũ ſit in vna dictione. Item,q ibi nõ ſit amphibologia probatur,qua vbicũq; fit amphibologia, ibi ẽ cõſtructio

C unius cũ alio, vt in hoc exemplo. liber Ariſt. quo ad prim ũ modũ et quo ad ſcdm modũ,ut hic,litus arat,quod ad tertiũ, vt in hoc, ſcit ſeculũ. Et ſcdm hoc patet inductiuæ per oẽs modos amphibologię, quod vbicunq. eſt amphibologia, ibi eſt cõſtructio vnius cũ uno tantũ,ſed vbicũq. sũt diuerſa relatiua nõ eſt cõſtructio vnius cũ vno tm immo vnius cũ diuerſis,ergo deceptio facta ex diuerſa rõne non facit amphiologiam. Item vbicunque eſt deceptio ex eo q aliqua dictio põt referri ad diuerſa eſt compoſitio, uel diuiſio, ſed deceptio ex diuerſa relatione eſt ex eo qđ aliqua dictio poteſt referri ad diuerſa,ergo deceptio ex diuerſa relatione eſt cõpoſitio, uel diuiſio,& hoc idem concedimus.

D

Poſtquam Auctor poſuit diuiſionẽ relatiuorum ſubſtantię,hic conſequẽter ſubdiuidit vnum membrum illius diuiſionis.ſ. relatiuum identitatis dicentes,q relatiuorum identitatis ſubſtantiæ, quædam ſunt reciproca, ſicut ſui,ſibi ſe a ſe,alia vero non reciproca, vt ille,idem & ſimilis. Cuius ratio eſt, quia omne relatiuum identitatis ſubſtantiæ ponit modum ſubſtantiæ patientis ſupra ſubſtantiã agentem, aut non. ſi primum, ſic eſt relatiuum reciprocum, ſi ſm,ſic eſt relatiuum nõ reciprocum. Vnde relatiuum dr reciprocum,non quod ſit patiens,ſed quia poni modum patientis ſupra ſubſtantiã agentem. ideo dr in textu, quod aliud eſt patiens,& aliud modus patientis, nominatiuus. n. põt eſſe patiens, vt dicendo. Soc. percutitur, ſed non poteſt habere modum patientis in ſignificando. Ideo dicit Paril. q modus agentis conuenit nominatiuo, modus vero patientis cõuenit obliquis. Ex quo patet quod illud relatiuum ſui eſt,relatiuum reciprocum, quia habet modum patientis, cum ſit in obliquis, & non in recto,vt dictum eſt. ideo illud pronomen ſui nominatiuo caſu caret.

Relatiuũ ſubę diuiditur in reciprocũ, & nõ reciprocũ.

E

Primo ſciendũ, q relatiuũ reciprocũ ſic definitur,quod eſt illud q ſignificat ſubſtãtiam agentem ſub modo patientis. vnde relatiuum reciprocum refert eandem ſubſtantiam in numero q̃ habet ſuum antecedens,& pro eodem in numero ſupponit. Ex quo ſequitur quod relatiuum reciprocum nõ refert ſuum antecedẽs ſumptum cum ſua diſpoſitione vniuerſali vniuerſaliter, rã ſi illa ſit vera ſequeretur,quod idẽ eſſet dicere,oĩs homo uidet ſe,& oĩs homo videt oẽm hoĩem, quia cũ relatiuũ idẽtitatis reciprocũ ſupponat pro eodem in numero ſicut ſuũ antecedens, cũ hõ in illa ppoſitione,oĩs hõ, videt, ſe tenea͠tur vter, & illud relatiuum ſe,

Relatiuũ reciprocum quid nõ inferat.

F

refert

A refert hoiem vniuerſaliter, quod eſt falſum vnde ut habetur in textu, maior eſt certitudo per relatiuum ſubſtātiæ, quam per ſuum antecedēs poſitum loco ſui, vt cum dr̄ Aiax venit ad Troiā, & Aiax fortiter pugnauit, ibi dubiū eſt vtrum ſic ſermo de eodē Aiace, in numero an non, ſed cum dr̄, Aiax, venit ad Troiam, & ille idem fortiter pugnauit, manifeſtū eſt quod de eodē Aiace, in numero eſt hic ſermo, quare maior eſt certitudo per relatiuum idētitatis, q̄ ꝑ ſuū antecedens, qđ loco ſui ponit.

Relatiui reciproci ab alijs diſcrimē. Secundo ſciendum, ꝙ relatiuū reciprocū differt ab alijs trib. mod° primo, quia antecedens ſignificatū per modū agentis ponit per modum patiētis, nō aūt alia relatiua. ſecundo differt, quia B relatiuum reciprocum conſtruitur cū eodēm verbo cū quo ſuū antecedens, quod tñ alijs relatiuis repugnat, tertio differt, quia relatiuū reciprocū refert idem ad ſeipſum, nō aūt alia relatiua, ex quo ſequitur, ꝙ reciprocatio ſolū conuenit relatiuis identitatis ſubſtātiæ licet non oib. Cuius ratio eſt, quia reciprocatio eſt quędā circularis relatio eiuſdē ad ſeipſum, ſolū aūt, relatiuum idētitatis ſubſtantiæ pro eodem ſupponit pro quo ſuum antecedens, quare ſibi ſolum conuenit reciprocatio.

Tertio ſciendum, ꝙ Auctor in textu C mouet quādam dubitationē quę talis An deceptio ex diuerſa relatione ꝓcedēs reciproca ſit. eſt, vtrum deceptio proueniens ex diuerſa relatione ſit ęquiuocatio, uel alia fallacia. Pro cuius ſolutione Auctor ponit tres rōnes probantes ꝙ non ſit ęquiuocatio, quarū eā breuitatis unā dicetur, quæ talis eſt. Illud relatiuū q̄ ſignificat ſubam infinitam, inquātum de ſe finiri pt̄ per quodlibet antecedēs, ergo illud relatiuū qui, quātum eſt de ſe uno noīe, & una rōne pōt quodlibet antecedens referre, ergo non eſt æquiuocum, ſed uniuocum, aliæ duæ rōnes clare patent in textu. Ex quo patet, quod relatiuum ſubſtantiæ in differens eſt ad referendum iſtud antecedens, ue l aliud ſed idem nomen, & eandem rationem referendi, licet ex parte diuerſorū accidentiū uariatur. ratio referendi ſicut rō animalis de ſe eſt vna, tñ ſecundū ꝙ recipitur in alia, & alia ſpēm variatur. Et ſic patet quod deceptio proueniens ex diuerſa relatione D ꝓuenit ex diuerſa ordinatione dictionis cum dictione q̄ nihil aliud eſt quā oratio. æquiuocatio autem prouenit ex multiplicitate dictionis ſimplicis, ergo iſta deceptio proueniens ex diuerſa relatione non eſt æquiuocatio.

Relatiuū ſubſtantię i differēs. Quarto ſciendum, ꝙ talis deceptio proueniens ex diuerſæ relatione non eſt amphibologia, quia ubicunque eſt amphibologia ibi eſt diuerſa conſtructio unius dictionis cum alia dictione, ſicut liber Ariſt. quantū ad primū modū amphibologiæ, & litus aratur quātū ad ſecundum, & ſcit ſeculum, quantum ad tertium modum, ſed vbi eſt diuerſa relatio non eſt diuerſa conſtructio unius dictionis cum alia, ergo deceptio proueniens ex diuerſa relatione E non eſt amphibologia. Sed ꝙ ibi ſit cōpoſitio uel diuiſiō, ꝓbatur, quia oīs deceptio proueniens, ex eo ꝙ aliqua dictio pōt ad diuerſa referri, eſt cōpoſitio, vel diuiſio, ſed hic eſt hmōi, ergo.

Argū. Cōtra prædicta arguitur primo ſic. Modus tā agēdi q̄ patiēdi conuenit antecedēti illius relatiui ſui, ergo ēt inter que modus dēt ſibi conueniri, & ſic pt̄ hr̄e nominatiuū. Scd̄o ſic. Relatiuū recipit a ſuo antecedēte certā ſignificationē, & ſuppoſitione, q a relatiuū ſignificat idē qđ ſuū antecedens, cū ergo in F illa propoſitione, oīs hō uidet ſe, illud antecedens hō ſupponat uniuerſaliter ſequitur qđ iſtud relatiuū, ſe quod eſt ſuū relatiuū, referat ipſum vniuerſaliter, & ſic cū diſpoſitione. Tertio ſic. Loco relatiui licet ponere ſuū antecedēs, ergo loco illius relatiui ſe, in iſta propoſitione, oīs hō videt ſe, licet ponere omnem hominē, & ſic ſe refert antecedēs cū ſua diſpoſitione, ergo relatiuū reciprocū refert ſuū antecedēs ſumptū cū ſua vniuerſali diſpoſitione. Quarto ſic. Argumento textus, quod deceptio prouenīēs ex diuerſa relatione ſit æqui-

A æquiuocatio dicẽdo ſic, homo videt aſinu q̃ eſt rationali, hoc relatiuũ q, refertur ad illud nominatiuũ hõ, vel ad illũ accuſatiuũ aſinũ, cũ igit̃ nõ poſſit illa duo referre eadẽ rõne. qa eſt alia ratio nominatiui, & alia rõ accuſatiui, ſequit̃ qđ tale relatiuũ æquiuocũ erit quare deceptio ꝓueniẽs ex diuerſa relatione eſt æquocatio, & nõ alia fallacia; Quinto ſic. Dicẽdo ſic. Canis videt piſcẽ q̃ ẽ ſubſtãtia. illud relatiuũ q̃ p̃t referre canẽ, vel piſcẽ, & quocunq; modo dicat̃ tenet̃ æquiuoce, cũ ſignificet idẽ quod

Solutio ſuum antecedens, quod eſt æquiuocũ.

Ad argu. Ad primum dr̃, quod nega

B tur cõſequẽtia antecedẽs vnius relatiui p̃t eſſe in recto, & in obliquis nõ illud relatiuũ in reciprocũ quod ſignificat p̃ modum patiẽtis & nõ oportet, ꝙ q̃cquid cõuenit antecedẽti conuenit et relatiuo. Ad ſm dr̃, ꝙ relatiuũ reciprocum certã relationem, aut ſignificationem, trahit ab antecedente, nõ tñ eodẽ modo natura diſtributionis, hoc impediente, ideo non ſequitur, ꝙ relatiuũ reciprocũ ſupponat vniuerſaliter. Ad tertiũ dr̃, ꝙ licet in relatiuis rẽciꝓcis licet loco ipſius ponere ãñcedẽs, nõ tñ in reciproco, qñ refert̃ ad terminum cõem ſumptũ vniuerſaliter impediẽte natura diſtributionis. Ad quartũ dr̃, ꝙ ſicut

C vniuoca ſm ſe conſiderata diuerſas rõnes hñt, & tñ vnã, & eãdẽ rõnẽ hñt in vniuocãte, ſicut homo, & equus in aĩali, ita ea q̃ referunt̃ ſecundum ſe cõſiderata diuerſas habent rõnes, & tñ vnã, & eãdẽ hñt in referente ſiue in ſuo relatiuo; & ita licet ſit alia rõ nominatiui, & alia rõ accuſatiui in ſuo relatiuo eadẽ eſt, ſicut eadem rõ equi, & hoĩs in aĩali. Ad quintũ dr̃, qđ illud relatiuum qui, & ita de alijs p̃t dupliciter conſiderari, uno mõ quãtũ ad rationẽ referẽdi, & ſic dẽt negari, quod ibi teneatur æquiuoce alio mõ p̃t conſiderari quantum ad ſuum ſignificatum determinatum per ſuum antecedens, & iſto mõ poteſt eſſe vniuocum vel æquiuocum, ſicut ſuum antecedens, & ita in propoſitione dicta bene tenetur æquiuoce, q

D

De relatiuis diuerſitatis, cum nonnullis regulis.

Sequitur de relatiuis. Relatiuũ diuerſitatis eſt, quod ſupponit pro alio ab eo, quod refert, ut Soc. currit, & alius diſputat, ibi hoc relatiuum alius refert Socr. & ſupponit pro alio a Socr. & ita facit recordationem de Socrate.

De relatiuis aũt diuerſitatis talis datur regula; Si relatiuũ diuerſitatis addatur ſuperiori fit inferius, & ſi addatur inferiori fit ſuperius. V. g. cum dicitur, aliud ab animali, ergo aliud ab homine ibi eſt locus a ſpecie ad genus ſiue a parte ſubiectiua ad ſuum totum vniuerſ. Je, et in hac ꝓpoſitione, aliud ab aĩali, hoc relatiuum diuerſitatis aliud cum additur animali, ꝙ eſt ſuperius ad hominem facit ipſum inferius, et in hac, aliud ab homine additur inferiori. ſ. homini, & ergo facit ipſum ſuperius, et ergo aliud ab animali eſt inferius ad aliud ab homine, et ideo ibi eſt locus a ſpẽ ſiue a parte ſubiectiua. (Prima regula. E)

De relatiuis identitatis datur regula ab Antiquis, Nulla propoſitio inchoata a relatiuis identitatis habet contradictoriã. Et aſſignãt talem cauſam, quia cum dicitur, omnis homo currit, et ille diſputat hoc relatiuum ille, habet reſpectum ad hoc antecedens, homo ꝓp dependentiã ſuç relationis, ſed quando negatio aduenit propoſitioni inchoatæ a relatiuo dicendo ſic, ille nõ diſputat, tũc negatio negat verbũ, quod ſequitur, & nõ negat reſpectum relationis quem habet ad antecedens, ergo negatio non negat totum quicquid affirmatio affirmat, ergo nõ contradi- (F Secũda regula.)

cit

A cit,ſed cũ hoc ſit in qualibet ꝓpoſitione inchoata à relatiuo ſequit, ꝙ nulla ꝓpoſitio inchoata à relatiuo hẽt contradictoriã. Sed cõtra hoc obiicit. Quicquid cõtingit affirmare cõtingit,& negare de quolibet ſuppoſito, ſed verbũ cõtingit negare de quolibet ſuppoſito, ergo, & contingit affirmare quolibet ſuppoſito, qđ eſt dictio relatiua,ergo quelibet ꝓpoſitio inchoa-
B ta à relatiuo hẽt cõtradictoriã. Itẽ q̃libet ꝓpoſitio ſiue enunciatio q̃ eſt vna hẽt contradictoriã,ſed ꝓpoſitio inchoata relatiuo,dummodo ibi nõ ſit aliqua dictio ęquiuoca, neq; plura ſubijciantur neq. ꝑdicant eſt vna ꝓpoſitio,ergo ꝓpoſitio inchoata à relatiuo hẽt cõtra-
Cap. 5. & ibi omnes ſcribẽtes. dictoriã. Itẽ dicit Ariſt. in 1.Perihermenias circa affirmationẽ, & negationẽ,ꝙ vni affirmationi una negatio eſt oppoſita & econuerſo vna negatio vni affirmationi inchoatæ,a relatiuo,negatio vna eſt oppoſita ꝙ concedimus dicentes ꝑdictã regulã eſſe falsã. Ad rõnes coiũ reſpondemus, ꝙ relatiuũ cõparat antecedens, & comparat ad verbum cui ſubijcit,vnde cũ affir-
C matio, & negatio ſic oĩo affirmatiua, vel negatiua alicuius de aliquo,vel alicuius ab aliquo hoc eſt ꝑdicari de ſubiecto, & iõ ſicut patet p diffinitionẽ ꝑdictã affirmationis,& negationis affirmatio,& negatio reſpiciũt tantũmodo cõparationẽ ſubi ad ꝑdicatũ,ergo in ꝓpoſitione inchoata à relatiuo tantummodo ſumit contradictoriũ p cõparationẽ relatiui ad verbũ cui ſubijcitur,& non cõparationẽ relatiui ad antecedẽs,quia ille reſpectus non eſt ibi propter natura affirmationis nec pp dependentiam ſubiecti inquantũ eſt ſubiectũ, ſed pp depẽdẽtiã eius,q eſt ſubiectũ. D
Dicẽdũ tñ eſt ſubiectum, qa aliud eſt ſubiectũ inquantũ ſubiectũ & id quod eſt ſubi,& aliud eſt ꝑdicatũ inquantũ ꝑdicatum,& illud qđ eſt pdicati, & ſic quicquid affirmatur in propoſitione inchoata à relatiuo,negatur in ſua contradictoria, qa contradictoria iſtius ille diſputat, eſt iſta nõ ille diſputat negatione propoſita relatiuo. De relatiuo identitatis non reciproco talis datur regula. Tertia relatiuo. Omne relatiuũ identitatis non reciprocum habet eandem ſuppoſitionem quam hẽt ſuum antecedens, vt cum dicitur, oĩs hõ currit, & ille eſt Soc.hoc re- E
latiuũ ille,ſupponit ꝓ oĩ hoĩe,quia ſenſus,eſt oĩs hõ currit, & ille eſt Socr.i. omnis homo eſt Soc.Dico aũt non reciprocum, quia cum dicitur omnis homo videt ſe non eſt ſenſus omnis homo videt ſe, non eſt ſenſus omnis homo videt omnem hominem, Vnde loco huius relatiui ſe, non licet ponere ſuum antecedens, loco autem alterius licet ponere.

Poſtquam Auctor determinauit de relatiuis identitatis ſubſtantiæ,hic cõ- F
ſequenter determinat relatiuis de diuerſitatis, primo ponendo definitionẽ eius ſecundo aſſignando aliquas regulas relatiuorum ſubſtantiæ.ergo ponit definitionem relatiui diuerſitatis dicens, quod relatiuum diuerſitatis ſubſtantię eſt.quod ſupponit pro alio innumero ab eo,quod refert, vt Soc.currit, & alius diſputat, hoc relatiuum aliud, facit relationem de Socr. in aliquo,& tamen ſupponit pro alio a Socrate in aliquo.

Dubi ſolutio. Primo ſciendum,qđ dubium poteſt eſſe cum dr, Socrates currit, & aliud eſt albũ,pro quo ſupponit illud relatiuum aliud.Ideo ad hoc dicunt quidã, quod ſupponit pro alio hoĩe Socrate,

[illegible] Soc. cur. [illegible] lius homo eſt [illegible] ſtatuere quia [illegible] ſeminini ge [illegible] ad ſup-ponendū p ſuppoſitis eiuſdē ſpeciei cū ſuo antecedēte maſculini gñis uel femi nini, ideo dicet inferius q alii ponit diuerſitatē iter ſuppoſita, ſed aliud dicit diuerſitatē i eſſētia, ideo cum dicitur, Soc. cur. & alius homo eſt albus, ſenſus eſt, alius particularis homo eſt alb. cū dicitur, Soc. currit, & aliud album, ſenſus eſt, aliud eſſentialiter eſt alb. & nō ſupponit pro re in eadem ſpecie, ideo diſtinguitur contra hoc relatiuum alius, quod determinatur per maſculinum genus ad ſupponendum pro eodem in ſpecie cum ſuo antecedente. B

Tres relatiuorū regulæ ad modū neceſſariæ.

Secundo ſciendum, q in textu aſſignā it tres regulæ relatiuorum, quarū prima eſt relat uorū diuerſitatis quæ talis eſt. Si relatiuū diuerſitatis ſubſtātiæ addatur termino ſuperiori & inferiori, tunc terminus inferiori fit ſuperior & ecōtra, ſicut aïal eſt ſuperius ad hoīem ſed aliud ab aīā li ē inferius ad aliud ab hoīe ſicut bñ ſequit̄, hō eſt, ergo aïal ē a ſpē ad genus, ita bñ ſequitur, lapis eſt aliud ab aïali, ergo ē aliud ab hoīe. Ratio huius ē qa virtualiter includit in ſe quādā negationē, ideo quāto actu plura ſignificātur tanto plura negātur, ſicut et negatio infinitās, vt nō hō i plus ſe habet q nō aïal, cū non hō de nō aïali uniuerſaliter pdicet, ſicut in cōuerſion: p cōtrapoſitionē ſatis dictū ē. C

Secūda regula.

Tertio ſciendum, q ſcda regula relatiuorū eſt. qđ nulla ppoſitio inchoata a relatione ſubſtātiæ habet cōtradictoriā. Quiam qdam regulam ponunt aliq tanq ue ā, Petrus aūt Hiſpanus recitat ipsā, & manifeſt et eā eſſe falsā, & iprobat eā, in textu tribus rationibus, quarū vltima talis ē. Cuilibet affirmationi uegatio appoſita & ecōtra, vt hēt Ariſ. in 2. Peri Hermenias, ergo affirmationi ichoatæ a relatiuo ſubæ erit negatio oppoſita cōtradictoriæ ecōtra, q cōcedimus dicētes pdictā regulā eſſe falsā. Aliæ duæ rationes clare patēt in textu iō cā breuitatis pro nūc relinquuntur. D

i. Periherm. ca. 5. & ibi ſcribentes.

Quarto ſciē dū, q tertia regula tal s eſt, q relatiuū identitatis ſubſtātiæ nō reciprocū eodē mō ſupponit ſicut ſuū antecedēs, ut oīs hō eſt aïal, & ille eſt ſubſtātia, hoc relatiuū ille, ſupponit p oī hoīe, & eſt ſenſus, oīs hō eſt aïal, & ille ē ſubſtātia, i. oīs hō ē aïal, & oīs hō eſt ſubſtātia, & dr̄ notāter nō reciprocum qa ut dictum, cū dr̄ oīs hō videt ſe, nō eſt ſenſus, q oīs homo uidet omnē hominē. iō ſicut ē̄ dictū eſt loco relatiui reciproci non licet ponere ſuū antecedens, ſicut fit de relatiuis idētitatis ſubſtantiæ non reciprocis, & ideo ibi non poteſt fieri diſcenſus, niſi ſub antecedente dicendo, omnis homo videt ſe, ergo Socra. videt ſe, & Plato videt ſe, & ſic de alijs. E

Argū. Tertia regula.

Sed cōtra pdicta arguitur primo ſic. Negatio addita ſuperiori, & iferiori ñ facit, q ſuperius fit inferius, aut ecōtra, quia ſolū hēt negare, ergo nec relatiuū diuerſitatis hoc facere pōt virtute negationis. Scđo ſic. In non entib. non ſunt genera neq; ſpecies, ergo non hō non eſt genus ad non aïal, nec aliud ab homine ē, genus aliud ab animali, quare male dictū eſt q arguendo ſic, lapis eſt aliud ab aïali, ergo eſt aliud ab homine arguit̄ a ſpecie ad genus. Tertio ſic. Nō ſequit̄ per primā regulā Socr. eſt alter ab hoīe, ergo eſt alter a ſeipſo, ergo illa regula nō eſt vera. Quarto ſic. Contra ſecundā regulā probando ipſam eſſe ueram ratione qua mouebātur antiqui, quę talis eſt. cum dr̄ homo eſt & ille deſputat, hoc relatiuum ille habet reſpectum ad ſuum antecedens ppter dependentiam ſuæ relationis, ergo cū negatio negans quæ nō agit ante ſe ſequitur ipſum relatiuū, vt dicendo Soc. cur. & ille diſputat, non negat qđ affirmatio affirmat, quare non facit contradictionem. Quinto ſic. Quod tertia regula nō ſit vniuerſaliter uera, quia dicēdo, homo currit, & illa eſt digniſſima creaturarū, vel ille eſt ſpecies, hoc relatiuum ille ratione illius adiuncti ſpecies uidetur habet, ſuppoſitionē ſimplicem, F

A plicem, & tamen ſuum antecedés, ſupponit perſonaliter, ergo tertia regula non eſt vniuerſaliter vera.

Solutio Ad argumenta. Ad primũ dr̃, ꝙ negatio primo. & p ſe hẽt negare, ſed ex cõſequẽti hẽt diſtribuere, & facere terminũ inferiorẽ ſuperiorẽ, & ecõtra Ad ſm dr̃, ꝙ dupl'r põt intelligi, ꝙ in non entibus, ſiue in negationib. ſit genera, & ſpẽs. vno mõ ẽm veritatẽ, & ſic conceditẽ, ꝙ ibi non ſunt genera nec ſpẽs. alio mõ ẽm modum tm̃, & iſto modo in non entib. bñ ſunt genera, & ſpẽs, & ideo licet non homo non ſit verum genus ad non animal, habet tñ modum generis reſpectu ipſius, & ita dr̃ aliud

B ab homine in ordine ad aliud ab animali. Ad tertiũ dr̃, ꝙ regula intelligitur de relatiuis ſubſtantiæ, modo alterum eſt relatiuũ diuerſitatis accidentis, & ideo concedendũ eſt, ꝙ regula ſibi non conuenit. Ad quarttum dicitur, ꝙ Pet. Hiſp. reſpondet, quod relatiuum comparatur ad ſuũ antecedens, & comparatur ad verbum cui ſubijcitur, per comparationẽ uno relatiui ad verbũ ſumitur qualitas propoſitionis, & non per comparatione relatiui ad antecedens, ideo negatio in cõtradicẽdo hẽt tm̃ negare cõparationem relatiui ad verbũ, & non comparationem relatiui ad antecedens, ideo rõ antiquorũ nulla eſt.

C Ad quintũ dr̃, ꝙ reſpondent aliqui, qđ relatiuum identitatis non reciprocum qñq; facit recordationem ſui antecedẽti ſine mutatione eſſe antecedentis, vel alicuius proprietatis eius, & tũc eodẽ modo ſupponit ſicut ſuum antecedẽs, qñq. vero facit recordationẽ ſui antecedentis cũ mutatione ſui eſſe, vel alicuius proprietatis. & ſic non oportet, ꝙ eodem modo ſupponat ſicut ſuum antecedens. licet ſit verum quod ſemper ſupponit pro eodẽ in numero numeroſitate eſſentiæ, vel ſuppoſiti. Aliter poteſt dici, & fortaſſe melius, ꝙ in illa propoſitione prædicta illud relatiuum ille ſupponit perſonaliter, & nõ ſimpliciter, quia ſuppoſitio relatiui identitatis ibi conuenit ratione ſui antecedentis, & non ratione alterius ſibi adiuncti. Et ſic patet de relatiuis ſubſtantiæ. D

De relatiuis accidentium, & eorum diuiſione multiplici.

Habito de relatiuo ſubſtãtię dicẽdum eſt de relatiuo accidentis. Relatiuum autem accidentis eſt, quod refert eandẽ rem per modũ denominationis, vt tale, quale &c. Vnde hæc eſt differentia relatiui ſubſtantiæ ad relatiuũ accidentis, quia relatiuũ ſubſtantiæ refert rẽ vniuocam per modum quod quid eſt, vt albedo quę eſt in pariete, color qui eſt in corpore, relatium autem accidẽtis eſt, quod refert rem ſuam per modũ denominationis, vt Soc. eſt albus, & talis eſt Plato, E & ſic de alijs. Alia autem differentia datur eorundem, quia relatiũ ſubſtantię refert idem in numero, relatiuum vero accidentis refert idẽ in ſpecie. vt Soc. eſt albus, & talis eſt Plato, quia idem in numero non põt eſſe in diuerſis ſubiectis, ſed bene idem in ſpecie. Relatiuorum autem accidẽtis aliud eſt relatiuũ idẽtitatis, vt talis, aliud vero diuerſitatis, vt alter. Relatiuũ accidẽtis F idẽtitatis eſt ꝙ refert eãdẽ qualitatẽ in ſpẽ, & ſupponi pro eadem in ſpecie, ut Soc eſt albus, & talis eſt Plato. Relatiuum autem accidentis diuerſitatis eſt qđ refert eadẽm qualitatẽ in ſpecie, ſed ſupponit ꝓ alio diuerſo in ſpecie, vt Socr. eſt albus, & alterius modi eſt Plato. Differt autem relatiuum ſubſtantiæ identitatis à relatiuis accidentium identitatis, quia relatiuum identitatis ſubſtantiæ refert eãdẽ ſubſtantiam in numero, relatiuũ autem identitatis accidentis non

Relatiuum accidẽtis quod.

A refert idem accidens in numero, ſed ſolum idē accidēs in ſpē. Relatiuorum accidētis idētitatis, aliud eſt relatiuū quātitatis continuæ, vt tātus, aliud vero q̄titatis diſcretę, vt tot quot. Itē relatiuorū numerorū, quædā ſūt noīa, vt to idē, quædā ſunt aduerbia, vt totiens. Sciendū ꝙ talis tantus, totiens, totidem, pſens dici relatiua reditiua & demōſtratiua relatiua vt ſi præſentes referant, demonſtratiua, vt cū dicimus demonſtrando Herc. talis fuit Plato. Si autem non referunt ad præſentes ſiue per demon- B ſtratione rerū pſentiū, tunc ſunt reditiua, qa reddunt interrogatione pcedente, vt qualis eſt Plato talis eſt Soc. Relatiua qn̄ ſine interrogatione pferunt, vt talis ē Soc. qualis eſt Plato. Et quando ad nomina adiectiua ſpecialiū accidentium dicunt, vt æthiops eſt niger & talis eſt coruus, & Soc. fuit alb. & talis eſt Plato. Et hæc relatiuis dicta ſufficiant.

Quid relatiuū accidentis. Poſtquam Auctor determinauit de relatiuo ſubæ, hic conſequenter determinet de relatiuis accidentis. Et ratio huius eſt, quia ſicut accidens ſe hēt ad ſubſtantiā, ita relatiuum accidentis ad C relatiuū ſubſtantiæ, ſed accidens poſterior eſt ſubſtantia nedum ſm ordinē naturæ ſed etiā ſm ordinem cognitionis, quia hēt cognoſci per ſuum ſubiectum, ergo relatiuum accidentis poſterius eſt relatiuo ſubſtantiæ, quare conuenienter de ipſo poſterius determinatur, vnde Pet. Hiſp. determinando de relatiuis accidentis, primo ponit definitionem relatiui accidentis, ſecundo, notificat ipſū aliquib. diuiſionib. ergo primo ponit talem definitionem relatiui accidentis dicens ꝙ relatiuum accidentis eſt ꝙ refert rem ſuam per modum denominantis, vt tale, quale, & ſimilia, vt dicendo, Soc. eſt alb. & Pla. eſt talis, illud relatiuū talis, refert illud aſi- D cedētis albū denominādo Pla. albū implicite qa ſēſus eſt talis. i. Plato eſt alb.

Duobus modis relatiuū accidentis a relatiuo ſubſtantiæ differt. Primo ſciendū, ꝙ relatiuū accidentis differt a relatiuo ſubæ duob. modis. Primò, quia relatiuum ſubſtantiæ refert rem ſuā per modum per ſe ſtantis ſiue per modum eius quod eſt quid, vt albedo q̄ eſt qualitas eſt calor q̄ eſt in pariete, & ſic de alijs Relatiuū aūt accidentis refert rem ſuā per modū denominationis, ut dicendo. Soc. eſt bipedalis, & tātus eſt Pla. Secūdo differt, qa relatiuū ſubæ refert idem in numero cum ſuo antecedente, relatiuum uero accidentis non. ſed ſolum idem in ſpecie. Cuius rō eſt, quia idem accidens in numero non poteſt eſſe in diuerſis ſub- E iectis, ſed bene idem accidens in ſpecie. Diuiditur aūt relatiuum accidentis in textu ſic. Relatiuorū aūt accidentis, aliud ē relatiuū identitatis, vt talis, qualis, tātus, quātus, & ſic de alijs. aliud eſt relatiuū diuerſitatis, ut alter, reliqs, & ſimilia. Quæ diuiſio eſt analogi in ſua analogata, qa relatiuū accidentis ſp F prius dr̄ de relatiuo identitatis quam de relatiuo diuerſitatis, quia relatiuū identitatis prius eſt, & perfectius eſt relatiuo diuerſitatis, ſicut idem prius eſt diuerſo. Cuius diuiſionis rō eſt, quia oē relatiuū accidentis ſupponit pro eodē in ſpecie cum ſuo antecedente uel nō, ſi primum, ſic eſt relatiuorū identitatis, ſi ſm, ſic eſt relatiuum diuerſitatis. Nota hoc.

Vnde dicat relatiuū accidentis. Scdo ſciendū, ꝙ relatiuum dr̄ accidentis, nō ꝙ refert accidēs ſolū, ſed qa facit recordationem de ſuo antecedente per modum accidētis. i. adiectiue ſignificati, ideo ſicut relatiuū ſubæ pōt reperiri in oib. nomen gn̄ib. accidētiū, ita relatiuum accidentis pōt reperiri in pdicamēto ſubæ, ut Soc. eſt humanus, & talis eſt Plat unde in textu relatiuū identitatis accidentis ſic definit. Relatiuū identitatis in accidentia. eſt quod refert idem accidens in ſpē, & pro eodem ſupponit cū ſuo antecedentis. Sed relatiuum diuerſitatis accidentis eſt ꝙ refert idem accidens in ſpecie cum ſuo ante-

A antecedente, ſed pro diuerſis in ſpecie ſupponit, vt Soc. eſt alb. & Soc. eſt alterius modi, vñ differt relatiuũ idẽtitatis ſubſtæ a relatiuo idẽtitatis in accidẽtib. q̃a relatiuũ ſubſtãtiæ identitatis refert eandem rem in numero cũ ſuo antecedẽte, relatiuum aũt identitatis in accidẽtib. non refert idẽ accidens in numero, ſed ſolũ idẽ in ſpecie. quare alia, & alia rõne dicitur relatiua identitatis.

Relatiuum idẽtitatis in accidentib. quo tuplex.

Tertio ſciẽdũ ꝙ, unum mẽbrũ p̃dictę diuiſio nis ſubdiuidi in textu ſic. relatiuũ idẽtitatis i accidẽtib. aliud ẽ relatiuũ in quãtitatib. ut tatus, quãtus, aliud ẽ qualitatis, vt talis, qualis. Cuius diuiſionis rõ eſt, q̃a relatiuũ idẽtitatis i accidentib. refert rẽ ſuã p modũ formæ qualificãtis id cuius eſt aut per modũ
B menſurę. Si primũ, ſic eſt relatiuũ qualitatis, ſi ſcm, ſic eſt relatiuũ quãtitatis, vnde in prędicta diuiſione determinatio diuiſi debet intelligi mẽbris diuidentib. vt ſit ſenſus relatiuorũ idẽtitatis, aliud eſt relatiuũ identitatis accidẽtis quãtitatis, aliud eſt relatiuũ accidẽtis qualitatis. In prędicta aũt diuiſione quantitas, & qualitas non capiunt ſpecialiter, vt ſunt predicamẽta ad inuicẽ, & ab alijs diſtincta, ſed quodam mõ accipiuntur cõiter. ſ. quantitas p oĩ eo quod ſignificatur per modum quantitatis, ſiue p modũ menſuræ, & qualitas
C p oĩ eo, quod ſignificatur per modum qualitatis, ſiuæ formæ qualificãtis. Ex quo patet, ꝙ relatiuũ idẽtitatis in accidentib. põt reperiri in ſubſtę, & in alijs prędicamẽtis a quãtitate, et qualitate.

Relatiuum idẽtitatis quãtitatis quid.

Quarto ſciendũ, ꝙ relatiuum identitatis quantitatis in textu diuiditur. nam aliud eſt relatiuum quantitatis continuæ, vt tantus, quantus, aliud eſt relatiuum quantitatis diſcretæ, vt tot, quot, & iterum relatiuum quantitatis diſcretæ, diuiditur, quia quedã ſunt nomine, ut tot, quot, alia vero aduerbia vt totiens quotiens, vnde in prædictis diuiſionibus determinatio diuiſi debet intelligi in membris diuidentibus ſicut dictum eſt in pręcedenti diuiſione. Sed vt habetur in textu relatiua idẽtitatis accidentis poſſunt eſſe relatiua D demonſtratiua, & reſponſiua ſiue redditiua, ſcm diuerſas rationes, q̃a, ſi referãtur ad rẽs præſẽtes dñr ut demõſtratiua, vt demonſtrando Tulliũ dicimus. talis eſt Achilles, & ſic de alijs. Et qñ redduntur interrogationi p̃cedẽti dicunt reſpõſiua, vel redditiua, ut ſi q̃rat qualis eſt Soc. & reſpõdeatur ipſe eſt talis qualis eſt Plato, qñ vero referuntur ad nomina adiectiua ſpecialium accidentium dicuntur relatiua vt etiops eſt niger, & talis eſt coruus, & pater eſt albus, & talis eſt filius.

Contra p̃dicta arguitur primo ſic. Accidẽtia ſenſibilia prius a nobis cognoſcuntur, ergo non eſt verum. quod accidens ſit poſterius ſubſtãtia ordine cognitionis. Secundo ſic. Relatiuum accidentis bene reperitur in genere ſubſtãtiæ, vt So. eſt rationalis, & talis eſt Plato, & tñ nõ reperitur ibi denominatio, ergo contra definitionem. Tertio ſic. Relatiuum identitatis accidentis reperitur in ſubſtantia, & in alijs generib. accidentium a quantitate, & qualitate, ergo prædicta diuiſio eſt inſufficiens, conſequentia patet, quia in plus eſt diuiſũ q̃ diuidẽtia. Quarto ſic. Relatiuũ ſubſtantiæ reperitur in quantitate, vt dicendo linea. quæ eſt quantitas, & in qualitate, vt dicendo, albedo quæ eſt in corpore, ergo mẽbra diuiſionis reperiuntur extra diuiſum, & ſic diuiſio eſt inſufficiens. Quinto ſic. Tantus, & quãtus q̃ ſunt relatiua quãtitatis cõtinuę, poſſunt reperiri in oratione, q̃ eſt quãtitas diſcreta vt dicendo, tanta eſt vna ſyllaba, quãta eſt alia. Sexto male diuiditur relatiuũ quantitatis in cõtinuũ, & diſcretũ ſimiliter tot, & quod, quæ ſunt relatiua quantitatis diſcretæ attribuũtur lineæ, vel tempore, q̃ ſunt quãtitates continuæ, vt dicẽdo tot ſunt horæ diei hodiernæ, quod ſunt eternæ. & ecõtra, ergo male diuiditur relatiuũ quãtitatis, & in relatiuum quantitatis continuæ, & quantitatis diſcretæ.

Argũ. E F

Solutio.

Ad argumenta. Ad primũ dicitur, ꝙ in nobis duplex reperit cognitio, quæ-

A dam eſt ſenſitiua, & ſic conceditur antecedēs alia eſt intellectiua, & de tali hic intelligitur, & ſic negat antecedēs. Ad ſm dr, q̄ licet in gñe ſubæ non ſit vera denominatio, tñ bene eſt denomi natio ſm modum, & hoc ſufficit. Ad tertiū patet ſolutio ex ſecundo notabili. Ad quartū ſimiliter. Ad quintū dr̄ quod tātus & quātus conueniunt orationi non ſm ſe, ſed ratione temporis in quo profertur. Similiter tot, & quot attribuuntur tempori, & lineæ non ſecundum ſuam ſubiectam, ſed ratione ſui accidentis ſcilicet actus menſurandi, qui eſt per modum diſcreti. Circa B hæc autem relatiua diuerſitatis accidentis, quæritur de veritate iſtius ſophiſmatis Socr. eſt alter a ſeipſo probatur, ſicut Socra. ſedent eſt alter a ſeipſo non ſedente, ut habet Porphyrius in prædicabilibus, ergo iſta eſt vera, D Soc. eſt altera ſeipſo. Improbatur ſic. Soc. eſt altera ſeipſo, ergo Socrates eſt alter ab homine, conſequētia tenet ab inferiori ad ſuum ſuperius, ſed conſequens eſt falſum, ergo, & antecedens, quod fuit ſophiſma. Item Socra. eſt idem ſibi ipſi, ergo non eſt alter a ſeipſo. Reſpondetur, quod ſophiſma eſt verum. Et ad primam improbationem dicitur, quod negatur conſequentia, & ad probationem dicitur, quod non arguitur ab inferiori ad ſuum ſuperius affirmatiue ſed potius negatiue. Ad aliam ſimiliter negatur conſequentia, quia idem importat vnitatem in ſubſtantia, alter vero importat diuerſitatem in accidentibus, iſta autem duo E bene ſe compatiuntur in eodem. Et hæc de relatiuis dicta ſufficiant.

PARVORVM LOGICALIVM

TRACTATVS TERTIVS.

SVMMA TRACTATVS.

C De ampliationis, reſtrictione natura, ac multiplicitate, & nonnullorum in ipſæ ſophiſmatum per regulas ſolutiones.

Quid perſonalis ſuppoſitio, & de reſtrictione. F

Suppoſitio perſonalis. Perſonalis ſuppoſitio eſt acceptio termini cōis pro ſuis inferioribus Cuius alia eſt determinata, alia cōfuſa, ut prius patuit. Itē perſonalis ſuppoſitionis, alia eſt reſtricta, alia ampliata, & ita ampliatio, & reſtrictio habent fieri circa ſuppoſitionē perſonalē. Reſtrictio eſt coarctatio termini communis à maiori ſuppoſitione ad minorem, vt cum dicitur, homo albus currit, hoc adiectiuum albus reſtringit hominem ad ſupponendum tantum pro albis. Ampliatio eſt extenſio termini communis a minori ſuppoſitione ad maiorem, vt cum dicitur, hō pōt eſſe Antichriſtus. Iſte terminus homo non ſolum ſupponit p̄ his, qui ſunt, ſed ēt pro his qui erunt, vnde ampliat ad futuros. Dico aūt termini

A mini,cõis,q̃a terminus ſingularis, vt Soc.nõ ampliat neq. reſtringit.

Ordo huius partis. Iſte eſt tractatus huius tertius libri q̃ Paruorũ Logicaliũ dr̃. In quo poſtquam Pet.Hiſp.ſuperius determinauit de ſuppoſitionib.terminorũ abſolutorum & reſpectiuorum, hic conſequenter determinat de alijs proprietatibus eorum videlicet de ampliatione, & reſtrictione,& quia ampliatio, & reſtrictio hẽnt fieri circa perſonalem ſuppoſitionem,& per ſupponunt eã, de qua uiſum eſt prius,ideo patet ordo huius tractatus ad præcedentem, & ſequẽtẽ, quia ampliatio eſt quodãmodo perfectior quam reſtrictio. nam ampliatio

B augmentat quodammodo ſuppoſitionem termini, reſtrictio aũt diminuit, cũ aũt augmentatio dicat perfectionẽ quantitatem q̃ diminutio, quia tendit ad quantitatem perfectam,ſequitur q̃ ampliatio quę augmentat ſuppoſitionem termini debet præcedere reſtrictionem quæ reſtringit, & diminuit.

Cur huius iterum de perſonali ſuppoſitione agitur. Nota limitationem. Primo ſciendum,q̃ ampliatio,& reſtrictio habent fieri circa ſuppoſitionẽ perſonalem ideo Auctor incidẽtaliter ponit definitionẽ eius, & ẽt diuiſionẽ in ſuppoſitionẽ determinatã, & confuſã,& quia ſuperius Auctor fecit mẽtionẽ de eis. Iõ determinatio eorũ relinquitur. Sed magis ad propoſitũ accedẽdo Auctor diuidi perſonalẽ ſuppoſitionẽ aliter q̃ prius & eſt diuiſio talis. Per

C ſonaliũ ſuppoſitionũ alia eſt reſtrictiua,alia ampliatiua. Et quo patet,quod hẽnt fieri ſolũ circa ſuppoſitionẽ pſonalem.Et quod non p̃nt fieri circa ſuppoſitionẽ,& naturalem,& ſimplicẽ patet primo.quia in naturali ſuppoſitione terminus accipit pro oib. q̃ participãt naturã cõem p terminũ cõem ſignificatã,& ideo naturalis ſuppõ nõ p̃t reſtringi, nec ampliari remanẽte naturali ſuppoſitione. Similiter non p̃nt fieri circa ſimplicẽ,quia ſuppoſitio ſimplex eſt acceptio termini cõis p natura ſimplici, q̃ quidẽ natura ſimplex eſt idiuiſibilis,& nõ accipit p plurib. ſuppoſitis.Et q̃a ampliatio & reſtrictio dñt q̃ dã diuerſitatẽ,iõ 1.õ p̃nt fieri circa ſuppoſitionẽ ſimplicẽ; ex quo ſequitur,q̃ ſolũ hẽnt fieri circa ſuppõnẽ pſonalẽ, & hoc tã determinatã q̃ã confuſam. D

Quid reſtrictio. Scđo ſciẽdũ,q̃ quis in iſto tractatu non determinetur de reſtrictione non ſolum de ampliatione, quia tñ ampliatio & reſtrictio opponuntur,& vnũ oppoſitũ nõ pfecte cognoſcit̃ niſi cognoſcatur reliquũ, & ideo in iſto tractatu Auctor definit reſtrictionẽ. vnde reſtrictio eſt coarctatio termini cõis a maiori ſuppoſitione,hoc eſt a maiori ambitu,ſeu acceptione ſuppoſitorũ ad impoſitionẽ vnde ponitur coarctatio loco gñis,deinde ponit̃ termini cõis,ad dĩ iã

B termini diſcreti, qui nec reſtringit̃ nec ampliatur eo q̃ non hẽt ſuppoſita. & dr̃ e maior i ſuppoſitione ad minorem, ad dñã ampliationis. vnde ſi dicatur, hõ currit,hõ ibi ſupponit pro oib. hoibus tã albis quam nigris aut medio colore coloratis,ſed tñ cum dr̃ homo alb. currit, hõ ibi reſtringitur ad ſupponẽdum pro hoibus albis tm̃. vnde intelligendum eſt quãtum ad veritatem locutiones,quia,cũ dr̃, homo alb currit, ibi hõ ſupponit pro oib. hoib.ſed non redditur locutio vera niſi pro albis.

Quid ampliatio. Tertio ſciendum,q̃ ampliatio ſic definitur in textu,q̃ eſt extenſio termini cõis a minore ſuppoſitione ad maiorẽ, F hoc eſt a minori ambitu ſeu acceptione ſuppoſitorũ ad maiorem,& intelligendũ eſt, vt prius q̃tu ad veritatẽ locutionis,vt cũ dr̃, hõ currit, ibi homo reddit locutionẽ verã ſolũ pro illis qui ſunt actu hoĩes pp exigẽtiã illius adiũcti currit,ſed cum dr̃ hõ p̃t currere,uel homo poteſt eſſe Antichriſtus,ibi locutio poteſt verificari tã pro illis qui ſunt actu q̃ pro illis qui ſunt potentia, & ita hõ ampliatur & augmentatur actu,& eius ſuppoſitio & per hoc adiũctum põt. Et fiunt ſ ampliatio & reſtrictio reſpũ termini potẽtis teneri p pluribus uel paucioribus q̃ exigat ſuæ actualis ſuppoſitio, vñ i iſta definitione ponit̃ termini cõis eadẽ rõne qua in-

A præced. definitione, vñ coarctatio & extẽſio nõ capiunť hic proprie, ſed metaphoricæ ad coarctationem & extenſio nẽ realem; nã ſicut coarctatio realis eſt qua alias minus ſpatium continet, quã prius, & extenſio maius, ſic in ppoſito dr̃ coarctatio quia terminus cõis tenet pro paucioribus ſuppoſitis q̃ prius, & extenſio dr̃, quia terminus cõis tenet pro pluribus ſuppoſitis, quam prius, & ſic patet intellectus iſtarum definitionũ.

Quarto ſciẽdũ, ꝙ ſuppoſita alicuius termini poſſunt dici ſuppoſita in actu dupl'r. vno modo quantũ ad actũ exiſtẽdi. Alio modo quãtũ ad actum ſignandi. vnde Cæſar, vel Adã, vel Antichriſtus, qui includũt eſſentialiter formam hois ſunt ſuppoſita eius quantum ad actum ſignificandi, quia actualiter nõ exiſtunt, ideo non ſunt ſuppoſita hois quantũ ad actum exiſtẽdi i. hois actualiter exiſtendi. vnde qñ Auctor loquitur de ampliatione intelligit ꝙ terminus cõis ampliatur, qñ ſupponit reſpũ verbi, vel adiuncti ad ſuppoſita quę nõ ſunt ſuppoſito in exiſtẽdo, ſed in ſignificando, vt patet in exemplo Auctoris, homo poteſt eſſe Antichriſtus.

Suppoſita alicuius termini in actu dupliciter dicũtur. B

Argũ.

Contra prędicta arguitur primo ſic. A notioribus nobis debemus procedere, ſed reſtrictio eſt notior ſuppõne cũ ſit magis determinata, & magis determinata ſunt nobis notiora, ergo ſequitur ꝙ in de tractatu dẽt præcedere pręcedente. Secundo ſic. Suppõ naturalis eſt ſimplex pñt ampliari, & reſtringi. ergo cõtra diuiſionẽ in qua dicebatur, ꝙ perſonalis ſuppõ eſt ampliatiua alia reſtrictiua. Antecedẽs patet quia bene dicit homo contingenter eſt ſpecies vel neceſſario. Tertio ſic. Cõtra definitiones p̃dicta, quia coarctatio, & extenſio ſunt quantitates, ſed ampliatio, & reſtrictio non sũt quãtitates, ergo male dr̃ quod ampliatio extẽſio, & reſtrictio eſt coarctatio Quarto ſic. Quõ i terminus cõis nõ poſſit ampliari, quia terminus cõis ſupponit ſolum pro his q̃ actu participant formam termini communis, ergo non poteſt ampliari ad ea quæ erunt, C

vel poſſunt eſſe. Quinto ſic Dicendo Soc. poteſt eſſe ibi Socr. ſtat indeterminate pro Socr. qui eſt, & qui erit, ergo terminus diſcretus poteſt ampliari. D

Ad argum. Ad primũ dr̃ quod licet cognitione determinata ſẽſibili magis determinatũ præcedat minus, tñ cognitione intelligibili, & confuſa magis cõfuſum præcedit magis determinatũ, & ſic eſt de ampliatione reſpectu ſuppoſitionis. Ad ſm dr̃, quod licet terminus per ſe ſumptus ſupponat naturaliter, tñ qñ ſumitur cum adiuncto non amplius ſupponit natural'r. Et ẽt licet termino ſupponenti ſimpliciter addatur dictio ampliatiua, tñ non ampliat ipſum terminum eo, quod non reperit naturã aptã natã ſuſcipere ampliationẽ. Ad tertiũ dr̃, quod ibi non accipiť extẽſio, nec ẽt coarctatio real'r, ſed ſolũ metaphorice &c. vt dcm̃ eſt. Ad quartũ dr̃, quod licet terminus cõis nõ poſſit ampliari pro plurib. q̃tum ad ſuppoſita actualia in eſſendo, tñ bene poteſt ampliari quantum ad ſuppoſita actualia in ſignificando. Ad quintum dr̃, quod qñ terminus ampliatur uel reſtringitur, oportet, quod teneatur vniuoce modo, ſi Socr ſtet pro eo, qui eſt erit, vel poteſt eſſe, hoc tantum eſt ęquiuoce, & ſic ibi non eſt ampliatio. E

Ampliationis multiplicitas.

Ampliationum, alia fit per verbum, vt per hoc verbũ põt, & hõ p̃t eſſe Antichriſtus. Alia per nomen, vt hominẽ eſſe Antichriſtũ eſt poſſibile. Alia per participium, vt homo potẽs eſt eſſe animal. Alia per aduerbiũ, ut homo neceſſario eſt animal, hõ.n. nõ ſolum ampliatur pro præſenti tẽpore, ſed ẽt pro futuro. Et iõ ſequitur alia diuiſio ampliationis. ſ. quod ampliatio nũ, alia fit reſpectu ſuppoſitorũ, vt homo poteſt eſſe Antichriſtus Alia fit reſpectu tẽporũ, ut homo neceſſario eſt animal, ut dictum eſt.

Ampliatio multiplex, de qua vide Paulũ Pergulẽſem & alios.

Poſtquã Auctor poſuit definitionẽ ampliationis, hic conſequẽter cauſa diuidit,

A uidit & qa definitum dicit eſſe, diuiſio vero dicit poſſe rei, & eſſe pcedit poſſe, iō patet ordo. Et dicit, ꝙ ampliationū, alia fit p verbū vt hō eſt Antichriſtus, alia p nomē, ut hoiē eſſe Antichriſtum eſt poſſibile. Alia per aduerbium, vt hō neceſſario eſt aial. Alia per participiū, vt hō eſt potēs eſſe aial. Et ex iſta diuiſione ampliationis infert Auctor aliā dicens, quod quædā eſt ampliatio quæ fit reſpectu ſuppoſitorum, vt homo poteſt eſſe Antichriſtus, alia reſpectu tēporis, vt homo neceſſario eſt animal.

Quæ nā amplia- re reſpe ctu ſup poſito- rum di- cuntur. Primo ſciendū, ꝙ illa dñr ampliare reſpectu ſuppoſitorū, q̄ faciūt terminū cōem teneri tā p ſuppoſitis exiſtentib. in actu q̄ nō exiſtentib. cuiuſmodi ſunt verba, quorū actus cōparat ad ſubum ia ſubo, tñ nō ſūt, vt ſūt iſta, pōt, optatur, laudat, et ſic de al js, & ſilr ampliāt B illa, quæ ab ipſis deſcendunt, vt aliqua noia, & aliqua participia et aduerbia vt potens & poſſibil', q̄ deſcendunt ab hoc verbo pōt, laudabile, dus, biliter, q̄ deſcendunt ab hoc verbo laudo, as, ſed illa dñr ampliare reſpectu tpum, q̄ faciūt terminū cōem extendi ad oēs differentia tpis, vt i poſſibile, & neceſſario, vt cum dr, homo neceſſario eſt aial, idē eſt ac ſi diceretur, in omni tempore conuenit homini, quod ſit animal.

Quis termin' amplia- ri dicat. Scdo ſciendū, ꝙ ille terminus dr ampliari, q̄ p plurib. ſuppoſitis ſtat q̄ pri' ſtabat cū adiūcto cui addebat, v. g. ſi dicat hō pt eſſe Antichriſtus, ibi hō ſtat C p pluribus q̄ ſi diceret hō currit, qa ſtat p hominib. pſentib. Et p oppoſitū termin' dr reſtringi, q p paucioib. ſuppoſitis ſtat q̄ prius ſtabat cū ſuo adiūcto, vt dicatur, hō currit, ibi hō ſtat pro præſentib. & cum dicitur, albus homo currit, ibi ſtat pro præſentib. albis.

Virtus amplia- di a quo ſit. Tertio ſciendum, ꝙ virtus ampliādi & reſtringendi dat alicui a p pria eius impoſitione, & et alicui dat & nō alteri, pp quod qdā ſūt partes orōnis, ſicut nomē, verbū, aduerbium, & participiū, q̄ poſſunt reſtringere, vel ampliare, ſed aliæ partes orōnis non poſſunt hoc, cū eis nō ſit data virt' ampliādi, vel reſtrigendi a prima earum in poſitione, vñ D ampliatio radicaliter eſt in termino communi radicata, qui terminus aptus natus eſt ſupponere & capi pro ſuppoſiti non ex exiſtētibus ſed actualiter eſt in termino ampliato.

Diuiſio nis am- pliatio- nis noti tia. Quarto ſciendū, qd licet iſta diuiſio ſit quadrimembris, tñ non pōt reduci ad bimembrem, nā oīs dictio ampliatiua ē pars declinabilis vel declinabilis, ſi primū hoc eſt dupſr, vel ſignat ſubſtantiā, & ſic eſt primum membrum, vel ſignificat actum, & hoc eſt dupliciter, uel actū diſtātem a ſubſtātiā, & ſic eſt verbum, vel diſtātem, et ſic eſt participiū, ſi ſm, ſic eſt aduerbium. Sufficiētiæ alterius diuiſionis eſt iſta, quia cū omnis ampliatio ſit extenſio termini, vel ergo extendit ipſum in ordine ad E ſuppoſita, & ſic eſt primum membrū, vel i ordine ad tēpus illorum, & ſic e ſm. Ex hoc patet, quod ampliatio facta reſpectu temporis differt ab illa, q̄ eſt reſpectu ſuppoſitorum apparet ēt ꝙ dictio ampliatiua alter ſe habet ſm quod ampliat pro ſuppoſitis, & ſm ꝙ ampliat pro tpe, qa in vna reſpicit ſuppoſita, & in alia tempus.

Argū- Contra pdicta arguitur primo ſic. Ampliatio ſit reſpectu tēporis, ſed nomē non ſignat tps, ergo nulla ampliatio ſit per nomen. Secundo ſic. Omne participiū eſt determinati tēporis, puta pręſentis, pteriti, vel futuri ergo nullum participium ampliat. Id potius reſtringit conſequentia, tenet qa ampliare F ſit reſpectu pluium temporū. Tertio ſic. Eadē eſt cauſa oppoſitorū ſed aduerbium non eſt cauſa reſtrictionis, ergo videtur qd nō ſit cauſa ampliationis. Quarto ſic. Terminus cōis non includit tempus, ergo non pōt ampliare pro tempore, ſed ſolum p ſuppoſitis. Quinto arguitur ſic. Illa diuiſio nō datur per oppoſita, nec eſt bimembris, ergo non eſt bona diuiſio.

Solutio Ad argumenta Ad primū argumentum dr quod non oīs ampliatio ſit reſpectu temporis, ſed quædam ſit a virtute ampliatiua dictionis. Ubi collata a ſua

A ſua impoſitione, et ſic eſt de ampliatione nominis, q̃ ſolũ eſt extenſio ſuppoſitorũ, & non temporũ. Ad ſcd̃m dr̃, ꝙ licet participium ſit alicuius determinati t̃pis, tñ hẽt aliq̃ virtutẽ per q̃ ampliat vltra t̃ps pſens. Ad tertiũ dr̃, ꝙ nõ oĩs cã eſt cã oppoſito. ũ, ſed ſolum quçdã, & ſic non oportet, qd ſi aduerbiũ no i reſtringat, ꝙ pp hoc non ampliet. Ad quartũ dr̃, ꝙ licet t̃ps non includatur in termino cõi, tñ inſequit̃ ipſum gratia ſuorum ſuppoſitorum, ratione cuius ibi poſt eſſe ampliatio temporũ

B ſicut ſuppoſitorum ex hoc, ꝙ illa ſuppoſita non ſolum hñt potẽt ã ad eſſendum in uno t̃pe, ſed ẽ in pluribus. Ad quintum dr̃, ꝙ licet illa diuiſio non detũr ꝑ oppoſita formaliter, nec ẽt ſit bimembris, tñ datur per oppoſita virtualiter, & eſt reducibilis ad bimembrẽ, & hoc ſufficit ad bonam diuiſionem.

Sophiſmatis in hac materia Solutio ac ampliationum aliqua regula.

Late de hoc per Paulũ Pergul. i dubijs ſuis, en tis verum, & alios.

Circa prędicta quęritur de hoc ſophiſmate, impoſſibile põt eſſe verũ. Quòd ſit verũ probat̃, quia illud ꝙ eſt vel erit impoſſibile poteſt eſſe verum, ſed Antichriſtum non fuiſſe poſt tẽpus ſuum, eſt impoſſibile, & mõ põt eſſe poſſibile & verũ, ergo impoſſibile põt eſſe

C verum. Contra, quicquid põt eſſe verũ eſt poſſibile, ſed impoſſibile poteſt eſſe verũ, ergo impoſſibile eſt poſſibile, in tertio mõ primę figuræ, ſed concluſio eſt falſa, ergo aliqua pręmiſſarũ, nõ maior, ergo minor, ſed hæc eſt prima, ergo prima eſt falſa. Solutio, prima ſimp̃r eſt falſa, hæc. ſ. impoſſibile põt eſſe verum, & ſophiſma peccat penes fallaciã accidentis, quia, cũ dico, id qd̃ ex vel erit impoſſibile, duo dico. ſ. ſubiectũ illius impoſſibilitatis, & illam impoſſibilitatem, ſiue ipſum impoſſibile, ſed illud quod eſt vel erit eſt res ſubiecta, et

D impoſſibile accidit, & poſſe eſſe verum aſſignatur ineſſe, vtrique ſicut hęc Antichriſtum non fuiſſe erit poſſibile, ſed Antichriſtum non fuiſſe põt eſſe uerum, ergo impoſſibile poteſt eſſe verum non valet, quia Antichriſtum non fuiſſe eſt res ſubiecta, & impoſſibile eſt accidens, & poſſe verum aſſignatur ineſſe vtrique.

De ampliatione q̃ fit rõne ſuppoſitorum talis datur regula. Terminus cõis ſupponens verbo habenti vim ampliandi a ſe, vel ab alio ampliat̃ ad ea q̃ poſſunt eſſe ſub forma termini ſupponẽtis, vt hõ põt eſſe aĩal, hic iſte terminus homo non ſolum ſupponit ꝑ præſentib. ſed ẽt ampliatur ad oẽs qui erunt. Dico aũt de ſe quia hoc verbum põt de ſe hẽt vim ampliandi. Dico aũt ab alio quia hoc participium potens, & hoc nomen poſſibile dant virtutem ampliandi verbo cui adiungunt̃, vt hõ eſt potens eſſe aĩal, vel animal poſſibile eſt eſſe albũ, & ſic de alijs. De ampliatione aũt quę fit rõne t̃pis talis datur regula. Terminus cõis ſupponens, vel apponens verbo habenti uim ampliandi quo a tẽpus ſupponit pro his qui ſunt, qui erunt, vel q̃ fuerunt, vt hõ neceſſario eſt aĩal ibi tam homo quàm animal tenetur pro his quam ſunt, & qui erũt. Et hęc tãtum de ampliationibus.

Regula prima. B

Regula ſecũda. F

Poſtquam Auctor poſuit diuiſionẽ ampliationis in præcedenti parte, hic conſequenter iuxta hoc verbum ampliatiuum poteſt, ponit quoddam ſophiſma quærendo vtrum illud ſophiſma, impoſſibile poteſt eſſe verum, ſit verum, vel falſum: Et primo probat quòd ſit verum, ſecundo improbat ipſum Probatur ſic, illud quod eſt.

A eſt, uel erit impoſſibile poteſt eſſe verum, ergo impoſſibile poteſt eſſe ve.ũ. Antecedens patet, quia Socratem non fuiſſe Romę poſt qua fuerit eſt impoſſibile, & ta c poteſt eſſe verum, ergo &c. Improbatur ſic arguẽdo in Darij. Quicquid poteſt eſſe uerũ eſt poſſibile, ſed impoſſibile poteſt eſſe uerum, ergo impoſſibile eſt poſſibile.

Quid ſophiſma. Pro cuius ſolutione primo ſciendũ, ꝙ ſophiſma eſt argumento, ve argumentis approbata, uel improbata ꝓpoſitió. Vnde probatio eſt argumentum, quo quis nititur oſtendere aliquã propoſitionem poſiteſſe verã, & per oppoſitũ improbatio eſt argumentũ, quo nititur oſtẽdere aliquam propoſitionem eſſe falſam Et ſic ſuphiſma eſt propoſitio apparens uera quod ad vtrãq; partem, B & hoc propter probationem, & improbationem. Ex dicit ſophiſma a ſophos ꝙ eſt ſapientia, ſiue a ſophiſtico, cas, quod idem eſt quod decipio, is, quia per ſophiſma opponẽs nititur decipere reſpondentem per ſapientiam in eo apparentẽ. Ex quo apparet quod licet ſophiſma ſit quandoque verum. Poteſt tamen decipere propter apparentiam ad eius falſitatem. C

Omnium ſophiſmatum ſoluendi modus. Secundo ſciendum, quod omne ſophiſma ſoluitur aliquo iſtorum trium, modorum, ſ. concedendo ipſum ſimpliciter uerum, uel ſimpliciter falſum, negando vel diſtinguendo. vnde illud ſophiſma ſoluit auctor in textu negando ſimpliciter, quia ſimpliciter eſt falſum. Et eius probationẽ ſoluit dicendo qđ peccat penes fallaciam accidentis, quia cum dicitur, id quod eſt, vel erit impoſſibile, poteſt eſſe verum, ibi duo dicuntur, ſcilicet illud ꝙ eſt impoſſibile, & ipſa impoſſibilitas, & quia ipſa impoſſibilitas accidit rei ſubiectæ, quæ eſt illud quod eſt, vel erit impoſſibile, & poteſt eſſe uerum, aſſignatur vtiq; ineſſe, & ideo creditur quod ſicut verum attribuitur rei propter eius cõuenientiã, quod etiam attribuatur accidenti, unde illud quod eſt, vel erit impoſſibile eſt res ſubiecta, & impiſſibile eſt accidens, & poteſt eſſe uernm, eſt attributum, & ideo probatio non concludit.

Regule ad ampliationum notitiã. Tertio ſciendum, quòd ad maiorem notitiam prædictorum habẽdam auctor ponit duas regulas, quarum prima e de ampliatione facta reſpectu ſuppoſitorũ, & alia ẽ de ampliatione facta reſpectu temporum unde regula data de ampliatione reſpectum ſuppoſiorũ talis eſt Terminus cõmunis ſupponens verbo habenti uim ampliandi a ſe, vel ab alio ampliatur ad ea quæ poſſunt eſſe ſub forma termini ſic ſupponẽtis. Et declarat iſtud in exemplo, ut dicendo, homo poteſt eſſe alb iſte terminus homo non ſolum ſupponit ꝓ hominibus qui ſunt, ſed etiam ſupponit ꝓ hominibus qui erunt, & notãter dicit a ſe propter verbum quod habet uirtutem ampliandi, ſicut eſt illud verbũ poteſt E & notãter dicitur ab alio, propter hoc verbũ eſt, qa licet ampliet, hoc tamen non eſt per ſe, ſed propter hoc qđ adiũgit dictioni de ſe ampliatiue. Secũda regula eſt de ampliatione que fit reſpectu temporũ, quæ talis eſt. Terminus communis ſupponẽs uerbo, vel, apponens habẽti uim ampliãdi quod ad tẽpus ſupponit, ꝓ his qui ſunt, & qui ſemper erunt ſub forma termini ſupponẽtis, & iſta ampliatio fit reſpectu temporum. vt homo neceſſario eſt animal, ibi tam homo quam animal teneẽ pro his quæ ſempe. erũt, & iſta ampliatio nõ prouenit ex parte huius verbi eſt vt F dictum eſt, ſed ꝓuenit ex adiunctione hui⁹ aduerbij neceſſario amplianti sil lud uerbũ eſt quantum ad omnes differentias temporis. unde aduerbiũ magis. proprie cauſat ampliationem temporum quam ſuppoſitorum.

Illa dictio poſſibile, ampliat tampro ſuppoſitis, quã pro tẽ- Quarto ſciendum, quòd licet hęc dictio poſſibile, ampliet tã pro ſuppoſitis quam pro temporibus; tamẽ primo ampliat ꝓ ſuppoſitis, & ex conſequẽti pro temporib. ſed econtra eſt de neceſſario, idcirco in exemplo regulæ datæ reſpectu ſuppoſitorum ponitur poſſibile, & in exemplo regulæ datæ reſpectu

poribus ſecus de nēceſſa rio.

A ctu temporum exemplificatur de iſta dictione neceſſario, q̄ primo ampliat pro tẽporibus, & ex conſequenti pro ſuppoſitis. vnde ſub iſtis duob. modis poſſibile, & neceſſarium comprehenduntur alij duo modi, dicuntur contingẽs, & impoſſibile, impoſſibile tm̃ ampliat de omne tempus ſicut neceſſariũ, licet negatiue, contingens autẽ ad ſuppoſita ſicut poſſibile. Ex his poteſt videri quomodo conuenit dictioni ampliatiuę ampliare, q i ſicut agens reale non habens impedimentum agit in omne id, ad quod poteſt extendi ſua virtus, ſic etiam agens rationis, puræ dictio ampliatiua non habens impedimẽtum agit in omne aliud ad quod poteſt extendi ſua virtus, & propter hoc hæc dictio poſſibile, vel potens

B ampliat terminum communem cui adiungitur ad præſentia ſuppoſita, & futura, quia habet virtutem ampliandi quo ad illa tempora.

Cõtra prædicta arguitur primo ſic. Album poteſt eſſe nigrum eſt impoſſibile, & tamen poteſt eſſe verum, quia res alba poteſt eſſe nigra, ergo impoſſibile poteſt eſſe verum. Secundo ſic. Socratem videre omne aſtrum eſt impoſſibile, cum viſus ſit circa vnum, & tamen poteſt eſſe verum, quia ſucceſſiue poteſt illa videre, ergo impoſſibile poteſt eſſe uerum. Tertio ſic. Terminus communis ſtans pro præſentibus ſuppoſitis, & futuris reſtringitur, vt po

C ſtea patebit in reſtrinctionibus, ergo non ampliatur. Quarto ſic. Iſta dictio poſſibile non tantum ampliat pro ſuppoſitis, ſed etiam pro temporibus, er- D go videtur, quod male exemplificetur de ipſa in prima regula. Quinto ſic. Impoſſibile, & contingens ampliant ſicut neceſſarium, & poſſibile, ergo debent poni regulæ de ipſis ſicut de alijs.

Ad argumenta. A primum dicitur, quòd illa eſt duplex, quia album, & nigrum poſſunt capi dupliciter. Vno modo formaliter, & tunc eſt impoſſibilis, & falſa. Alio modo materialiter, & illo modo poſſibilis, & vera, & eſt ſenſus, quòd aliquis habens albedinẽ poteſt ſuſcipere nigredinem. Ad ſecundum dicitur, quòd eſt vera ſi ponatur ineſſe eodem modo quo eſt poſſibilis ſcilicet ſucceſſiue, Socra. enim poteſt videre omne aſtrum ſucceſſiue, & nõ ſimul. Ad tertium dicitur quod terminus communis diſiunctiue ſtans pro præſentibus, uel futuris bene reſtringitur eo, quòd ad veritatem diſiũctiuę ſufficit alteram partem eſſe veram, ſi- E ue ſufficit veritas alterius partis, ſed terminus communis ſtans copulatiue pro præſentibus, & futuris bene ampliatur, & ſic eſt in propoſito. Ad quartum dicitur, quòd licet iſta dictio impoſſibile ampliet quo ad temporã, hoc tamen eſt ex conſequenti, ſed primo; & per ſe ampliat, quo ad ſuppoſita. Ad quintum dici:ur, quòd impoſſibile, & contingens ſatis poſſunt intelligi ſub poſſibili, & n ·ceſſario, ſed potius Auctor agit de iſtis duob. modis F neceſſariũ, & poſſibile, q̄ de aliis quia sũt affirmatiui, & aliis sũt negatiui. Et hæc de ampliationib. dicta ſufficiant.

PAR. I.

A

PARVORVM LOGICALIVM

D

TRACTATVS QVARTVS

SVMMA TRACTATVS.

De appellationum Natura, ac multiplicibus ſpeciebus, ac modis.

Quid appellatio ſit, & à quo ſic denominetur, ac diuiditur.

E

B

De hoc late per Pa. Per gulē & Pau.Venetū in Logica paru.

APpellatio eſt acceptio termini pro re exiſtente. Dico autem pro re exiſtente, quia terminus ſignificans non ens non appellantur Cæſar vel Antichriſtus, vel chimera, &c. Differt autem appellatio a ſignificatione, & ſuppoſitione, quia appellatio eſt tantum de re exiſtente, ſed ſuppoſitio, & ſignificatio ſunt tam pro re exiſtente, quam pro re non exiſtente, ut Antichriſtus ſignificat Antichriſtum, & ſupponi pro Antichriſto, ſed non appellat homo.n.ſignificat homi-

C nem, & de natura ſua ſupponit tā pro exiſtentibus quam pro nō exiſtentibus hominibus, appellat, aut tantum homines exiſtentes. Appellationum autem, alia eſt termini cōis, vt homo, alia eſt termini diſcreti, vel ſingulari, vt Soc. Terminus ſingularis idem ſignificat, ſupponit, & appellat: ſ. rem exiſtentem, vt Petrus, vel Ioannes.

Iſte quartus tractatus Paruorum Logicalium In quo poſtquam Auctor determinauit de ampliatione. hic conſequenter determinat de appellatione. Et quia ampliat, augmentat, & perficit ſuppoſitionem termini, & appellatio diminuit quodammodo, ideo prius determinauit de ampliatione, quam de appellatione, & prius determinat de appellatione, quam de reſtrictione, quia appellatio eſt magis intrinſecus termino quam reſtrictio, quia terminus per ſe ſumptus poteſt appellare, & nō poteſt reſtringi niſi ſuper addatur adiūctum, & ſic patet ordo huius tractatus ad præcedentem, & ſequentes.

Primo ſciendum, quod appellatio, vt ſufficit ad propoſitum, dicitur tribus modis.

Vno modo dicitur appellatio, vocatio, ſiue proprium nomen alicuius per ſonæ ſecundum quod dicitur. iſte ap- F pellatur Petrus. Secundo modo dicitur appellatio, vt eſt proprietas nominis ſub quo nomine plura continētur, ſecundum quam aliqua nomina dicūt appellatiue. Tertio modo ſumitur appellatio, prout eſt acceptio termini ꝑ ſuppoſito, vel ſuppoſitis actu exiſtentibus, & de hac eſt præſens intentio.

Secundo ſciendum, quod appellatio, vt ſumitur in propoſitio. ſed definitur in textu. Appellatio eſt acceptio termini pro re exiſtente, & non dicitur communis. quia tam terminus communis quam ſingularis appellant, vt patebit in diuiſione appellationis, quæ diuiſio. Hæc eſt. Appellationum, alia eſt termini communis,

alia

A ala termini ſingularis, termini cõis ſi-cut hõ terminini ſingularis ſicut Soc. vn de terminus cõis appellãs, & terminus ſingularis differũt. qa termin⁹ ſingularis unum tñ appellat, terminus uero cõis plura ſecundum, φ actu plura cõtinere. Et ſic patet, φ alia eſt appellatio termini cõis, & alia termini diſcreti. & rõne cui⁹ bene dictũ eſt in definitione appellationis termini nõ addẽdo cõis aut diſcreti, & cõſe quẽter auctor exponit in textu ſuã definitione dicẽs, quod terminus ſignificãs nõ ens, ſicut eſt id quod non eſt actu, non appellat, ut Cæſar, & Antichriſtus, & ẽt termini ſigni-

B ficãtes aliquid fictũ ſiue aliquid imaginatione nõ appellãt ut chymera & hircoceruus, & ſic patet. φ ſolũ terminus ſignificãs rem actu exiſtentẽ appellat.

Signifi-cationis ſuppoſi-tionis, & appel lationis.

Tertio ſciẽdũ, φ Auctor poſtea ponit dñiã, inter ſignificationẽ ſuppoſitionẽ, & appellationẽ, qa appellatio eſt acceptio termini ꝓ re exiſtẽte in actu, & extra aĩam, ſuppoſitio uero, & ſignificatio sũt tã de re exiſtẽte ĩ naturã q̃ de exiſtẽte ĩ aĩa ſiue imaginatione, vt Antichriſtus ſignificat Antichriſtũ, & ſupponit ꝓ eo, ſed nihil appellat, hõ ẽt ſignificat id qđ participat naturã humanã, & naturalr ſupponit tã ꝓ hoĩe exiſtẽte q̃ nõ, ſed non appellat niſi hoĩem

C exiſtẽtẽ in actu. Alio mõ differũt ſuppoſitio, & appellatio, qa appellatio eſt ĩferi⁹ a ſuppoſitione, qa vbicũq; eſt appellatio ibi ẽ ſuppoſitio, & nõ e cõuerſo, nã appellatio ſolũ ineſt termino, vt dictũ eſt, qñ tenet ꝓ ſuppoſitio vel ſuppoſitis actu exiſtentib. ſemper ſuppoſitio poteſt eſſe in termino, quando tenetur pro ſuppoſitis actu uel potentia, vel etiam in imaginatione & ſuppoſitio poteſt eſſe naturalis accidentalis, diſcreta. cõis, ſimplex, & pſonalis, ſed appellatio eſt tñ termini ſupponentis perſonaliter, & ſic patet φ appellatio eſt inferius ad ſuppoſitionem.

Diuerſa rum dictionũ diuerſa appella-tio.

Quarto ſciẽdũ, φ dictionũ qđã ſunt appellatiuæ qualitatis, & appellã, ſed p ſe appellata nõ, hñt, ſicut sũt noĩa cõia, & adiectiua q̃ sũt appellatiua, ſed ñ habẽt appellata, niſi ſua ſuba, & q ſua ſubiecta, eo φ idiõ ſi actio nõ eſt accidẽtib. niſi ꝓ ſubam loquẽdo ꝓprie. Aliæ sũt dictionis q̃ nõ sũt appellatiuæ qualitatis, ſed ſunt appellata in neutro gñe cuiuſmodi ſunt noĩa ꝓpria. Noĩa. n. ꝓprie dñr appellata ſuppoſita & ſingularia diuerſis rõnib. qa dñr appellata eo φ appellãt a ſuis ſuperiorib. ſuperiora n. de iferiorib. pdicãtur ſm vnũ nomẽ & eadẽ rõnẽ, ut Soc. eſt hõ. & dñr ſuppoſita. qa ſubijciunt ſuis ſuperiorib. & dñr ſingularia qa noĩãt aliqđ diſcretũ qđ uni ſoli cõuenit. Alia sũt dictiones appellatiuæ q̃ appellãt, & q̃ ꝓ ſe appellat hñt ſicut sũt noĩa cõia ſubſtãtiua, ut hõ aĩal. & ſic de alijs, & talibus proprie conuenit appellatio. Et tales dictionis

E accipiuntur aliquando pro omnib. ſuis ſuppoſitis, & hoc fit per adiunctum ſigni vniuerſalis, vt dicẽdo oĩs hõ currit, aliquando pro aliquo ſuorum ſuppoſitorũ determinate, vt qñ eis non addit aliqd, φ eas diſtribuat, vt hõ currit.

Argũ. Cõtra pdicta arguitur primo ſic. Appellatio ptinet iuriſtis, ergo nõ ſpectat ad Logicũ determinare de appellatione. Scđo ſic. Appellatio eſt tñ termini cõis, ergo cõis debet ponit definitione eius. Tertio ſic. Nulla eſt appellatio termini cõis, ergo cõtra diuiſionẽ. Antecedẽs patet, qa termin⁹ cõis nõ ſignificat rem exiſtentẽ cũ exiſtentia conueniat ſingularib. Quarto ſic Soc. mortu⁹ appellatur hõ, ergo appellatio eſt tã exiſtentis, q̃ nõ exiſtẽtis. Quinto ſic. Sicut dixit text. termin⁹ ſignat idẽ, ſupponit

F & appellat, ſed ſignificat rem non exiſtẽtẽ. ergo ẽt appellat ꝓ re nõ exiſtente.

Solutio. Ad arg. Ad primũ dr, φ aliter conſyderaẽ appellatio a logico, & aliter a iuriſtis, qa iuriſtis cõſiderãt ĩquãtũ dicit vocationẽ quãdã de iferiori idice ad ſuperiorẽ, ſicut cũ quis iudicatus ab officiali appellat ad Papã ſed a Logico cõſiderãẽ vt dictũ eſt. Ad ſm dr, φ ſi capiatur appellatio, vt eſt ꝓprietas noĩs q̃ dr qualitas, ſic ſolũ appellatio cõuenit termino cõi. ſed de tali non ẽ hic ad ꝓpoſitũ, ſed ſi capiaẽ prout eſt acceptio termi-

A mini pro re exiſtēte, tunc conuenit tā
termino ſingulari q̄ cōi, & ſic capitur
hic. Ad tertium dr̄, ꝙ licet res ſignata
per terminum cōem ſm̄ ſe, & per ſe nō
exiſtat, tñ exiſtit in ſuis inferioribus, &
tunc talia ſingularia a noie cōi appel-
lantur, ſicut homo appellat Soc. & Ci
ceronem, & ſic de alijs ſingularib. actu
exiſtentibus. Ad quartū dr̄ ꝙ licet Soc
mortuus abuſiue appelletur hō, tamen
non eſt hō ſimpliciter. q: homo mortuus
non eſt hō, iō nō pt appellari. Ad quin
tum dr̄, ꝙ Auct. ſic intelligitur. ꝙ ſi res
ſignificata per terminū ſingularem exi
B ſtat, tūc terminus ſingularis idē ſignat
pro eodē ſupponit, & ꝑ eodē appellat.

Appellationis terminis communis duo Genera.

Itē appellationū terminis cōis
alia eſt terminis cōis ꝑ re in cōi,
vt qñ terminus cōis ſimplicem ha
bet ſuppoſitionem, vt cū dr̄ hō eſt
ſpēs. aīal eſt genus, & tunc termi-
nus, idē ſupponit, ſignificat, ut hō
ſignificat hoīem in cōi, & ſuppo-
nit pro hoīe in cō, & appellat ho
minem in cōi. Alia aūt eſt appella
tio termini cōis pro ſuis inferio-
ribus vt quādo terminus cōis per
ſonalem habet ſuppoſitionem, vt
C cum dr̄ hō currit, tunc homo non
idem ſignificat, ſupponit & appel
lat, ſed ſignificat hominem in cōi,
& ſupponit pro particularibus ho
minibus, & appellat particulares
homines tantum exiſtētes. Et hæc
de appellationibus ſufficiant.

Poſtquā auctor definit & diuiſit ap
pellationem in eam quæ fit per termi
nū cōem, & eā quæ fit per terminum
ſingularem, hic conſequenter ſubdiui
dit appellationem termini cōis nā alia
eſt termini cōis pro re exiſtēte in cōi,
vt cum terminus cōis ſimplicē [illegible] ap
poſitionem, vt homo eſt ſpēs, animal
eſt genus. homo. n. appellat naturam
exiſtentem in eſſe ſimplici abſtracto a
ſuppoſitis ſiue a ſingularib. Alia eſt ap
pellatio terminis cōis pro ſuis inferio D
ribus, vt homo appellat Socratem aut
Platonem, ſi exiſtant in rerum natura.

Primo ſciēdum, quod dupliciter pt
intelligi, quod terminus cōis appellet.
Vno modo prout capitur pro re vni-
uerſali ſignificata per ipſum. & ſic ſu-
per ipſum fundatur vnus modus ap-
pellationis, quæ quidem appellatio eſt
ipſius naturæ cois, quę licet ſecundum
ſe non exiſtat, tñ exiſtit in ſingularib.
& ſic ſuper ipſum fundatur appellatio
termini cōis ſimplicē ſuppoſitionem
habentis. Alio modo poteſt conſydera
ri terminus cōis videlicet prout eſt in
ſuis ſuppoſitis, & ſic ſuper ipſum fun
datur appellatio quæ eſt terminis cōis E
habentis perſonalem ſuppoſitionem,
& licet talis termini cōis non ſignifi-
cet illa ſuppoſita, vt ſuppoſita ſunt &
ſingularia, tñ poſſunt cōſyderari vt cō
ueniunt in natura ſpecifica, & ſic ter-
minus cōis poteſt appellare pro ipſis.

Terminus cōis dupliciter.

Secundo ſciendum, quod terminus
cōis ſe habens ſuppoſitionē ſimplicem
idem ſignificat, ſupponit, & appellat
ſignificat. n. naturam communem, ſup
ponit etiā pro eadem, & appellat pro
ipſa natura cōi. Sed terminus cōis non
ſupponens ſimpliciter non idem ſigni
ficat, ſupponit, & appellat, nā talis ter-
minus ſignificat naturam communē, F
& ſupponit pro ſuppoſitis tam exiſtē
tibus quam non exiſtentibus ſed ſolū
appellat ſua particularia in actu exi-
ſtentia, ſicut homo ſignificat naturam
humanam, & ſupponit pro homini-
bus tam exiſtentibus quam non exi-
ſtentibus ſed ſolum appellat homines
præſentes, & exiſtentes in actu.

Terminus cōis ſimpliciter ſupponens, idem ſignificat appellat & ſupponit.

Tertio ſciēdū, ꝙ terminorū appella-
tiuorum ſiue appellationē hñtiū qdā
ſunt ſubſtantiui, quidā adiectiui. Sub-
ſtantiui ſunt illi, qui ſignificant rē exi
ſtentem in prædicamento per modum
per ſe ſtantis tam in concreatione ad
ſuppoſita quam in abſtractione, ſicut
iſte terminus homo, qui dr̄ eſſe termi-
nus cōcretus cōcretione naturę ad ſup
poſita, quia cōcernit ipſa, & iſte termi-
nus

Terminorum appellatiuorū multiplicitas.

A nus humanitas dr̃ abſtractus a quacun
que concretione. Termini aũt adiectieui
ſunt illi, qui ſignãnt rẽ in p̄dicamento
exiſtentem per modum adiacentis, &
iſtorũ torminorum tã ſubſtantiuorũ q̃
adiectiuorũ q̃dã ſunt ſubſtãtiales, q̃dã
ſignificanr rem de prædicamento ſub-
iectæ. vr homo & humanitatis. Alij
autem accidentales, qui ſignificant rẽ
de p̄dicamento accidentium, vr albũ &
albedo. & ſic de alijs, de q̃b. eſt facta
mẽtio. vnde tã in terminis ſubalib. q̃
accidẽtalib. eodẽ modo ſumitnr appel
latio capiẽdo appellationem proprie.

Quarto ſciendũ de terminis accidẽ-
talib. q̃ res de p̄dicamento accidentiũ
B p̄t dupliciter cõſyderari vno modo, vt
Quibus terminis appellatio attribuatur. habet habitudinem ad ſubſtantiam, vt
albus, babum. album. n. ſignificat albe
dinem ſm quod adiacet ſub̃ę Alio mõ
poſſunt illę res conſyderari ſine habi-
tudine ad ſubſtantiã, & hoc dupl̃r ſm
q̃ dupl̃r poſſunt abſtrahi, quia ipſarũ
abſtractio eſt a ſubiecto, alia eſt abſtra-
ctio a ſuppoſitis. & ſm primã abſtra-
tionem natura albedinis ſignificatur
per illum terminũ albedo, ſed ſm, q̃d
abſtrahiť a ſuppoſitis ſignificatur per
iſlum terminũ albedinitas, & natura
nigredinis per illum terminum ingre-
dinitas, vnde in oĩb. iſtis terminis ni-
hil differt quãtum ad appellationem.
Ex quo ſequitur, q̃ aliqui antiqui ma-
C le dixerunt, eo q̃ putabant appellatio
Impugnatio opinanti quorũ. nẽ nõ poſſe attribui niſi termino adie-
ctiuo. & mouebanť, pp illã rõnẽ quia
appellatio, vt ipſi dicebant eſt in termi
no rõne ſignãti formalis rei appella-
tæ, q̃ non põt appellari niſi per termi-
nũ adiectiuũ, vt dicebant, non per ſub
ſtantiuum quod importat ſignãť ſuũ
abſolute, & non cum dependẽtia, vel
habitudine ad aliud, ſicut iſte terminus
homo qui ſignificat naturã humanam
abſolute. Veruntñ illud non eſt verũ,
quia termini ſubſtãtiui poſſunt eſſe cõ
creti concretione naturæ vr dictum eſt
ſiue concretione ſuppoſitorũ licet non
ſignificent per modum adiacentis.

Argũ. Sed contra prędicta arguitur primo
ſic. Terminus cõis hñs ſimplicẽ ſuppo D
ſitionem reſpectu termini ſecundæ in
tentionis ſignificar naturã cõem exiſtẽ
tẽ in aĩa, ergo non appellat. conſequen
tia tenet, quia tũc Antechriſtus appel
larer, quod falſum eſt. Secundo ſic. Ap
pellatio eſt acceptio terminis cõis pro
re exiſtente. ſed natura cõis ſignãta per
terminũ cõem non exiſtit. ergo termi-
nus cõis non appellat. Tertio ſic. Oẽ
q̃d eſt ſingulare eſt, ſed appellatio eſt
termini exiſtẽtis, ergo nõ p̄t eſſe termi
ni cõis ſimplicem ſuppoſitionẽ haben
tis. Quarto ſic. Appellatio inſequitur
ſignificationem termini cõis, ſed ter-
minus cõis non ſignificat ſua ſuppoſi
ta, ergo non appellat pro ſuis ſuppoſi-
tis Quinto ſic. Appellatio, ſignificatio, E
ſuppoſitio ſunt diuerſę proprietates,
ergo non poſſunt eidem conuenire, er
go male dictũ eſt, quòd terminus cõis
idem ſignificar, ſupponit, & appellat.

Ad argum. Ad primum dr̃, quòd du
plex eſt appellatio ſ. propria, & impro Solutio
pria, vnde talis terminus appellat ac-
cipiendo appellationem large. & quo
dammodo improprie, prout eſt termi
ni ſignificantis tam rem extra animã
quam rem in aĩa. Ad ſm dr̃, quod licet
terminus cõis non ſignificet rem exiſtẽ
tem ſm ſe, tñ ſignificat rem exiſtentem
in ſingularibus, & hoc ſufficit. Ad ter
tium dr̃, quod licet oẽ id quod primo, F
& per ſe exiſtit ſit ſingulare, tñ illud
quod exiſtit ad alterius exiſtentiã non
eſt ſingulare, ſicut vniuerſalia quæ ſi-
gnificantur per terminos communes,
& ſic termini cões ſignificant rem exi-
ſtentem, videlicet in ſingularib. & per
ſingularia. Ad quartum dr̃, quod licet
terminus cõis primo, & per ſe non ſi-
gnificet ſua ſuppoſita, tamen ex conſe
quenti, & materialiter bene ſignificat
ipſa, in quantum includunt naturam
per terminum communem ſignfica-
tam. Ad quintũ dr̃, quod licet iſte pro
prietates conueniant eidem materiali-
ter ſumpto, non tamen conueniunt ei-
dẽ formaliter ſumpto, & hoc ſufficit.
Et hæc de appellatione dicta ſufficiãt.

PARVO-

PARVORVM LOGICALIVM

TRACTATVS QVINTVS

SVMMA TRACTATVS.

De reſtrictionis tam nominis, quàm verbi varijs acceptionibus ac natura, & ſoluendi in ea multorum ſophiſmatum per regulas, tam nominibus, quam verbis proprias, intellectu, & oblationis diluuio.

Quid ipſa reſtrictio, & quotuplex ſit.

B Vide perſummiſtas, & vide Io. Bricot in quæſtionib. ſuis qui multa pulchra dicit.

RESTRICTIO eſt coarctatio termini cõmunis à maiori ſuppoſitione ad minorem, vt dictum eſt prius. Reſtrictionum autem, alia fit per nomẽ, vt hõ albus. Iſte terminus homo non ſupponit pro nigris, neq; pro medio colore coloratis, ſed reſtringit ad albos. Alia fit per verbũ, vt homo currit, iſte terminus homo, ſupponit pro pręſentib. tm̃. Alia fit p participium, ut dicitur, hõ currens, diſputat ille terminus homo, ſupponit pro præſentibus. Alia fit per implicationem, vt cũ dr̃ homo, qui eſt alb. currit. Hæc implicatio, qui eſt albus, reſtringit hoiem ad albos: Item reſtrinctionum factarum per nomẽ. Alia fit per inferius ſuperiori appoſitum, vt animal homo currit, Ille terminus animal tantum ſupponit pro animalibus q̃ ſunt homines. Alia ſit per differentiam aduenientem generi, quæ eſt eſſentialis, cum ſit conſtitutiua rei, vt cum dicitur, animal rationale. Hic animal, ſupponit pro rationalibus animalib. Alia fit per adiectiuum accidentis, vt cum dicitur, homo albus, iſte terminus homo, ſupponit tantum pro albis hominibus. C E

ISte eſt Quintus partialis tractatus Paruorum Logicalium, in quo intẽdit determinate de vna proprietate termini incõplexi quæ dr̃ reſtrictio, q̃uis prius determinandum fuiſſet de reſtrictione, eo, q̄ reſtrictio, & ampliatio opponuntur, & ſiunt circa perſonalẽ ſuppoſitionẽ, niſi obſtetiſſet ratio, q̃ prius dicta eſt in principio appellationum, ſ. quod appellatio eſt magis intrinſeca termino, quã reſtrictio. Et quia hic principaliter vult determinare de reſtrictione, ideo reſumit definitionem reſtrictionis prius poſitam in principio ampliationem. F

Quid reſtrictio. Primo ſciedũ, q̄d reſtrictio eſt coarctatio termini cõis a maiore ſuppoſitione ad minorem, hoc ad decrementum ſiue minoratio ambitus alicuius termini cõis, ſecũdum quod pro paucioribus ſuppoſitis tenetur, q̄d exigat ſua actualis ſuppoſitio, ſicut dicendo, homo albus currit, ille terminus homo, de ſua actuali ſuppoſitione, poteſt ſupponere pro omnibus hominib. quocũque colore coloratis, tum per naturam illius adiũcti alb. variatur ſoppoſitio eius. & tenetur ſolum pro hominibus albis, & accipitur in iſta definitione coarctatio metaphoricã ad coarctationem rea

A lem ſicut ſufficienter explicatum eſt in principio ampliationum.

Reſtrictionis diuiſio.

Secundo ſciendum, ꝙ Auctor conſequenter diuidit reſtrictionũ dicens, ꝙ reſtrictionũ, alia fit per nomen, alia per verbum, alia per participium, & alia ꝑ implicationẽ alicuius orationis. Et cõſequenter ſubdiuidit reſtrictionem factã per nomẽ dicens, ꝙ alia fit per inferius appoſitũ ſuperiori, alia fit ꝑ dñiam aduenientẽ cõi, alia per adiectiuũ accidentes, & oium iſtorũ exẽpla ſatis patent in textu, vnde reſtrictio fit multis modis. vno mõ fit ꝑ aliquid adueniẽs termino reſtricto, ſicut dicẽdo, hõ alb. currit. Alio modo fit nullo adueniente termino cõi, vt cũ dr̃, rex venit, reſtringitur ad ſupponendũ pro rege patriæ, & ſm̃ hoc pôt dici, ꝙ duplex eſt reſtrictio. Vna eſt naturalis, quæ fit ꝑ aliud adueniẽs termino cõi, & dr̃ naturalis, q̃a ille terminus capitur ſm̃ naturã & exigẽtiã termini adiuncti, alia eſt uſualis reſtrictio, & eſt illa q̃ in termino ꝑ vſum & modum loquendi inuenitur, & ideo dicitur vſualis reſtrictio, quia non conuenit ei ſecundum naturam alicuius adiuncti.

Reſtrictio naturalis quot modis fiat.

Tertio ſciẽdum, ꝙ reſtrictio naturalis põt fieri multis modis, vt prius dictũ eſt. Vno mõ per dictionẽ. Alio mõ per orationẽ, per orationẽ fit q̃n alicui termino cõi ampleat aliqd non importãs diminutionẽ, nec ampliationẽ, vt cum dr̃, hõ qui eſt albus currit, ibi reſtringit hõ ad ſupponendũ pro illis quibus cõuenit illa amplicatio, qui eſt albus. Et notanter dicit non importans diminutionẽ, nec ampliationem, q̃a eſt aliqua oratio implicatiua q̃ importat diminutionẽ, vt iſta, q̃ eſt mortuus, & alia eſt C implicatiua q̃ importat ampliationẽ, vt iſta qui põt eſſe ille. n. implicationes non reſtringunt. Et ſic patet q̃d reſtrictio hẽt fieri q̃n terminus adueniẽs alteri nõ diminuit nec ampliat terminũ cui addit, ſed q̃n facit ipſũ teneri pro paucioribꝫ ſuppoſitis q̃ prius tenebat, & cũ oĩo implicatiua eſt diminuẽs deſtruitur illud cui adiungitur, et oi o ampliatiua facit terminũ teneri ꝑ pluribꝫ q̃ exigat ſua actualis ſuppoſitio, ið nõ reſtringit. Sed reſtrictio, q̃ fit ꝑ dictione põt fieri duplr̃, vno mõ ratione ſignificationis, alia mõ ratione cõſignificationis. Ratione ſignificationis põt fieri, quando aliquid additum termino cõi reſtringit ipſum quo ad principalem ſignificationem. Et rãtione conſignificationis fit, quando aliquid reſtringitur ſolum quo ad conſignificationem, ſicut dicendo, homo eſt albus, homo reſtringitur ſolum ratione conſignificationis. ſ. rõne generis, quia tantum ponitur pro maribus. D

Sophiſ.

Reſtrictionũ.

Quarto ſciendũ, ꝙ cũ dr̃ ꝙ reſtrictio nũ, q̃dam fit ꝑ nomen, alia fit per verbũ &c. ibi eſt diuiſio generis in ſpẽs, eo ꝙ reſtrictio æqualiter dr̃ de omnibꝫ illis mẽbris. Et iſtorũ modorum ſufficiẽtia ſic poteſt haberi, nam ois reſtrictio fit per dictionẽ incõplexã, vel cõplexã, ſi primũ, hoc eſt dupl̃r, vel talis dictio ſignificat ſubſtãtiã, vel actũ, ſi ſubſtantiã, ſic eſt primũ membrũ, ſi actum hoc eſt dupl̃r, vel actũ diſtantem a ſubſtantia, & ſic eſt ſcd̃m mẽbrũ, vel indiſtantem, & ſic eſt tertium membrum, ſi fiat per vocem complexam, ſic eſt illa, q̃ fit ꝑ implicationem. Vnde in propoſito implicatio vocatur aliquod complexum ex nomine, & verbo implicitẽ includens ſuppoſitionem termini communis, vt cum dicitur homo, qui eſt albus currit, iſta implicatio, q̃ eſt albus, includit implicite ſuppoſitionem huius termini homo, ſequens, vnde etiam diuiſio talis eſt, ſicut diuiſio præcedẽs, & ſic poteſt faciliter ſumi ſufficientia mẽbrorum eius. Et ſic patet, quid ſit reſtrictio, & quomodo habeat fieri, & quomodo diuiditur. B alia per nomen fit. E F

Argũ.

Sed contra prædicta arguitur primo ſic. Reſtrictio nõ eſt poſſibilis, ergo de ipſa non eſt determinandum. Anteceedẽns patet, q̃ vbicunque ponit dictio, ſemper ſupponitur, & capit pro ſuo ſignificato, ſe ſignificatum dictionis nõ poteſt reſtringi, ergo videtur, q̃ ipſa non eſt poſſibilis. Secundo arguitur ſic.

con-

A cõtra definitionẽ, quia terminus ſingulari aliquando ſtat pro pluribus, & aliquãdo pro paucioribus, ergo videtur, quòd reſtringitur, ergo male ponitur in definitione termini communis. Tertiò arguitur ſic. Circa appellationem fit coarctatio a maiori ſuppoſitione ad minorem, & tamen non eſt reſtrictio, ergo. Quarto ſic. Reſtrictio non fit per nomen, ergo contra unum membrum diuiſionis. Antecedẽs patet, quia ſi fieret in iſta, homo albus currit, fieret, ſed hoc non, quia albus in plus ſe habet quam homo, ergo non poteſt reſtringere hominem. Quinto ſic. Implicatio eſt magis communis, quam cui adiun-
B gitur, ergo non poteſt reſtringere. Antecedens patet, quia implicatio, qui eſt albus, poteſt addi homini, boui, & leoni, & ſic de alijs.

Ad argumenta. Ad primum iſtorum
Solutio argumentorum dicitur, quod licet dictio non poſſit reſtringi quãtum ad ſignificatum formale, tamen quantũ ad ſignificatum materiale bene reſtringitur. vnde, vbicunque ponitur homo, ſignificat humanitatẽ quæ eſt ſignificatum formale eius, ſed non capitur pro omnibus ſuis ſuppoſitis quę ſunt ſignificatum materiale eius, ideo põt reſtringi. Ad ſm iſtorũ dicitur, quod licet terminus ſingularis æquiuoce tentus poſ-
C ſit teneri pro plurib. tñ vniuoce tentus non põt ſtare niſi pro vno ſolo, & ſic non poteſt reſtringi. Ad tertium argumentum dicitur, q licet appellatio aliquando appellet pro paucioribus, hoc tamen eſt per accidens, quia ſẽper per ſe facit terminum communẽ teneri, pro exiſtentibus tantum. Ad quartum dicitur, q licet alb. in comparatione ad alia ab homine in plus ſe habeat q̃ homo tamen in comparatione ad hominẽ non in plus ſe hẽt. Ad quintum dicitur, quod licet implicatio ſecundum ſe in plus ſe habeat, quã terminus cui adiungitur, tamen ſecundum quod adiungitur tali, uel tali termino per relationem in eo incluſam, in minus ſe habet quam talis terminus communis.

D *De reſtrictionis per nomen factæ quibuſdam neceſſarijs regulis.*

De reſtrictione facta per nomen cõiter ſumptum tales dantur regulę. Omne nomen non diminuens: nec habens vim ampliãdi, adiunctũ eadẽ parte termino magis cõi, reſtringit ipſum ad ſupponẽdum pro his, ad quæ exigit ſua ſignificatio, ut patet in exẽplis prædictis, ut homo per ſuã ſignificationẽ reſtringit animal ad animalia, quæ ſunt homines, ut cũ dr̃, animal homo, & alb. reſtringit hominem per ſuam ſignificationem ad homines albus, vt cum dr̃, hõ alb. Dico aũt non diminuens, & ad removẽdum nõ ia diminuẽtia rõnẽ adiuncti, vt mortuus, vel corruptus, & ſimilia, quę nõ reſtringũt, ſed potius deſtruũt adiunctũ. Dico aũt nõ habẽtem vim ampliãdi, ad remouẽdũ dictiones ampliatiuas, vt potens, poteſt, poſſibile, quę nõ reſtringunt, ſed potius ampliant. Prima regula.

E Et ſciẽdũ qd minus cõe ſp reſtringit magis cõe, ut cũ dr̃, homo alb. currit, quia homo reperitur in albis hoib. et nigris, & medio colore coloratis, alb. aũt non. vnde, quo ad hoc, hõ eſt magis cõe, & albus minus cõe, & ſic albus reſtringit hominem, ſed ſecundum quod alb. reperitur in hominib. lignis, lapidibus, & brutis, homo aũt nõ, vt ſic, alb. eſt magis cõe, & homo minus cõe, & ſic hõ coarctat albũ ad albedinẽ exiſtẽtẽ in hominib. vt cum dicitur, homo albus currit, & ſic virumq. coarctat alterum ſecundum diuerſa. Item de termino reſtrictio talis datr̃ regula. Si ſignũ vniuerſale aduenıat termino Notabile pulchrum.

F

A reſtrictio non diſtribuit ipſũ niſi ꝓ his ad q̄ reſtringitur. cum. n. dico, omnis homo albus currit, ibi homo reſtringitur ad albos, & nõ poteſt diſtribui niſi pro albis.

Tertia regula. Itẽ de reſtrictione datur talis regula Nihil poſitũ a parte prædicati poteſt reſtringere terminum cõmunẽ poſitũ a parte ſubiecti quò ad principalem eius ſignificationẽ, vt homo eſt alb. iſte terminus albus in prædicato poſitus nõ põt reſtringere hoiem in ſubiecto poſitum ad albos, quia, ſi reſtringeretur ad albos, ergo per regulã præcedentẽ. ſ. ſi ſignum vl'e aduenerit B termino reſtrictio ſolũ diſtribuit ipſum ꝓ his ad quæ reſtringitur, vt in propoſito, homo diſtribueretur ſolũ ꝓ albis hominib. ſic iſtius propoſitionis, omnis homo eſt albus ſenſus eſſet. omnis homo alb. eſt alb. ergo, ſi vna erit vera, reliqua erit vera, & ſi vna erit falſa, reliqua erit falſa, qđ. tñ eſt falſum, ergo, cũ dicitur omnis homo eſt albus iſte terminus hõ non reſtringitur, & ſic patet illa regula. Dico aũt quò ad principalẽ eius ſignificationẽ, qa ꝓdicatũ reſtringit ſubie- C ctũ quò ad conſignificationẽ, quę eſt genus, ut cũ dr, cignus eſt albus iſte terminus cignus reſtringitur ad mares, & nõ ad mulieres, & ſic alb. reſtringit ipſũ quo ad cõſignificationẽ quæ eſt genus, & nõ quò ad ſignationem.

Quarta regula. Itẽ de reſtrictione facta per implicationẽ talis datur regula. Ois implicatio immediate cõiũcta termino cõi reſtringit ipſũ, ſicut ſuum adiectiuum; vt cum dr, hõ qui eſt albus currit, iſte terminus homo reſtringitur ad albos per hanc implicationẽ; ſ. qui eſt alb.

Quinta regula. Itẽ de eadẽ reſtrictione talis datur regula: Quotieſcũq; ſignũ vniuerſale, & implicatio ponuntur in eadem locutione, D duplex eſt oratio, eò quòd ſignum poteſt præcedere implicationem, & ſic diſtribuit terminum communem pro quolibet ſuppoſito, ut cum dicitur, omnis homo currit qui eſt albus. Item implicatio poteſt prius aduenire, & reſtringere terminum communem, & tunc ſignum poſtea adueniens non diſtribuit ipſum, niſi pro his ad quæ reſtringitur, ut omnis homo qui eſt albus currit; & tunc æquiualet huic, omnis homo albus currit.

E Prima regula reſtrictionis expoſitio. Poſtquam Auctor ſubdiuiſit reſtrictionem, hic conſequenter ponit quaſdam regulas de reſtrictione facta per nomẽ, & conſequẽter determinabit dẽ quibuſdam regulis reſtrictionis factæ per verbum, & quia nomen præcedit verbum, ideo patet ordo. Et primo ponit vnam regulam de reſtrictione facta per nomen, ſiue ampliatione, dicens, quòd omne nomen non diminuens, nec habens uim ampliãdi, adueniens ex eadem parte termino communi reſtringit ipſum ad ſupponendum pro his quæ exigit ſua ſignificatio ſcilicet ſignificatio illius nominis reſtringentis, ut dicendo, animal homo currit, ibi homo, reſtringit animal per F ſuam ſignificationem ad ſupponendũ pro animalibus habentibus humanã formam. Et conſequenter exponit Auctor ſuam regulam, & dicit, quòd notanter dicitur non diminuens, propter nomina diminuentia rationem illius termini cui adiunguntur, vt mortuus, & corruptus; talia. n. nõ reſtringũt, ſed magis deſtruunt. ſ. formam ſignificatã per terminum cui adiungit. Et dicebatur notanter nõ habens uim ampliãdi propter illa, poſſibile potẽs, & ſimilia, q̃ non reſtringunt, ſed potius ampliãt. Et ſimiliter debet intelligi de dictione diſtrahente, ſicut de diminuente, unde dictio diminuens, & diſtrahẽs differũt nã illa dicitur diminuens, quæ deſtruit ratio-

Dictio diminuens a diſtrahente, quomodo differat. Diuerſis reſpectib. dicit magis et minus cõmunis aliquis terminus.

A tractionem illius cui adiungitur, vt mortuus, & illa dicitur, diſtrahens, quę trahit terminum cui adiungitur ad extraneam ſignificationem, vt dictum.

Termini reſtricti regula exponitur.

Primo ſciẽdũ, ꝙ gñaliter quodlibet minus cõe reſtringi magis cõe, verũtamen idem terminus dr̃ magis cõis, & minus diuerſis reſpectib. & ſic idẽ terminus põteſſe reſtringẽs, & reſtrictus v.g. homo alb. currit, hõ reperitur in hominib. albis & nigris, medio colore coloratis, & alb. non, & ſic ſm illud reſpectũ, hõ eſt termin⁹ magis cõis, & albus minus cõir, & ideo alb. reſtringit hoiem, ſm aũt, ꝙ alb. reperitur in hominib. lapidib. & in aialib. brutis, & hõ non, iſto modo alb. eſt terminus magis cõis, & homo minus cõis, & ideo homo coarctat, & reſtringit album ab albedinem exiſtentem in hominibus. B

Secundo ſciendũ, ꝙ pro termino reſtricto Auctor ponit vnã regulã in textu, quæ talis eſt. Si ſignum diſtributiuũ adueniat termino reſtricto, non diſtribuit ipsũ plenariȩ pro oĩb. ſuis ſuppoſitis, ſed ſolum diſtribuit ipsũ pro his, ad quæ reſtringitur ſm exigentiam termini reſtringẽtis, vt cũ dicitur, oĩs homo alb. currit. hõ. n. non diſtribuitur niſi ꝓ hominib. albis, & hoc eſt ratione illius termini reſtringẽs albus, vnde ſi ſignũ C vl̃e adderetur termino cõi per ſe ſumpto, & nõ reſtricto, diſtribueret ipſum vniuerſaliter pro oĩb. ſuppoſiti, ſed cũ additur ſibi determinatio non diminuens, nec diſtrahens, diſtribuitur ſm exigentiam determinationis, & ſic patet, quod ſignum vniuerſale in iſta propoſitione, omnis homo alb. currit, & ſibi ſimilib. non agit in terminum communem, ſed ſecundum, quòd reſtrictus eſt per hanc determinationem a'bus.

Reſtrictionis per nomen factæ neceſſaria regula.

Tertio ſciendum eſt, quòd conſequẽter Auctor ponit vnã aliã regulã de reſtrictione facta per nomen, quæ eſt talis. Nihil poſitum a parte prȩdicati ſt reſtringere terminum cõem poſitum a parte ſubiecti quò ad principalem ſignificationem. Et iſta regula vr̃ dari de termino reſtringẽte, vt cum dr̃ homo albus, albus. n. non reſtringit hominẽ ad albus cui⁹ ratio eſt, quia tunc ſignũ vniuerſale iunctũ homini nõ diſtribueret ipſum niſi pro albis, vt patet per regulam immediate dictam, & ſic hæc ꝓpoſitio eſſe uera, omnis homo eſt albus, poſito caſu, quòd aliqui eſſent nigri, quod patet quia ualeret tantum ſicut iſta, omnis homo albus eſt albus ſed illud manifeſte eſt falſum, caſu poſito, igitur illud eſt falsũ. ex quo ſequitur, videlicet, quod ille terminus albus in prædicato poſitus reſtringat iſtũ terminũ homo, poſitum a parte ſubiecti quantum ad principalem ſignificationem, veruntamen talis terminus poſitus a parte prædicati habet reſtringere terminum poſitum a parte ſubi quantum ad ſignificationẽ huius principalem, ſiue quantum ad conſignificationem, vt cũ dicitur, cignus eſt albus, albus reſtringit cignum pro marib. tantũ, et non pro femellis, & ſic reſtringit ipſum quãtum ad ſignificationem minus principalem quam eſt genus. D E

Reſtrictionis per ſupplicationem factæ alia regula.

Quarto ſciendum, quòd Auctor ponit vnam aliã regulam de reſtrictione facta per implicationem dicens, quòd omnis implicatio immediate, adiuncta termino cõmuni reſtringit ipſum ſicut ſuum adiunctum, vt cũ dicitur, hõ qui eſt albus currit, die terminus homo reſtringitur ad albus per illã implicationem, qui eſt a'bus, vnde notanter dicitur immediatè adiuncta, quia ſic talis implicatio non immediatè adderetur, non plus reſtringeret quam adiunctũ poſitum a parte prædicati, vt ſi diceretur, homo currit, qui eſt albus, vnde quantum rem illę duæ æquipollent, homo albus currit, & , homo qui eſt albus currit. Et ex iſta regula refert Auctor in textu aliam regulam de reſtrictione facta per implicationem dicens, quam quotieſcunque ſignum vniuerſale, & implicatio ponũtur in eadem locutione, locutio eſt duplex, eo quòd ſignum vniuerſale poteſt præcedere implicationem, non immediate poſitam in termino communi, F

A & tũc diſtribuit terminũ cõem ꝓ oib. ſuis ſuppoſitis, vt cũ dr̃, oĩs hõ currit q̃ eſt albus, ibi ille terminus hõ diſtribuitur pro oĩbus ſuis ſuppoſitis, vel illud ſignum vl̃e põt præcedere implicationem immediate poſitã in termino cõi ex eadẽ parte, & ſic tale ſignum non diſtribuit niſi pro illis, ad quæ reſtringit per illã implicationem, vt dicendo, oĩs homo eſt albus currit, & ratio huius diuerſitatis eſt, quia in prima propoſitione ſignum vl̃e attingit terminum cõem antequam determinetur per implicatione, ſed in ſecunda determinatur per implicatione antequam diſtribuatur per ſignũ, & ideo nõ diſtribuit terminum communem vniuerſaliter pro omnibus ſuis ſuppoſitis, ſed tantum pro quibus exigit ſua implicatio. B

Argũ. Cõtra prædicta arguitur primo ſic. Nullũ poſterius agit in prius, ſed econuerſo, ſed omne reſtringens poſterius eſt reſtrictio, ergo nullum reſtringens agit in dictionem reſtrictam. Secundo ſic. Cũ dr̃, potens portare lapidem currit, eſt reſtrictio, & tamen ibi eſt dictio ampliatiua, & nõ habẽs vim reſtringẽdi, ſed ampliandi, ergo contra primam regulã. Tertio ſic. Signum vl̃e nõ amittit ſuum vim per aliquid quod eſt poſterius, ergo videtur, ꝙ cum habet uirtutem ad diſtribuendũ terminũ cõem pro oib. ſuis ſuppoſitis, non perdat viã ſuam C per dictionem reſtringentem terminum cõem, cũ ſit poſterius ipſo, ergo videtur, quod diſtribuat terminum reſtrictã pro omnib. ſuis ſuppoſitis, qđ eſt contra ſecundam regulam. Quarto ſic. Talia ſunt ſubiecta, qualia pmittũtur ab eorum pdicatis, ergo vr̃, ꝙ ſicut prædicata variant ſua ſubiecta, ſic poſſunt reſtringere. Quinto arguitur ſic. Qñ ſignum vl̃e additur termino reſtricto, tũc prius cadit ſupra terminum reſtrictum, quàm ſupra dictione reſtringentem, ergo videtur, quòd ipſum diſtribuat pro omnibus ſuis ſuppoſitis.

Solutio. Ad argumenta. Ad primum iſtorum dr̃, ꝙ poſterius non agit in prius quantum ad eius ſubſtantiã, ſed bene agit, quòd ad accidentalia eius. mõ accidẽtale eſt, terminum cõem teneri pro pluribus vel paucioribus ſuppoſitis eius. D Ad ſcđm dr̃, ꝙ licet ſit ibi dictio ampliatiua, & reſtrictiua, tamen illa reſtrictio non ſit ratione dictionis ampliatiuę in poſitę, ſed ratione dictionis reſtringentis. Ad tertium argm̃ dr̃, qđ licet ſignum vniuerſale non amittat per ſe ſuã vim, tamen per accidens poteſt eam perdere rõne determinationis illius cui adiũgitur ſignum vl̃e, quod ſuſcipit eius virtutem. Quia quãdo in aliqua dictione ponitur terminus cõis eſt determinatione non diminuente, tunc ſignum adueniens nõ deſtribuit illud ſubiectũ ſm ſe, & abſolute, ſed ſm qđ determinatur per illam determinationẽ, quia E etiam ille terminus cõis nõ ſubijciebatur abſolute, ſed prout ſtat ſub tali determinatione. Ad quartum illorum dicitur, quod hęc regula habet veritatẽ quo ad ſuppoſitionem, nõ tamen quo ad reſtrictionem. Vel põt dici, quòd licet ſubiecta varientur quo ad cõſignificationem, non tamẽ quo ad principalem ſignificationem. Ad quintum dicitur, quòd licet ſm vocem ſignũ, & terminus reſtrictus præponantur dictioni reſtringenti, tamen ſecundum intellectum dictio reſtringens immediate ꝓponitur ipſi termino, quia ſicut dictũ eſt ſignum vniuerſale diſtribuit termi- F num communem ad ea quæ reſtringitur per dictionem reſtringentem.

Signum vniuerſale quo pacto ſuã vim amittit.

Reſtrictionis per Verbum factæ tres regulæ apponuntur.

Prima regula. Sequitur de reſtrictione factã per verbũ De qua plures dãtur regulę. Quarũ prima talis ẽ terminũ cõis ſupponẽs uel apponẽs uerbo pſẽntis tpis ſim; ſr ſũpto, nõ hñt vim ampliãdi, nec ex ſe, nec ex alio, reſtringitur ad ſupponendũ ꝓ his, q̃ ſunt ſub forma termini cõis ſupponẽtis. Dico aũt termini cõis. quia terminus diſcretus neq; reſtringitur

A tur neq; ampliat, dico aūt verbū pſentis tpis, ad remouēdum alia verba aliorum temporum, quia terminus cōis alia hēt ſuppoſitionē cū eis. dico aūt ſimpliciter ſūpto, ad remouendū uerba ſumpta cū particularis diminuentibus, vt eſt opinabile, & impoſſibile. dico aūt nō habēte uim ampliādi, ad remouēdum uerba ampliatiua ut pt; dico aūt neq; ex ſe, neq; ex alio, ad remouendū uerba habētia uim ampliādi, ex alio, ut puta ex cōiūcto, ſicut hoc verbū eſt, cū dr, eſt potēs B dico aūt ſub forma termini ſupponētis, quia homo ſupponit pro his, qui ſunt ſub humanitatē & aīal p his, quæ ſunt ſub aīalitate, ut cum dr, hō eſt aīal. Itē alia datur regula. Terminus cōis ſupponēs, vel apponens verbo de præterito, ſimpliciter ſumpto, non habēte uim ampliandi, nec ex ſe, nec alio, reſtringitur ad ſupponendū pro his, quæ ſunt, vel fuerūt ſub forma termini ſupponētis, vt cum dicitur, hō fuit animal, iſte terminus homo, ſupponit pro omnib. his qui ſunt, vel fuerunt homines, & aīal, pro his, quæ ſunt, uel fuerunt animalia. Itē alia datur regula. Terminus cōmunis ſupponens, uel apponens uerbo de futuro, etiā ſupponit pro his, quæ ſūt, uel erūt ſub forma termini ſupponentis, ſcilicet pro eis, quæ ſunt, vel erunt in futuro, ut, hō erit animal. Ex prædictis patet, quòd verbum reſtringitur quo ad cōſignificationem, quæ eſt tempus, & non quò ad ſignificationem principalem.

Secūda regula

Tertia regula

Poſtq; Auctor determinauit de reſtrictione facta per nomen & per implicationē, quæ æquipollet nomini, hic conſequenter determinat de reſtrictione facta p verbū. Et ponit tres regulas de tali reſtrictione, ſm, q verbum pōt eſſe præſentis temporis, vel præteriti, vel futuri. Vnde prima regula talis eſt. Terminus cōis ſupponēs, vel apponēs verbo præſentis temporis ſiſr ſumpto non hnti vim ampliandi a ſe, vel ab alio, reſtringitur ad ſupponēdum pro his, quæ ſunt ſub forma termini ſupponentis. Et notanter dici terminus cōis quia terminus diſcretus non reſtringitur, nec ampliatur, vt dictum eſt prius. Notanter etiā dicitur præſentis temporis, ad remouēdū alia verba aliorum temporum, de qi. ib. poſtea dicetur: Notanter etiā dicitur, ſimpl'r ſūpto ad remouendū verba diminutionē importātia, ſicut opinor, imaginor. Et notanter dr non hnti vim ampliādi, ad remouēdū verba ampliatiua. Et notātèr dr, ex ſe, ad remouendum hoc verbū pōt. Et notanter dr, a ſe, vel ab alio, ad remouendum uerba quæ de ſe non hnt uim ampliandi, ſed ex adiuncto, ſicut eſt potens, vel impoſſibile, quia licet hoc uerbum eſt ex ſe non ampliat, tñ ampliat per illud adiūctū potens, vel poſſibile. Dr aūt notāter ſub forma termini cōis ſupponenti, quia cum dicitur homo eſt animal, ibi homo ſupponit pro illis q ſunt ſub humanitate, & animal, pro his qui ſunt ſub animalitate.

D Terminus cōis vel apponens verbo pſētis tporis ſimpliciter ſūpto non habēti uim ampliandi a ſe vel ab alio,

E ad ea q termini ſupponētis ſūt reſtringitur

Primo ſciēdū, q actus verbi pōt cōparari ad ſuum ſubiectum dupliciter. Vno mō quantū ad idem quo eſt, & de quo enunciatur, vt cū dr, Socrates currit hic, cōparatur curſus ad Socratem, tanquam ad id in quo eſt, & de quo dr. Alio modo poteſt cumparari ad ſubiectū, tanquam ad id de quo enunciatur, non tñ ad id in quo eſt vt cum dr, Cæſar laudatur, laus .n. enunciatur de Cæſare non eſt tñ in Cæſare, ſed in laudāte. Et ſimiliter cū dicitur, chimera opinatur, opinio enunciatur, de chimera, & tamen nō eſt in chimera, ſed in opinante. Similiter cum dicitur, Antichriſtus poteſt eſſe hic, enunciatur potentia ad eſſe de Antichriſto, non tñ eſt in ipſo, ſed in principijs naturalibus, ex quib. educetur Antichriſtus. Vnde illa

A Actus verbi ad ſubiectū duplex comparatio.

F

A verba q̃ ſignificant actū comparatū ad ſubā, vel ad ſubiectū tanq̃ ad id de quo enunciatur, & non tanq̃ ad id quo eſt, ampliant, & de iſtis nō eſt ad ꝓpoſitū. Illa uero q̃ ſignificat actū, qui comparatur ad ſubiectum tanquam ad id in quo eſt, & de quo dicitur non ampliāt & de ipſis eſt hic ad propoſitum.

De actu ac cōpoſitione uerbi. Secundo ſciendum ꝙ in iſtis uerbis ultima re dictis ſunt duo factus uerbi, & cōpoſitio ipſius verbi. Actus, uero q̃tus de ſe eſt in quolibet tp̃e, ſed ꝑ tp̃s, ꝙ eſt mēſura actus, ſiue motus illi⁹, verbi, reſtringitur ut ſit in tp̃e qđ eſt menſura eius. onde actus p̄ſenti uerbi ponitur in præſenti tp̃e, & præteriti in p̄terito, & futuri in futuro. Et, q̃a tēpus, B quod eſt motus, & actus eſt menſuræ compoſitionis uerbi, per actū uero reſtrictum actu reſtringitur compoſitio, ideo reſtrictio actus reſtringit compoſitionem. Et q̃a compoſitio actus verbi eſt accidens, ꝙ ſine ſubiecto eſſe non poteſt, & dr̃ de ſubiecto mediāte compoſitione, q̃ vult extremum cum extremo in oratione iō eodē tp̃e, in quo ponit actus verbi, & cōpoſitio illius actus ponitur ēt ſubiectum illius actus, & ſic reſtringitur ſubiectum uerbi, ad idem tēpus, ad quod reſtringitur actus verbi, & etiam compoſitio illius, ſubiectū autem illius actus eſt terminus cōmu- C nis ſupponens verbo. Iō patet, ꝙ a verbo reſtringitur, quis hoc ſit mediāte reſtrictione act⁹ verbi, & ēt cōpoſitionis.

Duarū regularū uerbi de præterito ac futuro, diligens declaratio. Tertio ſciēdū, ꝙ Auctor ponit alias regulas ſ. de verbo præterito, & futuro. Quarum: prima eſt terminus communis ſupponens uel apponens verbo de præterito ſimpliciter ſumpto non habendi vim ampliādi a ſe uel ab alio, reſtringitur ad ſupponēdum pro his, qui ſunt uel fuerūt ſub forma termini ſupponentis, vt cum dr̄, homo fuit aial, homo ſupponit ꝑ his qui ſunt, vel fuerūt hoīes, & aial ꝑ his q. ſunt, vel fuerunt animalia. Secūda regula talis eſt, terminus communis ſupponens, uel apponēs uerbo de futuro ſimpliciter ſumpto non habenti uim ampliādi, ſed vel ab alio t\m ſupponit pro his, qui ſunt, D uel erunt ſub forma termini ſupponēti, ut homo erit animal, & iſtę duę regulæ proportionabiliter poſſunt exponi ſicut p̄cedēs, vndē licet Auctor determinet de uerbo p̄teriti perfecti tp̄is, nō tñ aliq̃ mētionē facit de alijs p̄teriti, quia alia præterita. ſ. plusquam perfectum, & imperfectum ſatis poſſunt intelligi per verbum p̄teriti temporis, quamuis præteritum imperfectum uideatur magis reſtringere ſubiectum ſicut præſes ratione ſuę imperfectionis.

Quomodo verbum nomen reſtringere poſſit. Quarto ſciendum, ꝙ verbum nō habet reſtringere nomē ratione ſui ſignificati principalis quia eodem modo, & eadem rationem vnum tempus reſtringeret, ſicut reliquum, cum diuerſa tp̄a eiuſdem uerbi idem ſignificent, & importēt. Sed hn̄t ipſum reſtringere rōne E ſuę cōſignificationis, ſ. rōne tp̄is, quod connotat cum ſuo principali ſignificāt ſicat verbum præſen is tēporis reſtringit tñ terminus communem ſibi additum p̄o præſentibus. verbum aūt p̄teriti, quia includit tempus p̄teritum, & eſt aliquid habens de præſenti, adeirco reſtringit terminus cōem ſibi additum pro præſentibus ſuppoſitis, & præteritis. Verbum autem futuri temporis reſtringit terminum cōem ad ſuppoſita præſentia, & futura, eo quod tempus futurum aliquid præſenti includit, F & aliqui l futuro vt enim dicitur in 4. Phyſico præſens tempus eſt finis præteriti, initium futuri. Ex quo apparet cauſa iſtarum trium regularum. Apparet etiam, quod terminus communis tam ſupponens quam apponens verbo dicitur reſtringit, dummodo addatur verbo. eo quod verbum ratione ſui temporis reſpicit tam vnum quam reliquum, & ſic patet de reſtrictione facta per verbum.

Argu. Contra prædicta arguitur primò ſic, Contra primā regulam. Terminus reſtringens debet eſſet in eodem ſitu cū reſtrictio, ſed uerbum præſenti temporis, & terminus ſupponens non ſunt in eodem ſitu, q̃a verbū eſt a parte prædicati,

A cati,& terminus ſupponẽs parte ſubie cti,ergo talis terminus nõ põt reſtrin gia talis verbo. Secundo ſic Cum dici tur,homo eſt animal,ibi eſt uerbũ pręſentis temporis,& tamen prædicatum uerificatur de ſubiecto pro omni tempore,ergo male.dr̃ quòd uerbum præſentis tpis reſtringit ad præſentes. Tertio ſic Illud uerbum eſt,habet uim ampliandi,ex ſe,uel ab alio,ut dictum eſt, ergo ubicunq̃.ponitur, uel non ponat non poterit reſtringere.ergo cõtra primã regulã. Quarto ſic. Contra ſecũdã B regulã. Sicut p̃ſens diſtinguitur a p̃terito ita p̃teritum a præſenti,ergo,ſicut præſens reſtringit tm̃ pro præſentibus, etiam uidetur quòd præteritum tm̃ reſtringat pro præteritis. Quinto ſic. Cõtra tertiam regulam. Verbũ futuri tẽporis faciat ampliare terminũ cõmunem,uidelicet ad ſuppoſita p̃ſentia, & futura,ergo uidetur ꝙ non reſtringat.

Solutio Ad argumenta. Ad primum iſtorũ dr̃,quod licet in reſtrictione,in qua terminus reſtringens eſt principium intelligendi reſtrictum.& in qua reſtringit quo ad principalem ſignificationẽ debeant eſſe in eodem ſitu,non tñ oportet in reſtrictione,i qua reſtringens nõ eſt principium intelligendi reſtrictũ, nec eius diſpoſitio ſic autem eſt de reſtrictione facta per uerbũ eſt. Ad ſcm dr̃,quod homo,& animal conſiderantur dupliciter uno modo penes depen C dentiam ſiue neceſſariam habitudinẽ quam habeat adinuicem,& illo modo vnum uerificetur de alio pro oĩ tempore,alio modo conſiderantur in ordine ad uerbum præſentis temporis cui adduntur,& illo modo ſupponunt pſonaliter,& pro præſentibus tãtum. Ad tertium dr̃, quod licet hoc uerbum ẽ, quando cum alio ponitur. ut puta cũ dictione per ſe ampliatiua,habeat uim ampliandi,tñ ſi per ſe ſumatur non habet uim ampliãdi,ſed reſtringendi, Ad quartum dr̃,quod nõ eſt ſimile de pręteriti,& præterito,quia præſens tãtũ includit præſens,ſed præteritum inclu dit præteritum, & præſens,ut dictum D eſt,& ideo etiam poteſt reſtringere ꝓ preſenti,& præterito. Ad quintum dr̃, ꝙ ibi p̃t eſſe reſtrictio,& ampliatio reſpetu diuerſorũ, nã talis terminus dr̃ reſtringi ſi comparetur ad uerbũ ſiue determinatione;ſi aũt comparetur ad ſeipsũ alicuius certi tpis,ut ſibi poteſt adiungi uerbum præſentis temporis, tunc dr̃ ampliari,eo quod tale verbum ſe habeat in plus quã uerbum p̃ſentis temporis. Vel p̃t dici breuiter,quod ſi terminus cõis teneatur copulatiue dr̃ ampliari,& ſi diſiũctiuẽ dicĩt reſtringi.

Sophiſmate, Solutio, Omne animal fuit in arca Noe.

Circa prædicta quæritur de hoc E ſophiſmate, omne animal fuit in arca Noe,Probatur, homo fuit in arca Noe,equus fuit in arca Noe, & ſic de alijs, ergo omne animal fuit in arca Noe. contra, omne animal fuit in arca Noe,ſ᷑ Cæſar fuit animal, ergo Cæſar fuit in arca Noe,ꝙ ẽ falſum,ergo aliqua pręmiſſarũ eſt falſa.non minor,ergo maior.Q ſ ãt prima ſit falſa patet ꝑ q̃dã regulã, q̃ dicit qđ terminus cõis ſupponens,uel apponens F uerbo de præterito ſimpliciter ſũpto,reſtringit̃ ad ſupponẽdũ ꝑ his qui ſũt,uel fuerũt ſub forma termini ſupponẽtis.idẽ,alia ẽ regula, qđ ſi ſignum vl̃e adueniat termino reſtrictio diſtribuit ipsũ ꝓ oĩb. illis ad q̃ rẽſtringebatur,ergo,cũ dicit̃ oẽ aĩal fuit in arca Noe, iſte terminus aĩal, ſupponit ꝓ oĩ aĩali,ꝙ fuit in arca Noe,ſed non fuerunt oĩa i I arca Noe,ergo prima eſt falſa. Itẽ ad idem,in hac ꝓpoſitione, omne aĩal quod tũc fuit i arca Noe, iſte terminus aĩal, reſtringitur magis quam in iſta oratione, omne aĩal fuit in arca Noe, cum in prima plura ſupponantur,ſed iſte termi-

nus.

A nus animal reſtringitur ad illa, q̃ fuerunt tunc in illo tpe, propter implicationem ibi poſitam, ergo, ſi ſolum illa quæ fuerunt illo tempore fuerunt in arca Noe, & nõ plura oportet, quod hæc ſit falſa, oẽ aĩal fuit in arca Noe, cũ ĩ eo plura aĩalia ſupponãtur. Solutio; quia dicũtur; & hæc; oẽ, aĩal fuit in arca Noe, ẽ duplex, eo ꝙ põt fieri diſtributio ꝑ ſingulis generũ, vel ꝑ generib. ſingulorũ, primo mõ ẽ falſa, ſecũdo mõ ẽ uera, quia, quãdo fit diſtributio ꝑ ſingulis gnerũ, tunc eſt diſtributio ꝑ ſingulis ĩdiuiduis. ſ. q̃ B ſub eodẽ genere & ſub eadẽ ſpẽ cõtinentur, & tunc oportet, ꝙ omnia indiuidua cõtẽta ſub aĩali fuiſſent in arca Noe, qđ falſũ eſt; ſed cũ fit diſtributio ꝑ generib. ſingulorũ, tunc ſolũ eſt diſtributio pro generibus uel ſpeciebus. ſ. nõ fuit aliqua ſpecies animalis, quæ non fuit ĩ arca Noe, & in illo mõ eſt uera Sed huic ſolutionis nõ acquieſco quia ſpecies animalis non fuit ꝑ ſe in arca Noe, ſed tãtum indiuiduũ Vnde illo tpe non habuit veritatẽ a niſi pro ſingulis generum, i. ꝑ indi C uiduis, & nõ ꝑ generibus ſingulorũ. unde dico, quòd propoſitio eſt falſa, & concedo omnes rationes adductas ad hoc, & probatio peccat ſecundum conſequẽs ab inſufficienti inductione, quia non accipit omes partes diſtributionis quæ ſubiecto iſtus propoſitionis, omne animal fuit in arca Noe.

Eſt aũt ſophiſma, propoſitio, cuius ſunt ad partes apparẽ-

Poſtq̃ Auctor determinauit de reſtrictione facta per verbum, hic conſequenter ad declarationem eorum quæ dicta ſunt ponit vnũ ſophiſma, videlicet an iſta ſit vera, omne animal fuit in arca Noe. Et prima, probat bos fuit in arca Noe, & homo. ſimiliter & equus. & ſic de alijs, ergo omne animal fuit in arca Noe, ſed improbatur ſic. Omne aĩal fuit i. arca Noe Cæſar fuit aĩal: ergo Cæſar fuit in arca Noe, concluſio eſt falſa, ergo aliqua pmiſſa; ũ non minor, ergo maior. ergo iſta eſt falſa. omne animal fuit in arca Noe. & ſic relinquitur ſophiſma pro utraq. parte ſui dubium.

D ies, ſeu ſophiſticæ ratiões.

Solutio ſophiſmatis ꝑ duas regulas.

Pro cuius ſolutione primo ſciendũ, ꝙ ad oſtendendum; quod illud ſophiſma ſit falſum, Auctor ĩ textu ponit duas regulas. Quarum prima eſt, ꝙ terminus cõs ſupponens verbo de præterito. ſupponit pro his qui ſunt, vel fuerunt ſub forma termini ſupponẽtis. Secunda regula ẽ, quod ſi ſignũ vniuerſale adueniat termino reſtricto, diſtribuit ipſum ꝑ his ad quæ reſtringitur & ſic talis terminus natus ẽ partiri, & diuidi reſpectu ſui adiũcti, vt, ideſt cet. B ſi ipſum adiunctum ſit præteriti temporis, natus eſt partiri pro præteritis, & ꝓ ſ: nulli, ergo dicendo. omne aĩal fuit in arca Noe, iſtud ſignũ omne, diſtribuit illum terminum aĩal, ꝓ oĩb. animalib. præteritis ſed multa animalia fuerunt in præterito tempore, q̃ non fuerunt in arca Noe, ergo iſta eſt falſa, omne animal fuit in arca Noe.

Propoſitæ ſolutionis intellect⁹.

Scdo ſciendum, ꝙ Auctor adducit vnã rationem ad oſtẽdendum quòd illa maior ſit ſimpliciter falſa qa omne animal, quod tunc fuit, ſ. tempore diluuij, fuit in arca Noe, & nõ plura, ergo iſta eſt falſa, omne animal fuit in arca Noe, conſequentia probatur, qa iſta. F omne animal, quod, tunc fuit in arca Noe, animal reſtringitur tm̃ ad illa, q̃ fuerunt in tpe præterito. quod interponitur tũc. & in iſta, omne animal fuit ĩ arca Noe, animal reſtringitur ad ea, quæ fuerũt in præterito ſimpliciter, ergo, cum aĩal in prima ſolũ teneatur ꝑ his. q̃ tunc fuerunt, ſcilicet in tpe diluuij, & nõ pro pluribus ſequitur ꝙ iſta erit falſa, oẽ animal fuit in arca Noe quia animal non ſolum tenetur pro his, quæ fuerunt in illo tempore, ſed pro his, quæ fuerunt ſimpliciter in tẽpore præterito, ſed manifeſtum eſt ꝙ multa animalia fuerunt in præterito,

A quę non fuerunt in arca Noe, ergo.

Dictę ſolutionis uis. Tertio ſciendum, ꝙ Auctor ſolendo illud ſophiſma, primo ſoluit ipſũ ſcđm opinionẽ Antiquorum dicentium, ꝙ iſta, omne animal fuit in arca Noe, eſt duplex, & per conſequẽs eſt diſtinguẽda, quia, vt dictum eſt, illud ſignum oẽ poteſt diſtribuere illum terminũ animal, pro ſingulis generum. i. ꝓ indiuiduis generũ, uel ſpecierũ. & tũc illa eſt falſa, quia oportet quod oĩa particularia animalia quæ continentur ſub animali fuiſſent in arca Noe, ꝙ eſt manifeſte falſum, uel pōt diſtribuere illum terminũ animal pro generib. ſingulorum. i. pro generib uel ſpecieb. indiuiduorum & B ſcđm illos in illo ſenſu illa ē vera oẽ animal fuit in arca Noe, quia non fuit ſpecies animalium, quæ fuit in arca Noe.

Auctoris veri or, ſolutio. Quarto ſciendum ꝙ Pet. Hiſp. non acquieſcit huic ſolutionis primę, & dicit ei non eſſe credendum, nec ſibi credẽdũ. Et ratio eſt, quia ille actus, fuiſſe in arca Noe, non conuenit ſpecieb. ſed ſolum indiuiduis, quia, vt hēt Ariſt. 1. Metaph. actus, & operationes sũt circa ſingularia, hoc eſt circa idiuidua, ergo ille actus; qui eſt fuiſſe in arca Noe, nõ poteſt conuenire ſpeciebus, ſed ſolum indiuiduis, niſi conueniat ſpeciebus ex C conſequenti, inquantum ſpecies ſaluatur i vno indiuiduo, et ſic illa diſtinctio nulla eſt. Et ideo Auctor concedit ipſam eſſe falſam ſimpliciter, & cõcedit oẽs rationes adductas ad probandũ falſitatem eius. Sed ad improbationẽ reſpondet ipſe, & dicit, quod ibi eſt fallacia conſequẽtis, quia ibi arguitur ab inſufficienti enumeratione ſingularium, quia omnes partes, quæ continent ſub illo termino aĩal, debuerũt enumerari & nõ enumerãtur, quare cõmittit fallacia cõſequẽtis, Veruntamẽ ſolutio Antiquorũ poſſet probabiliter ſuſtineri.

Argũ. Cõtra prædicta arguitur primo ſic: Tria animalia fuerunt in arca Noe, ergo omne aĩal fuit in arca Noe. Antecedens notum eſt de ſe. Conſequẽtia tenet per Ariſt. in primo Cæli, & Mũdo. vbi dicit, quod de trib. dr̃ omne, & de duobus, ambo ſolum, dicitur. Secundo D ſic. Semel fuit verũ dicere, oĩs aĩal eſt in arca Noe, ergo nunc uerum, eſt, omne animal fuit in arca Noe, conſequentia tenet, quia omnis ſuppoſitio quæ ꝓ aliquo tempore fuit uera, pro illo tempore ſemper dicitur fuiſſe vera. Tertio ſic. Non eſt inſtantia de aliqua ſpecie animalis, quæ non fuerit in arca Noe, tempore diluuij, nã equus fuit in arca Noe, & ſic de alijs, ergo omne animal fuit i arca Noe. Quarto ſic. Tã rationale quam irrationale fuit in arca Noe, ſed omne animal eſt rationale, vel irrationale, ergo animal fuit in arca Noe. Quinto ſic. Illud ſophiſma nõ eſt pro- E poſitio. ergo non eſt verum, neque falſum conſequentia tenet, quia veritas eſt in propoſitione. & antecedens probatur, quia in ipſo ponitur verbum præteriti temporis, quod non poteſt conſtituere propoſitionem.

Ad argumenta. Ad primum iſtorũ Solutio dicitur, quod licet tria animalia fuerint in arca Noe, & de trib. poſſit dici omne, non tamen ſequitur, quod omne animal fuerit in arca Noe, quia de ratione illius ſigni omne, eſt, ꝙ facit terminum communem, cui adiũgitur teneri pro omnibus ſuis ſuppoſitis. ſed plura ſunt ſuppoſita animalis quam tria, non. n. ſequitur, omne animal fuit in arca Noe, quamuis nõ eſſent in tria, ſuppoſita aĩalis, & eſſent in arca Noe, poſſet dici ꝙ omne animal fuit in arca F Noe, ſecundum dicitur, ꝙ non valet cõſequenti, quia ibi arguitur a minus amplo, ad magis amplũ, eo quod iſte terminus animal ſupponit pro paucioribus in vna, quam in alia. Ad tertium dicitur, quod in plurib ſpecieb animalis inuenitur inſtantia, & in plurib. indiuiduis. nam vt dicitur communiter, piſces non fuerunt in arca Noe, ſimiliter, nec uermes, ideo, ibi arguitur ab inſufficienti enumeratione. Ad quartum dicitur, qđ non valet conſequentia, quia ibi arguitur maiore particulari exiſtente in prima figura. ideo nihil ſequitur. Ad quintum dicitur, qđ in capiatur ꝓ poſi-

A poſitione ſpecialiter ſolum pro illa q̄ conſtituitur per verbum preſentis tẽporis indicatiui, tunc ibi non eſt propoſitio, ſed ſi capiatur propoſitio generaliter, propoſitione, quæ conſtituitur ſiue per verbum præſentis temporis indicatiui, ſiue præteriti, ſiue futuri, ſic ibi bene eſt propoſitio, & etiã ad hoc quod ſit propoſitio ſufficit, quod poſſit reſolui in unam de præſenti, & ſic eſt de iſta, vt notum eſt.

Obiectionis ſolutio, deque quibuſdam rereſtrectionis modi.

Solet ẽt q̃ri, vtrum ſimiliter termini reſtringant̃ ĩ ꝓpõne affirmatiua, & negatiua. Dicũt aliqui, qđ nõ. quia eſſe reſtringit ad exiſtẽs, & nõ eſſe, ad nõ exiſtẽs, ergo nõ ꝓ eodẽ ſit reſtrictio ĩ affirmatiua, & negatiua. Itẽ videtur, ꝙ oĩs negatiua, in qua eſſe negatur, ſimpliciter eſt falſa, ſi ſimiliter riſtringantur termini in ꝓpõne negatiua, & affirmatiua, quia in hac ꝓpõne, roſa eſt, iſte terminus roſa, reſtringitur ad exiſtẽs, etſi in hac roſa nõ eſt, ſi militer reſtringat̃ ad exiſtẽs, tunc ſenſus eſt roſa, q̄ nõ eſt, eſt. & hæc C eſt falſa, ergo & hęc roſa nõ eſt, et ſic, q̃libet negatiua in qua eſſe negatur, eſſet ſimpliciter falſa, quod falsũ eſt Ergo videtur, qđ nõ ſitr reſtringunt̃ termini in propoſitione affirmatiua, & in negatiua. Sed probatur, qđ ſimiliter reſtringant̃ quia; ſi in hac propõne, hõ, iſte terminus hõ, reſtringitur ad exiſtẽs, & in hac, nullus hõ eſt, ad nõ exiſtens, ergo vtraq; eſt vera, quia de exiſtentib. verę prædicatur eſſe, & de nõ exiſtẽtib. remouet̃ eſſe, ergo contradictorię ſunt ſimul veræ, ꝙ eſt impoſſibile, ergo ẽt ex quo ſequitur impoſſibile, ſ. qđ non ſimiliter reſtringantur termini in affirmatiua, & negatiua. Item regula eſt qđ eẽ verbũ ſimpliciter ſũptũ, non hẽns vim ampliandi, nec à ſe, D nec ab alio, reſtringit terminum ſupponentem quo ad conſignificationẽ, quæ eſt tempus, & non quo ad ſignificationem, ergo tempus eſt cauſa reſtrictionis illius, ſed idẽ tempus in affirmatiua, & negatiua ſibi oppoſita, ut roſa eſt, nulla roſa eſt, ergo eadem eſt cauſa reſtrictionis in vtraq;, & ergo ꝓ eadem ſit reſtrictio in vtraq. Et hæc argumenta concedimus. At illud, quod primo obijcitur, eſt dicendum, qđ eſſe non reſtringit ad exiſtens, & non eſſe non reſtringit ad E non exiſtens ſicut nec hoc verbũ curro ad currentes, quia nullum uerbum reſtringit ſibi terminum ſupponentem quo ad ſignificationem, ſed quoad conſignificationem, quæ eſt tempus vnde non reſtringit ad ſuppoſita exiſtentia, ſed præſentia. Suppoſita n. pręſentia poſſunt eſſe in aliquibus termini tam exiſtentia, quam non exiſtentia, ut cum dico, enunciabile eſt, enunciabile ſupponit tam pro exiſtentibus quã non exiſtentib. Omnia autem enunciabilia, quæ ſunt falſa in præſenti, ſunt in præſentia, ſed non exiſtentia, quia nullũ falſum eſt, & ſic eſſe non reſtrin F git exiſtentia, ſed ad præſentia, cũ idẽ tẽpus ſit vtrobique, qđ eſt cauſa reſtrictionis. Ad aliam dicendũ eſt, qđ duplex eſt forma termini communis. Quędam eſt quę ſaluatur in rebus exiſtentib. tm̃, ut humanitas, quę eſt forma hoĩs, et animalitas, quę eſt forma animalis et in talib. oĩa ſuppoſita præſentia, ſũt exiſtẽtia. Alia eſt forma termini cõis, quæ ſaluatur tam in rebus exiſtentibus, quàm non exiſtentibus, in enũciabilitas, quę ẽ forma enun-

Nota regula.

enunciabilis, quia quædam ſunt enunciabilia exiſtentia, vt Deũ eſſe, & omnia vera, & alia ſunt non exiſtentia, hominem eſſe aſinum, & omnia falſa, & in talibus nõ reſtringitur terminus communis ad exiſtentia, ſed reſtringitur tam ad exiſtentia. Vnde iſtius propoſitionis, roſa non eſt, non eſt ſenſus roſa aliter ſumpta quam in præſenti non eſt. Solet autem poni, quod quædam reſtrictio fit ab uſu, ut cum dicitur, nihil ẽ in arca, quam

B uis plena ſit aere, quia iſte terminus nihil ſupponit ab uſu, pro reb. ſolidis, ſiue firmis, & rex, pro rege patriæ, & magiſter legit. pro magiſtro proprio, Solet etiam poni, quod quædam reſtrictio fit per tranſitionem uerbi, ut cum dicitur. Socrate paſcit hominem,

Solutio iſte terminus homo ſupponit pro alio a Socrate uirtute tranſitionis uerbi, quia dans & recipiens debent eſſe diuerſa & ideo, ſi aliquando ſint eadem, hoc tamen eſt per accidens, eo quòd idem ſubiectum eſt utriuſque, ſicut idem eſt dux & comes ſecundum accidens. Vnde dicunt quod non ſequitur, Socrates paſcit ſe-

C ipſum, & ipſe eſt homo, ergo paſcit hominem, quod eſt fallacia accidentis, quia hoc pronomen ſe, non poteſt ſupponere pro diuerſis a Socrates ſed homo bene poteſt, Et hæc de reſtrictionibus.

An terminꝰ eodẽ mõ i negatiua & in affirmatiua propoſitione reſtrigat.

Poſquam Auctor determinauit de reſtrictione facta per nomen, & uerbum, hic conſequentor circa prædicta mouet conuenienter unum dubium, uidelicet an terminus eodem modo reſtringatur in propoſitione affermatiua & in negatiua. Ad quod quidam reſpondent, quod non ſimiliter, ſed diuerſi mode reſtringuntur termini in propoſitione affirmatiua & negatiua

D Et dicunt, quod eſſe reſtringit ad exiſtentes, & non eſſe ad non exiſtentes, ſed cum affirmatiua dicat eſſe, negatiua vero non eſſe, ſequitur quod non eodẽ modo reſtringuntur termini in affirmatiua, & negatiua.

Nota regula.

Dant etiam talem rationem. Si termini eodem modo reſtringantur in affirmatiua, & negatiua, ſequitur quod omni negatiua in qua negatur eſſe ſimpliciter eſſet falſa, conſequentia tenet quia in iſta roſa eſt, roſa reſtringitur ad exiſtentes, ut dicunt, ergo, ſi in iſta, roſa non eſt, roſa reſtringeretur ad exiſtentes, ſenſus huius propoſitionis eſſet, roſa quæ eſt, non eſt, quod eſt manifeſte falſum, hoc non videtur falſum, nec ſequi ex alio, niſi quia termini eodem modo reſtringuntur. in affirmatiua, & negatiua, ergo vr̃ ꝙ termini non eodẽ modo reſtringantur. Sed quod termini eodem modo reſtringantur in affirmatiua, & negatiua, hoc oſtendit Pet. Hiſp. E

Verbũ quo reſtringere hẽat terminum cõmunem tã in negatiua, ſ in affirmatiua.

Pro quo primo ſciendum, quod uerbum non põt reſtringere terminum communem poſitum a parte ſubiecti, quo ad principalem ſignificationem, ſed tantum quo ad conſignificationem quæ eſt temporis. Sicut ergo dici text. ubi eſt eadem cauſa reſtrictionis, ibi eſt eadem reſtrictione, ſed in propoſitione affirmatiua & negatiua eſt eadem cauſa reſtrictionis ſicut in iſtis duabus roſa eſt & roſa non eſt, quia in ipſis eſt uerbum præſentibus temporis, quod quidem verbum reſtringit ſolum quo ad conſignificationem, quæ eſt temporis, ergo ſequitur, quòd in iſtis duabus termini eodem modo reſtringitur, quia in vtraque eſt idem uerbum eiuſdem temporis. ergo eodem modo quo reſtringit in vna, &, etiam in alia. F

Aliam rationem adducit textus, quia, ſi non reſtringerentur eodem modo, duæ contradictoriæ eſſent ſimul ueræ, quod eſt impoſſibile, conſequentia

A quentia patet. quia, ſi in affirmatiua eſſe reſtringit ad exiſtentes, & in negatiua non eſſe ad non exiſtentes. & eſſe uere prædicetur de exiſtentibus, & non eſſe de non exiſtentibus uere remoueatur, ſicut in iſtis duabus, homo eſt, homo non eſt, quia ſi in iſta, homo eſt, homo reſtringitur ad exiſtentes tantum. & in iſta, homo non eſt, ad non exiſtentes tantum, ſequitur quod illæ duæ eſſent ſimul veræ, homo eſt, homo non eſt, quod eſt impoſſibile.

Secundo ſciendum, quod termini modo reſtringuntur in affirmatiua, ſicut in negatiua, dummodo in ambabus ponatur idem verbum. Et ratio eſt quia, ut dictum eſt, uerbum non reſtringit quod ad ſignificationem, ſed ſolum quo ad cōſignificationem. ergo, ſi prædicat eſſe i aliqua propoſitione ſicut in iſta, homo eſt. ſequitur quod illud uerbum eſt, non reſtringit hoīnē ad non exiſtentes, ſed ſolum ad præſentes, & ſimil ter, ſi non eſſe prędicetur B ſicut i iſta, uel conſimili propoſitione, homo non eſt, ex quo manet idem tempus, ſequitur quod iſte terminus homo, uel conſimilis, reſtringitur ad præſentes. & cum præſens reperiatur tam, in exiſtentibus quam in non exitē tibus. ſ in aliquibus terminus, ut in iſtis, enunciabile eſt, enunciabile non eſt, ſequitur quod termini ſemper reſtringantur quo ad pręſentes, ſiue C exiſtant, ſiue non. Vnde aliqua ſunt enuncibilia, quę ſemper exiſtunt, quæ ſunt præſentia, ſicut Deus eſt, & alia ſunt enuncib lia præſentia, quæ nū quam exiſtunt, ut illud enunciabile, homo eſt aſinus, eſt.n. preſens, & nō exiſtens, quia nullū falſum exiſtit Ex quo ſequit r, quod uerbum pręſentis temporis reſtringit terminum cōem ſibi ſupponentem, vel apponētem ad præſens, ſiue exiſtat, ſiue nō, unde in iſta, homo currit, homo non reſtringitur ad currentes, ſed ſolum ad præſentes, ſiue currant, ſiue non.

Termini eadē in negatiua q̄ı affirmatiua habēt reſtrictionem.

Verbi p̄ſentis tē poris p̄

Tertio ſciendū quòd Auctor ponit in textu quandam reſtrictionem abuſiuam, quę quidem reſtrictio ſortitæ eſt nomen abuſu communi loquendi. unde ſecundum quod quando non eſt aliquod corpus ſolidum, vel firmum in amphora, quod nihil eſt in illa, ſicut dicimus, quod nihil eſt in arcā, quādo non eſt niſi aer, qui non eſt corpus ſolidum, et firmum, vnde in iſta, nihil eſt in arca. nihil, ſumi ur abuſu pro poſitione, magiſter legit, magiſter ſumitur pro magiſtro proprio.

prietas. Abuſiuę reſtrictionis regula.

Quarto ſciendum, quod Auctor ponit finaliter quandam reſtrictionem, quam vocat tranſitiuam. Et non dicit tranſitiua eo quod tranſeat, ſed quia fit uirtute alicuius uerbi tranſitiui, verbum.n. tranſitiuum importat actū egredientem ab agente i patens, & quia agens, & patiens sūt diuerſa, ideo oportet quod terminus poſitus poſt uerbum tranſitiuum ſtet pro alijs ſuppoſitis a ſuppoſitis ſubiecti talis uerbi, ut cum dicitur. Soc. pacit hominem, ibi homo ſupponit pro alijs ſuppoſitis, B ſiue pro alijs hominibus a So. eo quod idem non eſt agens & patiens, ſaltem ſecundum idem. unde licet illæ duæ reſtrictiones vltimæ non ſint reſtrictiones ſimpliciter, tamen ſunt utiles ad obuiandum cautelis, & cauillationib^9 ſuphiſtarum, ratione cuius Auctor hic determinat de ipſis.

Reſtrictio trā ſitiua quid.

Sed cōtra prædicta arguitur primo ſic. Si termini eodem modo reſtringerentur in affirmatiua, & negatiua, ſequeretur, quod omnis negatiua includeret contradictionem, ſed hoc eſt falſum conſequentia patet, quia in iſta, roſa eſt, roſa reſtringitur ad exiſtentes, ergo ſi ſimiliter reſtringatur in iſta, roſa non eſt, ſequitur quòd iſta, roſa non eſt, includat contradictionem, ęquipollet hu c roſa quæ eſt, non eſt. Secundo ſic. Negato aliquo negantur omnia conſequentia ad ipſum, ergo negatio uerbo, negantur omnia q conſequentur ad ipſum uerbum, ſed conſignificatio, quę eſt tempus, conſequitur ipſum uerbum, ergo, ſi in ppoſitione negatiua uerbum non reſtrin-

A gereṫur ad nō exiſtentes, tunc ſequitur quòd neque etiam ad præſentes, quare magis videtur quod ratione principalis ſignificationis debeat reſtringere nomen, quam quoad conſignificationem, ſed non reſtringit quoad conſignificationem, ergo nec quo ad conſignificationem.

Tertio ſic. In iſta, homo eſt, homo reſtringitur ad exiſtēs tantum. ſed oēs præſentes ſunt exiſtentes, ergo, ſi reſtringitur ad præſentes, reſtringitur ad exiſtentes, ergo contra textum. Quarto ſic. In reſtrinctione abuſiua non eſt reſtringens, nec coarctans. ergo nulla eſt

B reſtrictio. Antecedens patet quia in ipſa ponit ſignum vniuerſale ſicut hic, nihil eſt in burſa, ſed ſignū vniuerſale magis habet ampliare, quam reſtringere; ergo verſetur quod in talibus nulla eſt reſtrictio. Quinto ſic. Omne tranſitiuum, aptum natum eſt trāſire, ſed nulla reſtrictio apta nata eſt tranſire, ergo nulla eſt tranſitiua reſtrictio.

Argū. Ad argumenta. Ad primum iſtorū dicitur, quod terminus poſitus ante verbum præſentis temporis reſtringitur ad præſentes tantum, & non ad exiſtentes, ideo ſenſus huius propoſitionis roſa non eſt, non eſt iſte, roſa, quæ eſt non eſt, ſed eſt iſte, roſa præſentaliter

Tertiò ſciendũ eſt, ꝙ licet eadem ſigna diſtributiua diſtribuant ſubſtãtiã ẽm numerum, & ſecundũ ſpẽm, vt oĩs hõ, oẽ aĩal, tñ non ſunt eadem ſigna diſtributiua diſtribuentia accidẽtia ſecũdũ numerũ, & ſecundũ ſpẽm. Cuius rõ eſt, quia accidẽtia reperiunt vnitatem numeralẽ, & ẽt multiplicationem per ſua ſubiecta, ſed accidentia habet vnitatem ſpecificã in proprio genere, & p aliquid ſui generis, ideo ad hoc quod ſecundũ ſpeciem diſtribuantur requirũtur ſigna diſtributiua diſtincta a ſignis diſtributiuis ſubſtantiæ, ideo ſecũdum numerum per eadem ſigna diſtribuuntur ſicut ſigna ſubiecta.

E Nõ ſũt eadem ſigna accidẽtiũ diſtributiua ſecũdum numerum, & ſpẽm ſicut ſubſtantiæ.

Quarto ſciendum eſt, ꝙ iſtud ſignũ quaslibet includit terminum recipientem eius diſtributionem, tantum n. valet quaslibet, ſicut res habens quamlibet qualitatẽ, ibi aũt qualitas eſt illud quod diſtribuitur. Et adhuc vltra hoc includit ſubiectũ ipſius qualitatis, quæ diſtribuitur, quod eſt res. Et quia illud ſubiectum præcedit virtutem ſigni diſtributiui, vt patet in eius expoſitione, ideo per ipſum nõ diſtribuitur, & ideo ratione illius ſubiecti nõ diſtributi hic ſigno qualis libet poteſt addi aliud ſignum diſtributiuum, cuius diſtributio cadit ſupra ſubiectum, vt patet dicẽdo quodlibet, quale lib. t. id eſt quælibet res habens quamlibet qualitatem, vnde circa iſtud ſignum qualis libet, Auctor mouet vnus ſophiſma in textu. Cuius probatio, & improbatio cum eiuſdem ſolutione ſatis patẽt in textu.

Hoc ſignum qualis libet ſua ratione includit. F

Cõtra prædicta arguitur primo ſic, Quantitas præcedit qualitatem, ergo

A prius debuit determinari de ſignis diſtributiuis quantitatis q̃ qualitatis. Secundo ſic. Qualislibet diſtribuit rem ſignificatam ſubſtantiæ, vt patet in eius expoſitione, qualelibet.n. idem eſt res quod habens quamlibet quantitatem, ergo non eſt ſignum diſtributiuum accidẽtis. Tertio ſic. Cum dicitur, omnis homo eſt albus, iſte terminus albus nō diſtribuitur numeraliter per hoc ſignū oīs, ergo male dicitur in textu, ꝙ accidentia numeraliter diſtribuuntur ad diſtributionem ſubiecti. Quarto ſic. Accidens adiectiue ſignificatum bene diſtribuitur, ſecundū ſpēm per ſignum diſtributiuum ſubiectæ, vt dicendo, omne coloratum, vel quolibet coloratū: B ergo non requiruntur ſigna diſtributiua accidentium. Quinto ſic. Omne ſignum diſtributiuum cum termino cōmuni debet reddere propoſitionē vniuerſalem: ſic aūt non eſt de hoc ſigno qualis libet quia vt patet in eius expoſitione, facit propoſitionem indefinitā, ergo non eſt ſignum vniuerſale.

Solutio a. s. Ad arg. Ad primum dicendum eſt, quòd quātitas ſecundū ordinē generationis bene præcedit qualitatem, ſed tñ qualitas præcedit quantitatem ſecundum viam perfectionis, & ſimiliter dicendum eſt de ſignis diſtributiuis earūdem. Ad ſecundum dicitur, quòd quali C tas importata per hoc ſignum quale libet, inquantum ſignificatur per hoc ſignum ſignificatur adiectiui, & per modum adiacentis, & licet in exponendo ipſum ſignum ſignificetur ſubſtātiuè, hoc eſt, quia diſtribuitur per ſignum diſtributiuum ſubiectę Ad tertium dicitur, quòd licet ille terminus alb. non diſtribuatur numeraliter ꝓpriè, hoc eſt, quia nō ponitur a parte ſubiecti. Si aūt poneretur a parte ſubiecti, tunc diſtribueretur ex cōſequenti, vt patet dicendo, oīs homo albus currit. Ad quartum dr̃, ꝙ licet accidentia adiectiuè deſignata aliqñ ſecūdum ſpeciem diſtribuatur per ſigna diſtributiua ſubæ, hoc tamē eſt inquantum ſubſtantiuantur in neutro genere, & non inquantum adiectiuè ſumuntur. Ad quintum dr̃, ꝙ expo D nens iſtius ſigni qualelibet, hēt duplex ſubiectum, quoddam eſt.n. ſubiectum ennunciationis, ſ. res, & ratione illi⁹ eſt indefinita, quia non diſtribuitur, aliud eſt ſubiectū diſtributionis, ſ. ille accuſatiuus qualitatem, & ex parte illius eſt vniuerſalis, quia illud diſtribuitur.

De ſignis diſtributiuis, quę ad genus quantitatis pertinet.

Sequitur de ſignis diſtributiuis Quantitatis, & ſunt illæ, quæ diſtribuunt res ſe habentes per modum quantitatis, vt Quotieſcunq; quan E tuſcunque. Et ſecundū hoc q̃ritur de hoc ſophiſmate quotieſcunque fuiſti Pariſius toties fuiſti hō. Probatio. vna vice fuiſti Pariſius, & illa vice fuiſti hō, alia vice fuiſti Pariſius, et illa vice fuiſti hō. & ſic de aliis, ergo quotieſcunq; fuiſti Pariſius, toties fuiſti hō. Improbatio, quotieſcunq; fuiſti Pariſius, toties fuiſti hō, ſed bis fuiſti Pariſi⁹, ergo bis fuiſti hō, qđ falsū eſt, qa hæc dictio bis, importat interruptionem eius cui adiungitur, ſed actus eſſēdi hcie non fuit interrūptus in te. Solutio. prima eſt falſa. Ad ꝓbatio F nē aūt reſpondendū eſt per interēptionē, quia ſecūda pars copulatiuæ eſt falſa. ſ. illa vice fuiſti homo, quia ad huc nulla vice fuiſti, hō, eo, ꝙ nō dum vita fuit determinata, vt iterum incipere viuere, & poſtea determinaretur, quod tamen requiritur ad hoc vt bis fuiſſes hō ſicut bis incipitur curſus, & bis terminatur, ad hoc quòd aliquis bis currat. Et nota, quòd bis non importat interruptionem temporis, ſed tantum actus illius cui adiungitur, ad terminum autem ſequitur interrūptio. Si autem formaretur, ſic paralogiſmus, quandocunque fuiſti Pariſius, fuiſti homo

homo

A

De iſto termino bis, quid im por.

mo, ſed bis fuiſti Pariſ. ergo bis fuiſti homo. prima eſt vera, & improbatio peccat ſecundũ fallaciã figuræ dictionis, ex mutatione prędicamenti, quia quandocunq; eſt in prædicamento quãdo, & bis in prędicamento quantitatis, quia eſt de genere quantitatis diſcretę.

Signorũ ad quantitatem ſpectantiũ ſpeculatio pcedit eã, quæ de infinito.

Poſtq̃ Auctor determinauit de ſignis diſtributiuis qualitatis, hic conſequenter determinat de ſignis diſtributiuis quãtitatis, & poſt modum determinat de infinito Cuius ratio eſt, quia quãtitatis ſe habet ad infinitum. Sicut ſubiectum ad propriam paſſionẽ ſuã, & quia ſubiectum eſt prius ſua paſſione, ideo prius determinat de ſignis diſtributiuus quãtitatis quã de infinito.

B

Quæ nã ſint ſigna ad genus quãtitatis ptinẽtia.

Primo ſciẽdum eſt, q ſigna diſtributiua quãtitatis dñr illa, quæ diſtribuũt rem ſe habentem per modum quãtitatis, ſiue mẽſuræ, vt quotieſcunque q̃tũcunque, & ſic de alijs. vñ iſta ſigna includunt terminum recipientem diſtributionem eorũ ſicut dictũ eſt de hoc ſigno qualelibet. Cum n. dicitur quantumlibet currit, ſenſus eſt. i. res. habẽs quamlibet quãtitatem currit Et quia oĩs res adiectiuè ſignificata cuiuſcunque prædicamenti fuerit, hẽt modum qualitatis vel quantitatis, ideo Auctor ſolum determinat de ſignis diſtributiuis quantitatis, & qualitatis.

C

De hoc ſigno quotieſcũque.

Scdo ſciẽdũ eſt, qd̓ hoc ſignũ quotieſcũq. eſt diſtributiuũ numeri, q eſt quãtitas diſcreta, vnde quotieſcũq. idẽ eſt qd̓ in quacunq; vice. Et qa in quantitate diſcreta partes nõ sũ ad inuicẽ cõtinuæ, nec copulant terminũ cõem, ſed sũt abinuicẽ ſeparatæ, iõ res diſtributa per hoc ſignũ quotieſcunq. debet habere partes diſcretas, & diſtinctas adinuicẽ. ſimiliter iſta dictio totiens, cum ſit relatiuum numeri, vt dictũ eſt prius debet referre rem habentem partes adinuicẽ diſcretas, & diſtinctas, nec in eo põt eſſe interruptio ſic, qd̓ poſt interruptionẽ reitteretur iterum in eodem ſubo. Ideo illud relatiuũ totiẽs, non põt congruè addi tunc, quod eſt eſſe hoĩe, & iõ iſta eſt falſa quotieſcunque fuiſti Pariſius, toties fuiſti homo.

D

Quę nõ diſtribuat hoc ſignũ quotieſcũque.

Tertiò ſciendũ eſt, quod licet illud ſignũ quotieſcunq. ſit diſtributiuũ numeri, qui eſt quantitas diſcreta, & tps de ſe & ſecundũ ſuã ſubſtantiã ſit cõtinuũ, tñ hæc ſignum quotieſcunq; ex conſequenti diſtribuit, ipſum, nõ qdẽ inquantum continuuum eſt. cum non denotet interruptionem illius cui additur, ſed deſtribuit ipsũ tps inquantũ hẽt modum quantitatis diſcretæ, in quantũ. ſ. in tẽpore per intellectũ accipiuntur diuerſæ partes. Et qa oĩs motus; & actus mẽſuratur tpe, ideo ex cõſequenti iſtud ſignum quotieſcunque diſtribuit actũ, & motũ, qui ſit in tempore: vt dicendo, quotieſcunq; vidiſti Pariſius toties fuiſti albus. Quarto ſciẽdũ eſt, q Auctor in tex. mouet tale ſophiſma. Quotieſcunq; fuiſti Pariſius, toties fuiſti hõ. Cuius probatio, & improbatio patent in text. Deinde ipſum ſoluit dicẽs, q eſt ſimpliciter falſũ. Et ad pbationẽ rñdet dicens, q eſt falſa, qa eſt vna copulatiua cui⁹ altera pars eſt falſa. ſ. hæc, & illa vice fuiſti hõ, qa adhuc vlla videt fuiſti hõ, ex quo act⁹ eſſendi hoiem i te nõ fuit interruptus, quod tñ oporteret ad hoc, quod iſta eſſe vera, & illa vice fuiſti hõ, licet. n. hoc qđ fuiſti illa vice primo, & per ſe nõ impedit interruptionẽ, tñ denotat terminũ actus cui adiũgitur, ad terminũ autẽ ſequitur interruptio. Deinde Auctor adducit aliam probationem ſophiſmatis, quæ cum eius ſolutione ſatis clare patet in textu.

E

F

Argũ.

Cõtra pdicta arguit primo ſic. Quis oẽ accidẽs diſtribuit ad diſtributionẽ ſubæ cuius eſt accidens, ergo nõ requirent ſigna diſtributiua quantitatis alia a ſignis diſtributiuis ſubæ. Secũdo ſic. Oẽ qđ ſignificat adiectiue hẽt modũ qualis, & pdicat in quale. vt patet i tractatu pdicabiliũ, quãtitatis ſignificatur adiectiue, ergo hẽt modũ qualis, ergo ñ sũ aliqua ſigna diſtributiua q̃titatis. Tertio ſic In omni actu, qui ſubijcitur

A tur tempori poteſt eſſe interruptio, ſed iſte actus, qui eſt eſſe hominem, ſubijci tur tẽpori, ergo in eo poteſt eſſe interruptio, & per conſequens poteſt diſtribui per hoc ſignum quotieſcunque, ſicut iſte actus, qui eſt ſignum diſtributiuum numeri, qui eſt quantitas diſcreta, ergo non eſt diſtributiuum temporis, quod eſt continuum Quia vna vice fuiſti Pari, e go il'a vice fuiſti homo, vel non homo. non ẽ dicendum, quòd non homo, ergo illa vice fuiſti homo.

Solutio. Ad arg. Ad primũ iſtorum dr̃, quod quantitas dupliciter pont diſtribui. Vnde modo ſecundum numerum, & hoc modo diſtribuitur per ſigna B diſtributiua ſubſtantiæ. Alio modo ſecundum ſpecies, & hoc modo diſtribuitur per ſigna diſtributiua quantitatis. Ad ſm̃ dicitur, quòd quale poteſt capi dupliciter, vno modo generaliter pro omni illo, quod ſignificat per modum alteri adiacentis, vel inhærentis, & illo modo quantitas bene ſignificat per modo qualis. Alio modo capitur quale magis ſpecialiter. ſ. pro illo quod ſignificat per modum diſtinguentis, & determinantis, & iſto modo quãtitas, non ſignificat per modum qualis, ſed ꝑ modum menſuræ. Ad tertium dicitur, quod dupliciter poteſt eſſe interruptio in aliquo actu, vno modo ſic. quòd ille actus termineiur, & quod nõ poſſit rei C terari in eodem ſubiecto in numero, in quo prius erat, & hoc modo ille actus qui ẽ, eſſe hominem, bene interrumpitur. Alio modo in aliquo actu poteſt eſſe interruptio ſic. ꝙ ille actus poſſit terminari & reiterari in eodem ſubiecto in numero, licet non ſit idem actus in numero, & hoc modo in actu, qui eſt eſſe Pariſ. poteſt eſſe interruptio, & talib. acti b. poteſt addi iſtud ſignũ quotieſcunq. & iſtud relatiuum toties. Ad quartum dicitur, quod licet hoc ſignũ quotieſcunq; primo, & per ſe ſit diſtributiuum numeri, tñ ex conſequenti eſt diſtributium temporis, inquantum tẽporis habet modũ numeri, ſecundũ ꝙ ĩ ipſo mediante motu, reperiuntur partes diſtinctæ. Ad quintum dicitur, qđ D quamdiu fuiſti Pariſius, fuiſti vnꝰ hõ, & continuus, ſed tñ ſub hoc, quod eſt vna vice non eſt concedendum, quod tu fuiſti homo, cum actus eſſedi hominem, non fuerit in te terminatus.

Infiniti quinque acceptiones, & ſophiſmatis ſolutio.

Sequitur de infinito, ꝙ quinque modis dicitur. Primo modo dicitur infinitũ, ꝙ nõ põt pertrãſiri, vt uex dicitur indiuiſibilis quãtũ ad uiſũ, quia eſt inuiſibilis eo, quod non eſt apta nata videri. Alio modo dicitur infinitum, quod habet tranſitum inperfectum, eo qđ modum E eſt terminatũ, tñ aptũ natum eſt terminari, vt dum aliquis tranſit ſpatiũ, & nõdum ꝑuenit ad ſuum finem. Tertio modo dicitur infinitum ſecundum appoſitionem, vt nũmerus augmentabilis eſt in infinitũ, appoſitione unitatis vel alterius numeri. Quarto modo dr̃ infinitũ ſecundũ diuiſionem, vt continuũ, oẽ autem cõtinuum diuiſibile eſt in infinitũ. Vnde ſic definit ab Ariſt. in 4. Phiſ. Cõtinuũ eſt diuiſibile in ſẽper diuiſibilia. Alio mõ dicitur infinitũ vtroq. modo. ſ. ꝑ F oppoſitionem, & diuiſionem, ut tempus. Cum. n. tempus ſit continuum, eſt diuiſibile ĩ infinitum in diuiſione, & cum poſt unum tempus ueniat aliud tẽpus ſic per appoſitionem unius tẽporis ad aliud ẽ infinitũ, quo ad has tres ultimas ſignificationes definit ſic ĩfinitũ. Infinitum eſt cuius quantitatẽ accipientib. ſp ẽ aliquid extra ſumere, ut ſi poſt ultimã partẽ lineę accipiatur alia, & poſt alterã tertia, & nũquam poſſit attingi terminus eius, iõ linea dicitur infinita Solet autẽ poni, ꝙ infinitũ qñq. ſumitur

Colligitur in 4. teſt. cõſ. 121. & i 5. Phiſ. 1. ca. 26. & in 6. Phi. in pleriſq; locis. De infinito autẽ vide 3. Phyſ. t. ca. 42. & vſque ad fin. l. & 1. Cęli & Mũdi ĩ multis locis & ibi ꝑ Doct.

pro

A pro termino cõmuni, & tunc iſta ꝓpoſitio infinita ſũt infinita, ęquiualet huic, aliqua infinita ſũt finita. Quandoque ſumitur pro ſigno diſtributiuo, & tunc illa æquipollet huic, quo ad diſtributionẽ qđlibet plura ſunt infinita. Et probatur ſic. Vno plura ſunt finita, duobus plura ſunt finita, tribus plura ſunt finita, & ſic de alijs, ergo quolibet plura ſunt finita, & ſic dicitur facere inter ſcalarem diſtributionem, vel interruptam, vel diſcõtinuam, quia hæc dictio plura, in prima propoſitione ſupponit pro
B duobus & deinceps, & in ſecunda ꝓ tribus & ſic gradatim, & ſcalariter aſcẽdẽdo. & ſic iſta oratio, quolibet plura, facit diſtributionem inter ſcalarem, quia pro alijs ſupponit hoc ꝙ dico quolibet, & pro alijs hoc, quod dico plura, ſecundum numerum aſcẽdẽdo, ut dictum eſt. Circa prædicta quæritur de hoc ſophiſmate, infinita ſũt finita. Probatio duo ſunt finita, tria ſunt finita. & ſic in infinitũ, ergo infinita ſũt finita Improbatio ibi prædicatur oppoſitum de oppoſito, ergo locutio eſt impoſſi-
C bilis poteſt etiam ſic probari, quælibet plura ſunt finita, ergo infinita ſunt finita. Solutio. Quidam diſtinguunt, eo ꝙ infinitum eſt ęquiuocum ad infinitum quo ad nos, & ad infinitum ſimpliciter. Vnde, ſi ſumatur infinitum quo ad nos, prima poteſt eſſe vera, & non prædicatur oppoſitum de oppoſito, quia infinitæ quo ad nos ſunt ſtellæ, & arenæ maris, q̃ non ſunt infinitæ ſimpliciter. ſi autẽ ſumatur infinitum ſimpliciter, eſt ſimpliciter falſa, & pręd icatur oppoſitũ de oppoſito. Alii autem diſtinguunt, eo ꝙ infinitũ pôt eſſe terminus cõis, & ſic prima eſt falſa, vel D pôt eſſe dictio ſincategoreumaticas importans in ſe diſtributionẽ, ſicut dictũ eſt, & ſic ponũt eã eſſe verã. Sed neutra iſtarũ ſolutionẽ valet, qa ſi remoueatur vtraq; diſtributio, & ſumat infinitũ ſimpliciter, & ſcđm ꝙ eſt terminus cõis, adhuc remanet ꝓbõ, & improbõ huius ſophiſmatis. Vnde dicendũ eſt, ꝙ prima ſimpliciter eſt falſa, & probõ peccat ſcđm quid ad ſimpliciter, quia infinitum appoſitione eſt infinitum quodãmodo, & non ſimpliciter. Vnde cũ accipit partes numeri ſcđm appoſitionẽ, vt duo, & tria, non accipit infinitum ſimpliciter, ſed quodãmodo E ſiue ſcđm quid, & ideo nõ poteſt ex his inferre infinitum ſimplr.

Auctoris intẽtum.

Poſtquam Auctor determinauit de ſignis diſtributiuis quantitatis, hic cõſequenter ex quo infinitum conſequit quantitatẽ determinat de infinito, circa ipſum mouendo vnũ ſophiſma. Sed quia oẽ multiplex indiſtinctũ parit cõfuſionem, & cũ hęc dictio infinitũ, ſit multiplex, iõ primo aperit multiplicitatẽ eius ponendo qnq; modos ipſius.

Quinq; modis ſumitur infinitum.

Primo ſciendum eſt, ꝙ infinitũ primo modo dicitur, quod non eſt aptũ natũ tranſiri, ſicut punctus, vel vnitas, & hoc modo vox dicitur infinita quo ad uiſum, quia non eſt apta nata videri. Secũdo modo dr̃ infinitũ, quod hẽt F tranſitum impermixtum, eo ꝙ nondũ eſt terminatum, eſt tamẽ de ſe aptum natum trãſiri, ſicut profunditas maris. Tertio modo dicitur infinitũ ſcđm appoſitionẽ ſicut numerus vnde q̃tũcunque alicui numero aliquid addatur, ſp pôt fieri maior per appoſitionem alterius numeris, vel vnitatis. Quarto mõ dr̃ infinitum ſcđm diuiſionem, vt linea eſt diuiſibilis in infinitũ, & ſic reperit i magnitudinib. Quito mõ dr̃ infinitũ vtroq; mõ, ſ. ſm diuiſionẽ. et appoſitionẽ ſimul, & ſic reperit in tẽpore.

Secun-

A Modorum infiniti ſufficientia.

Scd'o ſciendũ,eſt, q dictorũ quinq; modorũ ſic põt haberi ſufficientia, qa oẽ infinitũ eſt impertranſibile,vel igit̃ eſt impertranſibile negatiue,ſic q nega tur, tã actus q̃ potẽtia pertranſibilita-tis,& ſic eſt primus modus vel eſt infi nitũ,ſed impertranſibile priuatiue, ſic qđ negatur actus omnino pertranſibi litatis,& finitatis, & relinquitur potẽ tia ad vlteriorem finitationẽ,& dupl'r, vel de ſe eſt aptũ natum ſimpliciter, pertranſiri,& finitari, & ſic eſt ſecun-dus modus,vel eſt ſolũ natũ pertranſi ri,& finitari in parte, & hoc eſt dupli citer,quia vel fit per appoſitionem,& ſic eſt tertius modus, vel per diuiſio-nem, & ſic eſt quartus modus, vel vtroq; modo,& ſic eſt quintus modus.

B Sophiſ. pro ſeq.

Sed pro ſophiſmate,qđ mouetur in textu,tertio ſciendũ, & infinitũ põt ca pi dupliciter. Vno mõ,vt ſignat̃ quali-tatem rei ſubſtãtiæ,vel pdicatæ,vt dicẽdo, mondus eſt infinitus, & ſic iſta ꝓpoſi-tio,īfinita ſunt finita, ęquipollet huic, aliqua infinita ſunt finita. Et hoc mõ põt ſic ꝓbari ſophiſma, duo sũt finita, tria sũt finita.& ſic ī infinitũ,ergo in-finita ſunt finita. Alio mõ,capit̃ infini tũ ſincategoreumaticę,vt dicendo,in-finiti hoĩes currunt,& hoc mõ ſignãt diſpoſitione ſubi inquantũ ſubiectũ, & ſic iſta infinita ſunt finita æqualet

C

huic quãtũ ad diſtributionẽ,q̃libet plu ra ſunt ĩfinita. Et hoc mõ ꝓbat̃ ſophiſ ma ſic.duob. plura ſunt finita trib. plu-ra ſunt finita,& ſic de alijs,igit̃ q̃libet plura sũt finita, & ꝑ cõſequẽs infinita sũt finita. Et vt dicit textus, ibi eſt di-ſtributio interſcalaris, qa fit ſcala ter-mini aſcẽdẽdũ ſm numerus, qa in pri ma ꝓpoſitione ſupponit pro duob. & in ſcd'a pro trib.& deinceps ſp gradatim,ſiue ſcalatim aſcẽdẽdo. Improbat̃ aũt ſic ſophiſma.ibi pdiceretur oppoſi-tũ de oppoſito, ergo ſophiſma e falſũ.

Solutio dicti ſophiſmatis.

Pro ſolutione huius quarti ſm eſt,qđ quidã ſoluũt dictũ ſophiſma ꝑ diſtin ctionẽ. Nã infinitũ dr̃ dupliciter, vno mõ quo ad nos, ſicut arena, & maris, & ſtellę cæli dicunt̃ infinita. Alio mõ, dr̃ infinitũ ſimpliciter, & ſm natur. D & tunc dicunt, quod ſi capitur infini-tũ primo mõ pro infinito quo ad nos ſic ſophiſma eſt verum,& ſic non pdi catur oppoſitum de oppoſito, quia il lud quod eſt infinitũ quo ad nos a par te res eſt finitum,ſi aũt capitur infini-tum ꝓ infinito ſimpliciter ſic ſophiſ ma eſt falſum. Alij aliter ſoluunt dicẽ tes, quod ſi infinitum capitur ꝓ termĩ no cõi,& categoreumatice ſic ſophiſ-ma,eſt falſum,ſi vero capiatur ſincate goreumatice tunc eſt verum. Sed,vt di cit Petr. Hiſpa. neutra iſtarum ſolutio-num eſt ſufficiens,quia ſi capitur infi-nitũ ſimpliciter,vel ꝓ termino cõi,ma net ꝓbatio,& improbatio. Ideo aliter ſo uit ſophiſma dicẽs,quod ipſum eſt E ſimpliciter falſum. Et ad probationem reſpõdet. quod peccat ſm fallaciã ſm quid ad ſimpliciter,qa procedit nb in finito ſm aptitudinem,quod eſt infini tum ſecundum quid,ad infinitum ſim pliciter,& in actu.

Sed cõtra prædicta arguitur primo Argũ. ſic. De infinito determinat̃ a Philoſo-phia naturali,ergo de ipſo non debet hic determinari. Secundo ſic. De non ente põt eſſe ſcientia, ſed infinitũ eſt non ens,ergo de ipſo non põt eſſe ſciẽ tia. Tertio ſic. Oẽ corpus eſt finitum actu, ergo male exemplificat̃ in ſcd'o modo de profunditate maris. Quarto ſic. Contra tres vltimos modos. Quia F vel in iſtis trib modis infinitum ſumĩ tur negatiue,quod non eſt dicẽdũ,vel ſumit̃ priuatiue, vt negat ſolum actũ quod etiam non eſt dicẽdum, quia nu merus, magnitudo, & tẽpus ſunt actu finita, ergo illi tres modi sũt inſufficiẽ ter poſiti. Quinto ſic Linea,& corpus ſunt infinita, cum omne continuũ, ſit diuiſibile in finitũ, & tamen actu ſunt finita,quia non eſt dandum actu infini tum,ergo infinita ſunt finita, & ſic ſo phiſma eſt verum.

Ad argumẽta. Ad primum iſtorum Solutio dicitur,qđ in philoſophia naturali de terminat̃ de infinito.inquantum eſt q̃-dam ꝓprietas rerum naturalium, hic autem

A autem determinatur de ipſo, inquantũ habet conueniẽtiã cum signis diſtributiuis. Ad ſecundum dicitur, ꝙ licet infinitũ nõ sit ens actus, tñ eſt ens in potentia. Licet etiam de non ente nõ poſſit haberi ſciẽtia poſitiue, tñ de ipſo poteſt haberi ſcientia priuatiue. Ad tertiũ dr̃, ꝙ licet profunditas maris, & quodlibet aliud corpus sint de ſe actu, finita, & determinata tamẽ quo ad nos eſt infinita, & impertransibilis. Ad quartum dr̃, ꝙ infinitum trib. vltimis modis dr̃ priuatiue sic, ꝙ negat, & priuat

D actum completum finitatis, & per trãſibilitatis, & ſemper manet potẽtia ad vlteriorem terminationem, ſeu fini rationem, & sic infinitũ illis tribus modis eſt infinitum ſecundum potentiã. Ad quintum dicitur, quòd conſequentia non valet. Sed argumentum peccat penes fallaciã ſecundum quid ad simpliciter, procedit enim ab infinito ſecũdum potentiam diuiſionis, quod eſt infinitum ſecundum quid, ad infinitum simpliciter. Et hæc de diſtributionibus dicta ſufficiant.

B

PARVORVM LOGICALIVM E

TRACTATVS SEPTIMVS

SVMMA TRACTATVS.

Quid propoſitio, & ponibilis, & de his quæ exponibilem ipſam reddant, de signis, ac dictionibus, & propoſitionibus, excluſiuis, exceptiuis, & reduplicatiuis, deque Incipit, & Desinit, & propoſitionibus de illis formatis, & Infinito. De comparatiuis, & ſuperlatiuis, Deque dictionum diuersitatem importantium natura, & vſu.

C

Quid propoſitio exponibilis, & quæ nam ſigna exponibilem ipſam faciant. F

Vide Io. Bri. in qõnibus Paulum Venetum Pergul. & alios in ſummulis.

PRopoſitio exponibilis eſt propoſitio habens ſenſum obſcurum expoſitione indigentem ꝓpter aliquod ſincategoreuma in ea poſitum implicite, vel explicite in aliqua dictione, vt in hac tantum homo eſt animal, Soc. incipit eſſe albus, infinita eſt linea, & ſic de alijs. Pro quo ſciendũ, quod ea quæ faciunt propoſitionẽ exponibilẽ ſunt in multiplici differentia, quia quædam ſunt ſigna excluſiua, vt tãtum, ſolũ & ſic de alijs, quædam exceptiua, vt niſi, præter, quædam reduplicatiua, ut inquantum, ſcd̃m ꝙ quædã importã priuationẽ finis, ut infinitũ, quędam importãt exceſſum vt cõparatiui, & ſuperlatiui gradus, quædam uero importãt diſtinctionẽ, ut differt, aliud, ab, & ſic de alijs, quædã important ſpecialẽ modũ diſtributionis vt totius, qualelibet, et ſic de alijs. Vnde pp illa pro-

A ꝓpoſitio redditur obſcura, ſicq; indiget expoſitione, & ideo dicitur facere propoſitionẽ exponibilem, quare, de ipſis ordinem uidẽdum eſt, & primo de ſignis excluſiuis.

Ctum pſentis tractat.

Iſte eſt Tract. ſeptimus Paruorũ Logicalium magiſter Petri Hiſp. In quo, poſtq̃ determinauit de termino diſtribuibili, cuius proprietas diſtributio, cõſequenter de propoſitionib. exponibilib. determinat. Cuius ordinis rõ eſt, q̃a diſtributio eſt proprietas conſequens ſignificationẽ actualem diſtribuibiliũ, expoſitio vero magis cõcernit ſignificationẽ virtualẽ, vt clare patebit i ꝓceſſu.

B Primo ſciendum eſt, quod ſicut terminus diſtribuibilis eſt ſubiectum principale ſeu attributionis præcedentis Tractatus. ſic ꝓpoſitio exponibilis eſt ſubiectũ attributionis illius Tractatus, habet. n. omnes conditiones ſubiecti attributionis, quia eſt quoddam vniuerſale, non quidem reale, ſed intentionale, habet et partes, & proprietates, q̃a ꝓpoſitio categorica, & hypotetica vſe particulare. indefinitũ, & ſingulare, affirmatiuũ, negatiuum, ſunt partes eius, expoſitio eſt proprietas eius.

C Expoſitio dupliciter ſumitur & quæ propoſito deſeruiat.

Secundo ſciendum, quod expoſitio pt capi duob. modis, vno modo pro quadam manifeſtatione ſenſualia qua ſumitur ſyllogiſmus expoſitorius. & ſic ſolet definiri. Expoſitio eſt manifeſtatio quædam ad ſenſum, accipiens aliqua duo uni, & idem numero conuenire, aut alterum diſconuenire, ex hoc inferens illa inter ſe conuenire vel diſcõuenire, & iſto mõ non capitur in propoſito, vt ſic eſt vna ſpẽs arg. reductiue cõtenta ſub ſyllogiſmo, licet nõ ſic uerus ſyllogiſmus, q̃a nõ fit in aliquo mõ ſyllogiſtico alicuius figure. alio mõ capitur expoſitio, prout eſt manifeſtatio q̃dã magis complete, & clare explicãs ſignificationẽ alicuius ꝓpoſitionis habentis ſenſum obſcurum. q̃ per illã propoſitionem exprimeretur ſeu ſignificaretur & iſto modo capit. in propoſito.

Tertio ſciendũ eſt, quod Auctor in textu ſic definit propoſitionẽ exponibilẽ. Propoſitio exponibilis eſt ꝓpoſitio habens obſcurum ſenſum expoſitione indigentẽ ꝓp aliquod ſincategoreuma explicite uel implicite in ea poſitum, vt tm̃ homo currit. In qua definitione ponitur propoſitio loco generis, non quidem, quòd ſit uerum genus, quia intentiones nõ ſunt in aliquo p̃dicamento, & ideo non ipſis non reperiuntur, nec uera genera, neq; ſpecies, & totũ reſiduum ponitur loco dr̃æ, quia per hoc differt ab alijs ſex ꝓprietatib. terminorum, & a propoſitione exponibili, quia habet ſenſum lucidum, & clarum.

D Propoſitio exponibilis quid ſit.

E Vnde, quia ſuppoſitio, relatio, ampliatio, & appellatio, reſtrictio, & diſtributio, ſunt proprietates terminorũ incomplexorum, & expoſitio uero eſt proprietas termini complexi, quæ tñ ſibi inſurgit, & euenit ab aliquo incomplexo, puta ex aliquo ſincategoreumate in ea incluſo, ideo Petrus Hiſp. conuenienter poſt alios ſex tractatus determinat de exponibilibus, quia ſicut incomplexum ſecundum naturam præcedit complexum, ſic paſſio incomplexi præcedit paſſione complexi.

Quæ nã exponibilẽ reddãt propoſitione.

F Quarto ſciẽdum eſt, quod ea quæ faciunt propoſitionẽ exponibilem, ſunt in multiplici differentia, quia quædam ſunt ſigna excluſiua, vt tm̃. ſolum quædam exceptiua ut præter, niſi, quædã reduplicatiua ut inquantum, ſecundum, quod quædam vero important inceptionem uel definitionẽ, ut incipit, uel deſinit, quædam priuationem finis, vt infinitum, quædam exceſſum, vt comparatiui, & ſuperlatiui gradus, quædã diſtinctionẽ, vt differt, aliud, ab, q̃dam vero important ſpecialem modum diſtributionis, ut totus qualibet, & ſic de alijs. Et iſta ſufficiunt reddere propoſitionẽ exponibilem, vt patet per ſufficientiam. Quia omne illud, quod facit propoſitionẽ exponibile, aut de ſuo ſignificato importat diuerſitatem ſeu differentiam, aut non. ſi primo modo ſic ſunt ea quæ important diſtinctionem, vt differt, aliud, ab, ſi ſecundo

A modo hoc eſt dupliciter, vel importāt ſpālem modum diſtribuēdi, aut non, ſi ſic, hoc eſt dupliciter, vel importāt ſpālem modū diſtributionis ex ſignificatione propria, vel virtute negationis in ipſis incluſæ, ſi primū ſic ſunt ea, q̄ importāt ſpālem modū diſtributionis, vt totus qualelibet, ſi ſm, ſic ſunt ſuperlatiui, & cōparatiui gradus, qui cū exceſſu q̄dā diſtributionē important. ſi non important ſpālem modū diſtribuendi, hoc eſt dupliciter, aut dnt rē i fieri, aut in facto eſſe, ſi in fieri, ſic ſunt ea, q̄ importāt inceptionē, & quia vnū oppoſitorū dat intelligere reliquum, per iſta intelligimus illa q̄ definitionē important, ſi in facto eſſe, hoc eſt dupliciter, B aut carēt fine, aut non, ſi ſic ſunt ea q̄ priuationē finis important, vt infinitū, ſi non carent fine, hoc eſt dupliciter aut deſignatur aliquid adiungi alteri, aut non. ſi ſic ſunt reduplicatiua, vt in quantum ſecundum, quod ſi non, hoc eſt dupliciter, aut ſecludunt ab aliquo actu vno, aut plura cōtenta ſub aliqua diſtributione, aut aliqua cōtēta ſub plurib. diſtributionib. ſi primū, ſic ſunt exceptiua, ſi ſecundū, ſic ſunt excluſiua.

Cōtra prædicta arguitur primo ſic. De propōne exponibili nō eſt ſcientia, ergo de ipſa non dēt fieri ſpālis tractatus. Antecedens patet, quia, cū oīs ſcia ſit realis, eius obiectum dēt eſſe reale, quia vt vult Ariſt. ſecantur ſciæ quemadmodum, & res de quib. ſunt, modo propoſitio exponibilis non ens reale. Scdo ſic. Expoſitio eſt q̄dā ſpēs argumētationis, ſed de ſpecieb. argumentationis determinatur in noua Logica, ergo hic male determinaī. Tertio ſic. Nulla propō eſt exponibilis, ergo hic male definitur. Antecedens patet, quia eſſe exponibile eſt ꝓprietas termini, terminus .n. in primo priorū dictum eſt, eſt in quē reſoluitur propō, ut in ſubiectū, & p̄dicatū appoſito eſſe, vel non eſſe. Quarto ſic. Aliquæ ſunt propōnes exponibiles, in quib. nō ponitur ſincategoreuma, ergo malè dr̄ in definitione, ꝑ ſincategoreuma i ea poſitū. Quinto ſic. Oīs diuiſio dēnt eſſe bimēbris, ſed diuiſio eorū, D quæ faciunt propoſitionē exponibilē eſt bimembris, ergo ipſa non eſt bona.

Argu. Colligit hoc dictum 3. de ani. C 3. Meta. & alibi in multis locis

Ad arg. Ad primū iſtorū dr̄, ꝙ licet oīs ſcia ſit realis, eo eſt habitus qualificatiuus aīæ, tñ nō oportet ꝙ obiectū illius ſciæ ſit reale, ſed ſufficit, quo hēat aliquo modo fundamentum in re. Ad ſm dr̄, quod expoſitio, a qua ſumitur ſyllogiſmus expoſitorius, bene ſpēs argumentationis, ſed de illa non eſt hic ad propoſitum, vt patuit in ſecundo notabili. Ad tertium dr̄, qđ hic accipitur expoſitio prout attribuitur propoſitionibus & non terminis quia propoſitio eſt, illud quod exponitur. Nec capitur ibi expoſitio pro ſolutione, quæ E bene conuenit termino tanquam illi, in quam ſit reſolutio. Ad quartum dicitur, quod nullæ ſunt propōnes exponibiles, vt quib. non ſit ſincategoreuma, uel formaliter, vel æquiualenter. Ad quintū dr̄, ꝙ licet diuiſio generis debeat eſſe bimembris, tñ diuiſio multiplicis ęquiuóci non debet eſſe bimēbris, cuiuſmodi eſt præſens diuiſio.

Solutio

Quid ſigna excluſiua, & regulæ quattuor, quib. excluſiue ſumitur expoſitio.

Signa excluſiua ſūt illa, quæ ex ſignificatione ſua excluſionem importāt, & a quib. propoſitioni redditur excluſiua, vt ſunt iſte dictiones tantum, ſolum, duntaxat, & ſimilia. Hęc autem ſigna quandoq; exponitur gratia alietatis, quando que vero gratia pluralitatis, quandoq. ponuntur in oratione ſine negatione ꝑcedente, vel conſequēte, quandoq. vero cum negatione. De iſtis autem tales dantur regulæ.

Vide Pa. Per gu. in F dub. & omnes ſummiſtas.

Prima eſt ꝓpoſitio excluſiua ſine negatione exponitur p copulatiuā affir. cuius prima pars eſt pręiacēs excluſiuæ, & ſecūda pars eſt negatiua importans negationem p̄dicati de oīb. alijs à ſubiecto. ut tantū

homo

A homo eſt reſibilis,i.homo eſt riſibilis, & nihil aliud ab homine eſt riſibile,uel totū Apoſtoli Dei ſunt duodecim,i. Apoſtoli Dei sūt duodecim,& non ſunt plures quā duodecim,ſecūda regula,quòd propoſitio excluſiua huius generis infert copulatiuam compoſitam ex duabus exponētibus, & quamlibet earum ſeorſum,& non econuerſo,vt tātū homo currit,ergo homo currit, & nihil aliud ab hoīe currit. Tertia regula eſt,quòd ab excluſiua affirmatiua ad vniuerſalem de

B terminis tranſpoſitis eſt bona cōſequētia,ſi fiat excluſio gratia alietatis & non econtra,vt bene ſequitur tantum animal eſt homo,ergo omnis hō eſt animal, & econtra. Quarta regula eſt,quòd excluſiua contradictoria prioris exponit per diſiunctiuam affirmatiuam de partibus contradicentibus prioris excluſiue,ut iſta, non tantum homo currit, nullus hō currit, vel aliud ab hoīe currit. patet ex virtute contradictionis; quia vtrobique

C ſeruatur oppoſitio cōtradictionis & ſic patet qualiter in eis ualet cōſequentia. Quinta regula. Excluſiua in qua ponitur ſola negatio cōſequens excluſionem, exponi ut per vnam copulatiuam affirmatiuam, cuius prima pars eſt negatiua præiacens, ſecunda eſt affirmatiua in qua prædicatum affirmatiue enūciatur de quolibet alio a ſubiecto, vitādum accidens non eſt ſubſtantia,i.accidens non eſt ſubſtātia, & oē aliud ab accidēte eſt ſubſtātia. Et hoc patet qualiter eius cōtradictoria ſit exponenda, & qualiter ualeat conſequentia in excluſiuis.

Poſtquā Auctor ſuperius determinauit de propoſitione exponibili in cōi & de his quæ reddunt propoſitionem exponibilem ponendo definitionem eius,& enumerādo octuplicia ſincategoreumata,aut ſaltē ſincategoreumatib. æquiualentia,facienda propoſitionem exponibilem, hic conſequēter determinat de ſignis excluſiuis,de qb. promiſit ſe determinaturū. Primo ſic definiens ſiue excluſiua dicens ſigna excluſiua ſunt, quæ ex ſignificatione excluſionem important, & a quib. propoſitio redditur excluſiua, ut ſunt iſtę dictiones,tantum,ſolum modo, duntaxat. Et dicitur notanter,quæ ex ſignificatione excluſiunem important,& nō quæ ſignificant excluſionē,quia ſigna excluſiua non dicuntur,ex eo qđ ſignificent excluſiue,ſed quia exercent eam vt tantum ſolum. Dictiones excluſiuæ dicuntur ab excluſione exercita, & nō ab excluſione ſignificata, ſicut ſecuris dicitur in ſciſſura,ab inſciſſione exercita,& non ab inciſſione ſignificat, quia ſecuris non ſignificat inciſſionem licet exercet ipſum cindere, ſed ſignificat ſecurim.

D Quid ſigna excluſiua ſint.

E

Primo ſciendum, quòd excluſio dupliciter intelligit,ſ.ut concepta, & ut exercita. Excluſio concepta deſignatur per illud nomen excluſio, & excluſio exercita exercitio generali deſignatur per hoc uerbum excluſio,& per has dictiones tantum, & ſolum intelligitur excluſio,ut exercita exercitio ſpeciali, ſicut æquitatio ſignificatur, vt concepta per hoc nomen æquitatio, & per hoc verbum æquito ſignificatur ut exercita,vt cum aliquis exercet æquitationem æquitando.

Excluſio dupliciter, ut concepta,& ut exercita ſumitur. F

Secundo ſciēdū eſt, quod hęc ſigna excluſiua quādoq. excludūt gratia alietatis, ut tantum homo eſt riſibilis,quādoque vero gratia pluralitatis, vt tātū ſunt decem prædicamenta quādoque etiam ponuntur negatiuæ ut tantum animal rationale eſt homo: quandoq; uero cum negatione præcedente excluſionem,ut non tantum animal currit, quandoque vero cum negatione ſequente ſignum excluſiuum, ut tm̄ aīal non eſt ſubſtantia,& quandoque cū negatione

Signo. ū excluſiuorum excluſionis uis.

A gatione p̄poſita & poſtpoſita ad ſignū excluſiuum, vt non tm̄ hō nō ē ſubia, quę contradicit illi, in qua ſolū poſtponitur negatio. Vn̄ aliter exponitur illa ,p̄pō, q̄ eſt ſine negatione, & aliter illa, in qua ponitur negatio præcedens excluſionē, & aliter illa in qua ponit̄ negatio ſequens excluſionē, & aliter ſua contradictoria, ſicut patebit in r̄ſis hic ſtatim declarandi. Tertio ſciendum eſt q̄ ,p̄pō excluſiua ſiue negatione ſūpta exponit̄ p copulatiuā affirmatiuā, cui' prima pars eſt præiacens excluſiuæ, & ſcd̄a pars eſt negatiua importās negationem prædicati ab oīb. alijs a ſubo, vt tm̄ hō currit. i. hō currit, & nihil aliud ab hoīe currit. Vel ſic ſm alios, hō currit, & nullus non hō currit, vn̄ præiacens propoſitionis excluſiue, eſt propoſitio ſumpta ſine dictione excluſiua cui tn̄ p̄raddi ſignum excluſiuum, vt illa propō hō currit, eſt preiacēs illius tm̄ homo currit. Et ad excluſionē quatuor requiruntur. ſ. illud q̄ excluditur, illud a quo excludit̄, illud reſpectu cuius excluditur, & ipſe actus excludēdi, vt cum dr̄, ſolum homo currit aīalia ab hoīe ſunt, id qd̄ excluditur, & hō ē id a quo excluditur, & curſus eſt id, reſpū cuius excluditur, & illa dictio ſol' importat actum excludendi. Vnde ,p̄poſitio affirmatiua excluſiua infert copulatiuā compoſitā ex duab. exponentib. & q̄libet eorum ſeorſum, & non ē contra, vt bn̄ ſequitur, tm̄ aīal currit, ergo aīal currit, & nihil aliud ab aīa' currit, bn̄ ēt ſequitur, tm̄ aīal currit ergo aīal currit, & ſilr bn̄ ſequit̄ tm̄ aīal currit, ergo nihil aliud ab aīali currit. Infert inſuper ,p̄poſitio excluſiua affirmatiua ſuā vniuerſalem de terminis trāſpoſitis, vel bn̄ ſequitur, tm̄ aīal ē homo ergo oīs homo eſt aīal. quarto ſciendū eſt, quod propoſitio excluſiua contradictoria prioris. i. in qua ponitur in negatio præcedens excluſionem, exponitur per diſiunctionēm affirmatiuā de partib. contradicētib. partib. prioris copulatiuæ, vt iſte, non tm̄ homo currit, ſi exponitur, nullus homo currit, vel aliud ab hoīe currit. Vnde partes affirmatiuæ copulatiuæ dn̄r contradicere partib. negatiuis diſiunctiuæ ſibi contradictoriæ, vt iſta duo contradicunt, homo currit, & nihil aliud ab homine currit, & nullus homo currit, vel aliquid aliud ab homine currit, quia ſunt de partib. contradicentib. Sed propoſitio excluſiua, in qua ponitur ſolum negatio ſequens excluſionem exponitur per vnā copulatiuā, cuius prima pars eſt negatiua præiacens, & alia eſt affirmatiua, in qua prædicatum affirmatiuæ enunciatur de quolibet alio a ſubiecto, vt tantum accidens non eſt ſubiecta, ſic exponitur, accidens non eſt ſubſtantia, & omne aliud ab accidente eſt ſubſtantia, & ſua contradictoria falla, in qua præponitur, & poſtponitur negatio ſigno excluſiuo, exponitur per diſiunctiuam de partib. contradicentib. partibus prioris copulatiuæ, vt iſta non tantum accidens non eſt ſubiecta, ſic exponitur, accidens eſt ſubſtantia, vel omne aliud ab accidente non eſt ſubſtantia.

Propoſitionis excluſiuæ exponē di mod' q̄ iñe ad excluſionē requiratur.

Ad excluſionē q̄ requirantur.

B

C

Excluſiua contradictoria i quā negatio

D

excluſione præcedens ponitur

E

Sed cōtra prædicta arguitur primo ſic. Per ſigna excluſiua non intelligitur excluſio exercita, ergo contra ea, quæ dicta ſunt in primo notabili. Antecedens patet, quia exercita excluſio non ſignatur per illa ſigna, immo nihil intelligitur per aliquem terminum niſi per ipſum ſignare ſignetur, cum ſit intellectum de re conſtituere. Scd̄o ſic. Oē illud quod exponit̄ gratia alietatis poteſt exponi gratia pluralitatis, ergo male dicitur, quod ſigna excluſiua qn̄que excludunt gratia alietatis. & qn̄q; gratia pluralitatis. Tertio ſic. Iſta eſt ,p̄poſitio excluſiua ſine negatione, tm̄ pater in diuinis eſt eſſentia diuina, tn̄ nō exponitur per copulatiuam affirmatiuam, cuius prima pars ſit præiacēs excluſiuæ, & ſecunda pars ſit negatiua importans negationem prædicati de omnibus alijs a ſubiecto, quia non ſequitur tantum pater in diuinis eſt eſſentia diuina, ergo pater in diuinis eſt eſſentia diuina, & nihil aliud a patre,

Argu.

F

A eſt eſſentia diuinæ, q2 exponentis ſunt veræ, & expoſita eſt falſa, ergo. Quarto ſic. Non ſequitur, tãtum animal eſt hõ, ergo animal eſt hõ, & nihil aliud ab aiali eſt hõ, & iã hic arguit ab expoſi ta ad ſuas exponentes vt notũ eſt, ergo antecedens eſt uerũ, quia bñ ſequitur, ois hõ eſt aial, ergo tm̃ aial eſt hõ, ab vniuerſali affirmatiua ad ſuã excluſiuã de terminis tranſpoſitis, & conſequẽs eſt falſum, quia bñ ſequitur nihil aliud ab animali eſt homo, ergo nihil non idẽ animali eſt hõ, quia nihil aliud, & nihil non idem æquiualent, & vltra, nihil nõ idẽ aiali eſt hõ, ergo quodlibet idẽ aiali eſt hõ, quia quodlibet, & nihil non, æquipollent p primã regulã, æqui B pollẽtiarũ. Et vlt. a qdlibet idẽ aia, eſt hõ, ergo quodlibet aial eſt hõ, q eſt manifeſtẽ falſum, & per cõſequẽs iſta, ad quã ſequebatur, nihil aliud ab aiali eſt hõ, eſt falſa. Quinto ſic. Non ſequit, tm̃ aialia ſũa ſenſibilia, ergo oĩa ſenſibilia ſunt animalia, q2 antecedẽs eſt verũ, & conſequẽs falſum, patet quia lapides ſunt ſẽſibiles, & tñ nõ ſunt aialia, ergo arguẽdo ab excluſiua affirmatiua ad vniuerſalem in terminis tranſpoſitis non eſt bona conſequentia.

Solutio. C Ad argumenta. Ad primum iſtorum dr̃, q ad hoc, q aliqua dictio dẽt intelligere aliquid non oportet, q aliquid ſignificet, ſed ſufficit, q ipſum cõſignificet. Et quia ſigna excluſiua cõſignant excluſionẽ exercitã, iõ eam dant intelligere. Ad ſm̃ dr̃, q licet aliqñ illud qđ exponitur gratia alietatis poſſit exponi gratia pluralitatis, vt iſta excluſiua, tm̃ aialia rõnalis ſunt riſibilia, põt exponi gratia alietatis, & gratia pluralitatis, tñ propoſitio, quæ eſt exponibilis gratia alietatis, non ſemper poteſt exponi gratia pluralitatis, iõ nõ ſumit ſimpliciter falſum. Ad tertiũ dr̃, q iſta de ui ſermonis, & ſm̃ proprium ſenſum eſt falſa, quia hæc dictio tantum magis reſpicit ſubiectum quã formam ſubiecti, & excludit aliũ in maſculino a conſortio prædicati, iõ dẽt ſic exponi, tm̃ pater in diuinis eſt eſſentia diuina. i. pr̃ in diuinis eſt eſſentia diuina D & ..., tunc conſequens eſt falſum, ſicut antecedens. Si vero excludit a forma ſubiecti, ſic, bñ exponitur nõ dictio ante oppoſitum, quia tunc antecedens eſt verum, ſicut & conſequens, ſenſus. n. huius eſt, tm̃ pater in diuinis eſt eſſentia diuina, i. ille, cum quo nullus alius pr̃ eſt eſſentia diuina in diuinis, cũ n. dicimus, tm̃ pr̃ in diuinis eſt eſſentia diuina, nõ negamus Filium, & Spiritum ſanctum eſſe eſſentiam diuinã, ſed hoc dicentes ſignificamus, q illi ſimul cũ eo non ſunt pr̃. Ad quartum dr̃, q negatur antecedens, & aſſumptum inde conſequens, videlicet, quòd antecedẽs ſit verum, & conſequens falſum. Et ad conſequentiã improbantes concedun tur omnes, dempta iſta, nihil nõ idem E aiali eſt hõ, ergo quodlibet idẽ aiali eſt hõ, q2 licet nihil nõ, & qhodlibet æquipolleãt, tñ nihil non idẽ aiali, & quodlibet idẽ aiali non æquipollẽt p p duas cãs. prima eſt, quia, cũ dr̃, nihil nõ idẽ aiali eſt homo, ambæ negationes non feruntur ad eundem copulã, quia prima fertur ad eſt, alia vero ad hoc, qđ dr̃, exiſtens, mõ regulæ conſequentiarũ dẽt intelligi, qñ negatio incluſa in ſigno, & alia poſtpoſita, feruntur ad eandẽ copulã, & ꝓpter hoc, q illæ negationes ambæ non feruntur ad idẽ prouenit. Secunda eã eſt, videlicet, q illę duæ non ſunt eiuſdẽ ſubi, immo ſubiectum vnius eſt ens idem aial, ſ. ſecundæ ſubiectum vero alterius. ſ. prima eſt ens F non idem animali, modo ad æquipollẽter requiritur, qđ ſiat eiuſdem ſubiecti, vnde æquipollẽs iſtius, nihil non idem aiali eſt homo, eſt iſta, quodlibet non idẽ animali non eſt homo, & illæ ſunt eiuſdem ſubiecti, & pdica i. & ſũt ambæ veræ, quòd negatiuæ ambæ, ſi n. daretur, iſta quodlibet idẽ aiali eſt hõ, ut arguebatur, tanq eius æquipollens, tunc æquipolleret affirmatiuæ, nã prima eſt ſimpliciter negatiua, & ſecunda eſt ſimpliciter affirmatiua. Ad quintum dicitur, quod ſi ſenſibile teneatur vniuoce in ambabus, tunc conſequentia

Immo oẽs tres ſũt una eſſẽtia, vt in 1. ſen. & i 12. Ne. p mod. ſc. ib & in c. firmiter d ſutri. vt ibi per Doct. la te patet.

A tia eſt bona, & ſicut antecedẽs eſt uerũ ita & conſequens. Sed, ſi ſenſibile & teneatur æquiuocè in illis, ſ. in excluſiua pro ſenſibili actiuo, & in uniuerſali de terminis trãſpoſitis pro ſenſibili paſſiuo, ſicut non valeret conſequentia. Mõ regula eſt intelligenda, q ab excluſiua affirmatiua ad uniuerſale de terminis tranſpoſitis eſt bona conſequentia, ſi fiat excluſio gratia alietatis, & termini teneatur uniuoce in ambabus.

2. De ſignorum exceptiuorum natura ac diuerſitate, de Regulis, idem quibuſdam ad exceptiuarum propoſitionum expoſitionem neceſſarijs dictionem. B

Nota ſẽſum regule pro excluſiuis uide Strabus in conſeq Pau. Pergulẽ ĩ dub. & alios fere Sũmiſtas oẽs.

Sequitur de ſignis exceptiuis. Dicũtur aut exceptiua, q̃ ſignificat exceptionẽ alicuius contenti ſub aliquo diſtributo, vt pter, pręter q̃ & ſic de alijs. De quib. tales dãtur regulæ. Prima eſt, q oĩs exceptio fit a toto in quãtitate, ſeu à termino ſumpto ſub ſigno uniuerſali. Eſt aũt in quantitate à terminus cõis ſũptus cũ ſigno vniuerſali, vt oĩs homo præter Soc. currit. Scda reg. eſt quo dictio exceptiua nõ impedita facit terminum communem, ſupra quem cadit, immediate ſupponere ſimpliciter, vt omne animal præter hominẽ eſt irrationale, ibi hominem ſupponit ſimpliciter. C Tertia reg. eſt quod vniuerſalis affirmatiua exceptiua exponitur copulatiue per tres exponentes categoricas, quarum prima affirmat vniuerſale prædicatũ de ſubiecto, ſumptum cũ aliud ab, & in ſecunda affirmat terminũ à quo fit exceptio. Tertia eſt negatiua in qua pdicatum negatur de termino excepto, vt hic omne animal præter hominem eſt irrationale, iſta exponitur ſic. i. omne animal aliud ab homine eſt irrationale, homo eſt animal, & homo non eſt irrationalis.

Quarta regula eſt, quòd vniuerſalis negatiua exceptiua, exponitur copulatiue per tres exponentes, in quarum prima prædicatum negatur de ſubiecto ſumpto cum aliud ab, in ſecunda affirmatur ſubiectũ de termino, qui excipitur in tertia affirmatur vniuerſale præiudicatũ de termino excepto. vt hic, nullo animal præter hominem eſt riſibile, exponitur, ſic nullum animal aliud ab homine eſt riſibile, homo eſt animal, & oĩs homo eſt riſibilis. Ex iſtis patet qualiter in iſtis exceptiuis ualeant conſequentia ab exponentib. ad expoſitum, uel ecõtra. Quare eodem modo dicendũ eſt de iſtis, ſicut de copulatiuis, quibus exponuntur &c. D E

Poſtq̃ ſuperius Auctor determinauit de dictionib. excluſiuis, hic conſequenter determinat de dictionib. exceptiuis. Cuius ordinis ratio eſt, quia dictiones excluſiue excludunt ab aliquo actu plura tota diſtincta, actu plures earum partes, dictione autem exceptiue ſolum excludunt reſpectu alicuius actus aliquod contentũ ſub aliquo diſtributo. & ideo patet ordo. F

Dictionis exceptiuæ quid.

Primo ſciẽdũ eſt, quod Auctor in textu ſic definit dictiones exceptiuas, dicens, Dictiones exceptiuæ ſunt, q̃ ſignificãt exceptionem alicuius cõtenti ſub aliquo diſtributo, vt pter, præterq̃ & ſic de alijs. & ponitur ibi li, q̃ loco generis, eſt. n. quę relatiuũ dans intelligere ſuum antecedẽs, quod eſt ſincategoreuma, quod hẽt modũ gñis reſpectu dictionis exceptiuæ, & totũ reſiduũ ponitur ad differentiã omnium aliorum ſincategoreumatum reddentiũ propoſitionem exponibilem, quorum nullum ſignificat exceptionem alicuius.

Omniũ exceptionẽ circa totũ i quãtitate fieri neceſſe eſt.

Scdo ſciendũ, quod ut dicit Auctor in textu, oĩs exceptio fit à toto i quantitate, cuius ratio eſt, qa oportet illud

A quod vere excipitur, quod ſit pars ſm actum contẽta in eo quo excipitur, & qa ſole partes toti' in q̃titate ſũt actua liter contẽtæ in ſuo toto, & nõ partes aliorũ totorũ,niſi hẽant reductionẽ ad totum in q̃tita'e,ideo exceptio fic in q̃ titate. Ex illo uere poſſumus colligere, q̃ ad hoc,qđ aliqđ excipitur ab aliquo toto,duo requirunt, per quod illud ſit pars illius, a quo accipitur ſecundum actum,quia partes ſubiectiue,& in mõ non ſunt ſecundũ actum in ſuo toto, ideo non poſſunt excipi a ſuis totis.

Tertio ſciẽdum eſt, quod exceptiua affirmatiua, exponitur copulatiue per B tres exponẽtes, ſicut ſatis ad longũ dr̃ ĩ textu, & ſi in ea ponat præter, ſi pter de ſcẽdẽdo ſub termino a quo fit,exceptio dẽt mutari illud ab. Vnde in exceptione quatuor requirunt, ſ.excipiẽs, quod eſt duplex, ſ.principale, vt eſt intellectus, & inſtrumẽtale, ut dictio exceptiua terminus exceptiuus, id a quo excipit, & actus, reſpũ cuius fit exceptio. Et terminus exceptus virtute dictionis exceptiuæ non impeditę ſupponit ſimpliciter,et oẽs alijs termini ꝓpoſitionis exceptiuæ eodẽ modo ſupponunt ſicut in præiacẽte.exceptiua negatiua contradictoria ꝑcedentis exponit diſiunctiuæ C per ꝓpoſitione contradicẽtis partib.exponẽtib ipſa affirmatiuã, vt patet p naturã contradictionis v.g. iſta exceptiua, non aĩal præter hoĩem eſt irrationale, ſic exponitur oẽ aĩal aliud ab homine non eſt irrationale, vel homo non eſt animal vel homo eſt irrationalis.

De mõ exponẽdi exceptiuam deq. quatuor ei' conditionibus.

Quarto ſciẽdum eſt, q̃ vniuerſalis negatiua exceptiua exponit copulatiue p tres ꝓpoſitiones, ſicut clare deducit in tex. ſed ſua contradictoria exponit diſiũctiue per tres ꝓpoſitiones contradicentes partib. copulatiuæ talis diſiunctiuæ contradictoriæ, ut iſta nõ nullũ animal præter hominem cur. ſic expo nitur aliquod animal aliud ab homine currit, vel aliquis homo non eſt animal, vel aliquis homo currit.

Vniuerſalis negatiua exceptiua, quõ exponit

Arg. Contra prædicta arguit primo ſic. Præter eſt dictio exceptiua, & tamen non ſp ſigñat exceptionem, ergo &c. D Minor pbat, quia in iſta ꝓpoſitione tu debes decẽ francas pter 20. ſcutis, li pter nõ ſignat exceptionẽ, q̃ ſenſus illi' ꝓpoſitiones eſt, tu debes decẽ francos cum 20. ſcutis. Secũdo ſic. Exceptio fit a toto integrali, ut patet dicẽdo, totus Soc. eſt in arca pter pedẽ, ergo male dr̃ in textu, quod oĩs exceptio fit a toto ĩ quãtitate. Tertio ſic. Exceptio fit a toto vniuerſali, ergo &c. Añs patet dicendo homo rõcinatur præter hoc. qui eſt ve ſanus. Quarto ſic Terminus exceptus non ſemper excipitur ſimpliciter, ergo male dr̃ in textu quod dictio exceptiua facit terminum eõem, ſupra quẽ cadit, ſupponere ſimpliciter. Añs patet, quia terminus exceptus excipitur reſpectu alicuius actus, modo actiones ſunt ſin E gularium & ſuppoſitorum, Proœmio Metaphyſicæ, & ſic terminus exceptus ſupponit perſonaliter, & non ſimpliciter. Quinto ſic Iſta eſt una propoſitio exceptiua, nullus homo præter aſinum currit, & tñ illud q̃ excipitur non continetur ſm actum in toto in quantitate a quo excipitur, ergo illæ conditiones aſſignare ad hoc, quod aliquid excipiatur non ſunt bonæ.

Ad arg. Ad primũ dr̃, quod q̃ncunq. pter accipitur exceptiue, ſemper ſignat exceptionẽ, ſed ſp nõ tenet exceptiuẽ. Nõ. humo aliquando tenetur negatiuẽ, ut er ius digo ſtabo præter te, i. ſine te, aliqñ abſtractionis ctiue ut decẽ præter duo ſunt octo, i. re pter va motis duob. a decẽ remanent octo & F aliqñ aſſociatiue, ut tu debes decem frãcas in cos præter viginti ſcuta, i. cum viginti oratio ſcutis. d ſm dicendum eſt, quod ve ne accerum eſt ſed per totum in q̃titate. Petr. ptiones Hiſpan. intelligit totũ integrale, ſicut ſatis patet in ſuis ſincategoreumatib. vbi expreſſe dr̃ quod exceptio fit a toto in q̃titate, & a toto integrali. Ad tertiũ dr̃, q̃ ibi, non eſt uera exceptio ſed potius abuſiua. Ad quartum dicitur, quod licet terminus ſupponens ſimpliciter ſupponat pro vniuerſali, tamen hoc eſt, ſecundum habitudinem quam habet ad ſuppoſita, & ideo ubicunque

Solutio

que

(Res quæ ē diſpoſitio ſubiecti) Res cauſantur veritas, vel falſitas in oratione, ergo dictione ſincategoreumatice ſignificant res aliquas, ſed non ſignificant res ſubiicibles, vel prædicabiles, ergo ſignificant res, quæ ſunt diſpoſitiones ſubiicibilium. vel prædicabilium, quia nihil eſt in oratione præter verum, vel falſum, niſi ſubiectum, & prędicatum, & eorum diſpoſitiones, res. n. dupliciter dicitur, quia eſt quædam res ſubiicibilis, vel prædicabilis, vt homo, uel equus ambulat, vel currit, & alio modo eſt res, quę eſt diſpoſitio rei ſubiicibilis vel prædicabilis. Sed diſpoſitio rerum, ſiue res, quæ eſt diſpoſitio, eſt duplex, quia eſt quædam diſpoſitio eius, quod eſt ſubiectum vel eius, quod eſt prædicatum, vt albus, niger, bene, male, & conſimilia, & talis diſpoſitio ſubiicitur cum ſubiecto, & prædicatur cum prædicato, vt homo albus currit bene. (B) Subiectum enim, & id quod eſt ſubiectum differunt, ſicut pater & id quod eſt pater, quia ſicut pater dicitur ad filium, & econuerſo, ita ſubiectum dicitur ad prædicatum, & econuerſo, ſunt enim ad aliquid ſiue relationes ſicut pater, & filius. Alia autem eſt diſpoſitio ſubiecti inquantum eſt ſubiectū vel prædicati, inquantum eſt prędicatū, vt tantum, ſolus, neceſſario, contingenter, & ſic de alis, & ille non ſubiiciuntur neque prędicantur, quia ſunt diſpoſitiones ipſius ſubiecti in comparatione ad prædicatum, vel e conuerſo. Et tales diſpoſitiones ſignificantur per dictiones ſincategoreumaticas dicunt in comparationes ſiue habitudines ſubicibilis inquantum ſubiicibilem, vel prędicabilis inquantum predicabile. Et dicitur ſincategoreuma, a ſyn, quod eſt con, & categoreuma, quod eſt prædicatiuum, vel ſignificatiuum, quaſi con ſignificatiuum.

Eſt,

A *Eſt, & non quid ſignificent, & quomodo ſe habeant in compoſitione. C. II.*

HAbito, quod dictiones ſincategoreumaticæ ſignificant diſpoſitiones in ſubiecti inquantum ſubiectum, & prædicati inquantum prædicatum; ſic cognita ſignificatione earum in genere nunc dicendum eſt de ſignificatione vniuſcuiſq. earum in ſpecie, & prius de prioribus quia vt vult Ariſto. de prioribus prior eſt ſpeculatiuo. Cum ergo in dictionibus ſyncategoreumaticis per ſe, intelligantur eſt de non, & non econuerſo, ideo eſt, & nō, ſunt priora illis, & ideo de his prius eſt dicendum. Sed videndū eſt, quomodo eſt, & non, per ſe intelligitur in iſtis. B Sciendum autem, quòd per ſe dicitur quatuor modis.

Nō omnia quæ ſunt in definitione p̄dicātur de definitio.

Primo modo per ſe inſunt, quæcunq. cadunt in definitione rei, ſiue prędicentur, ſiue non de definito, quædam enim, definientia prædicantur de definito, vt animal rationale, mortale, de homine quædam vero non prædicentur de definito, vt punctum nō prædicatur de linea & cadit in definitione eius. Linea enim eſt longitudo, ſine latitudine. cuius extremitates ſunt duo puncta, nec linea prædicatur de triangulo, & cadit in definitione eius, eſt enim triangulus figura plana tribus rectis lineis contenta, habens angulum extrinſecum ęquipollentem C tribus rectis ſibi oppoſitis.

Secundo modo per ſe in ſunt, quæcunque recipiunt ſua ſubiecta in ſuis definitionibus & hoc eſt, quando propria paſſio, ſiue per ſe accidens predicatur de ſua definitione, ut omne priuatum lumine a terre obiectum deficit, ſiue eclipſatur. Hic. enim deficere ſiue eclipſari eſt per ſe accidens, ſiue propria paſſio. & non prædicatur de ſua definitione. Similiter, ſi propria paſſio predicatur de parte ſue definitionis, vt numerus eſt par, vel impar, linea eſt recta, uel curua, qnia per definitur per numerum, rectum per lineā, eſt. n. par numerus diuiſibilis in duo æqualia. rectum vero eſt linea, cuius medium non exit ab extremis

D Tertius modus eſt, quando propria paſſio prædicatur de proprio ſubiecto, vt rectum, uel curuum de linea, par uel impar de numero, & habere tres angulos æquales duobus rectis de triangulo. ſubiectū. n. & propria paſſio dupliciter cōparātur, quia vno modo ſcd'um, q̄ ſubiectum eſt cauſa paſſionis, & definens paſſionem, & ſic pertinet ad 2m modum alio modo ſumitur ſubiectum, & in quā tum eſt ſubiectum, & propria paſſio, inquantum eſt accidens eius, & ſi pertinet ad tertium modum.

Quartus modus eſt, quando effectus, qui eſt propria paſſio, concluditur de ſubiecto per ſuam cauſam, & iſte quartus E modus ſemper eſt in habitudine præmiſſarum ad concluſionem demonſtratam, vt omne priuatum lumine a terræ obiectu deficit. Luna eſt priuata lumine a terre obiectu, ergo Luna deficit. Sciendum ergo quod eſt, & non intelliguntur in dictionibus ſingategoreumaticis, ſecundum primum modum eius, quod eſt per ſe quia intelliguntur in deffinitionibus, ſiue deſcriptionibus eorum. Solum n. ſiue tm̄, eſt idem quod non cum alio, & deſinit, eſt quod de cætero non erit, uel nūc vltimo eſt, & ſic de aliis, & ideo eſt & non, ſunt priora ſincategoreumaticis dictionibus. Et eſt prius eſt, quam non, quia affirmatio prior eſt negatione, ſicut habitus prior eſt priuatione, & F etiam negatio non habet eſſe, niſi affirmationem, unde affirmatio dat eſſe ei, ergo prior eſt. Et etiam, quia negatio nō cognoſcitur, niſi per affirmationem, & non econuerſo, ergo prius eſt dicēdum de affirmatione, quam de negatione, ergo prius eſt dicendum de eſt quam de non. Nota ergo, quòd hoc uerbum eſt, conſignificat cōpoſitionē, & ēt alia verbat. Sed hoc uerbū eſt, p̄ prius conſignificat, cum natura ſit prius aliis uerbis, & in eis intelligitur. Sed compoſitio non ſolum reperitur in uerbo, ſed etiam in reb. aliis. Et ideo prius dicendum eſt de compoſitione in communi, & poſtea de ſpecialibus compoſitionibus.

Cur affirmatio prior ſit negatione.

A ***Compoſitionibus natura & eius multiplex modus deq; natura nominis in communi. Cap. III.***

SCiendum ergo quòd cõpoſitio ad aliquid eſt quia compoſitio eſt compoſitorum, & compoſitio, & cõpoſita ſunt compoſitione compoſita quare cõpoſitio in prædicamento relationis erit. Diuiditur igitur compoſitio in duas partes, quia compoſitionis alia eſt rerũ, alia modorum ſignificandi. Cõpoſitio vero modorum ſignificandi pertinet ad Grãmaticũ, ſm quod in nomine eſt compoſitio qualitatis cũ ſubſtantia, & in principio actus eſt vnitus cum ſuſtantia.

B Compoſitio autem rerum fit quinque modis, quia quædam eſt formæ cum materia, vt animæ cum corpore, alia eſt accidẽtis cum ſubiecto vt coloris cum corpore, alia eſt potentiarum cum eſſẽtia, ſicut virtutum aïæ cum aïa, alia eſt partium integralium adinuicem in ſuo toto vt partium lineæ in linea ad punctum, & ſuperficie ad lineam, alia dr̃ia cum genere ad conſtitutionem ſpecierum. Harum autem compoſitionum, quæ ſũt rerum quædam pertinent ad naturalẽ, quædam ad Mathematicum, aliæ uerò ad Logicum. Item compoſitionis, quæ eſt modorum ſignificandi, alia eſt compoſitio qualitatis cũ ſuſtantia, & hæc ſignificatur per nomen, ſicut in hoc nomine homo, & in quolibet alio nomine, alia eſt C actus cum ſubſtãtia, de qua poſtea dicetur. Sed prius dicatur de qualitate nominis. Omne ergo nomen ſignificat ſubſtantiam cum qualitate, v. g. homo, vt ita dicam, eſt res habens humanitatem, & res eſt ſubſtantia eius humanitas autem ſm, quòd ſignificatur per hoc nomen homo, eſt qualitas eius. & non ſecũdum, quod ſignificatur per hoc nomen humanitas, quia hoc nomen humanitas eſt nomen aliud, & diuerſum ab hoc nomine homo, & unum non eſt qualitas alterius nequa econuerſo, ſed qualitas vniuſcuiuſq; per ipſum nomen ſignificatur. Homo.n. ſignificat ſuam ſubſtantiam, & ſuã qualitatẽ, & hæc duo ſunt unita, nõ vnum in eo, ita quòd vnum ſignificatur in altero, ſiue per alterum. D

Sed obiicitur circa qualitatem nominis, quia cum qualitas, & ſubſtantia ſint diuerſa, & oẽ nomen ſignificat ſubãm cum qualitate, ergo omne nomen ſignificat diuerſa, & eſt ſyllogiſmus in primo primæ, ſed oĩs dictio ſignificans diuerſa eſt æquoca, ergo omne nomen eſt æquiuocum, quod eſt inconueniens, non ergo in nõie eſt compoſitio qualitatis cũ ſubſtantia. Solutio. Quatuor modis contingit ſignificari diuerſa per dictionem eandẽ. Primo qñ diuerſa æqualiter ſignificantur per eandem dictionum, ut ĩ hoc nomine canis. Scd'o qñ diuerſa ſignificantur ſm prius, & poſterius, ut in hoc nõie ſanum, & propriæ non ſignificat diuerſa ſm rẽ vnã, & modos diuerſos, & ſimiliter ens. Tertio modo ſignificantur plura per dictionem, vnam qñ unum ex impoſitione eſt, et reliquum tranſumptiue, vt in hoc uerbo ridere, quod ex impoſitione ſignificat ridere, & florere ſignificat tranſumptiue, & iſti tres modi faciunt æquiuocationem. Quarto autẽ modo ſignificãtur diuerſa per dictionẽ unam, qñ vnum eſt ratio intelligendi alterũ, ſiue qñ vnũ eſt principiũ intelligendi alterum, quod idem eſt, vt forma eſt rõ, ſiue principium illius, cuius eſt, & cognoſcendi illud, vt figura triangularis oblõga, & ſic diſpoſitio eſt rõ, ſiue principium intelligẽdi cultellum, & cognoſcendi ipſum. Et hoc mõ nomen ſignificat ſbãm cum qualitate, qualitas .n. nominis eſt rõ ſiue principium intelligẽdi ipſum nomẽ, & ſuã ſubſtantiã, & qualitas ſignificatur per nomẽ, vt principium intelligendi ipſum, ſubſtãtia vero ſignificatur per ipsũ nomen, vt quod intelligitur per ipsã qualitatẽ. Et quia unum intelligitur per alterum, ideo non ſunt ibi diuerſæ ſignificationes, ſed vna. Et pp hoc ille modus ſignãdi plura, nõ facit æquocationẽ, ſicut cũ video coloratum, & ſuã magnitudinẽ non ſunt duæ viſiones, ſed vna, qa color eſt ratio, ſiue principium intelligendi, ſiue videndi magnitu

An omne nomen ſit æquiuocum

E F

tu

tudinem nõ ſunt duæ viſiones, ſed vna, quia color eſt ratio, ſiue principiũ intelligẽdi ſiue videndi magnitudinẽ in qua eſt, & propter hoc dictum eſt, vbi vnum eſt propter alterum, tantum vnum eſt.

An compoſitio qualitatis cũ ſuba aliquid ſit.

Item quęritur vtrum compoſitio qualitatis cum ſuba ſit aliquid, aut non, ſi nõ eſt aliquid, ergo in noĩe non eſt compoſitio qualitatis cum ſuba, ſi eſt aliquid, & non eſt ſuba, neq. qualitas, ergo tertium eſt ab illis, ergo per nomen ſignificatur tria, ergo oportet dicit ꝙ nõ ſignificat ſubam cũ qualitate, & compoſitione earum, ꝙ non eſt verũ. B Solutio. Compoſitio qualitatis cum ſuba eſt aliquid in noĩe, & non ſunt duo niſi ſ̃m rem.ſ. ſubſtantia, & qualitas, tria uero ſ̃m rõnẽ.ſ. ſubſtantia, & qualitas, & cõpoſitio earũ, quia qualitas ſeipſa cõponitur cũ ſubſtantia per inclinationẽ q̃ hẽt ad ſubſtãtiã. Oĩs.n. forma, & oĩs qualitas, & ẽt oẽs accidens naturalẽ habet inclinationẽ ad illud, in quo eſt, quia non hẽnt eẽ actuale, ſiue eẽ in actu, niſi in eo in quo eſt. Vnde de accidentib. dicit Boethus, quia accidentis eſſe eſt ineſſe, hoc ẽ, accidẽtis eſſe eſt eſſe in alio. S̃r eſſe actuale ipſius formæ eſt eſſe in materia, unde C qualitas nominis per inclinationẽ, quã hẽt ad ſubſtantiam nominis, ſtat in rõne compoſitionis. Ipſa qualitas noĩs ſ̃m ſe eſt unũ compoſitorũ. Et iõ dicendũ eſt, quod qualitas ſ̃m ſe, & qualitas inclinata ad ſubſtantiam ſunt idem ſecundum rem, & ſubſtantia nominis ſit alterũ extremum. pp hoc in noĩe non ſunt niſi duo ſecundũ rẽ, tria vero ſecundum rõnem, quia alterius rationis eſt qualitas ſcd̃m ſe, e qualitas inclinata, & ſubſtãtia eſt tertiũ, & ideo dixi, quia in noĩe erãt duo ſcd̃m rẽ, tria uero ſecũdũ raõnẽ. Vnde quia Grammaticus loquitur de reb. ſignificatiuis per partes orationis, iõ debet dicere, quod nomen ſignificat ſubſtãtiam cum qualitate, & non dẽt dicere, quia nomen ſignificat ſubſtantiam cum qualitate, & compoſitionem.

Vide 1. phyſi. te. con. 16

Si aliquis quid ſit compoſitio quęrat. Dicendum eſt, ꝙ iã patet ex prædictis, D quia inclinatio qualitatis ad ſubſtantiã, quia inclinatio vnius ad alterum nihil eſt, niſi per illud, ergo eſt, & per illud ad quod eſt, & ideo iſta compoſitio, q̃uis ſit aliquid, tñ non eſt niſi per ſua extrema. Non.n. p̃t eſſe res aliqua media inter qualitatem, & ſubſtantiam, quæ componant vnum cum altero, quia ſic contingeret abire in infinitum, oporteret ẽt quod iſta res media eſſet ſubſtantia, uel qualitas, & ſi eſſet ſuba, oporteret ponere cõpoſitionẽ ipſiu cũ qualitate. Et ſi ſr eſſet vlterius quærẽdũ de iſta cõpoſitione utrum res eſſet aliqua, & ſi ſr ſi eſſet qualitas. E Itẽ quærit de cõpoſitione qualitatis cũ ſuba in noĩe, quare non eſt duplex.ſ. unita, & ut diſtans, ſicut eſt quædã compoſitio actus vniti, ut in participio, & alia ut diſtantis ſicut in uerbo, & vr̃ quod aliqñ eſt qualitas ſubſtãtiæ unita, ut hõ albus, aliqñ uero diſtans, ut hõ eſt albus, quia hõ ponitur ĩ ſubiecto, & albus prædicatur, ergo dẽt eſſe duplex compoſitio qualitatis cũ ſubſtantia. Dicendũ quod compoſitio actus cum ſubſtantia eſt duplex, & non cõpoſitio qualitatis cum ſubſtãtia, quia actus ſumitur duob. modis. Vno.n. mõ ſumitur actus, F ſecũdũ qd̃ habet inclinationẽ ad ſubſtãtiam, ſecundum quam inclinationem dicitur de altero, uerbum enim, ut vult Ariſtoteles, eſt nota eorum quę de altero prædicantur, Alio autem modo ſumitur actus priuatus iſta inclinatione, e ſic eſt in participio. Et quia actus his duobus modis ſumitur, ideo eſt duplici citer actus cum ſubſtantia, & una eſt in participio, alia autem eſt in uerbo, quę de cõpoſitio actus, ut diſtantis, eo quod uerbum per eam dicitur de altero, ut p̃dicatum de ſubiecto. Sed quia prædicta inclinatio non poteſt eſſe in qualitate, ſed tantum in actu, eo quod anima non poteſt inclinare ad res ut enunciet unũ de altero, niſi mediante actu, & non mediante qualitate, ideo qualitas non põt ſignificari ut diſtans, ſed ſemper ſignificantur ut unita, & ideo non poteſt eſſe duplex compoſitio qualitatis cum ſub

primo perihe. c.3

A ſtantia, ſed tantum vna, quæ eſt in quo libet nomine. Ad illud qđ obiicitur de hac oratione imperfecta, homo albus, & de hac pfecta, homo eſt albus, quod in vna eſt qualitas vnita, & in alia diſtās Dicendum, quòd obiectio nulla eſt, q̃a loquimur de qualitate vnita, quæ eſt eſſentialis, & quæ eſt ratio intelligendi illud cuius eſt, ſ. ſubſtantiam, & ſic homo habet in ſe ſuam ſubſtam, & ſuam qualitatem, & ſimiliter alb. habet ſuam ſubſtantiam, & ſuam qualitatem, & non loqui-
B mur de qualitate accidentali de qua ipſe obiicit albus. n. non dicit qualitatem eſſentialem homini, eſt neq. principium intelligendi hominem ſimpliciter, ſed hominem talem, & ideo de qualitate accidentali vnita ſuo ſubiecto nihil eſt ad propoſitum. In alia vero oratione pfecta, quæ eſt homo eſt albus, quamuis ſit qualitas diſtans, quia hęc non eſt per inclinationem verbi ibi poſiti, ſimiliter de illa, nihil eſt ad propoſitum.

De duplici compoſitione actus cum ſubſtantia vniti videlicet, & diſtantis, prima participii, alia verbi eſt, & de verborũ modis, & illorũ origione ac natura. Ca. IIII.

C DIcto de compoſitione in cõi, cuius alia erat compoſitio rerum, & alia compoſitio modorum, & iterum compoſitio modorum ſubdiuidebatur, quia alia erat compoſitiō qualitatis cum ſubſtantia alia actus cum ſubſtantia, cum habitum ſit de compoſitione qualitas cũ ſubſtantia, conſequenter dicendum de compoſitione actus cum ſuba, Compoſitionis, ergo actus cum ſuba, alia eſt actus vniti, vt in participio, alia vero eſt actu diſtantis, vt in verbo, quod autem in participio ſit compoſitio actus vniti patet primo per ſignificationem participii, quia participium ſignificat actionẽ, vel paſſionem in ſuba, vel ſubſtantiam ſub actione, vel paſſione, & nõ ſignificat tantum ſubſtantiam, nec tantum actionem, vel paſſionem, quare actum vnitũ, ſbſtantiæ ſigni ficat, ergo in participio u compoſitio actus vniti cum ſuba. Pa eſt

tet etiam inductionẽ, quia hoc participium legens ſignificat actione cum ſubſtantia infinita. legens. n. eſt quam legit, ſed qui dicit ſubſtãtiam infinitam, quia in eo intelligitur ſubſtantia infinita, & actus determinatus, & hæc duo ſunt vnita. ergo legens habens in ſe compoſitionem actus vniti cum ſubſtantia, & ſic de aliis participiis ſpecialibus. ergo participium habent in ſe compoſitionem prædictam. Quod autem in verbo ſit compoſitio actus, vt diſtantis, patet per hoc quod actus ſignificatus per verbum ſemp ſignificatur vt de altero cum. n. dico currit, oportet intelligere ſubſtantiam E determinatam, de qua dicatur currit, vt prædicatum de ſubiecto.

Sed quæritur cum ſit inclinatio qualitatis ad ſubſtãtiã, & ſit inclinatio act⁹ ad ſubſtantiam tam vniti, quam diſtantis, qualiter differunt ad ſe inuicem illæ tres inclinationes. Et dicendum, q incli natio qualitatis nominis ad ſubſtantiam F eſt inclinatio perfecti ſiue perfectionis ad perfectibile, quia per ipſam pfectionem perficitur, quia ſubſtantia, vel qualitas nominis complet. & perficit ſubſtantiã nominis. Vnde inclinatio qualitatis ab ſubſtantiam eſt inclinatio, per quam perfectio vnitur perfectibili, vt unum ex eis, quod eſt nomen inclinatio vero ipſius actus participii ad ſubam eſt ĩclinatio, p q̃ actus vnit ſubę infinitæ, vt ſit in illa ſicut in ſubiecto infinito. Inclinatio actus diſtantis ſiue verbi, eſt inclinatio per quam actus verbi eſt de altero, vt pdicatum de ſubiecto, & ſic ille inclinationes ſunt tres ſpecies differentes. Si quis quærat qualiter differat cõpoſitio uerbi a compoſitione nominis, & a cõpoſitione, quæ eſt in participio. Dicẽdũ quòd differunt illę tres compoſitiones, ſicut differunt inclinationes ſupradictæ & per ſe loquendo non differunt illæ tres compoſitiones per hoc, quod compoſitio uerbi eſt ſubiectum ueritatis, uel falſitatis, aliæ uero non, quia iſta differẽtia eſt ſumpta a poſterior, præterea compoſitio uerbi non eſt ſubiectum ueritatis

rita

A ritatis,& falſitatis ſimpliciter ſed quodā modo,quia hęc eſt tantum in indicatiuo modo,& non in aliis modis, in quib. eſt compoſitio.

Itē queritur de compoſitione uerbi, cum habeat compoſitionem ſubiecti cū prædicato quantum ad indicatiuum modum,& ſuppoſitum cū appoſito quantū ad alios tres mōs, quare potius importatur cōpoſitio per alterū extremorū quā per vtrunq. quia cōpoſitio æqualiter ſe habet ad extrema,ergo cōpoſitio debet ſignificari cum vtroq.extremorum.

Item a ſimili vr̃,quia cōpoſitio qualitatis cum ſubſtantia ſignificatur cū vtroque extremorū in nomine, & in participio. Cōpoſitio actus vniti cum ſubſtantia ſiſt ſignificatur cum utrunque extremorū,ergo ī uerbo debet eſſe ſimiliter.

B

Cur potius per verbum quā per nomen ſignficetur compoſitio.

Item habito, quod iſta compoſitio ſignificetur cum altero extremorū. Quæratur qua potius per uerbum ſignificatē ſiue cum uerbo, quam per nomen, cum æqualiter ſe habeant ad utrunque extremorum.Et dicendum ad primum,ꝙ compoſitio duplicem habēt comparationē, vnā.n.habet ad ſubiectū, & alia ad obiectum,ſicut uiſio cōparatur ad ſubiectū ī quo eſt,ſ.ad ipſum uidens, & cōparatur ad obiectū ſuum,qđ eſt res uiſa ſiue coloratum. Similiter compoſitio comparatur ad ſubiectum ſuum,quod eſt componens,& comparatur ad obiectum ſuum ſiue ad obiecta quod eſt ipſum compoſitum,quia recipiunt ſupra ſe compoſitionem,ſicut viſibilia,viſionem.Dico ergo, quod cōpoſitio ſ̃n cōparationem quam habet ad obiectum ſiue ad obiecta ęqualiter ſe habet ad vtrunq.extremorū, ſed ſ̃n comparationem quā habet ad ſubiectum, quod eſt componens magis ſe habet ad unum quam ad alterum, quia cū ipſum componēs ſit anima,& anima nō poſſit componere niſi mediante actu, iō magis ſe habet compoſitio ad actū quā ad reliquum extremorum.& cum actus ſignificetur per uerbum, & non per nomen,ideo magis debet compoſitio ſignificari per uerbum.quā per nomen. Et ſic

C

D patet ſolutio primæ,& tertiæ quæſtioni Ad ſcđm dicendum, ꝙ non eſt ſimile de nomine,& de participio ad uerbum quia in uerbo eſt compoſitio diſtantium, ut prius eſt dictum,& ideo compoſitio uerbi non potuit ſignificari cum utroq.extremorum,ſed in participio,& in nomine eſt compoſitio unicorum, & ideo in illis ſignificatur cōpoſitio cum utroque extremorum,in uerbo autem non potuit compoſitio ſignificari cum utroque extremorum, quia compoſitio diſtantis ē compoſitio,per quam actus eſt de altero,ut prędicatum de ſubiecto.

Quid prius in uerbo an compoſitio, an inclinatio in cōpoſitionem.

Item quæritur, cum in uerbo ſit compoſitio,& inclinatio ipſius ad ſubſtātiā, utrum compoſitio natura præcedat inclinationē,uel ecōuerſo,inclinatio compoſitionem, quia cum actus non habet eſſe niſi ſubiecto,& in ſubiecto, eo ꝙ accidens eſt propriū ſubæ,ergo actus naturalem hēt inclinationem ad ſubam,& ſi non uniatur ei nī habet naturalem inclinationem ad ſubam,ſed cōpoſitio actus cum ſuba non eſt,niſi cum unitur actus ſubæ,ergo inclinatio actus ad ſubſtantiā natura precedit compoſitionem actus cum ſubiecto.Et dicendum,quod actus, duplicem habet inclinationem ad ſubſtātiam,una.n. earum prior eſt compoſitionem,& alia natura poſterior, quia cum omnis actus ſit accidens, & non ecōuerſo,ipſi actui debetur quædē inclinatio, inquantum eſt accidens,cum omne accidens naturaliter inclinetur ad ſubiectū ſuum,& hæc inclinatio natura præcedit oppoſitionem.Alia autē eſt inclinatio, quæ debetur actu inquantum actus eſt, non ut ſubiecto,ſed de ſubiecto, prout anima inclinat ſe ad enunciandum unū ad altero,& hæc inclinatio poſterior ē compoſitione.Et ſic patet,quod inclinatio una antecedit cōpoſitionem, & alia ſequitur eam per naturam. Hoc etiam patet per operationes aīæ,quia cum aīa apprehendit rerum ſimilitudines prius cognoſci res ſubinuicē conuenire,& poſtea cōſentit,deinde cōponit apud ſe,& poſteæ nūciat unū de altero.Cuiꝰ ergo

B

E

F

aĩal prius conſentiat q̃ componat &c. & A prius uideat conuenientiã, in q̃ conſentiat, & cõuenientia unius rei ad alteram cauſet p naturalẽ inclinationẽ vnius ad alterũ, iõ oportet, ꝙ naturalis inclinatio actus, inquãtũ eſt accidens, præcedat cõpoſitionẽ actus cũ ſuba, & iterum cum aĩa apud ſe prius natura cõponat, q̃ incli net ſe ad enunciandum vnum de altero mediãte actu, iõ compoſitio actus cum ſuba natura pcedit inclinationem actus, per quam aĩa inclinatur, vt actus ſit de ſuo ſubiecto, & per iſtam ſecundum inclinationem reperitur modus in verbo.

Et vt hoc planius pateat, nota ꝙ cum verbum dẽat imponi ad ſignãndum, tũc aĩa prius apprehẽdit actũ de ſuba, & po B ſtea afficitur ad enunciandum actũ eundem de ſuba, & per iſtum affectum incli De mõ ſig.verbo natur ad enunciandum actum ipſum, & per hãc inclinationẽ enunciabit iã actũ de ſuba, vnde poſt apprehenſionem actus de ſuba, prius eſt natura affectus animæ reſpectũ ipſius actus de ſuba, q̃ inclinatio ipſius aĩæ enunciandum, & per iſtam inclinationem indicat aĩal, vel imperat, & ſic de alijs, ipſa autẽ indicatio, vel impetratio, uel optatio, ſunt modus, vnde quamuis iſta tria. ſ. affectus, inclinatio, & indicatio cauſaliter ordinẽtur, tñ poſteriora ſunt, & accidunt ipſi actui, q̃ eſt vel eſſe debet de ſuba, & cauſa huius eſt quia tam indicatio affectus, q̃ inclinatio, non poſſunt eſt niſi in reſpectu C ad actum, & ipſe actus bene poteſt eſſe ſine ipſis, ideo ſignum, qđ imponebatur ad ſignificandum ipſum actũm, principaliter dat intelligere ipſum actum, & noſtra tria dat intelligere quaſi accidentis ipſi actu. Et ideo dicimus, qđ verbum ſignificat agere, vel pati, & conſignificat affectus, & inclinationes, vel modos, & ſic patet, qđ modus cauſatur ab inclinatione, ſicut a cauſa proxima efficiẽte, & inclinatio ab affectu, & omnia iſta tria cauſantur a compoſitione actu cum ſubſtãtia, ſicut a cauſa remota, & finali, cauſantur eadẽ ab anima ſicut ſub efficiente remota, vel vniuerſali.

Nota, quod hæc definitio modorũ. ſ. Modi ſunt ĩclinationes animi uarios eius aſ- D fectus demonſtrantes, eſt cãlis ſicut patet ex prædict s. Vnde inclinatio animi non prædicatur de modis, ſicut agendis, ſed cãliter unde inclinatio ſignĩat affectum, ſicut effectus ſuã cauſam. nota etiã, quod generalis compoſitio in uerbo debetur ipſi agere, uel pati generaliter ſumpto ſpecialis autem compoſitio ipſi agere, uel pati ſpecialiter ſumpto, & contracto. Dubium neceſſarium.

Si quis obiiciat, quod cũ aĩa efficiatur, & inclinetur ſignificato cuiuslibet partis, ut ipſum ſignificet, & repreſentet p E ſuum ſignum, ergo quælibet pars orationis erit alicuius modi, cũ pp hoc modus accidat verbo. Dicendũ quod iſta obiectio ſit per prædicta mala intellecta, ſiue quod non intelligat ea, quæ prædicta ſunt, quod nõ dixi, quod pdictus affect᷒, & inclinatio, & modus in aĩa reſpectu illius actus tm̃, ſed reſpectu illius actur, vt eſt de ſuba, ſiue reſpectu ipſius actus, in quantum componitur cum ſuba, nulla autem eſt pars ipſius orationis, quæ eſt de ſuba niſi uerbum, quia in nulla intelligitur compoſitio ipſius cum ſubſtantia exteriori niſi in uerbo, & ideo modus ſolum accidit uerbo, & nulli alii parti orationis, & per iſtam ſecundam inclinationem reperitur modus in uerbo.

Itẽ quæritur, qualiter intelligatur illa cõpoſitio, quam dicit Ariſt quod iſta cõ F poſitio ſine cõpoſitis nõ eſt intelligere. Et dĩm, ꝙ cõpoſitio cũ ſuba intelligitur per extrema, quia actus ſeipſo in hæret ſuo ſubiecto, ſicut qđlibet aliud accidens ſeipſo inhæret, ſuo ſubiecto in quo eſt, & per quod eſt, & non alio mediante, quia ſic contingeret abire in infinitũ, ut dictũ eſt de qualitate nominis, unde cõpoſitio actus cũ ſuba ſit per inclinationem ipſius actus ad ſubam, ut ad ſubiectum ſuũ, & quia inclinatio ad alterum non pt intelligi, niſi per illud quod inclinatur, & ad illud per quod inclinatur ideo compoſitio actus ad ſubiectum ſuum, quod ſignificatur per verbum, nõ poteſt intelligi ſine extremis, & ideo dicit

A dicit Ariſt. quod, q̄d eſt, cõſignificat quã dam cõpoſitionem q̃ ſine cõpoſitis non cõtingit intelligere: cũ ſolũ hēt intelligi p illius quæ declinat, & cui iclinatur, q̄a inclinatio illa, q̃ eſt ipſius ad ſubſtantiã, remotis quod inclinatur, & cui inclinatur, nihil eſt, & ideo ſine extremis nihil eſt cõpoſitio, quia vnumquodq; e intelligitur per id, quod dat ei eſſe. & eſt extrema, ut dictum eſt. Nota quod illa cõpoſitio ſecundum ſuam veritatem eſt in re & eſt quoddam indiuiſibile: In verbo autem eſt compoſitio ut in ſigno, ſicut ſanitas ſm ſuam veritatem eſt in animali ut ĩ ſubiecto, in vrina autem eſt ut in ſigno Notat ēt, quod compoſitio illa per inclinationem actus ad ſubſtantiã, inquantũ actus eſt, & præcedit alteram per quã eſt de alio, ut prius dictum eſt.

B Item quæritur utrum compoſitio ſit ſimplex ens uel non; Et uidetur, quod nõ quia reperitur in rebus exiſtentibus, ut hõ eſt aĩal, & in rebus non exiſtentib vt chymera eſt non ens, ergo reperitur in eis per aliquod cõe repertum in ipſis q̄a vt vlt Ariſt. in fine Secundi Priorum, q̄d ſi aliqua paſſio ſequitur aliqua diuerſa, oportet, quod ſequatur ea per aliquod cõe repertum ipſis, ſed nihil eſt cõe enti & non enti, niſi ens quodammodo, ergo

C compoſitio primo ſequitur ens quodam modo, ergo, & ipſa eſt ens quodammodo, & non eſt ens ſimpliciter.

Et dicẽdũ, quod cõpoſitio importeat per verbũ cõmuniter ſe hēt ad compoſitionẽ nõ eſſiũ, vt chymera eſt non ens, vñ primo ſequitur ens quodammodo, vt obiectũ eſt, & ipſa in communi eſt ens, quodammodo, & non ſimpliciter.

Item quæritur vtrũ compoſitio verbi in cõi æqualiter ſe habet ad compoſitionem entium, vt homo eſt animal, & ad compoſitionem non entium, vt chymera eſt non ens. vel ipſa per prius dicatur de una, & per poſterius de alia. Et dicendum, quod compoſitio in cõi per prius conuenit compoſitioni entium, & per poſterius compoſitioni non entium.

Itẽ videtur, q̄d cõpoſitio in cõi ſit ens

D ſimplr, & non quodãmodo, & ſic conuenit compoſitioni nõ entiũ, q̄a uidet, q̄d extremo ponatur ſm exigentiã compoſitionis. vt ſi cõpoſitio eſt ens ſimplr, & extrema, vñ uidetur ſequi hõ eſt aĩal, ergo homo, & aĩal eſt. Et ſi compoſitio eſt ens, quodãmodo, & extrema. vñ non ſeqtur, chymera eſt non ens, ergo chymera eſt, uel non eſt, ergo ſi compoſitio in cõi eſt ens quodãmodo, & non ſimpliciter, ergo hæc eſt uera. Antichriſtus eſt homo cum ibi ponatur homo quodammodo, & hæc ſit uera, Antichriſtus eſt homo quodammodo, & iſtę duæ conuertuntur Antichriſtus eſt homo. & Antichriſtus eſt homo quodammodo, quod falſum

E eſt ergo primum ex quo ſequitur, ſ quod compoſitio in communi ſit ens quodam modo, quod non ſimpliciter. Et dicendum, quod compoſitio in communi eſt ens quodammodo, ut prius dictum eſt, & extrema ei9 ſimpliciter communi ſũt entia, ſed compoſitio contracta ad illam partem eius, quod eſt compoſitio entiũ ens ſimpliciter unde in hac Antichriſtus eſt homo contracta eſt ad compoſitionem entium, unde ponitur ibi homo quodammodo, ſed ſimpliciter; & ideo. hæc, Antichriſtus eſt homo, non æquipollet huic. Antichriſtus, eſt homo quodam-

F modo. Ad illud, quod obiicitur quod extrema ponuntur ſecũdm exigentiam compoſitionis, dicẽdũ quod falſũ eſt, q̄a cũ extrema ſint, nõ pr̃pter hoc ſeq̃t quod compoſitio ſit cum dico, homo eſt Antichriſtus, extrema ſunt, non tñ eſt compoſitio, & ſi compoſitio eſt nõ pp hoc ſeqtur, quod extrema ſunt, ſicut ſibi inuicẽ conuenientia, ut chimera eſt non ens. iſta compoſitio eſt, non tamen extrema ſunt, ſed hic ſequitur, extrema ſunt ſibi ĩuicem cõuenientia, ergo compoſitio eorum eſt, & eſt locus à cauſa, & econuerſo, ſequitur compoſitio eſt, ergo extrema ſunt ſibi inuicem conuenientia, & ẽ locus ab effectu, quia conuenientia extremorum eſt cauſa compoſitionis, & compoſitio eſt effectus conuenientiæ extremorum.

A Item uidetur, quòd cōpoſitio in communi æqualiter p̄dicetur de compoſitione entium, & de compoſitione non entium, quia illæ duæ ſunt ſimpliciter conuenientes homo eſt animal, & chimera non e'ſt ens, ergo ueritas eorum ſimiliter eſt ens, ergo ſubiectum ueritatis in vtraque eſt ens ſimpliciter, ſed ſubiectum ueritatis eſt compoſitio, ergo compoſitio vtriuſque ſimpliciter eſt ens, ſed in una compoſitio entium, in altera non entium, ergo compoſitio non entium ſimpliciter eſt ens, ergo compoſitio in communi non magis ſe habet ad unam partem quam ad alteram. Et dicendum, quòd compoſitio in communi dicitur ſecundum prius, & poſterius de vtraque illarum compoſitionum, ut prius dictum eſt, quia per prius dicitur de compoſitione entium, & per poſterius de compoſitione non entium. Ad aliud autem, quod obiicitur, quod utraq. illarum cōpoſitionum ſimpliciter eſt ens, dicendū quòd non ſequitur, quia ueritas entium eſt ens ſimpliciter, ueritas autem non entium non eſt ens ſimpliciter, ſed quodā modo, quod patet quia ueritas entium eſt ſecundum conuenientiam extremorum, quæ eſt cauſa compoſitionis in affirmatiua, vt homo eſt animal, uel repugnantiam extremorem, & eſt cauſa diuiſionis in negatiua uera, vt homo non eſt aſinus. vnde ueritas entium eſt per conuenientiam ad compoſitionem, uel diuiſionem, & etiam per hoc, quod extrema ſunt ſimpliciter tertia, ſed ueritas non entium nō habet niſi alteram cauſarum iſtarum, ſ. conuenientiam extremorum ad compoſitionem, uel diuiſionem & nō habet entitatem earundem, quia extrema non ſunt entia, immo ſunt non entia, & ideo ueritas non entium eſt ens quodammodo, ueritas entium eſt ens ſimpliciter. compoſitio autem non entium eſt ens quodammodo.

Ah compoſitio æqual' ter de ē, te ac nō ēte prædicetur.

B

Compoſitio in communi quid.

C

D

De negatione, & affirmatione.

De negationis natura, & numerum ſpecierum ipſius. Cap I.

CVm ſecundum diuerſitatem compoſitionem diuerſificetur negatio, iō poſt compoſitionem dicēdum eſt de negatione. Primo autem ſciendum eſt, q̄d negatio dicitur æquiuocè, quia uno modo dicitur negatio oratio negatiua, & ē ſpēs enunciationis. Enūciationis .n. alia eſt oratio affirmatiua, & alia negatiua, vt hō currit, hō non currit, & ſic de finit. Negatio eſt oratio negatiua alicuius ab aliquo. Alio āt modo dr̄ negatio ſignum & inſtr̄m negandi, & hoc modo dr̄ tripliciter, quia negatio, vt eſt inſtr̄m negandi ſumitur vno modo ut ſub̄a, ut in hoc nomine negatio, alio autem modo, vt actus in uerbo, & in participio. ut nego, as, uel negās, uel negatus, & his duobus modis ſumitur, negatio ut concepta, ſiue p modum conceptus. Alio autem modo ſumitur negatio, quæ eſt inſtrumentum negandi ut exercita, & ſic ſignificatur per hanc particulam, non. Et no. q̄ conceptus, & effectus differunt in hoc, quia cōceptus dicitur eſt illud, quod eſt ī anima per ſimilitudinem aliquam, vt cognitio de coloribus, & de omnis eſt, in quantum ſimilitudines earum recipio in anima, & non res ipſas, effectus autem ut exercitus dicitur eſſe, id, quod ſecundū ueritatē eſt in anima, uel in corpore, ut cum labore in ægritudine, dolor eſt in anima mea, ſm̄ ueritatem afficiens eam, & qñ curro, curſus eſt in corpore ſcd̄m veritatem exercitus, & afficiens ipſum corpus. Item negatio ultimo modo ſumpta eſt duplex, quia eſt quædam negatio q̄ eſt termini, ut in hoīe infinito, uel in uerbo infinito, alia eſt orationis, & hæc remouet actum a ſuperba, de qua ipſe actus p̄dicatur. & prima additur termino per compoſitionem, ſecunda uero p appoſitionem. Item negatio, quæ eſt termini, eſt duplex, quia quædam eſt, quæ facit nomē infinitum, ſiue priuatum, ut non

negationis triplex acceptio.

E

F

A non homo, non lapis. Et alia eſt, quæ facit nomen infinitum, ſiue priuatum, vt non currit, non laborat.

Sed videtur qđ nec qualitas accidentalis, neque actus poſſit pdicari de ſuba, quia ſunt diuerſa, & diuerſe, inquãtum diuerſa ſunt, ſibi repugnãtia, ergo vnum vere non prædicatur de altero, ergo, ſicut hæc eſt falſa, Soc. eſt albedo, & ſimiliter hæc, Soc. eſt alb. & ſimiliter, Socr. currit, ſicut, & hæc, Soc. eſt curſus. Et dicẽdum, ꝙ dupliciter contingit ſignificare diuerſa, qa inquantum vnum opponitur alteri, vel diuerſum ab eo, vt Soc. albo curſus, & ſic vnum vere prædicat de altero, alio aũt modo contingit ſigni-

B ficare diuerſa, prout vnum eſt de altero, vt albus, niger, currit, legit, & vniter quæcunq. ſignificatur in concretione ad ſubiectũ, ſiue dicantur denominatiue, vel alb. currir, ſiue non, denominatiue, vt ſtudioſus, curſor, pugillator, & conſimilia, prout dicuntur a naturalibus potentiis, curſor, & pugillator, & hoc modo vnum diuerſum prædicatur de altero.

Item, cum triplex ſit cõpoſitio. ſ. qualitatis ad ſubſtantiam, & actus diſtãtis a ſubam, cum ſubam, & actus uniti ſubſtantiæ, & cuilibet harum compoſitionum ſua opponatur negatio, ergo erit triplex negatio, ergo male ponuntur

C ſuæ tantum. Et dicendum ſicut dictum eſt prius, ꝙ negatio, vt exercita, ſiue afficiẽs, eſt duplex in gñe, ſicut compoſitio eſt duplex in genere, quia eſt q̃dam termini, & alia operationis, vt dictum eſt. Sed negatio illa ſpecie dr, quadrupliciter, eo qđ negatio termini, ſubdiuidit, quia eſt quædam negatio termini, quæ remouet qualitatẽ ſubſtãtiã, faciens nomen infinitũ, vt nõ hõ, non equus, & eſt alia, quę actum unitum remouet a ſubſtantia, faciens participium, vt non currens, non legens, tertia vero actum diſtãtẽ a ſubſtãtia exteriori remouet, ſiue priuata ſuba vnita, faciens verbum infinitum, vt non currit, non laborat, quarta vero, vt dictum eſt, faciẽs orationem negatiuã, & ſic ſic negatio termini ſubdi-

uiditur per tres partes. Aliud autẽ quod D
obiicit, quod triplex eſt cõpoſitio actus cũ ſubſtantia, ergo ex oppoſito erit triplex negatio. Dicendum, qđ ſufficienter diuidit, quia relinquit compoſitionem actus diſtantis ſuba exteriorũ, cum ſuba intra, & ſic ſunt quatuor compoſitiones vnde ex oppoſito erunt quatuor negationes. Quod autem quatuor ſint compoſitiones, patet, quia eſt quædam qualitatis cũ ſubſtãtia, vt in quolibet noĩe, & negatio ei oppoſita facit nomen infinitum, ut non homo, & alia actus uniti ſubſtãtiæ, cũ ſubſtãtia, vt ĩ participio, & negatio ei oppoſita facit participiũ infinitum, vt non currens, tertia uero compoſitio actus diſtantis a ſuba exteriori E
ut Soc. currit, & negatio ei oppoſita facit orationem negatiuã, ut Soc. nõ currit, quarta uero eſt actus diſtãtis a ſuba exteriori cũ ſubſtãtia intra, & negatio ei oppoſita facit uerbum infinitum, ut non currit, non laborat, & ſic inſufficienter diuidebat compoſitiones iſtas in ſpecie, & etiam negationes ei oppoſitas. Nota, qđ uerbum duplici ſubſtantiæ cõparatur, ſcilicet ſubſtantiæ exteriori q̃ reddit ei, ſuppoſitum, ut Socr. currit, & ſubſtantię interiori, quæ infinire intelligitur in ipſo, quia eſt idem, quod res currens & currẽs eſt ille actus, res uero eſt ſubſtantia interius intellecta.

Difficultatis ſolutio, de nominis infiniti natura & intellectu. Cap. II. F

Dicto de negatione in genere, conſequenter dicendum eſt de una quaque prædictarum negationum in ſpecie, & primo de negatione noĩs infiniti cum ſit prior alii. Circa quam primo, quæritur utrũ, nomen infinitũ de quolibet, quod eſt, & quod non eſt pdicet. Et uĩ, qđ nõ, quia ut eſt in 2. Periherm. ad affirmationem, in qua prædicatur nomẽ infinitum, ſequitur negatio, in qua prædicatur, nomẽ finitum, & non econuerſo, ut omnis homo eſt non iuſtus, ergo nullus hõ eſt iuſtus, & non econuerſo, ergo affirmatio, in qua ponitur nomen infinitũ, ponet aliqđ, qa ſi nihil poneret

An nomen indifferẽter pdicet de quolibet qđ eſt, & quođ non eſt.

A neret, tunc cõuertentur cũ negatione, ergo nomen infinitum ſolum prędicatur de ente, ergo non de quolibet, quod eſt, A quod non eſt. Ad idem cũ dr̃, homo non eſt iuſtus, hic ponitur ens, qđ affirmatur eſſe, nec compoſitio negatur p negationẽ ipſius termini infiniti ſequentem, ergo nomen infinitus prędicatur ſolũ de ente, ergo non de quolibet, &c. Sed cõtra, Nomini opponĩ aliqd ſcd̃m priuationẽ, & aliquid ſcd̃m negationẽ, vt mortuũ opponitur hoĩ priuatiue, & non homo negatiue, ſed priuatio plus participat de ente q̃ negatio, ergo mortuum, plus participat de ente, q̃ non homo, ſed mortuũ prædicatur de non ente, ergo multo fortius non homo, ergo terminus infinitus non ſolum prędicatur de ente, ſed etiam de non ente.

B

Vide late hoc Philoſ. Primo c. 4.

¶ Ad idem Boethus docet conuertere vniuerſalẽ affirmatiua infinitãdo terminos, vt oĩs hõ eſt ens, ergo oẽ non ens eſt non homo, ergo non homo p̃dicatur de non ente, ergo nõ ſolũ de ente, ſed ẽt de non ente. Item, vt eſt ina. Topic. Quod ſi ad hoiem ſequitur animal, ergo per conſequentiã ecõuerſo a d nõ aial ſequitur non homo, ſed bene ſequitur, ſi eſt hõ, eſt ens, ergo ſequitur per conſequentia ecõtrario, ſi non eſt ens, eſt nõ homo, ergo nomen infinitũ non ſolũ p̃dicatur de ente, ſed ent de non ente.

C

Item, in homine eſt duplex compoſitio, eſt .n. quædam compoſitio formæ cum materia, homo .n. & vnumquodq. aliud, a primo, conſtat ex materia, & forma, vel vere, vel proportionabiliter, & eſt alia compoſitio in homine, quæ eſt dr̃iarũ cum ſuo gñe, vel ſuo ſuperiori, ſiue ſint differẽtię ſpecificæ, vt in ſpeciebus omnibus, & generibus ſubalternis, ſiue ſint dr̃iæ nõ ſpecificæ ſicut ſunt differentiæ, quæ ſm rõnẽ finis, vel cauſa alicuius alius adiiciũtur ent, per quas generaliſſima differunt a ſe. Cum enim generaliſſima cõicẽt in ente, licet ſcd̃m prius & poſterius, & poſterius oportet, qđ per aliqd differant, vt patet, qa ſubſtantia eſt ens per ſe, quantitas vero eſt

D ens mẽſuratiuum ſubæ, qualitas vero eſt informatiuũ vel qualificatiuũ ſubæ, relatio vero eſt ens comparatiuum ſubæ, actio vero eſt ens medium, per qđ, ſiue ſcd̃m, qđ vnũ agit ĩ aliud, & ſic de aliis. Vnde hæc dr̃ia per ſe eſt dr̃ia ſubſtãtiæ, & mẽſuratiuũ ſubæ eſt dr̃ia quantitatis, & ſic de aliis. & ſic per iſtas dr̃ias q̃ non ſunt ſpecificæ, generaliſſima differunt inter ſe Formatur argumentum ſic. In hoĩe eſt duplex compoſitio, formæ, cũ materia, differentia cõ primo prædicabili, vt cũ ente, ſed cuilibet compoſitione ſua opponitur negatio, ergo duplici cõpoſitioni exiſtenti in hoĩe duplex opponitur negatio, ergo negatio ĩ hoc termino nõ hõ, eſt duplex, quia vel remouebit cõpoſitionẽ, q̃ eſt dr̃iam cũ ente, & ſic relinquitur ens, quia cũ dicitur ens per ſe corporeum animatũ ſenſibilẽ rationabilem mortale, ſed aggregatio iſtarum differentiarum remouetur pro vna vel pro pluribus non dico, qđ vnaquæque earum remouetur, ſed earum aggregatio, q̃ poteſt remoueri pro vna vel pro pluribus, ſiue pro omnibus, ſic relinquitur ens, quia ſi vna ſola remoueatur, iã non ſunt ibi oẽs, vel ſi plures, vel ſi oẽs ſemper earũ aggregatio remouetur, & ita non homo ponit ens, & prædicatur ſolũ de ent, & ſic non hõ dr̃ terminus priuatiuus Si aũt negatio illa negat cõpoſitionem formæ cum materia tũc nihil ponit in actu, ſed tm̃ ponit ens in potentia, vel in oppoſitione, & ſic non homo eſt terminus negatiuus. & non hõ p̃dicatur de ente, & de nõ ente, & ſic nomẽ infinitũ eſt duplex, qđ concedim⁹.

B

F

Dicendũ ergo qđ nomen dupliciter poteſt infinitari, vt oſtẽſum eſt, vno modo ſcd̃m priuationem & ſic nõ hõ ponit ens remouendo aggregationem differentiarum a primo prædicabili, & ſic homo, & non homo opponũtur vt priuatio, & habitus. & prędicantur ſolum de ente, alio autem modo poteſt infinitari nomen ſecundum negationem, & ſic non hõ nihil ponit, & eſt terminus negatiuus, & ſic nõ homo de quolibet Nomen infinitũ duplex.

ante

A ente aliud ab hoīe predicatur & de non ente, & ſic homo & non homo opponūtur vt affirmatio vel negatio, & predicātur de quolibet, quod eſt, & q̄d non eſt. ita, q̄d hoc uel illud, ſicut q̄libet contradictio. Et nota, quod ille modus duplex infinitādi terminū eſt ſolum in terminis ſpecialib. q̄a termini generales, ut ens, & aliq̄d uno ſolo mō infinitāt. ſ. ſecōdū negationē, q̄a in eis nō eſt duplex cōpoſitio ſicut in ſpecialib. unde non ens, & non aliq̄d ſolū p̄dicantur de eo, q̄d non eſt. nullus. n. termin⁹ īfinitus p̄t predicari de eo, cuius forma remouet̄ p̄ ipſum. vnde non homo non pōt prædicari de hoīe, nec ens de nō ente, & nullū oppo

B ſitorum pōt de ſibi oppoſito prædicari.

Ad illud ār, quod obiicitur, quod ad affirmationē, in qua predicatur nomē infinitum ſequitur negatio, in qua predicatur nomen infinitū & nō econuerſo, & ſic nomē infinitum ponit ens. Eſt dicendum, ſicut dictū eſt prius, q̄a nomen infinitū duplex eſt p̄p̄ hoc, q̄ uel īfinitū eſt ſecōdū negationē, & ſic nihil ponit, uel eſt infinitū ſecūdū priuationē, & ſic ponit ens ſiue ſit ſubſtātiale, ut homo, animal, ſiue accidentale, vt album, iuſtum, rectū, par, uel impar, vnde ſimplex terminus accidentalis ſm̄ priuationem, ſicut relinquit ſubiectum accidentis ineſſe, & ſic iſta homo eſt non iuſtus, & conſimiles ponūt ens, ſic ad ipſas ſequitur

C negatio, dē p̄dicato finito, et nō ecōuerſo, ut homo eſt non iuſtus, ergo hō non eſt iuſtus, & non econuerſo. Et hoc de

Cap. 43 & ibi A uer. terminat Ariſt. in Primo & Secōdū Perihermenias dicēdo, quod ſic cōſequūtur ſe inuicem, ſicut dictum eſt in Prioribus. Hoc ēt dicit Ariſt. in fine primi priorum q̄ ad priuatiuā orationē affirmatiuam, ſequitur negatiua finita, & nō econuerſo, vt hoc eſt inæquale, ergo non æquale, & nō econuerſo, & hoc eſt albū, ergo nō eſt albū, & non ecōuerſo. Si aūt p̄dicatur terminus accidentalis infinitus ſecōdum negationē, ſic nihil ponit, ut dictū eſt, & ſic conuertitur cum negatiua finita, ut oīs homo eſt non iuſtus, ergo nullus homo eſt iuſtus, et ecōuerſo. Et ſimi- D

liter dicit in principio ſecundi Perihermenias paulo poſt, quod ad negationē finitā, ſequitur affirmatiua īfinita, vt nullus homo eſt iuſtus, ergo oīs homo eſt nō iuſtus. q̄a nō poſſet eſſe niſi converterētur illo ſecūdo mō. i. ſecōdū q̄d eſt nomē infinitum ſecundum negationem, Et ſimiliter intellige de termino infinito ſubſtantiali, ut non homo, ſicut de accidentali, vt non iuſtum. Ad illud autem quod poſtea obiicit, quod iſta hō eſt nō iuſtus ponit ens, cum affirmatur eſt, et nō remoueatur compoſitio affirmatiua & non negatur per negationē ſequentē Dicendū, quod argumētum peccat tripliciter. Primo modo ſecundum æqui- E

uocationem huius nominis, non iuſtum q̄d uno mō ponitur ens, et alio mō nō, ut dictum eſt prius. Et alio modo peccat ſecundum conſequens, ſiue ſecundū quod, et ſimpliciter, quia vt ſequitur, affirmat eſſe aut ipſa compoſitio. ergo eſt quia affirmatio eſt etiam tamde ente quam de non ente, ergo in plus eſt affirmatio quam eſſe ſecundum negationem, ergo eſt conſequens, unde quod nō iuſtus eſt nomen infinitū ſecōdū negationem non ſequitur, homo eſt non iuſtus, ergo hō eſt. Præterea eſt ibi fallacia ſecundū quid, et ſimpliciter, quia licet ſit ibi compoſitio affirmatiua, non tamē ponitur ens ſimpliciter, ſed dimi- F

nutum per determinationem ſequentem, vnde, ſicut non ſequitur, eſt opinabile. ergo eſt, quādo ſic ibi compoſitio affirmatiua, ita non ſequitur, eſt non iuſtus ergo eſt, cū diminuatur eſſe per determinationem nihil ponētē, ſecōdū q̄d nō iuſtus, eſt terminus negatiuus. Sciendum aūt quod nullus terminus poteſt infinitari niſi ſit ſubicibile vel p̄dicabile. Et ideo, ſigna uniuerſalia vel particularia non poſſunt infinitari, q̄a ſunt diſpoſitiones ſubiectū inquātū ſubiectū et ita recipiūt p̄dicatū. Et ideo dicit Ariſt. q̄d hæc negatio, nō, nō eſt niſi addēda huic ſigno omnis, quia non ſignificatur uniuerſale, ſed quoniam uniuerſaliter.

Nō oīs termin⁹ īfinitari cōtigit colligit ex ſecū. Prior.

De

A

An verbum infinitum de quolibet qđ ē qđ non eſt prædicetur.

De verborum infinitate. Cap. II I.

Dicto de negatione ſpãlis minimis, faciente nomen infinitari, cõſequẽter dicendum eſt de ſpeciali negatione uerbi, infinitante uerbum quia nomen eſt natura prius verbo infinito. primum .n. quæritur de verbo infinito, vtrum prędicatur de quolibet quod eſt, & quòd non eſt. Et vř qđ ſic, quia vt vult Ariſt. verbum infinitũ ſimpliciter eſt, in quod libet, quod eſt, & quod non eſt, ergo de oĩ, quod eſt prædicatur, & quod non eſt.

Sed contra, negatio q̃ eſt in uerbo infinito, relinquit cõpoſitionem affirmatiuã, remouendo actum a ſubã, de qua p̃dicatur actus vnde ſenſus huius, Cæſar non currit; ſ̃ n ꝙ non currit eſt uerbum, infinitum eſt iſte, Cæſar non eſt currẽs, ſed compoſitio affirmatiua ponit ens, q̃a ponit ſubiectum in eſſe ergo verbum infinitũ ponit ens, ergo ſolum prædicatur de ente. Et ſ̃ n dictũ quorundam eſt, ꝙ verbũ infinitum extra orõnem manet infinitũ, ſed fit ſ p orõ, qñ ponit i oratione, quoniã negatio eſt vna pars & verbũ alia. Sed hoc nihil eſt q̃a mouentur eo ꝙ non ſciunt diſtinguere in hac oratione, Cæſar non currit, & in cõſimilibus ſecũdum ꝙ ſunt propoſitiones negatiuæ, & ſecđm quod ſunt de verbo infinito. Vnde dicendum, quòd verbum infinitum prædicatur de quolibet qđ eſt, & qđ non eſt & mãnet infinitum extra orationem, & in oratione, & hæc propoſitio Cæſar nõ currit, & conſimiles, ſecundũ quod ſunt orationes negatiue, nihil ponunt, & cõpoſitio negatur in eis nihil relinquendo per eas, ſ̃m aũt, quod in eis ponitur verbum infinitum, cõpoſitio remanet affirmatiua, vnde iſto modo .ſ. ſecđm, quod ē in eis verbum infinitum, adhuc duplices ſunt, quia verbum infinitum, põt infinitari ſecundum negationem, & ſic nihil ponit, vel põt infinitari ſ̃m priuationem, & ſic nihil ponit niſi ſubiectũ ineſſe, & ſic ponit ens. Ad illud aũt, quod obiicitur, quod compoſitio affirmatiua ponit ens, quia ponit ſubiectum in eſſe, dicendum, quòd vtrunq; eſt falſũ, qđ compoſitio æqualiter ſe habet ad compoſitionẽ entium, & ad compoſitionẽ non entium vt penitens ipſa compoſitio, neq; ponit ſubiectum ſuum in eſſe, & ita virtute cõpoſitionis affirmatiuæ, inquantũ eſt affirmatiua, nihil ponũt, ſed uirtute prædicati aliqñ ponitur ſubiectum in eſſe, vt qñ prædicatum eſt ens ſimpliciter, & aliqñ non ponitur ſubiectum in eſſe, vt qñ prędicatum eſt ens diminutum, vel quodãmodo, & iõ ſequitur, lapis eſt homo, ergo lapis eſt, & non ſeq̃tur, lapis eſt opinabile, ergo lapis eſt. vnde ſenſus huius, Cæſar non currit ſecundũm, qđ non currit eſt verbum infinitum, eſt ille. Cæſar non currens, & ſimiliter intelligi de participio ſicut de uerbo. vnde illæ duæ, Cæſar non currit & Cæſar eſt non currens, nihil ponunt, ſecundum ꝙ verbũ & participiũ ſũt termini negatiui, ſed ſecđm ꝙ ſunt termini priuatiui ſic ponunt, quia ponũt ſubiectum in eſſe, & hoc virtute p̃dicati, & nõ uirtute compoſitionis vt dictum eſt. De negatione infinitante participiũ ſatis patet ex p̃dictis, & iõ relinq̃t.

B

C

D

E

De multiplici negationum vſu, ac natura in orationibus tam negatiuis quam affirmatiuis. Cap. II II.

Determinatis negationibus terminorũ, dicẽdum eſt de negatione orõnis: ſimplex .n. natura p̃cedit cõpoſitum. vnde nomen, & verbũ natura ſunt priora orõne, vnde negatio noĩs, vel verbi, natura p̃cedit negationẽ orõnis. Primo q̃ritur vtrum negatio orõnis faciat contradictionem. Et vř qđ non, quia ad hoc quod negatio contradicat, oportet, qđ remoueat cõpoſitionẽ, ſed non poteſt remouere compoſitionem, quia compoſitio eſt ſubiectum negationis, & nullum accidens remouet ſuũ ſubiectum, ergo non p̃t facere cõtradictionem, ergo non contingit contradicere. Itẽ adidẽ. Quequid eſt creatũ, aut eſt ſubſtantia, aut accidens, ergo negatio, cum ſit creata, aut eſt ſubſtantia, aut accidẽs, ſed nõ eſt ſubſtãtia, ergo eſt accidẽs, ergo eſt in ſubiecto aliquo ſed non eſt niſi i cõpoſitione

F

ergo

A ergo non remouet eã, ergo nõ cõtingit cõtradicere. Itẽ, cũ cõtigit cõtradicere q̃a hoc eſt principiũ principiorũ in ſciẽtiis, ergo remouet cõpoſitionẽ, ſed cõpoſitio eſt cauſæ negationis, ergo remouet modũ, ergo nulla negatio eſt alicuius modi, ergo nec indicatiui ꝑ locũ a gñe, ergo nulla eſt vera, vel falſa. Sola .n. idicatiua eſt ĩ qua eſt verũ, vel falſũ. Solutio. Sicut hoc nomẽ hõ duplicẽ habet ſignificationẽ. ſ. gñalẽ, vt ſignificat ſubſtãtiã cũ qualitate, & ſpecialẽ, vt ſignificet hãc ſubſtãtiã, quæ eſt homo, ſic & ĩ verbo eſt duplex ſignificatio. ſ. generalis, & ſpãlis. Generalis eſt ſignificare agere vel pati. Specialis eſt, vt ſignificare iſtũ actũ, vel iſtã paſſionẽ, vel legere vel legi, vel ꝑcutere, vel ꝑcuti. Generalis aũt cõpoſitio cõmuniter ſe habet in quãtũ eſt de ſe ad oĩa cõponibilia cũ .n. dicimus, qđ verbum cõſignat cõpoſitionẽ, vt diximus, hãc cõpoſitionẽ, vel illã nõ ſignificat, ſed cõpoſitionẽ in gñe, & hæc eſt compoſitio gñalis. Specialis aũt compoſitio, eſt cum extrema cõpoſitionis talem actum denotat, & negatio remouet ſpecialem cõpoſitionem, & hoc ſufficit ad cõtradictionem, & relinquit generalẽ rationem, cui accidit modus, vnde cõtingit ad hoc contradicere. Itẽ ſolet dici, quod duæ negationes æquipollent vni affirmationi. Et q̃ritur, econuerſo, cur duæ affirmationes non æquipolleãt modo, quod vr̃, quia ſicut negatio remouet affirmationem, ſic ecõuerſo, afirmatio negationem. Et dicẽdum, qđ negatio apta nata eſt remouere quicquid reperit, quia negatio eſt actus deſtruens ſuum obiectum. vnde obiectum negationis, quodcunque fuerit, remouetur ꝑ negationem, & quoniam negatio aliquando eſt obiectum negationis, aliquando negatio negatur, vt nõ Soc. nõ currit, & ideo negatio non remouetur per negationem & ideo ex conſequenti ponit̃ affirmatio, quia remota negatione ponitur affirmatio, eo quod neceſſe eſt ſẽper eſſe affirmationẽ, uel negationẽ. Et ideo duæ negationes eq̃pollent vni affirmationi. Affirmatio aũt nõ eſt apta nata deſtruere ſuũ obiectũ, ſed ponit ipſũ potius, & conſeruat, & iõ eſt res, cũ res affirmatiua, q̃ eſt obiectũ affirmationis, non remouet ꝑ affirmationẽ, & ob hoc duæ affirmationes nõ poſſunt æquipollere negationi. Ad illud aũt qđ obiicit̃, q̃a affirmatio remouet negationem, ſic econuerſo. Dicendũ, qđ duæ comparationes ſunt affirmatione, & duæ in negatione diuerſimode comparatæ, vna enim eſt comparatio affirmationis ad illud, qđ affirmatur, alio vero habet ad illud cui opponit̃, & illæ duæ comparationes affirmationis nõ ſunt reſpectu eiuſdẽ, ſed reſpectu diuerſorũ, v. g. hæc affirmatio Socr. currit, affirmat Socr. cui rete, & apponit̃ ei, qđ eſt non Socr. currere, & iõ rõne oppoſitionis nõ deſtruit ſuum obiectũ. Sed duæ cõparationes in negatione ſunt reſpectu eiuſdem, q̃a negatio ſꝑ negat aliq̃d ſicut affirmatio affirmat, & ſꝑ negatio opponitur alicui, ſed nõ niſi ei quod negat, & ideo negatio ratione ſuæ oppoſitionis ſemper deſtruit ſuum obiectum, qđ negabat, ſed affirmatio non opponitur ei, quod affirmat, vt dictũ eſt, & ideo affirmatio non deſtruit, quod affirmat, & ſic rõ eſt ſimile de affirmatione ad negationem, & de negatione ad affirmationẽ, vt patet iã per hoc, ꝙ negatio opponit̃ affirmationi, & negat eã, affirmatio opponitur negationi, & affirmat eam, ſed aliud, vt dictum eſt. Item dicit Ariſt. in 2. Topico. quod ſi aliquid non eſt ſuſceptibile contrariorum, neq. alterius, ergo quod non poteſt negari, non poteſt affirmari, ſed iſta Socra. non currit, non poteſt affirmari, cum ſit negatiua, ergo non poteſt addi ei altera negatio, vt per eam negetur, ergo duæ negationes non ęquipollent affirmationi. Ad hoc dicunt quidã, dam, quod negatio quodammodo eſt affirmatio, quoniã negatio habet in ſe de ente, ſiue de affirmatione. vñ participat naturã affirmationis. & ideo poteſt negari per negationẽ, & ita hõ ꝑponit, Socrat. non currit, põt ei addi altera negatio

Margin letters: B (left, beside "agere vel pati"); C (left, beside "negationis, quodcunque"); D (right, top); E (right, beside "dẽ, ſed reſpectu"); F (right, beside "deſtruit, quod affirmat").

Cur duæ negationes vni ęquipollẽt affirmationi & non econtra

tio ſit,nō Socr.non currit,& ita duæ ne
A gationes æquipollēt affirmatione. Sed
ego credo,ꝙ melius dr̄,ꝙ quamuis ac-
cidentiū negatiua nō poſſunt reflecti ſu
pra ſe agendo in ſe,ſed in ſuū obiectum
cū accidētia cauſata a ratione poſsū tre
flecti ſupra ſe agendo ſicut rō ſupra ſe
cognoſcēdo in ſe, & indicādo de ſe, vn̄
negatio,q̄ eſt actus ſiue accidēs creatū a
ratione,pōt reflecti ſimpl̄r ſup.negatio
nē ſiue ſupra negatā agendo in ipsū,&
ideo negatio pōt negari, quamuis non
pōt affirmari.'Et conſideratio Ariſt.de-
bet intelligi de accidentib.naturæ, ſiue
de cōtrariis negādo, vt albū,nigrū,cali
B dū,frigidū,& cōſimilia.Itē illę duæ,So-
cra.currit,& non Socra. nō currit æqui
pollent ſibi inuicē,& cōtradicunt huic
Soc.non currit Sed cōtradicit Ariſt. qđ
vnum vni opponitur, ergo duæ oppoſi
tiones non contradicunt vni. Dicendū;
qđ dupliciter ſit cōtradictio,ſ.primo,&
ex conſequenti, vnde in his eſt prima
contradictio,Socrates currit. Socra nō
currit contradicit ex conſequenti huic
Socrates non currit,q̄a inquātum æqui
pollent conuertitur cum iſta,ſcilicet So
crates currit.vnde intellige quod in cō
tradictione prime,ſemper altera eſt ne
gatio, & alia affirmatio, vnde dicit
Ariſt.quod contradictio eſt affirmatio,
& negatio oppoſita, ſed in cōtradictio
C ne quæ ex conſequenti, negatio poteſt
contradicere negationi. Item nota
quòd negatio præpoſita,vel poſtpoſita
termino ſingulari idem ſignificat, vt
Socrat.non currit, & non Socrates cur
rit, ſed non eſt ſimiliter in terminis
communibus, namque hæc eſt indefi-
nita,homo currit,hæc autem vniuerſa-
lis negatiua.non homo currit. Neq; eſt
contrarium quod dicit Ariſtot. quòd
tranſpoſita nomina, & verba idem ſi-
gnificant, quia intelligit de aliis di-
ctionibus, quoniam intelligit de di-
ctione, quę eſt ſubiicibilis, vel prædi-
cabilis,vt homo,animal. vel quæ eſt di-
ſpoſitio ipſius ſubiicibilis, vel prædica
bilis abſolute, & non intelligit de di

Negatio p̄poſita, vel poſtpoſita termino ſingulari idē ſignificat ſecus in communibus.

ctione,quæ eſt 'diſpoſitio vnius ad alte
rum,vt ſunt negationes,& ſigna vniuer D
ſalia, negatio enim negat vnum ab al
tero. & ſignum uniuerſale diſponit ſu
biectum in reſpectu ad prædicatum. Itē
quæritur de hoc ſophiſmate, nullo ho
mine currente tu es aſinus, probatio,
hæc eſt falſa aliquo homine currente
tu es aſinus. ergo eius contradictoria
eſt vera, hæc ſcilicet non aliquo homi
ne currente tu es aſinus,ſed nō aliquo,
& nullo æquipollent, ſicut non aliquis
& nullus, ergo eſt vera. nullo homine
currēte tu es aſinus.Sed cōtra,nullo ho
mine currente tu es aſinus, ergo dū nu
llus hō,vel ſi nullus hō, vel quia nullus
homo currit,tu es aſinus, quod falſum E
eſt.Solutio prima eſt falſa, ſcilicet hęc,
nullo homine currente tu es aſinus. q̄a
iſta per quam probat eā, peccat ſecun
dum diuiſionem.& compoſitionē, hæc
ſcilicet non aliquo homine currente tu
es aſinus, eo quod negatio poteſt nega
re tantum participium, & ſic eſt diuiſa
& falſa,uel pōt negare participiū in cō
paratione ad verbum ſequens,& ſic eſt
compoſita,& vera, & iſto mō æquipol
let primæ.ſ.huic nullo homine currēte
tu es aſinus, ſed hęc eſt falſa. nullo ho
mine, &c. quia negatio quæ eſt in cōpa
ratione huius ſigni, nullo modo poteſt
fieri ultra participium per hāc regulā.
Quotieſcunq.negatio, & diſtributio in F
cludunt in termino uno ad nihil pōt u
nū fieri ſine reliquo,ſed diſtribucio non
fertur ultra participium, ergo neq.ne
gatio, & ita hęc eſt falſa nullo homine
currēte &c.quare,& ſua ęquipollens il
lo modo quæ ei æquipollet, & utraque
affirmatiua eſt hec,ſcilicet. non aliquo
hoīe currente &c.& nullo hoīe currēte
&c.ſm qđ eq̄pollent.Et ꝑ hoc ēt patet
qđ neutra igit̄ contradicit affirmatiue.
Item queritur de hoc ſophiſmate.
Nihil eſt nihil probatio eius contradi
ctoria eſt falſa,hęc.ſ.aliquid eſt nihil,er
go prima uera.Contra nihil eſt nihil,er
go nihil nulla ſubſtantia eſt,& eſt locus
a gn̄e ſiue a toto in quantitate.vt nihil,

Regula neceſſaria

eſt,

A eſt,ergo nihil nulla ſubſtantia eſt, ſed cõcluſio eſt falſa hæc.ſ.nihil nulla ſubſtantia eſt, quia æquipollet huic quolibet eſt aliqua ſubſtantia,ꝙ falſum eſt, ergo prima ex qua ſequit̃ eſt falſa. Solutio. Prima eſt vera, ſ.nihil eſt nihil, quia æquipollet huic, quodlibet eſt aliquid per illã regulam. Quotieſcũque duo ſigna vniuerſalis naturæ ponũtur in eadem oratione ita ꝙ vnũ in ſubiecto eſt, reliquũ in prædicato primum æquipollet ſuo contra,ſm ſuo contradictorio. Ita imꝓbatio peccat,ſed cõiter loquendo, quia ſicut hic eſt conſequens cõiter loquendo, quodlibet eſt aliquid,ergo quolibet eſt aliqua ſubſtã-
B tia.ſimiliter hic eſt conſequens, nihil, nihil eſt,ergo nihil,nulla ſubſtãtia eſt.

Ad illud quod obijcitur,quod videtur locus a genere,ſiue a toto in quantitate. Dicendum,quòd nõ eſt verum, vnde eſt ibi locus ſm conſequẽs, ſicut hic, nullus homo eſt nullum animal, ergo nullus homo eſt nullum riſibile, quia in iſta, omnis homo eſt nullũ animal,animal remouetur a ſubiecto &c. apponatur alia negatiua ꝑ hoc ſignũ nullus remouetur prædicatum negatũ a ſubiecto ſic, nullus homo eſt nullũ animal, ſed remouet prædicatum negatum eſt ponere ex conſequenti affir-
C matum in eodem,ergo iſta,nullus homo eſt nullũ animal æquipollet huic, omnis homo eſt aliqui animal, & ſimiliter iſta,nullus homo eſt nullum riſibile æquipollet huic,omnis homo eſt aliquod riſibile,hic autem ponunt cõſequens animal eſt.ergo riſibile eſt,ſicut hic animal currit, ergo homo currit,ergo hic, omnis homo eſt animal, ergo hoĩs homo eſt riſibile, & ſ.ſr in ſuis æquipollentib. nullus hõ eſt nullũ aĩal,ergo nullus homo eſt nullũ riſibile,& ſimiliter eſt in propoſito,nihil, nihil eſt,ergo nihil nulla ſubſtãt a eſt.

Item vř,ꝙ nulla concluſio improbationis ſit vera,qm̃ hæc eſt vera, nulla ſubſtantia eſt nihil,quod patet per prędictã regulam, quia æquipollet huic, omnis ſubſtãtia eſt aliquid, & ẽt,quia ſua conuerſa eſt falſa,hæc.ſ.aliqua ſub- D
ſtantia eſt nihil,ergo hæc eſt vera,nulla ſubſtantia eſt nihil,ergo ſua conuerſa eſt vera, hæc,ſ.nihil eſt nulla ſubſtãtia. Et dicendum,quòd non recte conuertit illam,nulla ſubſtantia eſt nihil, quia debet ponere ſignũ ſubiecti ſupra totum prędicatum,& reducere ad ſubiectum ſic, nulla ſubſtantia eſt nihil,ergo nullum ens nihil eſt ſubſtantia,ſed vtranque eſt vera & ſic nõ probat concluſionem improbationis.

Item,ꝙ concluſio improbationis ſit falſa probatur dupliciter,quia vno modo per prędictam regulam,& alio modo, quia eius contradictoria eſt vera, hæc.ſ.aliquid nulla ſubſtantia, vt albedo,& quodlibet aliud accidens,&c. E

DE DICTIONIBVS Excluſiuis.

Quid ſignificent dictiones excluſiuæ. Cap. I.

DIcto de negatione, & affirmatione, conſequenter dicẽdum eſt de dictionibus excluſiuis, vt tãtum,ſolus. Circa quas primo quæritur,ꝓp q̃d dicatur dictio excluſiua. Et quod ſignificet dictio excluſiua. Secundo,ꝙ & quæ ſunt cãæ excluſionis, & q̃ exigũtur ad eſſe excluſionis, Tertio quo ſũt partes, ſiue ſpecies excluſionis. Quarto q̃ritur deſcendendo ad quandã cauſam excluſionis,ſ. ad id,qđ excluditur, & q̃ ſunt ea,quę debent excludi. Quintum,& vltimum eſt de differentia dictionum,tãtum ſolus,in ſuis excluſionib. Primũ, ergo quæritur propter quod dictio dicatur excluſiua. Et dicũt quidam,quòd dictio dicitur excluſiua,quia ſignificat excluſionem. Sed cõtra,nulla dictio ſignificat actum,quem exercet, vt illum terminis homo non ſignificat ſuppoſitionem, quam exercet ſupponẽdo pro hoc,vel pro illo,& ſic de alijs,ſed ſignificat hominẽ,& exercet ſuppoſitionẽ, & ſic de alijs,ergo nulla dicti ſignificati actũ quẽ exerçet, & eſt inductio, &

Propter quid dictio aliqua excluſiua dicatur.

A eſt locus à partibus ſufficiéter enume
ratis,ſed tãtum,& ſolus, exercet exclu
ſionem,ergo non ſignificat eã.Item ex
cluſio intelligitur dupliciter.ſ.vt cóce
pta,& exercita,ſicut curſu ſignificatur
vt conceptus per hoc nomẽ curſus, &
per hoc verbum curro, ris, aliter antẽ
ſignificatur curſus,vt exercitus , vt cũ
aliquis exercet ipſum currendo. Siſr
excluſio intelligitur,vt concepta.ſicut
per hoc nomen excluſionis,& per hoc
verbum excludo,dis, aliter aũt intelli-
gitur vt exercita,vt per ipſas dictiones
ſolus,& tantum,ergo,ſi ſolus,& tm̃ ſi
gnificat excluſionẽ.aut ſignificant hoc
modo,aut illo,ſed ſi ſignificent eam ,
B vt conceptam,ergo illæ dictiones, ex-
ceptionis,& excluſionis , & excludo ,
dis,erũt dictiones excluſiuæ,ꝙ falſum
eſt,ergo non ſignificant eam,vt conce
ptam,neque ſignificant eam, vt exerci
tã,quia ſicut ſe habet dictio in cõi actũ
ſuum cõem,quẽ exercet,qui eſt ſignifi
care, ſiſr dictio ſpecialis ad actum ſuũ
ſpecialem , ſed dictio cõi nõ ſignificat
actum ſuum cõem, dictio enim,nõ ſi-
gnificat actum ſuũ ſignificare,ſed exer
cet ipſum,ergo dictio ſpecialis non ſi-
gnificat actum ſuum propriũ,ſed exer
cet ipſum,ergo dictio ſolus non ſigni-
ficat excluſionem,ſed exercet eum,er-
go dictiones excluſiuæ non ſignificãt
C excluſionem,vt exercitã,neque vt con
cepta,vt probatum eſt, ergo nullo mo
do ſignificat excluſionem. Quod con-
cedimus dicentes,ꝙ dictiones excluſi-
uæ dicuntur,non quia ſignificãt exclu
ſionem,ſed quia exercent eam vt tan-
tum , & ſolus dñr dictiones excluſiuæ
ab excluſione exercita,& nõ ab exclu-
ſiones ſignificata,ſicut ſecuris dr̃ inclu
ſiua ab inciſione exercita,& non ab in
ciſione ſignificata, ſecuris.n nullo mo
do ſignificata inciſionem , ſed ſignifi-
cata ſecurim,ſicut homo hominem,&
exercet inciſione ſiue ipſum ſcindere .

Non illud pulchrum.

Ad illud autẽ quod quæritur , quid
ſignificet dictio excluſiua dicẽdum, ꝙ
ſignificat idem,ꝙ hæc oratio, nõ cum
alio,ſiue priuationem aſſociationis to
tius ad partẽ vt ſolus Soc. currit,id eſt D
Soc.currit,& nihil aliud, vel Socr.cur-
rit,& nullus alius hõ currit,& ſic pars
ponitur,& totum remouetur,q̃a poni
tur Soc. & remouet̃ quilibet alius ho-
mo,vel quolibet aliud à Soc & totum
non aſſociat̃ parti ſuæ.Et ſic dictio ex
cluſiua priuat aſſociationẽ toti⁹ ad par
tem ꝑ ſuã ſignificationẽ, & ideo dicit̃
ſignificare priuationem aſſociationis
totius ad partẽ.Sed ad iſtã priuationẽ
ſequit̃ excluſio oĩum aliarum, ſicut ꝑ-
prius actus ſequit̃ ad id, per quod exer
cetur,& iõ excluſio importatur per di
ctionem excluſiuam non vt ſignifica-
ta,ſed vt exercita , & ſic patet primũ .

Quid ſignificet dicti excluſiua.

Quæ nam,& quot cauſæ ad excluſionem E
exigantur. Cap. II.

CIrca ſecundum quæritur in hunc
modum , Aſſociatio & priuatio à
ſociationis opponuntur,vt priuatio,et
habitus,ſed priuatio deſinetur per ha-
bitum,q̃a cæcitas eſt priuatio uiſus in
oculo, & per hoc habet eſſe,ergo pri-
uatio aſſociationis erit per ea,per quæ
eſt aſſociatio, & per illa hẽbit eſſe,ſed
aſſociationem exigitur,q̃d aſſociat̃,&
cui aſſocietur, & in quo aſſociet̃, ergo
ad priuationem aſſociationis exigunt̃
eadem tria,quod concedimus. Vnde
F dicendum,q̃d ad excluſionem,quæ ſe-
quitur ad priuationem ꝓdictam , qua-
tuor exiguntur hic,ſ.q̃d excluditur,et
à quo excluditur, & reſpectu cuius ex
cluditur, & quartum eſt ipſe actus ex-
cludendi,vt cum dr̃, ſolus Soc.currit ,
alij à Soc excludunt, vt à ſubiecto re-
ſpectu curſus.& actus excludendi im-
portat̃ per hanc dictionẽ ſolus,& hæc
quatuor cauſæ exiguntur ad excluſio-
nẽ ſimpliciter.Et prædictis patet quæ-
dam regula,quæ talis. Vbicunq; vere
ſis excluſio ſemper id , reſpectu cuius
ſit excluſio , ponit̃ in eo,à quo omnia
excluduntur, vt tantum homo eſt riſi
bile,hic.n.riſibile reſpectu cuius fit ex
ceptio ponitur in homine, à quo oĩa
alia excluduntur,vnde ſequitur, tantũ
homo eſt riſibile, ergo hõ eſt riſibile ,
& tantum homo currit, ergo hõ cur-
rit,

Regula ad excluſiuas.

A rit ex prędicta ſequit̃ alia regula, q̃ talis eſt: Omni dictio exceptiua vera relinquit ſuã præiacentẽ vera, vt patet ex p̃dictis exẽplis, vt ſolus Soc. currit ergo Soc. currit. Propoſitio dr̃ excluſiua, in qua ponitur dictio excluſiua, vt tm̃, ſolus, vt ſolum Soc. currit, tantum. Socr. currit. Præiacens autem dicitur ipſa propoſitio, remota dictione exceptiua, vt homo currit, uel Soc. curit.

Scd̃m prædicta queritur de hoc ſophiſmate, tantum vnum eſt Probatio, Vnũ eſt, & nihil eſt aliud, quod non ſit vnum, ergo tantum vnum eſt Contra multi ſunt ergo ſophiſma, non tantum vnum eſt.

B Itẽ ꝓbatio primæ, qa vt vult Ariſt. et Boethus, vnum quodq; ſingulari er eſt, quia vnum eſt, ergo vnum tm̃ eſt.

Item in eod. Boetho. vnumquodq; eſt ideo, qa vnum numero eſt, ſed unũ numero eſt vnum, ergo vnumquodque vnum eſt, ergo tantum vnum eſt.

Item ad idem patet per quadã regulam, quæ talis eſt. Quotieſcunq. vnum de altero conuertibiliter prædicatur, ſi dictio exceptiua uere adiũgitur uni, & reliquo, ut tm̃ homo currit, ergo tantũ riſibile, & conuerſe, ſed unum conuertitur cum ente, ergo ſi dictio exceptiua vera adiũgit̃ enti, ergo & vni, ſed hęc eſt vera, tantum ens eſt, ergo hæc eſt

C vera tantum vnum eſt. Solutio. Prima eſt duplex quia hoc nomen vnum eſt ęquiuocum, eo ꝙ eſt quædam vnitas, quæ eſt eſſentialis, vt illa per quã rex exiſtit eſſe ſpecialis ſiue ineſſe ſpecifico, & hęc eſt vnitas p formã cõpletiuã dantem eſſe rei ſperando, & diſtinguẽdo ipſam rẽ ab omnib. alijs in ſua ſpecie, vt Soc. non ſolũ eſt in ſpecie hominis per ſuã formã completiuam, ſed ẽt ipſe per ipſam perficitur in ſuo eſſe ꝓprio, & ſpecificat̃ cũ diſtinguit̃ ab omnib. alijs hominib. & hæc eſt vnitas eſſentialis. Alia eſt vnitas accidentalis, q̃ eſt principiũ numeri vnde ſicut numerus accidit reb. q̃ numerãtur, ſimiliter & vnitas, per q̃ enumerãtur, & quę eſt principium numeri, accidit eis, quicq̃d

Vnitas duplex.

.n. numerat̃ p hãc vnitatẽ vnũerat̃, q. nihil aliud eſt numer⁹ niſi aggregatio vnitatũ. Numerus. n. eſt multitudo ex vnitatibus aggregata vtraq. illarũ vnitatũ cõuertit̃ cũ ente. ſed differũt ĩ hoc, qa prima eſt eſſentialis, & in hoc ꝙ prima eſt, ſcd̃a eſt v accidẽs in ſubiecto, vñ ſcd̃a accipit primæ, & ſic vnitas dr̃ ęquiuoce, & ſimil. vnũ. Dico ergo ꝙ ſi accipiat̃ vnitas eſſentialis, ſiue vnũ eſſentiale, ſic prima eſt vera ſi autẽ accipiat̃ accidentalis, ſiue vnũ accidẽtale, ſic prima eſt falſa, qa d ctio excluſiua adiuncta parti numerali deſtruit totũ, vt duo tm̃ currunt, ergo non tria, ſic, et tm̃ vnum. non ergo duo, vel non ergo D

E multa. Alij dicuntur quod prima eſt duplex, hęc ſcilicet tantum vnum eſt, eo, quod poteſt fieri, exceptio ratione ſuppoſiti, & ſic eſt vera, vel poteſt fieri exceptio rõne accidentis ſiue formę. et ſic eſt falſa. & tũc ſequit̃ tm̃ vnum eſt, non ergo multa ſunt ſed primam ſolutionẽ credo eſſe veriorem. Ad improbationem uero dicendum ꝙ procedit ſecundum, ꝙ vnum dicit vnitatẽ eſſentialem, quia quicq̃d. eſt, per ſuum completiuũ eſt qđ eat ei eſſe, vt Soc. eſt per ſuam formam completiuã, quæ eſt aĩa ipſius. & qua ſpecificatur, & differt, & dat ei eſſentiale eſſe. Et ſic eſt de oĩbus alijs Ad improbationem dicendum, qđ accipit vnitatem accidẽtalẽ quę p ſui aggregationẽm eſt principiũ vnũ, F

& hoc mõ tenet improbatio. Ad duo argumenta ſequentia dicendũ qđ accipit vnum eſſentiale ſicut improbatio accidentale. Ad vltimum argumentũ dicendum quod bene ſequitur tm̃ ens eſt. ergo tm̃ vnum eſt, accipiendo ens ſecundum vnitatem eſſentialẽ, ſed nõ ſequitur, tm̃ ens eſt, ergo tantum unũ eſt, quia accipit ſecundum vnitatẽ accidentalẽ, quamuis vnitas accidẽtalis conuertatur cum ente qa vnũ accidentale dicit diſcretionẽ, ſiue rẽ diſcretã, & cum ſit principiũ numeri vnũ ens uero formæ, nõ dicit rẽ ſuam p modũ ſubſtãtiæ, & ſic peccat ſecundũ figurã dictionis, ſicut hic, tm̃ hõ currit, ergo

A tan ũ vnus homo currit,poſito ꝙ omnes homines currãt,& nihil aliud currat hæc eſt vera,tãtũ homo currit;hæc autẽ eſt falſa,tm̃ vnus homo currit, & eſt fallacia figuræ dictionis ſicut dictũ eſt,quia homo dicit rem ſuam per modum ſubæ, ſed vnus addit diſcretionẽ vni ſuper ipſum. Præterea ibi eſt accidens,quia cũ eſſe cõueniat vni & multis quamuis dictio exceptiua vere adiũgatur enti reſpectu eſſe,vt tantum ens eſt,non tamẽ poteſt adiungi enti dicenti diſcretionem numeralem . Vnde de hoc vno non poſſum dicere,tantũ vnũ eſt,quia tunc excluderent; duo tria, & ſic de alijs accendendo, vt tãtum vnũ,
B nõ ergo duo, neque tria & ſic de alijs, vnde eſſe ibi res ſubiecta,& vnũ eſt accidens ei,& excluſio reſpectu eſſe aſſignatur conuenire vtriq; ſiue rei ab vtroque. Ad illud quod obijcitur per regulam conuertibilium,dicendũ, quòd regula debet intelligi remoto accidente , ſicut aliæ omnes regulæ quamuis enim regula ſit ſiue maxima . Quicquid prædicatur de definitione, & de definito,non ſequitur animal rationale mortale eſt definitio , ergo homo eſt definitio propter accidens quod impedit.

Partes,ſeu ſpecies excluſionis duæ ſunt generalis , ac ſpecialis, & quid vtraque ſit. Cap. III.

C CIrca tertium quærit quot partes ſunt excluſionis,& ſolẽt eſſe duę, quia ponit duplex excluſio.Vna eſt generalis,et altera ſpecialis,Gñalis excluſio ponitur cõiter,qñ excluditur diuerſum genere,ſpecialis vero quando excluditur diuerſum ſpecie.Sed cõtra diuerſum tripliciter dicit diuerſum genere diuerſum ſpecie,diuerſum numero, ergo ſi excluſio dr̃ gñalis,quia diuerſa genere excludunt,& ſpãlis, quia excludit diuerſum ſpecie , ergo det eſſe alia excluſio numeralis ex eo,ꝙ excludunt diuerſa numero,ergo non ſolum erant duæ partes , ſiue duæ ſpecies excluſionis,ſed erunt tres. Et dicendum, ꝙ nõ ſũt niſi duæ partes excluſionis,ſcilicet generalis,& ſpecialis,ſed non dicit excluſio generalis,eo quod diuerſa genere excluduntur,ſed quia ab aliquo ſubiecto excludantur omnia,qu communicãt cum eo in aliquo genere, ſiue in aliquo generali,vt ad omnia, quæ ſũt ſicut in ente. Vnde hoc mõ ſenſus huius propoſitionis,ſolus Socr.currit,eſt talis,Socra. currit,& nihil,vel nullum aliud ens. Itẽ ſpecialis excluſio non dicit eo,ꝙ diuerſum ſpecie excludat, ſed dicit excluſio ſpecialis, quoniã ab aliquo ſubiecto excludũtur quæcunq. cõmunicãt cum eo in aliquo ſpeciali, & hoc modo ſenſus huius, ſolus Soc. currit,eſt talis, Socr. currit,& nullus alius E
hõ currit,vnde excluduntur alij particulares homines quicunq. cõmunicãt cũ Socra. in hoĩe. Et ſimiliter ſolus hõ currit,id eſt homo, & nullũ aliud animal , quia animalia omnia communicãt cum hæc in animali,& hęc eſt ſpecialis excluſio , & ſimiliter ſenſus huius,ſolus hõ currit ſit talis,hõ currit,et nihil aliud currit,tunc eſt excluſio generalis Ex prædictis patet, quod idem numero non poteſt excludi,vel ea,quę communicant in numero eodem,qa cũ dicitur,ſolus homo currit iſta ponit,ꝙ homo currit per regulam datam,quæ talis eſt,oĩs excluſiua vera relinquit ſuã præiacentem veram , & ſi excluditur F
idem numero , tunc excluderetur riſibile , vel animal rationale mortale, & ſic eſſet ſenſus, ſolus homo currit, & nullum riſibile,vel nullum animal rationale, mortale currit , & ſic ponitur hęc contradictio,& ob hoc nõ poterit fieri excluſio numeralis . Ex prædictis patet quod cum quæcunque ſunt diuerſa genere, vel diuerſa numero, vel diuerſa ſpecie,communicent in aliquo generali ad omnia,vt in ente,aut in aliquo ſpeciali ſub ente communiter, nõ poſſunt eſſe niſi duæ partes excluſionis,ſcilicet generalis, & ſpecialis . De ſpeciali ſolet dari talis regula.Quotieſcunque ſit ſpecialis excluſio non tenet argumentũ ab inferiori ad ſuperius cũ di-

Regula excluſionis ſpecialis.

A diꝺtione excluſiua, neque a ſuperiori ad inferius neque a parte prædicati, neque a parte ſubiecti, vt ſola Soc. currit, ergo ſolus homo currit, & ſimiliter a parte p̄dicati fit proceſſus, vt Socr. currit, ergo ſolus mouetur, quia ſemper eſt ibi fallacia cõſequẽtis, & patet qđ nõ tenet huiuſmodi argumentatio, quia poſito qđ ſolus Socrates currat, & quidem equus tũc eſt hæc vera, ſolus Soc. currit faciendo ſpecialem excluſionem, quia ſenſus eſt, Soc. currit, & nullus alius homo, hæc autem falſa ſolus homo currit, faciendo ſpecialem excluſionẽ, quia ſenſus eſt homo currit, & nullũ aliud aĩal, quod falſum eſt, cum equis currat, & ſimiliter a parte prędicati, quia poſito quod ſolus Soc. currit, & Plato moueatur, ſed non currat, tunc hæc eſt vera, ſolus Soc. currit, hæc falſa eſt, ſolus Socr. mouetur, & ſic patet quod nullũ eſt arg. Quod vero ibi ſi fallacia conſequentis, patet quod præmiſſa claudit in ſe vnam affirmatiuam, & aliam negatiuam, vt ſolus Socr. currit, ideſt Socra. currit, & nullus alius homo, & ſolus homo currit, ideſt hõ, & nullum aliud animal, & propter negatiuas, non tenet argumentum ab inferiori negato ad ſuperius, & propter affirmatiua, nõ tenet a ſuperiori ad inferius.

B

C De generali excluſione talis ſolet dari regula. Quotieſcunque fit generalis excluſio bene tenet argumentum ab inferiori ad ſuperi⁹ cũ diꝺtione excluſiua a parte ſubiecti, & non a parte prædicati, vt ſolus Soc. currit, ergo ſolus homo currit, quia prima excludit ſe iſtas duas, ſolus Socr. currit, & nihil aliud a Soc. currit, & propoſitio illata claudit intra ſe iſtas, homo currit, & nihil aliud ab homine currit. Sed ratione affirmationis bene ſequitur Socra. ergo homo currit, ratione negationis bene ſequitur, nihil aliud a Socr. currit, ergo nihil aliud ab homine currit, ergo bene ſequitur a parte ſubiecti faciendo generalem excluſionem, vt ſolus Soc. currit, ergo ſolus homo currit.

Regula ad generalẽ excluſiõẽ

Quid nam ſit id quod excluditur, & quæ excludi debeant Cap. II.

D

Circa quartum de quo quærebatur circa diꝺtiones excluſiuas erat deſcendendo ad vnam de quatuor cauſis excluſionis, ſ. ad id quod excludit, & iſta cõtinet ſub ſe ſeptem alias. Prima eſt, vtrum diꝺtio excluſiua adiuncta enti poſſit excludere aliud, vt tm̃ ens & nihil aliud. Siīr ſi adiungitur iſtis terminis, qui cõuertũtur cum ente, vt ſunt iſti, vnum, aliquid res. Secunda qõ eſt magis deſcẽdendo, ſ. vtrum diꝺtio excluſiua adiuncta vni generaliſſimo excludit aliud, vt tm̃ ſubſtantias, non ergo quantitas, vel econuerſo. Tertia qõ eſt ſpecialior omnib. aliis ſupradiꝺtis, ſ. vtrum diꝺtio excluſiua adiuncta ſpeciei vnius prædicamenti poſſit excludere ſpeciem alterius prędicamenti, vt tm̃ homo, non ergo color, vel albedo. Quarta quæſtio eſt, vtrũ diꝺtio excluſiua adiuncta alicui ſpeciei vnius prædicamenti poſſit excludere cęteras ſpecies eiuſdem prædicamenti, vt tm̃ homo, nõ ergo equus vel tm̃ color, non ergo ſcientia, & ſic in vnoquoque prædicamento, & hæc eſt ſpecialior omnib prædiꝺtis, & hæc eſt ſpecialior omnib. prædiꝺtus, & iſtas quatuor quæſtiones intellige in terminis ſubſtantialib. dicentibus quid ſiue prædicantibus in quid, ſicut ſpecies, & genera vniuſcuiuſque prædicamenti. Quinta quæſtio eſt, vtrum diꝺtio excluſiua adiuncta termino accidentali excludat alios terminos accidentales, vt tãtum coloratum, ergo non donorum. Sexta qõ eſt, vtrũ diꝺtio excluſiua addita vni oppoſitorũ excludat alterum in quolibet genere oppoſitionis, vt tm̃ album, non ergo nigrũ, & tm̃ videns, non ergo cęcum, & ſic de aliis. Septima qõ eſt, vtrum diꝺtio excluſiua addita partem, uel excludat partem, vel econuerſo & vtrum addita minori numero excludat maiorem, vel econuerſo vt tantum paries, non ergo domus, & & tantum duo, non ergo tria.

E

D

Circa primũ obiicit, qđ diꝺtio exceptiua adiuncta enti, vel iis conuertibilibus, nihil poteſt excludere, quia quod ex-

An excluſiua adiũgatur enti

A excluditur debet cōuenire cū eo, a quo fit excluſio in generali, vel ſpeciali, ſed nihil pōt conuenire cum ente in aliquo gn̄ali vel ſpāli ſupra ens duplici de cauſa, ſ. vel quia nihil aliud eſt ab ente, vel quia nihil aliud eſt ſupra ens, ergo nihil pōt excludi ab ēte, ergo dictio excluſiua adiuncta enti nihil poteſt excludere.

Item ad idem dictio excluſiua nō poteſt excludere niſi quod eſt extra terminū cui adiungitur, vt tm̄ homo, nō ergo aſinus, quia aſinus extra hominem eſt, ſed nihil eſt extra ens, ergo dictio excluſiua adiūcti enti nihil poteſt excludere.

Itē ad idem nihil excluditur niſi idem
B vel diuerſum quo ad naturalem ſuppoſitionem, vt tm̄ homo, nō ergo aſinns vel quo ad quandā accidētalem, vt quo ad eam q̄ fit per aliquod reſtringens tm̄ ex eadem parte, vt tm̄ hō alb. non ergo niger, ex hac patet, quod aliquo termino non reſtricto per aliquod ex eadem parte, ſed ſimpliciter ſumpto, non pōt excludi niſi quo ad naturalem ſuppoſitionē, ſed ab ente ſimplr nihil eſt diuerſū quo ad naturalē ſuppoſitionē, ergo ab ente ſimpliciter ſumpto p̄dicta reſtrictione nō reſtricta ſiue coarctata non pōt excludi, ergo dictio excluſiua adiūcta enti nihil pōt excludere itē ad idē. Quicqd eſt
C ens, ergo quicquid eſt ens, ergo cōuertibilia ſūt ens, & eſſe, ſed nihil eſt dictum, tm̄ eſt, nec aliqd excludit, ergo nihil eſt dictū, tm̄ ens eſt, nec aliquid excluditur.

Solutio. Solutio excluſiua dictio adiūcta enti excludit aliquid qđ excludit oīa quo ad naturalē ſuppoſitionē eorū, quæ ſunt diuerſe ab ente, & ī naturali ſuppoſitione eorū, quæ conuertuntur cum ente, quia naturalis ſuppoſitio non ſolū eſt de ente, ſed etiam de nō ente. Naturaliter .n. ſupponūtur per terminū tā entia quam nō entia, vnde excluſio nō ſolum eſt de ente, ſed ēt de ente nō ente, vnde ſequit tm̄ ens eſt, ergo nihil aliud ab ente eſt.

Ad aliud, quod obiicitur, dicendum, qđ conuertitur conſequentia, vnde peccat ſcđm cōnſequens & quicquid cōmunicatio aliquo gn̄ali, vel ī aliquo ſpeciali cum eo, æquo fit excluſio, dēt excludi p dictionē excluſiuā, & non ecōuerſo, nō .n. oportet quod illud quo ad excludit ſiue quicquid excluditur communicet cū eo a quo fit excluſio in aliquo generali, vel in aliquo ſpāli, quia cōuertit cōſequentiam, ſicut hic. Quicquid eſt homo, eſt animal, & non econuerſo, quod quicquid fit animal quod fit homo. D

Sicut.n. aīal in plurib. eſt quam homo ſic excludit in plurib. eſt quam in cōmunicantib. ſpeciali, vel ī generali cum eo a quo fit excluſo, quia eſt in iſtis, & non in cōmunicantib. vnde non oportet qđ ſi aliquid excludatur ab ente quod cōicet cū aliquo, in aliquo generali, vel ſpeciali, quæ conuertit conſequentiam. E

Ad ſcđm dicendum, qđ hæc eſt duplex dictio excluſiua non pōt excludere, niſi quod eſt extra terminū, quia eſſe extra terminum dupliciter eſt, quia, vel quod ad eſſentiam, ſicut alia eſt eſſentia hoīs, & alia eq, vel quo ad naturalē ſuppoſitionē, ſicut equus nō continetur in naturali ſuppoſitione hoīs, nec ecōuerſo, vnde dr̄, qđ qn̄ fit excluſio generalis, excluduntur ea quæ ſunt extra terminū quo ad naturalem ſuppoſitionem tam entiū quam non entium, ſed quando fit ſpecialis excluduntur ea, quę ſunt extra terminum quo ad naturalem ſuppoſitionē entium communicantium cum illo a quo fit excluſio in aliquo ſpeciali.

Vnde licet aliquando excludantur, ea F
quę ſunt extra terminum qao ad eſſen- A duerte ad iſtam limitationem
tiam, vt tm̄ homo, non ergo aſinus, non tamen excluduntur in quantum ſunt ex terminum quo ad naturalis eſſentias. ſed in quātum ſunt extra terminum quo ad naturalem ſuppoſitionem, vnde dico, quod licet quo ad eſſentias nihil ſit extra ens, quia entia ſimul ſunt entium, vn̄ quo ad naturalem ſuppoſitionem aliquid eſt extra ens, & ſic dictio excluſiua addita enti aliqđ pōt excludere. Ad tertiū ſoluēdū per interemptionē quia alquid eſt extra naturalem ſoppoſitioni entis, vt dictū eſt, quia non ſupponuntu entia p terminū. Ad vltimū aūt dicēdū quod

A quòd non poteſt fieri excluſio ab hoc actu eſſe, quia ille actus eſſe cõprehendit ſub ſe eſſe alium actum, ſicut conſequẽs comprehendit ſub ſe quolibet aliud antecedens ſuum, & ideo nullus alius act⁹ poteſt excludi ab hoc actu eſſe. Sed ens non cõmprehendit ſub ſe nomine aliud ſuppoſitum, ſed ſolum ſuppoſita ſua, & ſuarum partium, quia ſuppoſita non entium impoſſibilium eſſe non cõprehendi t ſub ſe vacui, & infiniti, & aliorum nõ entium, & iõ poteſt excludi ad ente, cũ excluſio fiat ab eo, quo ad naturalẽ ſuppoſitionem. Quod aũt ille actus eſſe, cõprehendat eſſe alium actum ſub ſe, non quo ad ſubiectionem, vel prædicationẽ,
B ſed ut dicã quo ad ſucceſſionem patet, qa omnes alii actus antecedunt ad iſtũ, vt ſi eſt, eſt: & ſi cogitat eſt, & ſic de aliis.

An excluſio generaliſſimis addatur.
Cap. II.

Quęſtio prima. Circa ſecundã quæſtionem ſic obiicitur, cum dictio excluſiua excludat diuerſum quo ad naturalem ſuppoſitionem, & vnum generaliſſimum non ſit de ſuppoſitione alterius, neque econuerſo, ſed ſunt diuerſa quo a naturalem ſuppoſitionem, ergo dictio excluſiua addita vni generaliſſimo excludit alterum, & econuerſo.

C Itẽ ad idem. Dictio excluſiua excludit ea, quæ ſunt diuerſa a ſubiecto, ſiue excludit diuerſa ſubiecta, ut tantum, Grammatica, non ergo Muſica, ſed diuerſa generaliſſima non poſſum eſſe ſubiectum vnum, immo ſunt diuerſa ſubiecta, ergo dictio excluſiua adiuncta uni generaliſſimo excludit alterum, & econuerſo. Sed cõtra dictio excluſiua nõ põt excludere, ꝙ intelligitur in ſubiecto cui adiungitur vt tm̃ album currit, non ergo corpus currit vel tantum. Grammaticus diſputat, non ergo homo diſputat, quia album dat intelligere corpus, & Grammaticus dat intelligere hominem, ſed quantitas dat intelligere ſubſtantiam, ergo dictio excluſiua adiuncta quantitati non põt excludere ſubſtantiam ergo dictio excluſiua adiũcta vni generaliſſimo non excludit alterũ. Itẽ ad idẽ. Omnis excluſiua ponit ſuam præiacentẽ veram & iõ ſequitur ſi tm̃ quantitas eſt, quãtitas eſt, & ſi quãtitas eſt, ſubſtãtia eſt, quia alia a ſubiecto nõ ſũt niſi in ſubſtãtia, ergo poſita quantitate, uel quolibet alio generaliſſimo, neceſſe eſt ponere ſubſtãtiã, ergo a primo, ſi tm̃ quantitas eſt, ſubſtãtia ẽ, & ſic de aliis generaliſſimis, ergo dictio excluſiua adiuncta uni excludit alterum. D

Solutio Et dicẽdũ ꝙ dictio excluſiua adiũcta vni generaliſſimo excludit alterum vno mõ, & alio mõ nõ, ex eo, quod generaliſſima alia a ſubſtantia hñt duas cõparationes: vnam ſcd'am abſtractionem prout vnum quodq; ordinat ſm̃ pdicamentalem lineam in ſua ordinatione ad omnes ſpecies ſiue ad oĩa indiuidua ſub ipſo exiſtẽtia, & hoc mõ põt ĩ quolibet pdicamẽto fieri talis figura, ſicut illa q̃ eſt in ſubſtãtia, q̃ dr̃ arbores Porphyrii. Aliã aũt hñt cõparationẽ ſm̃ concretionẽ ab ſubſtantiã in qua ſunt, & ſic ſumuntur oĩa per modum accidentia, ſed ſm̃ comparationem primam ſumuntur per modum eſſentiæ, ſiue per modum eius, qui eſt quid, unde ſecũdum primam cõparationem dictio excluſiua adiuncta uni generaliſſimo excludit alia generaliſſima, & ſic concedo, niſi qñ faciunt ſubiectum vnum, quod in paucis accidit, ut tm̃ ſubſtantia eſt colorata, hic.n.excluditur ſuperficies, quia ſuperficies, & ſubſtantia faciunt unum ſubiectũ coloris, vnde niſi diuerſa pdicata faciãt ſubiectũ vnum, ſemper dictio excluſiua adiuncta vni generaliſſimo excludit alterum ſm̃ hanc cõparationẽ, ſed ſecundũ comparationem, quam habet ſecundum concretionem ſic dictio excluſiua adiuncta uni mõ excludit alterum, vñ cum dr̃ tm̃ agens, currit, nõ ſeq̃tur Grãmaticus non currit, vel Muſicus, vel tricubitũ uel bicubitum, uel homo, quia Soc. homo eſt & bicubitus, uel tricubitus, uel Grammaticus, Muſicus, & agens, vnde dicẽdũ breuiter, ſi generaliſſima ſumãtur in cõcretione & dictio excluſiua adiuncta uni generaliſſimo nõ excludit alterum, Sed ſi E F

ſumanť in abſtractione, tūc dictio exclu
A ſiua adiuncta vni excludit alterū niſi faciant ſubiectū vnū. Ad alia duo arg. primo dicendū eſt, ꝙ bñ tenet, ſi ſumantur ĩ abſtractione, & nō faciant ſubiectū vnū. Ad tertiū argumentū dicēdū, quod vnū intelligit in altero dupl'r. quia uno mō intelligitur vnū eſſentialiter, vt animal in homine, & tale nō excluditur, vnde ſequitur, tm̄ homo currit, non ergo aĩal currit. Alio autē modo intelligitur vnū in altero per dependentiā accidentis ad ſubiectū, vnde in oĩ accidēte includitur ſubiectū, & hoc dr̄, quia accidēs cōcretū intelligere ſubiectū, vt album dat intelligere corpus; & ēt accidēs in abſtractio
B ne dat intelligere ſubiectū. Color. n. non pōt eſſe niſi in corpore. Vnde ſiue accipiant colorem in concretione, ſic proprie dicitur coloratū, ſiue in abſtractione ſp̄ intelligitur corpus, & ſic de aliis nouē p̄dicamētis, q̄ intelliguntur abſtracta, vt q̄titas, qualitas, & ſic de aliis, ſiue concreta, ut quantum, tale ſp̄ dat intelligere ſubſtantiam. dico ergo, quod id, qđ intelligitur in accidente concreto non excluditur, vnde nō ſequitur, tantū albū currit, nō ergo corpus, vel tm̄ homo currit, non ergo animal. Sed illud, quod intelligitur in accidēte abſtracto bene excluditur per dictionē excluſiuā, ut tātū quantitas, non ergo ſubſtantia, & hoc dico, niſi illa duo faciant vnum ſubiectum
C alicuius accidentis. ſicut dictum eſt pri⁹ ſicut ſuba & ſuperficies ei⁹ faciunt vnū ſubiectū albedinis, uel coloris. Ad quartum dicendum, quod reuera oīs propoſitio excluſiua ponit ſuam præiacentem veram, ſed in hac propoſitione, tantum quantitas eſt duo ſunt. ſ. hæc dictio tantū quæ eſt dictio excluſiua, & illud cui adiūgitur ſ. quantitas. Dico ergo quod dictio excluſiua excludit ſubſtantiam, ſed quantitas ponit eam, & ideo propoſitio, tantum quantitas eſt ponit contradictionē quia ponit ſubiectum eſſe, & non eſſe. Ponit ēt ſubſtantiam ratione quātitatis. & remouet eam ratione excluſionis quæ additur quantitati.

D

An dictio excluſiua adiuncta ſpeciei vnius prædicamenti excludat ſpeciem alterius prædicamenti. Cap. IIII.

Circa tertium obiicitur ſic, cum dicit tm̄ homo eſt albus, ex hoc nō ſequitur ergo ſuperficies hominis nō eſt alba ergo dictio excluſiua, addita uni ratiōe ſpeciei unius prædicamenti, non excludit ſpeciem alterius prædicamēti, ſed cōtra magis differūt ea, quæ ſūt in diuerſis 1. Qō
generibus quam ea, quæ ſunt in eodem genere. ſiue ea, quæ ſunt ſub eadem ſpē, quia pluribꝰ differentiis differunt, ſed dictio excluſiua addita uni indiuiduo, excludit aliud indiuiduum, qđ eſt ſub eadē B
ſpecie, vt tm̄ Socrates, non ergo Plato, ergo magis excludit ea, q̄ ſunt diuerſorū generū quia magis differunt, ergo dictio excluſiua addita ſpeciei p̄dicamenti vnius excludit ſpecies alterius p̄dicamenti.

Et dicendū quod in genere, quinque ſunt ea, quæ deben excludi. Vnum eſt diuerſum ſubiectum, ut tantum Socrates currit excluditur Plato. & alii particulares homines, quia non poſſunt facere ſubiectum unum, ſed diuerſum. Secundum eſt diuerſum loco vt tantum hic non ergo ibi. Tertium eſt diuerſum tempore, vt tm̄ in hoc tempore, ergo non illo. Quartum eſt oppoſitum ex parte prædicati, ut tantum Socrat. eſt albus, ergo non eſt niger, nec medio colore coloratus. Quītum eſt accidens, ſiue diuerſum accidēs a parte prædicati ſimiliter poſitum, dum ita ſit, quòd vnum nō inſit per alterum, & ideo non ſequitur, tantum Socrates, Grammaticus non ergo Muſicus, tantū legis, non ergo diſputat, non ergo currit F
& non ſequitur, tantum Socra. eſt coloratus, non ergo quantus, quia coloratus ineſt Socrati per hoc quòd eſt quantus, non ſequitur tantum currit, non ergo remouetur eo, quod vnum ineſt in altero ſiue intelligitur per alterum ſecundum concretionem. Et in omnibꝰ his quinque modis excluditur diuerſum per dictionem excluſiuam. Et in his patet ſolutio pri-

Quinq; excludi in genere.

A primi argumēti, qa hō, & ſuperficies ei' ſubiectū unum eſt coloris, & nō diuerſū uñ non excluditur ſuperficies per hanc dictionē tm̄, cū dr̄ tm̄ socr. eſt albus. ita dictio excluſiua adiūcta ſpeciei unius p̄dicamenti excludit alias dum non faciunt ſubiectū. unde unū nō inſit per alterum, ut dictum eſt. Patet etiā ſolutio alterius argumenti, quia dictio excluſiua excludit diuerſum ſiue differens, aliquo prædictorum modorum tantum.

4. quæſ. Ex prædictis patet ſolutio quartæ q̄ſtionis, q̄ erat, utrū dictio excluſiua adiūcta ſpeciei unius prædicamēti excludit ſpecies alias euildē, quia oēs aliæ ſpecies eiuſdē gn̄is excludunt, niſi i una cōparetur ad aliā, non ſolū ut ſpecies deſperata, ſed ēt ut terminus eiuſdē, & ideo nō ſeqtur, tm̄ ſuperficies eſt ergo linea nō eſt, qa linea eſt terminus ſuperficiei, & ſuperficies corporis uñ bene ſeqtur, tm̄ hō nō ergo aſinus, quia iſtæ ſpecies ſolū modo cōparāt ſibiinuicē, ut deſperatæ.

B

5. quæſ. Ex prędictis patet quinta q̄ſtio quæ erat utrum dictio excluſiua adiūcta termino accidētali excludat terminos accidentales alios, qa dictio excluſiua, ut dictū eſt prius, habet excludere omne accidens diuerſam, ſiue deſperatum, dū ita ſit q̄ unum non inſit per alterum uel faciant ſubiectum unū, unde ſequitur, tantum ſocratem eſſe Grammaticū, nō ergo eſſe Muſicum, ſed non ſequitur, tm̄ Socratem eſſe coloratum, non ergo eſſe quantum, quia coloratum ineſt Socrati, eo quod eum neque ſequitur, tantum album eſſe non ergo corpus, quia ita faciunt ſubiectum vnum.

C

6. quæſ. Circa ſextam quæſtionem obiicitur, quia dicto excluſiua adiūcta, vnī oppoſitorum excludit alterū in quolibet genere oppoſitionis, quia duo oppoſita non poſſunt facere ſubiectū unū, ſed diuerſa, ſed quotieſcunque aliqua nō faciunt unum, ſed diuerſa. oportet qd̄ unum excludatur ab altero per dictionē excluſiuam, ergo dictio excluſiua adiuncta uni oppoſitorū, hēt excludere reliquum. Qd̄ concedimus ſicut in contrariis, ut tantū albus currit, non ergo niger. Scd̄m prædicta quæritur de hoc ſophiſmate, tm̄ verum, opponitur falſo. Probatio. Verū opponitur falſo, & nihil aliud quam uerū opponitur falſo, ergo tātum uerū opponitur falſo Cōtra, tm̄ uerū opponitur falſo, ergo tantum uerum. & falſum opponuntur, quod falſum eſt qui album, & nigrū oponuntur, & calidum, & frigidum. Sophiſ.

D

Dicēdū eſt q̄ prima eſt ſimpliciter vera, & improbatio peccat ſm̄ cōſequens ab inferiori ad ſuperius affirmato conditione excluſiua, qa opponi verū falſo, ī min' eſt q̄ opponi, ſicut oppoſitio ueri, & falſi in minus eſt qua oppoſitio, cū hæc ſint ſpēs illa uero genu, & ſic, cum dicit tm̄ uerū opponūtur falſo, ergo tm̄ verū opponitur falſo, ergo tm̄ uerum, & falſū opponitur peccat ſm̄ conſequens. Solut.

E

Itē dubitatur de relatiuē oppoſitis, quia ex hac tm̄ pater eſt, ſequitur ergo filius eſt vñ ſi tm̄ pater eſt, pater eſt, quia oīs excluſiua ponit ſuā p̄iacentē, vt ſi pater eſt, filius eſt, a relatiue oppoſitis, ergo a primo, ſi tm̄ pater eſt, filius eſt, ergo dictio excluſiua adiūcta uni relatiuē oppoſitorū ſiue correlatiuorū nō excludit reliquū Et dicendū, qd̄ dictio excluſiua adiuncta vni correlatiuorū excludit reliquum, ſed in iſta, tm̄ pater eſt, ponit conditionem, quia dictio excluſiua excludit quicquid non facit ſubiectum unū ſcd̄m diuerſa, cum pater, & filius ſuba diuerſa & vnum, qd̄ nihil eſt uictum, pater filius eſt, ſed quia pater, & filius referuntur ad ſeinuicem, & ideo dictio excluſiua adiūcta patri excludit filium, & econuerſo, unde in iſta, tantum pater eſt excluditur filius ratione dictionis excluſiuæ ſed pater ponitur ratione præiacētis, ſed pater eſt per hoc, qd̄ eſt ad filiū, & ita ratione præiacētis, & ratione excluſionis nō ſolom remouetur filius, ſed ēt pater, quia filius eſt per hoc, quod eſt pater, & ſic tantum pater eſt, ponit duplicem conditionem, quia ponit filium eſſe, & non eſſe, & patrem eſſe. & non eſſe.

F

Circa prædicta q̄ritur de hoc ſophiſmate. Si tantum pater eſt, non tantum pater Aliud ſophiſ. Solut.

A pater eſt. Probacio. Si tm̄ pater eſt, pater eſt, & ſi pater eſt, filius eſt, & ſi filius aliud a patre eſt, non tm̄ pater eſt. Cōtra ibi ſignificatur oppoſitum ſequi ad ſuū oppoſitum, ergo locutio eſt falſa, & impoſſibilis. Ad hoc ſoluūt quidā, quod pr̄ tripliciter ſignificat̄ ſicut albū, vno mō noīat id, quod erit albū, & hoc mō albū pōt eſſe nig ū ſm quod hæc eſt uera, ſubiectum albedinis pōt eſſe album. Alio modo albū dicit compoſitionem ex ſubiecto, & accidente, vt album currit. i. res hn̄s albedinem currit. Alio modo album negat ipſum accidens. vñ cum dr̄, albus contingit eidem uni & eidem ineſſe, & nō ineſſe. Sil'r pr̄ dr̄ vno modo ſubiectū paternis, vt pr̄ gñat filium. i. id quod eſt

B pater, alio modo dicit compoſitum ex ſubiecto, & accidente, vt pater currit, i. hō. vel aīal habens paternitatem currit. Et his duob. modis excluditur vnū correlatiuorum per dictionem excluſiuam adiunctam alteri. Alio mō pater nominat ipſam relationem, quæ eſt paternitas, vt cum dicit, pater eſt in gñe relationis, & hoc modo non excluditur vnum correlatiuorum ab alio, quia ſic vnum ponit aliū, & econuerſo, ſed hoc nihil eſt, quia cū dictio excluſia excludit, quæcunq. nō faciunt ſubiectū unum, ſed diuerſa, & pa-

C ter, & filius non poſſunt facere unum, ſed diuerſa, ſecundum quod ſunt in genere relationis, neque ab aliquod, neque alio modo, oportet quod dictio excluſiua adiuncta patri excludat filium, & ecōuerſo. Quod concedimus. Et eſt dicendū quod. Et hæc, tantum pater eſt, non tm̄ pater eſt, ſimpliciter eſt uera, ſed ſecundum ſubantecedens eſt impoſſibilis hæc ſ. tantum pater eſt, hæc dictio tantum remouet eſſe ad ſubiectum, uel accidens a parte, & ita remouet filium, & eſt ibi hoc relatiuum pater, quod ponit filium, & ita ex una parte remouet filium, ſcilicet a parte concluſionis ex alia parte ponit ipſum, ſcilicet a parte ſui correlatiui. Ad improbationem aūt ſoluendum per interemptionem, quod non ſequitur in oppoſiti ad oppoſitum, ſed ſequitur,

Solutio 2. & melior.

vna pars contradictionis ad antecedēs quod concludit inter ſe vtranq. partem cōtradictionis, & ſic ſequitur pars adeo tum ſicut h e. Soc. currit. & non currit, ergo Soc. currit. Locus ēt a toto intelligitur Contradictio n. intelligat̄ ex ſuis partib. ſicut domus. ex ſuis partib. unde poſita contradictione neceſſe eſt ex ea ſequi tam de affirmatione quam de negatione per locum a toto integral'. D

Itē quæritur de hoc ſophiſmate. Poſſibile eſt Socr. videre tm̄ omnem hominem, non uidentem ſe. Probatio. Poſſibile eſt Soc. videre tm̄ omnē hoīem cæcum, ſed ois homo cęcus eſt, ſ. homo nō uidens ſe, ergo poſſibile eſt Socr. uidere tm̄ omnem hominem non uidentem ſe contra, ſi poſſibile eſt, ponatur ꝙ ſit in actu, Soc. videt tm̄ hoiem nō videntem, tunc Soc. aut uidet ſe, aut non uidet ſe, ſi non uidet ſe, ergo eſt homo non uidēs ſe, & uidebat quamlibet talem, ergo uidet, ſe, ſi uidet ſe, ergo eſt hō uidens ſe, ſed nullum talem uidebat, ergo non uidet ſe, quia tantum uidebat non uidentem ſe, ergo uidet ſe, & non uidet ſe.

Aliud ſophiſ. Paulum Ve. in logica magna, & alios.

E

Solutio prima eſt impoſſibilis, hæc. ſ. poſſibile eſt Soc. uidere tantum omnes homines non uidentē ſe, & illa ſi'r. ſoc. uidet tm̄ omnem hominem non uidentem ſe, quia utraq. habet in ſe contradictionem, ut iam patebit. Probatio peccat ſcđm cōſequēs procedendo ab inferiori ad ſuperius cum diſtributione, & etiam cum dictione excluſiua, ut ois hō ergo omne aial, & tm̄ omnis homo, ergo tm̄ omne animal, quia homo non uidens, ſe, in pluribus eſt quam homo cæcus, vnde ſequitur ut conuerſim, ut ſi homo eſt, cæcus, eſt homo non uidens ſe, & non econuerſo, quia homo dormiens eſt homo non uidens, ſe, nec tamen eſt cæcus, & etiam uigilans habens oculos clauſos, eſt homo non uidens ſe. Quod iſta socrates uidet tantum omnē hominem non uidentem ſe, habet contradictionem patet, quia æquipollet illis duabus ſcilicet, socrates uidet omnem hominem non uidentem ſe, & non uidet aliquem F

solutio

A aliquē non videntem ſe,& iſtæ duæ ſunt exponētes illius. Sed ex illa, Soc. non videt aliquem hoīem videntem ſe, ſequitē ergo Socra. non videt ſe videntem ſe,|& eſt locus a genere, ſiue a toto i modo, ſicut hæc, Socra. nō videt aliquem hoīem album ergo nō videt ſe albū, ſed ſi Soc. non videt ſe, videntem ſe, ergo Soc. non videt ſe, quia conuertuntur, cum earum affirmationes conuertātur, vnde ſi Soc. videt ſuidentē ſe ergo videt ſe,& ecōuerſo. Sed quotieſcunq. affirmationes ſibi B inuicē conuertuntur, neceſſe eſt negationes ſibi inuicem conuerti, ut ſi homo, e riſibile conuertantur, & non homo,& riſibile conuertuntur, & ideo ſequitur neceſſario, ſi Soc. non uidet ſe, uidentē ſe, ſequitur ergo Soc. non uidet ſe per locū a conuertibili, ergo a primo, ſi Soc. non uidet aliquem hoīem uidentem ſe, ergo non videt ſe,& hæc eſt altera pars cōtradictionis,& hoc modo. Soci. uidet oēm hoīem non uidentem ſe,& ipſe non uidet ſe, ergo videt ſe,& ſic uidet ſe,& nō uidet ſe, hęc aūt cōtradictio,& ſequitur ex duab. exponētib. primę duæ exponētes primæ intelliguntur in prima,& contradictio intelligitur in prima,& ſic prima claudit intra ſe contradictionem.

Si affirmatione cōueniūtur, et ne gatione.

Item illud vniuerſale oſtenditur alia ratione, quia ſequitur. ſi Socra. nō uidet aliquem uidentē ſe, ergo Soc. uidet nullum videntem in ſe, quia non aliquem, & nullum æquipollent, ſicut non aliqs, C & nullus, ergo nullus homo vidēs ſe vr̄ a Soc. conuertendo actiuam in paſſiuā, ergo Soc. non videt ſe, quia ſi Soc. videt ſe iam aliquis homo uidens ſe videretē a Socr.& dicebant quod nullus homo, ergo a primo, ſi Soc. non videt ſe,& ſic hr̄ altera pars cōtradictionis, ex qua eſt altera expoſita, ſequitur reliqua pars cōtradictionis ſicut prius, quare prima habet in ſe contradictionem, quod concedimus Item probatio qđ prima eſt vera hæc, ſ. Soc. videt tm̄. oēm hoīem non videntem ſe. Ponatur, ꝙ Virgilius, Socrates. & Plato ſint hoīes non videntes ſe tm̄ & hoīes alii vident ſe,& ponatur cū hoc, quod Socrates videat tantum illos tres, ſunt hæc, omnis homo nō videt ſe. conuertitur, cum his tribus ſingularib. Virgilius non uidet ſe, Socra. non uidet ſe, Plato nō uidet ſe.& iſtæ tres in ſimul ſumptæ conuertuntur cum illa, quia ſequitur, omnis homo nō uidens ſe legit, ergo hic,& iſte legit econuerſo, ſed Socrates videt tantum illos tres, ergo Socrates videt tantum omnem hominem non uidentem ſe per locum a conuertibili, quia ab uno conuertibili ad alterū ſequitur cum dictione excluſiua, ut tantum riſibili, ergo tantum homo, ergo hæc eſt vera Socra. uidet tantum omnē hominem non uidentem ſe. E

Item ad idē poſito quod ſint tres homines cæci,& alii videāt ſe, tūc illæ due conuertūtur, omnis homo cæcus,& omnis homo nō videns ſe, ſed poſſibile eſt Socratem videre tantū omnem hoīem cæcum, ergo poſſibile eſt Socratē uidere tantum omnem hominem non videntē ſe. ergo prima eſt poſſibilis. Solutio, Dico, qđ prima eſt falſa,& impoſſibilis, ſicut prius dictū eſt, qa ponit cōtradictioni, ut prius patuit duplici ratione. Ad primam autem poſitionem dicendū, qđ ponit duo impoſſibilia,& cōcedo quod utrumq. eorum ſit poſſibile ſecundum ſe, ambo inſimul ſunt impoſſibilia, quia hoc eſt poſſibile, quod ſiunt tantum iſti tres homines non videntes, ſed & ali qd ſimiliter ſecundū ſe eſt poſſibile, ſ. quod Socra. videat tm̄ iſti tres, ſed ambo in ſimul ſunt impoſſibilia, quod ſic patet, qa cum ponit, quod iſti tantū tres ſint non videntes ſe,& hic ponit qđ Soc. uideat ſe, cū nō ſit numero illorum,& qn̄ ponit, quod Soc, videat tantū illos tres in hoc poterit, qđ Socra. non videat ſe, quod non ſit de illis, ita ponit qđ Socr. videat ſe,& no videat,& iſta illa duo ſimul ſūpta ponūt cōtradictionem,& iō ſūt incompoſſibilia. Ad aliud aūt dicendum, quod hęc eſt vera ſecundū ſe poſſibile eſt Socr. videre tantum omnē hominem cæcum, ſed nō eſt poſſibile, poſito, ꝙ homo cæcus conuertatur cum homine F

mine

A mine non vidente ſe,quia ſi Soc. videt, omnem hominem cęcũ tunc nõ videt, ſi homo cæcus conuerteretur cum hoīe non vidente ſe,tunc Socr.videt ſe,quod non ſit cæcus, & a quocunque remouetur vnum conuertibilium,& reliquum, & ſic ponit contrarium in hac ſecunda ratione,quod Soc.videat ſe,& quod nõ B uideat ſe, & ſic non eſt verum, ſed pręmiſſa eſt impoſſibilis, cum ipſam ſequatur exponibile impoſſibile.

Vtrum dictio excluſiua adiuncta parti integrali totum excludat & contra Cap.v.

SEptima qõ eſt vtrũ dictio excluſiua adiuncta parti integrali excludat totum econuerſo,& adiuncta minori C numero excludat maiorẽ,uel ecõuerſo,& vr quod adiuncta toti integrali poſſint excludere partem,quia ſequitur domus valet tantum centum libras,nõ ergo paries,ergo adiũcta toti excludit partem, quod econuerſo,vt ſi tantum paries eſt albus,nõ ergo domus. Sed cõtra propoſitio excluſiua ſemper ponit ſuã præiacentem eſſe veram,vt tm̃ domus eſt colorata,ergo dom⁹ eſt colorata,ſed ſi domus eſt colorata,ergo paries eſt coloratus, quia poſito toto integrali ponitur quælibet eius partis,ergo a primo, ſi tãtũ domus eſt colorata, paries eſt coloratus,ergo dictio excluſiua adiuncta toti non excludit partem. Et dicendũ eſt,qđ tria genera accidentium reperiuntur in toto integrali & in ſua parte,qa quædã accidentia ſunt,quæ tantum conueniũt toti integrali,ut eſſe compoſitũ ex partib. integralibus, & habere partes oẽs ſecundum quantitatem, & propter hoc anima non eſt pars integralis hominis, ſed eſſentialis,& ualere centũ libras cõuenit toti & nõ parti. Alia ſunt accidentia,quæ conueniunt tantũ parti, & non toti,ut eſſe minus,uel ſequi ex toto integrali,uel partibus ut coniungi alii quanto ad faciendum maius ſecũdum quantitatem. Tertio autẽ modo ſunt accidentia,quæ indifferenter cõueniunt toti, & parti,ut album,& nigrum,calidum, & frigidum, humidum, & ſiccum, & conſimilia,& in primo genere accidentum D dictio excluſiua adiuncta toti integrali excludit partem,ut domus valet cẽtum libras,non ergo paries,& in aliis duob. generibus accidentium dictio excluſia parti adiuncta ſemper excludit totum, & non e conuerſo.

No.dcm̃ pro ſol.

Item quæritur de hoc ſophiſmate, A ſolo ſocrate differt quicquid non eſt ſocrates,uel pars ſocratis Probatio. ſocrate differt quicqud non eſt ſocrates, uel pars ſocratis ergo a ſolo ſocra.differt &c.contra. A ſolo ſocrates differt q̃cquid non eſt ſocrates, uel pars ſocr. ſed plato eſt non eſt,ſocra.uel pars eius B ergo plato differt a ſolo ſocr. quod eſt falſum.ſolutio.Prima eſt falſa, & altera probantium eſt falſa,hæc.ſ. non ab alio quam a ſocrate differt quicquid non eſt ſocrates,uel pars ſocratis,quia ſua contradictoria eſt vera, hæc ſcilicet ab alio ſocrate differt quicquid non eſt ſocrates, uel pars ſocratis, Et ſi quæiat aliquis a quo alio,dicendum eſt, quod nulla quęſtio, quia eſt terminus alius,non tenetur determinate pro uno, ſed communiter pro pluribus ſicut hic, poſito quòd omnis homo uideat proprium equum,tunc hæc eſt uera, omnis homo uidet equum, nec tamen eſt quęrere F quem equum uideat, quia ille accuſatiuus,equum nõ tenetur pro uno determinate,ſed communiter pro pluribus,

ſophiſ.

ſolutio.

Item,videtur quod dictio excluſiua adiũcta toti uniuerſali poſſit excludere partem eius, ſiue addita maiori numero poſſit excludere minorem, quia oẽs numeri ſunt ſpecie differentes,ut binarius,trinarius,quaternarius,& ſic de aliis, quia ſunt diuerſæ ſpecies ex oppoſito cõdiuidentes numerum,qui eſt genus omnium ſpecialium numerorum ergo dictio excluſiua adiuncta uni ſpeciei numeri excludit oẽs alias, ergo ſi dictio excluſiua addatur maiori numero,excludit quemlibet minorem,quia addita quinario excludit quemlibet aliam ſpeciem ergo quamlibet minorem ſpeciem.

Coligit hoc lec. Elẽ.c.5.

ſed contra.Quilibet numerus maior

ponis

A ponit ſemper ſuam partem, & ideo dixit Ariſt. ꝙ ſi duo ſunt, vnum eſt, ergo minor numerus intelligitur ſẽper in maiori, ſed dictio excluſiua non remouet qđ intelligitur in ſua præiacẽte, ergo dictio excluſiua addita maiori numero non excludit minorẽ. Solutio. Numerus ſumitꝰ duob. modis, ſicut, & quodlibet aliud totum, quia vno mõ ſumitur numerus rõne ſuæ totalitatis, ſiue ratione ſuæ aggregationis, & ſic dictio excluſiua addita maiori numero B excludit quemlibet minorẽ, vt tm̃ decem ſunt paria, non ergo octo ſunt paria, nec quinq. nec quatuor, & excludit oẽs ſuperiores, vt ſi tm̃ decem ſunt paria, nõ ergo duodecim ſunt paria, & ſimili mõ de alijs aſcendendo. Alio autem mõ ſumitꝰ nõ rõne ſuę totalitatis, ſiue totius ſuæ aggregationis, ſed rõne eorũ ex quib. conſtat, ſiue ex quib. fit, & ſic dictio excluſiua adiuncta maiori numero nõ excludit minorem. immo potius ponit vnde ſequitur, tm̃ currunt, nõ ergo octo currunt, vel ſex immo potius oppoſitũ ſequitꝰ, quia ſi tm̃ decẽ currunt, ſequitꝰ ꝙ octo currant, & etiam ſex currant, & ſic patet quod dictio excluſiua addita maiori numero vno modo excludit minorem, & alio modo non. Sed addita minori numero ſemper excludit maiorẽ, C vnde de parte integrali, & de parte in quantitate, & de parte in loco, & de parte in tẽpore, & de parte numerali talis datur regula. Quotieſcunq. dictio excluſiua additur parti, ſemper excludit ſuum totum, excepto toto vniuerſali, & toto in mõ. Ad argumenta prædicta facilis eſt ſolutio, qa primũ argm̃ accipit ſpecies rõne ſuæ totalitatis, ſiue ratione ſuæ aggregationis, & ſic dictio excluſiua addita vni ſpeciei numeri excludit oẽs alias. Sec͂m autem argumentum decipit ſpecies numeri ratione eorum ex quibus eſt numerus.

Regula

Sophiſma aliud.

Circa prædicta quęritur de hoc ſophiſmate. Solis trib. ſola duo ſũt pauciora. Probatio. Trib. ſola duo ſũt pauciora, & non alijs quã tribus ſola duo ſunt pauciora, ergo prima vera, Contra, ſolis trib. ſola duo ſunt pauciora, ergo ſolis tribus duo ſunt pauciora, et non alijs, ſ. quatuor, vel quinque, quod eſt falſum. Solutio. Prima eſt duplex, quia põt exponi, per excluſionem exiſtentem in obliquo, & ſic eſt vera, vel poteſt exponi per excluſionem exiſtẽtem in rectitudine, & improbatur, & tunc altera de exponentibus eſt falſa, hæc, ſ. ſolis tribus duo ſunt pauciora, cum duo ſint pauciora omnibus alijs nnmeris aſcendendo, & ita non ſolum duo ſunt pauciora tribus. Vnde ſolet dari talis regula. Quotieſcunque duo ſinca tego rematica ponuntur in eadẽ locutione ſeipſa attingentia, duplex eſt locutio, eo quòd vnum poteſt eſſe determinatio alterius, vel econuerſo, & hoc eſt, quod ſolebant dicere antiqui, quod vnum poteſt includere alterum, vel includit ab eo, vel excludere alterum, vel excludi ab eo. Et nota ꝙ in numeris eſt duplex aſcenſus, quia vnus eſt cauſarum, & alius eſt quantitatis, ſiue augmenti quãtitatis in quantitate, vnde loquendo de aſcenſu cauſarum, omnes minores numeri ſunt ſuperiores maioribus, quia omnes minores ſunt cauſę maiorum numerorum, vnde quanto minor eſt numerus, tanto eſt ſuperior, qa inquantũ eſt prior, eſt cauſa, & omnis cauſa eſt ſuperior, & ideo ſupremum principium in numeris eſt vnitas, & ſic de maiorib. numeris, loquendo de aſcenſu cauſæ. ſemper eſt aſcendere à maioribus numeris ad minorem quolibet, & vltimum ad vnitatem, econuerſo autem eſt deſcẽdere. Sed loquendo de aſcenſu quantitatis, ſiue de aſcenſu augmenti quantitatis, tunc maiores numeri ſunt ſuperioris, & minores inferiores, cum ſit maior quantitas in numeris maiorib. quã in minoribus, hoc modo eſt aſcenſu a minori numero ad maiorem, ecõnerſo autem deſcenſus eſt, & ſic aſcenſus, & deſcenſus fiunt dupliciter in ordine numerorum.

D

Regula

E

Aſcẽſus in numeris duplex.

F

De

A *De dictione ſolus, & tantum diſcrimen.* *Cap. VI.*

HIs habitis habetur ſex qõnes,quę
fiebant circa quartam quæſtione
quæ erat deſcendendo ad vna excluſio
nis,ſ quæ erat in ea quæ habent exclu-
di. Conſequenter quæritur de 5.qõne,
quæ fiebat principio huius tractatus
de differentia harum dictionũ, ſolus,
& tantum,qua iter differũt in ſuis ex-
cluſionib. Et dicendum ꝙ hæc dictio
ſolus excludit ſemper ab aliquo caſua
li,ſiue ponatur in ſubiecto, ſiue in præ
dicato,vt ſolus Soc.currit,i.Soc.currit
& nullus alius.In prædicato autem.vt
ego do ſolum tibi denariũ, i.do tibi de
B nariuin,& nullã aliam rem,ſed hæc di
ctio tantum album currit ab aliquo ca
ſuali,vt tantum Soc currit,vel tantum
album currit,vel tantũ legens currit,
i.Socr.currit,& nullus alius currit, &
ſic de alijs. Aliqñ autẽ excludit ab ali-
quo actu reliquos actus, vt cum dici-
tur Soc. tãtũ legit,& nihil aliud facit.

Sed contra,hæc dictio tm̃ eſt aduer
biũ,ergo ſemper excludit ab actu,quia
aduerbium ſuper natum eſt determi-
nare verbum,& ſuper ferri ad ipſum.
Et dicendum, quod ſicut duplex eſt di
ſpõ ſubſtãtiale, quia vna eſt diſpoſitio
ſubſtantiæ ſm ſe,& abſolute, vt albus
niger,& conſimilia, eſt autẽ alia diſpõ
ſubſtantiæ mediante actu, vt cum dr,
ille incedit ſuperb hęc dictio ſuperb in
hac oratione dicit ſuperbiã,quę ſubeſt
per actũ. Silr duplex diſpõ eſt actus,
quia quædã eſt diſpoſitio actus ſm ſe,
C & abſolute,vt bene,& male, & veloci
ter, & talis diſpõ actus ſemper deter-
minat actũ abſolute,& mediãte ſubſtã
tia,vt bene legit,& velociter currit. A-
lia eſt diſpõ actus mediãte ſubſtãtia,
vt tm̃,tãtummodo,ſolus,ſolummodo,
& tales diſpõnes actus, aliqñ determi
nant actum abſolute, aliqñ mediante
ſubſtãtia, & ideo,qñ hæc dictio tm̃ de
terminat actum abſolute,tunc excludi
ab aliquo,ipſo actu,alios actus,qñ ve-
ro determinat actus mediante ſubſtan
tia,tunc excludit ab aliquo,ipſo caſua
li,vt patuit in exemplis ſupradictis. D

Item quæritur de hoc ſophiſmate.
ſolus Soc. excludit poſito, quod ſolus
excludatur ab aliquo ſubiecto reſpe-
ctu alicuius prædicati, & nullus alius
excludatur.Probatio primę, Soc exclu
ditur, & nullus alius a Socrat.exclu-
ditur,ergo Soc.excluditur. Cõtra hæc
eſt propoſitio excluſiua,in qua exclu-
duntur omnes alij à Socrate,non ergo
ſolus Socr excluditur. Solutio.prima
eſt ſimpliciter uera.& propoſitio pec-
cat ſecundus quid,& ſimpliciter, quia
quãuis prima ſit excluſiua ſimpliciter,
tamen ſua excluſio ſit reſpectus huius
actus excludi. ſed qđ excluditur ab ex
cluſione non excluditur,ſicut ꝙ priua-
tur à priuatio ſic non priuatur,qa pri-
uare priuationem,hoc non eſt priuari,
ſed potius dare habitum,vt priuare cę E
citatem, non eſt priuare, ſed dare vi-
ſum, & ſic priuari à priuatione nõ eſt
priuari, & excludi ab excluſione, non
eſt excludi.

Idem videtur. ꝙ ſolus debet reſtrin
gere terminum cui adiungitur.ꝓbatio
per quidã regulam prius datã. Omne
adiectiuum, nõ diminuens. nec habẽs
naturam ampliandi adiunctũ ex eadẽ
parte termino cõi reſtringit terminũ
cui adiungitur,ſed hęc dictio ſolus eſt
talis:ergo terminũ reſtringit cui adiũ-
gitur. Et dicendũ,ꝙ regula debet intel
ligi de adiectiuis ſpecialibus,vt ſunt al
bus niger,& cõſimilia,& non de adie-
ctiuis generalib.quia adiectiua genera F
lia non reſtringunt,eo, ꝙ reſtringens
debet eſſe minus commune, ſed ſolus
eſt adiungibile reb.oium generũ,& iõ
non põt reſtringere. Vel dicẽdum eſt,
ꝙ quędã ſunt adiectiua,quæ imponun
tur ab aliqua qualitate ſpeciali,vt alb.
ab albedine,niger a nigredine,& talia
reſtringũt,qa qualitates a quib.ſumũ-
tur ſunt ſpeciales. Alia uero ſũt adiecti
ua,q̃ imponuntur a ſubſtantia obliq;
ſumpta, ſolus .n. eſt non cum alio,vn
de in eo intelligitur ille ablatiuus alio
ſignificans ſubſtantiam diuerſam in
obliquitate, & talia non reſtringunt.

Item

A Sophiſma. Item poſito, quod ſolus Socr. ſciat hoc enũciabile, equum eſſe animal, & ipſe etiam cum Platone, & cum alijs multis ſciat alia multa enunciabilia, quæritur de hoc ſophiſmate. Solus Socra. ſcit aliquod nunciab le, quod non omnis alius a Platone ignorat, Probatio. Soc. ſcit aliquod enunciabile, quod alius à Plat. ignorat, ergo vel omnis alius. ſi omnis alius. ergo ſolus Socra. ſcit aliquod enunciabile quod omnis alius à Platone ignorat, quia ſcit equũ eſt animal, & hoc enunciabile, alius à Platone ignorat; ergo Soc. ſcit aliquod enunciabile quod ipſe ignorat, quod eſt falſum, ſi nõ omnis alius, ergo Soc. ſcit aliquod enunciabile, quod nõ omnis alius a Platone ignorat, & hæc eſt B prima. Cõtra alius à Socr. ſcit aliquod enunciabile, quod non omnis alius à Platone ignorat ſicut vnum dici cõiter ſcitis, non ergo ſolus Socr. ſcit &c.

Solutio prima eſt vera ſimpliciter, & iſtæ duæ. Alius à Socra. ſcit aliquod enunciabile, quod niſi omnis alius à Platone ignorat, & non ſilius à Socra. ſcit aliquod enunciabile, quod nõ omnis alius a Platone ignorat, contradicũt vno modo, & alio modo non, quoniam hoc quod dico, aliquod enunciabile ſupponit indefinite per implicationẽ ſequentem quæ poteſt reſtringere pro diuerſis, cõponatur in eo hoc relatiuũ diuerſitatis, ſ alius indefinite ſumptus. C Vnde in prima, hoc quòd dico, aliquo enunciabile, ſupponit ſolum pro hoc enunciabili, ſcilicet equũ eſſe animal, & hoc relatiuum alius pro Socr. ſolo, vnde concedo. quod ſolus Socr. ſcit aliquod enunciabile, & nullus alius a Socra. cum autem dixit in probatione. Alius à Socrate &c. tunc hoc quod dico, aliquo enunciabile, non ſupponit pro eodem enunciabili, ſed pro alio, vnde non contradicunt, ſi pro eodem ſupponerent tunc contradicerent.

De exceptiuis Dictionibus. D

DIco excluſiuis. ſequitur de exceptiuis, vt præterquam, & niſi. Et primo quid ſignificet dictio exceptiua. Secundo propter quid dicatur dictio exceptiua. Tertio quæ, & ſunt cauſæ, quæ exiguntur ad exceptionem. Quarto quam habitudinem, ſiue quam operationem denotet dictio exceptiua. Quinto cum excipiat ſemper partem multitudinis, à quam multitudine debeat excipere. Sextò vtrum propoſitio exceptiua ſit vniuerſali, vel ſingularis. Septimo quo modo ſub ea, ſiue quomodo ſit ſub ſyllogiſmo. Octauo, & vltimo quæritnr de cõſtructione ipſis.

De ſignificatione exceptiuis dictionis. Cap. I. E

CIrca primũ nota, quòd hæc dictio præter, non ſignificat exceptionẽ, ſicut quidam dicunt, neque vt conceptã, neq; vt exercitam. Quod probatur eiuſdẽ rationibus oſtendebatur prius quod hæc dictio ſolus nõ ſignificat, neque vt conceptam, neque vt exercitã.

Item oſtenditur per hoc quòd neutro modo ſignificat exceptionem hæc dictio præter, quia nulla propoſitio ſignificat affectum vel exercitũ, ſed tantum ſignificat habitudinem caſualem ad actum, ergo dictio preter, non ſignificat exceptionem, vt affectum vel vt exercitum. Et quod non ſignificat eam vt conceptam, patet ſicut prius de dictio F nibus excluſiuis, & ſic hæc dictio præter nullo modo ſignificat exceptionẽ. Quod concepimus, dicentes, quod hæc dictio pr ter, ſignificat inſtantiã in parte, ſiue totum eſt hoc, & ideo dicitur dictio Ca. 26. inſtantiua. Sed nunc obijcitur, quod cum & 27. inſtantem ſit propoſitio propoſitioni & ibi contraria, vt eſt in fine ſecundi. Prio- Doct. rum, hæc aũt eſt vlis aut particularis, ergo contingit inſtantiam fieri non ſolum in parte, ſed etiam in toto ergo, ſicut habemus dictionem inſtantiuam in parte, ſicut pter, ita debemus habere

A re dictionē inſtantiuam in toto. Quod concedimus dicentes, quod dictiones exceptiuæ, vt præter, & conſimiles ſeſunt in parte, dictiones vero exceptiuæ, vt tantum, ſolus, & conſimiles ſeſunt inſtantiam in toto, & quod iſte remouet partem a toto, vt omnis homo præter Socr. currit, illæ vero cōtra, io remouent totum a parte, vt tantū Soc. & nullus aliud homo, & ſic patet primum. Secundi vero patet ſolutio propter dicta, quia hęc dictio pręter, & cōſimiles dicuntur exceptiuæ, non ab acceptione ſignificata, vt obiectū eſt, ſed ab exceptione exercita, ſicut ſolus & tantum dicuntur excluſiue ab excluB ſione non ſignificata, ſed exercita.

Quæ, & quot nam ſint cauſæ ad exceptionem requiſitæ. Cap. II.

Circa tertiū quæritur, quæ, & quot ſunt cauſæ, quæ exiguntur ad exceptionē. Videtur quod ſint tria, quia nō pōt fieri except o niſi aliquid excipiaṫ ab aliquo, & reſpectu alicuius, vt cum omnis homo præter Socr. currit, Socr. eſt exceptus, & hæc diſtributio omnis homo eſt illud a quo excipitur, & iſte actus, qui eſt currere, eſt illud reſpectu cuius excipitur, ergo iſta tria neceſſaria ſunt ad exceptionem. Et dicendum quòd quinque exiguntur ad exceptionem. Vnum eſt excipiēs, & hæc eſt aniC ma, & alterum eſt inſtrumentum excipiendi, & hæc eſt dictio exceptiua, vt præter, & conſimiles, & etiā exigūtur illa tria, de quibus obijciēbatur, ſ. ꝙ excipitur, & a quo excipitur, & reſpectu cuius accipitur. Vnde prædicta tria, & de quibus obijciebatur exiguntur, ſed non ſufficiunt ad exceptionem, quare prædicta quinque concurrent ad hoc, quòd fiat excepio. Sed obijcitur, quod hæc dictio præter, non ſemper tenetur diminutiue, ſicut quidam dicunt, quia hæc eſt vera. Decem pręter vnum ſunt nouem, ſed ex denario non poteſt fieri nouenarius, niſi per diminutionē denarij numeri, ergo oportet, ꝙ hæc dictio præter, teneatur ibi diminutiue, & ſic hæc dictio æquiuocatur ad exceptionē

Quinq; ad exceptionē exigun tur.

& ad diminutionem. Sed contra. Omnis pars eſt ſemper in ſuo toto ſm habitudinem, per quā eſt pars, vt in actu eſt pars, & ſecundum actum eſt in ſuo toto, & ſi in habitu eſt pars, & ſcd̄um habitu eſt in toto, ergo pars, ſcd̄um ꝙ eſt pars, non poteſt eſſe extra ſuum totum, ergo, ſi ponatur extra totum, tūc non erit extra ſe ſm ſe, ſed reſpectu alicuius tertij, ſed ſicut vnitas eſt pars denarij, ita eſt pars decem, ergo vnū non poteſt excipi a decem, vt reſpectu alicuius tertij, ergo, cum dicitur decē præter vnum ſunt nouem, ibi eſt, quod excipitur, quia vnum, & à quo excipitur quia decem, & reſpectu cuius, quia reſpectu huius, ſ. eſſe nouem & etiā excipiens, quod excipit, quia intellectus, & inſtrumentum, per quod excipit, quia dictio exceptiua, ergo ibi ſunt prædictæ quinque cauſæ quæ ſufficiunt ad exceptionem, ergo tenetur ibi exceptiuæ, ergo ſemper tenetur exceptiuæ, quod concepimus.

D

E

Quam habitudinem dicat dictio exceptiua. Cap. III.

Circa quartum quæritur in hūc modum. Cum vbicūque eſt exceptio excipiatur aliquid ab aliquod. qđ fert, inſtantiam ſecundum partem ei a quo excipitur, neceſſe eſt, ergo ꝙ illud, qđ excipitur ſit pars eius à quo excipit, & etiam non ſit pars ſcd̄m actū in eo a quo excipitur. Sed, cū pars ſubiectiua, & pars in mō non ferant inſtantia contra ſuū totū, quia non ſunt actualiter in ſuo toto, ideo neutra harū partiū poteſt excipi a ſuo toto, ergo oportet, ꝙ dictio exceptiua dicat habitudinē partis actualis exiſtētis in ſuo toto ad ſuū totū, & ideo oēs iſtæ orationes ſūt incongruæ, homo, præter Socr. currit, Plato pręter Soc. currit, quia exceptiua nō eſt actualiter pars eius à quo fit exceptio, & ita dictio exceptiua non reperit habitudinem ad quam actualiter ordinatur.

F

Itē nulla pars eſt inſtātia contra ſuū totum, niſi per ſui negationem cōtradicat

A dicat ei, ſed pars ſubiectiua ꝑ ſui negationem non contradicit toti, quia Socr. nõ exiſtente ad huc homo eſt, & ſimiliter de parte in mõ, ergo relinquitur, qđ partes aliorum generũ oĩum contradicunt ſuo toti ꝑ negationem, ſed iſte sũt in ſuo toto actualiter, vt patet in toto ĩtegrali, & in toto in quãtitate, ergo hæc dictio pt̃, dicit habitudinẽ partis actualiter exiſtẽtis in ſuo toto ad ſuũ totum.

Itẽ, nulla pars fert inſtantiam ſuo toti, niſi ſequatur ad ipſum, ſed nulla pars ſequitur ſuũ totum niſi actualiter ſit in ipſo, ergo hæc dictio pter, dicit comparationem partis actualiter exiſtentis in toto ad ſuum totum, quod concedimus

B Ex his patent plures regulæ. Prima talis eſt. Oportet exceptũ ſm naturam actualiter contineri in eo, a quo fit exceptio, & remoueri ab ipſo reſpectu pdicat vel alicuius tertii, vt hic hĩs hõ pręter Soc. currit. Secũda regula talis eſt. quotieſcũque tot excipiuntur, quod ſupponũtur, locutio eſt impropria, & falſa, vt omnis hõ pter oẽm hominẽ curit. cum. n. exceptio non ſtet in rõne partis non reperit dictio exceptiua cõparationem quã exigit, & ſic ibi eſt improprietas, & cũ prędicatum ponatur quolibet, & remoueatur a quolibet, oportet ipſam eſſe falſã. Tertia regula talis eſt. Contra poſitionẽ totam falſam non eſt dare inſtãtiam, vt

Regulæ ad exceptionẽ neceſſariæ.

C omnis homo pter oẽm hoĩem eſt lapis, propoſitio aũt tota falſa eſt, quę eſt contraria verę, vt vult Ariſ. in 2. Prio. vt oĩs hõ eſt aſinus, hęc eſt contraria veræ, i. hẽt falſitatem ꝑ qualibet ſui parte, vnde tali non põt exceptio quia oporteret accipere quãlibet partem, & ſic omnia acciperentur quæcunq. ſuppoſita eſſent, quæ eſt contra ſecundam regulam.

Ca 26.

Sophiſ. Secũdum prędicta queritur de hoc ſophiſmatẽ omne animal, preter hominem, eſt irrationale, propoſitio hec eſt falſa, omne aĩal eſt irrationale, & nõ eſt ĩſtantia, niſi in hoĩem, ergo facta exceptione pro illo erit vera, ergo hec eſt vera, omne animal pteter hominem eſt irrationale. Contra. Oẽ aĩal preter hominẽ eſt irrationale, ergo omne animal preter hunc hominẽ eſt irrationale qđ fal ſum eſt. Solutio. prima eſt vera, & ꝓbatio bene tenet, ſed imꝓbatio peccat ſm figuram dictionis a ſimplici ad ꝑſonalem, quia iſte accuſatiuus, hominem, poſitus poſt dictionem exceptiuam, habet ſimplicem ſuppoſitionem, cum ſit terminus cõis, cum dicit, omne animal præter hominem eſt irationale, ſed cũ dicit, ergo animal prĕter hunc hominẽ eſt irrationale, ſed cũ dicit, ergo oẽ animal præter hunc hominem, iſte accuſatiuus, præter hunc hominem, habet perſonalem ſuppoſitionem, & ſic eſt in figura dictionis. Item eſt cõſequens ab inferiori ad ſuperius cum diſtributione, ſicut hic oĩs hõ, ergo oẽ aĩal, qa ĩ hac ꝓpoſitione o ẽ aĩal pter hominem eſt irrationale, iſta diſtributio, oẽ aĩal, cõprehẽdit in ſe omne aliud animal ab hoĩe. Sed cũ dr̃, omne aĩal præter hũc hoĩẽ, iſta diſtributio oẽ aĩal comprehẽdit in ſe omne aliud animal ab vno homine, & ita cõprehendit oĩa animalia, q̃ prius cõprehẽdebat, & ẽt oẽs homines alios ab iſto homine, & ſic argumentatur, ſicut hic, omne animal aliud ab homine, ergo omne aĩal aliud ab illo homine.

E

F Idem autem iudicium eſt, & de hoc ſophiſmate, omne animal præter ſanũ eſt ægrum. omnis quantitas præter continuam eſt diſcreta. omne corpus præter animatum, eſt inanimatum, omne præter verum eſt falſum.

A qua multitudine dictio exceptiua excipiat. Cap. IV.

C Irca quintum quæritur a qua multitudine dẽt excipere dictio exceptiua, quia non excipit indifferenter a quocunque multitudine. Nihil. n. eſt dictum, homines præter Socrat. currunt, ergo non excipit a multitudine, q̃ eſt in nomine pluralis numeri, & ẽt nihil eſt dictum, turba præter Socra. currit, ergo non excipit a multitudine collectiui. Et dicendum eſt, quod duplex eſt multitudo, quia quædam eſt multitudo, quæ eſt modus intelligendi, & hæc eſt in no

A Duplex eſt multitudo a qua excipiti edictio exceptiua.

mine pluralis numeri. Omnia.n.accidẽtia partium orationis ſunt modi intelligẽdi,& ab hac multitudine,q̃ eſt modis intelligẽdi,nõ excipit dictio exceptiua. Alia aũt eſt multitudo,q̃ non eſt mod⁹ intelligendi,ſed eſt multitudo rei,& iterum hæc eſt duplex, quia q̃dã eſt potentialis,& hæc eſt ĩ quolibet vl'i,qa quodlibet vl'e in potẽtia hẽt in ſe ſua indiuidua,& iterum ab iſta quæ ex multitudo potẽtialis,nõ excipit dictio exceptiua & iõ nihil eſt dictũ hõ p̃ter Socr.currit. Alia eſt multitudo rei, quæ eſt multitudo actualis, & hæc eſt in toto in quantitate,qñ vl'e q̃d ſumitur vl'iter continet ſub ſe plura indiuidua, vt oĩs hõ,vel nẽ aĩal. Talis aũt multitudo eſt in toto integrali,& ĩ aliis totis habentib.naturã horum. Et ab hic multitudines excipit dictio epceptiua,q̃ eſt multitudo actualis,quia hãc exigit. Quod ſic probatẽ per tres rõnes. Dictũ eſt.n.quod p̃dictis,q̃d dictio exceptiua ſp excipit partem actualiter exiſtentem in ſuo toto, ergo cum oporteat partem aliquam, vel aliquas relinqui in ipſo toto,quia non poſſũt tot excipit quot ſupponũtur, oportet tũc quod illa alia pars, vel illę aliæ partes actualiter ſint in ſuo toto, ergo dictio exceptiua ſemp excipit multitudine partiũ actualiter exiſtentiũ in ſuo toto,vel partes,in quas diuiditur totũ.

B

C Item omnes partes in quas diuiditur totum ita ſe habent ad totum, quod ſi vna eſt actualiter,& omnes aliæ,& ſi vna eſt potentialiter,& oẽs aliæ,vt patet inductione in toto vniuerſali,& in toto ĩtegrali,& quolibet alio toto,ſed dictio eſt ceptiua nata eſt excipere partes in quas diuiditur totum, ſed excipit partẽ actualiter exiſtẽtem in toto ergo oportet ibi aliam partem, vel alias partes actualiter exiſtere,ergo dictio exceptiua excipit multitudinem partium actualiter exiſtentium in ſuo toto.

Itẽ dictio exceptiua in actu excipit, ergo in actu inuenit,q̃d excipit a toto, ſed nõ inueniret,in actu niſi ĩ toto eſſet actualiter,ergo dictio exceptiua, quod excipiat actualiter eſt in toto, ſed nihil actualiter eſt in toto,niſi pars actualis, ergo dictio exceptiua ſp excipit partẽ actualiter exiſtẽtẽ toto,& idẽ eſt pri⁹. Quo autem dictio exceptiua excipiat a quolibet toto hñt ĩ ſe multitudinem actualẽ,patet ĩductiõe in quolibet toto, & primo patet in toto in quantitate,vt oĩs hõ p̃ter Socr. currit, hoc eſt toto in quantitate excipitur pars eius. Et ẽt in hoc ſophiſmate. Oĩs hõ p̃ter Soc.excipitur,poſito q̃d oẽs alii a Soc.excipiãtur reſpectu alicui⁹ p̃dicati,& Soc.nõ. Probatio prime,hec ẽ falſa.oĩs hõ excipit, & non eſt inſtãtia niſi in Soc.ergo facta exceptione pro illo erit vera,ergo hec eſt vera,oĩs hõ præter Soc.excipit. Contra. In hac ꝓpoſitione dictio exceptiua adiungitur Soc. ergo excipit ipſum reſpecta prædicati,ergo Soc.excipitur,ergo prima eſt falſa. Solutio prima eſt verã ſimpliciter,& improbatio peccat ſ.m quid,& ſimpliciter,quia excipere ab exceptiõe.nõ eſt excipere ſimpliciter,ſed ſ.m quid,ſicut priuari a priuatione non eſt priuari ſimpliciter, ſed ſ.m quid, immo potius eſt dare habitum,vt priuare ac cæcitate eſt dare viſum, ergo excipi ab exceptione nõ eſt excipi ſimpliciter ſed ſ.m quid. Etiã licet Socr. excipiatur ab hoc prædicato excipi,ſicut eſt in prima,no tñ excipitur,& iõ eſt ibi quid,& ſimpliciter,& ſic patet,ꝙ exceptio fit a toto in quantitate. Patet etiã quod fit a toto integrali,vt.tota domus præter parietẽ eſt alba,& totus Socr præter pedẽ poteſt cõtineri ab arca, poſito q̃d Soc. poſſit intrare arcam, ita quod arca non poſſit recipere pedem,cũ eo. Probatio primæ hæc eſt falſa,totus Socr.põt contineri ab arca, & nõ eſt inſtantia niſi de pede Socr. ergo facta exceptione ꝓ illo erit vera,ergo hæc eſt vera,totum ſocra.præter pedẽ contineri ab arca. Cõtra,per Socratis põt ab arca contineri, non ergo totus Socra. propter pedem poteſt cõtineri ab arca,ergo prima falſa. Solutio. Prima ẽ vera ſimpliciter,& improbatio peccat ſecundum accidẽs

B

F

quia

A quia duplici de cauſa pars accipiť a toto reſpectu ꝑdicati. Au qñ excipiť pars a toto reſpectu prędicati, eo quod pars ſm ſe non vere ſubiicitur ſuo prędicato ut hic, oē animal prater hoiem eſt irrationale, hō excipitur a ſuo toto, qđ nō uere ſubiicitur irrationali, hęc .n. eſt falſa, homo eſt irrationale aliqñ aūtē pars excipitur a ſuo toto eo, qđ quāuis recipiat ꝑdicatū ſm ſe non tñ recipit prout eſt in ſuo toto, & ſic pes bene pt locari ſm ſe in arca, ſed prout eſt unita ſuo toto, ſiue cū ſuo toto nō pt locari in arca. Vnde, cum dicit improbando, per Socr. ꝑt cōtineri ab arca, nō ergo totus Soc. ꝑter pedē poteſt cōtineri ab arca, peccat ſm accidens, quia pes poſſit contineri ab arca ſm ſe, nō tñ prout eſt in toto

B Sicut hic cognoſco Choriſcū, nō ergo ignoro venientē licet.n. Cognoſco Coriſ.cum ſm ſe ignoro tamen ipſum, vtē veniens, & ſic eſt ibi accidens. Itē quod a toto in loco partis pt fieri exceptio at pluit vbiq. prater quam hic. Et etiā a toto in tēpore ut currit ſemper ꝑter. quam heri, ſic patet, ꝙ dictio exceptiua excepit ſemper a toto habente in ſe multitudinem actualē. Patet ēt hic in toto numerali, pars ut decem prater vnū currunt, & etiam in hoc ſophiſmate. Decē

C prater quinque ſunt quinque, quod ſic probatur, hæc eſt falſa decem ſunt quinque & non eſt inſtantia niſi pro quinq. ergo facta exceptione pro quinque erit vera ergo hæc eſt vera decem ꝑter quinque ſunt quinque. Contra, decē prater quinque, ſunt quinque, ergo quinq. non ſunt quinq. quia prædicatum ſp remouetur ab exceptio. Solut. prima eſt ſimpliciter uera, & probatio ſm accidens, quia ſicut pars duob. modis cauſat falſitatem in oratione. Vno enim modo, qa prædicatum nō conuenit parti ſecūdū ſe, & ſic, hæc eſt falſa, oīs homo currit Soc. non currētr. Alio modo cauſat falſitatem pars in orationis, quia licet ꝑdicatum conueniat parti ſecundum ſe, homo tum cōuenit ei prout eſt in toto, & ſic hæc eſt falſa totus Soc. poteſt locari in arca, cum pars Soc. non poſſit eſſe in ea cum Socr. & ſic falſitas cauſatur per partem, & differentem ſiue hoc modo ſiue ille. Quare indifferēter cōtingit excipere partem a toto, aliquādo hoc modo, aliqñ alio mō & ſic cauſatur falſitas in oratione per partem, ita per eundem modū ſic exceptio circa partem. Dicendum eſt ergo breuiter ꝙ prima ſimpliciter eſt uera & improbatio peccat ſm accidēs, ꝙ eſſe quinq. prædicatur de quinque ſecūdum ſe, vt quinq. ſunt quinque ſed nō prædicať de quinq ſcđm ꝙ quinq. ſunt ſub forma totius, & ita peccat ſecūdum accidēs, ſicut patuit primo de hoc ſophiſmate. Totus Socr. præter pedem poteſt contineri ab arca. D

E Ad illud aūt quod obiicitur, quod ꝑdicatum ſp remouetur ab excepto. Dicendū, quod non eſt uerum, quia quando falſitas in oratione cauſatur per partem, eo quod prædicatum non cōuenit parti, tunc prædicatū remouetur ab excepto, ſed qñ cauſantur falſitas in oratione, eo quod licet prædicatum conueniat parti ſcđ m ſe, non tñ cōuenit ei ut eſt in ſuo toto, tunc non contingit prædicatum remoueri ab excepto, & ſic eſt in propoſito, unde non ſequitur. Decē prærer quinque ſunt quinque, ergo quinque non ſunt quinque.

Ad propoſitio exceptiua ſit vniuerſalis an ſingularis. Cap. V F

Circa textum ſic obiicitur. Propoſitio vniuerſalis eſt quę omni, aut nulli ineſſe ſignificat, ut eſt in primo priorum, ſed propoſitio exceptiua non ſignificat ineſſe, omni aut nulli, qa pōt in aliquo uel in aliquibꝰ, ergo propoſitio exceptiua nō eſt vniuerſalis. Itē ad idem ſolet dari talis regula. Dictio exceptiua vult inuenire diſtributionē mobilem, & reddere eam immobilem, ergo cum dicitur omnis homo pręter Socrates currit, hęc diſtributio, oīs homo ꝑter Socr. currit eſt immobilis, ergo non circunſtat in ratione uniuerſalis cum contingat fieri motum ſub qualibet vniuerſali, & patet quòd non eſt indefini-

A ta,neq; particularis ergo eſt ſingularis. Et dicendum quod propoſitio vniuerſalis eſt duplex, quia quædã eſt cõpleta, & alia incompleta. Completa eſt illa in qua ſubiectũ pro qualibet ſui parte recipit prædicatum, vt omnis homo albus currit. hic.n. homo albus, ſubiicitur curſus pro qualibet homine albo icõpleta eſt illa in qua ſubiectũ nõ pro qualibet ſui parte, ꝓ quibuſdã ſubiicitur prædicato, & ſic oĩs exceptiua eſt vniuerſalis, vt oĩs homo præter Socr. currit, primo aũt modo nulla exceptiua eſt vniuerſalis. Ad primum autem argumentum dicẽdum, ꝙ obiicitur de propoſitione vniuerſali completa, & perfecta. Secũdi ãt

Propoſitio uniuerſalis duplex.

B argumenti ſolutio patebit in.7.q.

Quomodo ſyllogiſmum recipiat exceptiua dictio Cap. VI.

Circa ſeptimum ſic obiicitur cũ ſic dicitur, omnis homo præter Socra. currit, ſed plato eſt homo, ergo Plato præter Socratem currit, nulla eſt talis illatio, neq. ſic poteſt fieri ſyllogiſmus, ergo non eſt ſyllogiſmus propoſitio exceptiua. Itẽ ad idẽ, Cũ omnis propoſitio exceptiua ſit immobilis ꝑ regulã præcedentẽ, ergo nõ dẽt fieri ſumptio ſub ea, ergo nõ eſt ſyllogiſmus. Et dicendũ qđ ꝓpoſitio exceptiua non eſt ſyllogiſm⁹ ſic omnis homo præter Socratẽ currit, Plato eſt homo, ergo non plato currit,

C quia iſta determinatio præter Socratẽ non debet ſumi ad medium, neq. in concluſione, eo qđ eſt determinatio ſubiecti i cõparatione ad prædicatũ, & nulla talis determinatio ſumitur ad medium neq; in cõcluſione, ſed ſolũ debet ſumi determinatio eius, quo eſt ſubiectũ, q̃a hæc eſt abſoluta, alia aũt eſt exceptiua. Diſpoſitio reſpectiua attingit totũ i. ꝓdicatũ eſt ſubiectũ & nõ dẽt fieri ſumptio ſub toto. i. ſub utroq; termino, ſed ſubiecto. Ad aliud aũt dicendũ ꝙ propoſitio exceptiua eſt mobilis q̃a eſt ſyllogiſm⁹ ſicut dictũ eſt aſſumẽdo oẽs partes alias ab exceptio vnde prædictã regulã dicimus eſſe falſam, uel ſolum eſſe intelligẽdã quantũ ab exceptionem, hoc eſt quo nulla pars poteſt aſſumi cũ excepto, vnde non ſequitur, omnis homo præter Socratẽ currit, ergo Plato præter Socratẽ currit ergo Virgilius præter Socratem currit, & ſic de aliis. Secundum prædicti quæritur de hoc ſophiſmate. Socrates bis vidit omnem hominẽ præter Platonem, poſito, quod Socra. uiderit una uice omnem hominem, & alia uice omnem hominem præter Platonem. Probatio primæ, hæc eſt falſa. Socrates bis uidit omnem hominem, & non eſt inſtãtia niſi in Platone, ergo facta exceptione pro, eſt uera, ergo hæc eſt uera, Socrates bis uidit omne hominem, præter platonem, ergo bis non uidit platonem, ergo vna uice. & alia uice non uidit Platonem, quod fallum eſt. Solutio. prima

D

eſt duplex, eo quod hæc dictio bis põt determinare hoc uerbum uidere, prout tranſit ſupra ſequentem accuſatiuum, cum ſua determinatione facta per exceptionem, & tunc eſt ſenſus. Socra. uidit omne hominem præter Platonẽ, & hoc bis, & tunc ſequitur quod nulla uice uidit Platonem, & ſic eſt falſa, & ſic hæc dictio præter, excipit ab hoc quod eſt uidere omnem hominem, & ſic prius aduenit hæc dictio præter in oratione. alio autem modo hæc dictio bis, poteſt determinare tantum hoc, quod eſt uidere omnem hominem, tunc hæc dictio præter, excipit ab eo quod ẽ bis videre omne hominem, & ſic eſt uera, quia nõ bis uidet Platonẽ. & ſic hæc dictio bis, primo intelligitur aduenire in oratione quã hæc dictio præter. Ex prædictis patet plures regulę quantum prima talis eſt. Cuilibet exceptiuæ ueræ ſua præiacẽt eſt falſa. Præiacẽs autem exceptiue eſt illa a qua remouet falſitas ꝑ dictionem exceptiuã, vnde hæc, omne animal eſt irrationale, eſt præiacens falſa huius exceptiuæ uerę omne animal preter hominem eſt irrationale Alia autem eſt regula talis. Si aliqua propoſitio eſt uera ſine exceptione erit falſa cum exceptione appoſita.

E

F

Item quęritur de hoc ſophiſmate.

Qui-

Quilibet viginti pręter decē ſunt decē, probatio, iſta viginti præter decem ſunt decem. illa viginti pręter decem ſunt de ſcem, & ſic de al is, ergo prima uera Cō tra prima eſt tota falſa, ergo non poteſt verificari per exceptionem. Per hanc regulam. Contra totā falſam non eſt dare inſtātiam. Solutio prima eſt ſimpl x falſa Probatio autem peccat ſecūdum accidens ſicut in hoc ſophiſma. Omne coloratum præter vnum currit. Probatio oē album pter vnum currit omne, nigrum præter vnum currit, omne medio colore coloratū præter vnum currit, poſito q̄ iſtæ tres ſunt veræ, ergo oē coloratū præter vnum currit. Contra. Prima tota eſt falſa, ergo non pōt verificari per dictionem exceptiuā. Patet autem antecedens probationis, cum quælibet præmiſſarum non habeat inſtantiam niſi in vno, & cōcluſio habeat inſtantiā in tribus, ſ in vno albo, & in vno nigro, & tetio quod eſt medio colore coloratum.

Sophiſma.

B

De conſtructione dictionis exceptiuæ
Cap. VII.

Circa octauum obiicitur, q̄ hæc dictio pręter, non conſtruatur cum accuſatiuo caſu, quia comparatio importata per hanc dictionem præter, eſt ipſius actus, vel reſpectus actus ergo determinat actū ſed actio hēt ſignificari per verbū, ergo hęc dictio præter, determinat verbū. Sed ſolum aduerbium determinat verbum, ex oppoſito diuiſe, ergo eſt aduerbium, ergo non eſt prepoſitio, neq. verbū cum ſint partes orationis diuerſe ab aduerbio, ergo non cōſtruitur cū accuſatiuo. Et dicēdū qđ preter, nō ē aduerbiū, ſed eſt prepoſitio. qa aduerbia determināt verbū rōne actus in ſe, vel rōne alicuius comparationis debita ipſi actui, cū aduerbiū ſit vi verbi adiectiui, ſed prepoſitiones non dicunt comparationē actus, imò dn̄t comparationē ſubſtātie obliq̄ue ſignificate ad actum, vel reſpectu actus, & ſic differūt prepoſitiones & aduerbia, vnde nō ſequitur qđ ſi dicat comparationem aliquam reſpectu actus, qđ ideo ſit aduerbiū, imo potius

C

ſequitur, quod non ſit aduerbium. D

Item cū dr̄, iſte currit ibi, hoc aduerbiū ibi, dicit determinationē, ſeu eadem determinatio ſignificatur in hāc oratione, iſte currit in illo loco, ergo iſta prepoſitio in, dicit eādē comparationē cum hoc aduerbio, ibi ergo eſt aduerbiū, cū dicat eādem cōparationem, & ſimiliter de aliis prepoſitionib. ut tranſiuit illac, .i. per illam partem, & mouetur ſurſū, i. ad locum ſuperiorē, currit velociter, i. cum velocitate, & factum eſt cælitus, i. a celo, & diuinitus, i. a Deo, ergo idem ſignificant iſte prepoſitiones cum aduerbiis, & ſimiliter de aliis prepoſitionib. E ergo prepoſitiones nō differunt ab aduerbiis, ergo hec dictio pter aduerbiū, ſed nullū aduerbiū conſtruitur cum accuſatiuo caſu, ergo non conſtruitur cum accuſatiuo. Et dicēdū, qđ hoc aduerbiū uelociter dicit velocitatem, vt determinationē actus, cū dico, currit velociter, dicit velocitatē, vt determinationē actus cū dico, currit uelociter, ſed ſi dicā currit cum velocitate, hec prepoſitio cum, nō dicit velocitatem in determinationē actus ſed dicit cōparationē unius ad alterum, ut uelocitatis ad actum. Sic hoc aduerbium ubi, dicit locū ut determinationē actus, ſed hec pṕoſitio in, nō dicit F locū, ut determinationē actus, ſed dicit cōparationē ipſius loci ad actum q̄ fit in eo, & ſic de aliis, unde prepoſitiones nō ſignificāt idem cum aduerbiis, unde hec prepoſitio pter, nō eſt aduerbiū, ſed prepoſitio. Itē hec dictio preter, remouet uerbum pſonale ad ex . pro, ſed uerbū alicuius pſone non remouetur niſi a nominatiuo, ergo hec dictio preter, conſtruitur cum noīatiuo. Et dicendum, qđ dupliciter remouetur uerbum perſonale ab aliquo caſuali, quia uno modo remouetur, eo qđ negatur compoſitio unius ad alterā, & ſic remouetur per verbum pſonale a nominatiuo, ut ego non curro, tu non curris, ille non diſputat, ſimiliter in impe ſonali. Alio aūt non remouetur uerbū pſonale ab aliquo caſuali pp hoc, qđ illud caſuale extrahit ab aliquo

A recipiente in ſe actum illum, & ſi ſemper remouetur actus ab excepto ꝑ hãc dictionem prẹter, ſed hoc eſt valde ex cõſequenter, quia primo hæc dictio præter, extrahit partem a toto, vt omnis homo præter Socratem currit, ſecundo, actus ponit in toto a quo fit exceptio, vt omnis homo prẹter Socr. currit tertio autem modo quia actus ponitur a toto, non reperiebat partem quæ prius erat remota a toto, reſpectu ipſius actus, iõ
B conſequebatur remotio actus a parte excepta, ſicut prius vidiſti pluuiam venientẽ, primo remouiſti librum a feneſtra, ſecundo cecidit pluuia ſuper feneſtram, tertio ſequitur quod non ſit recepta in libro, vel quod non cecidit, ſuper librum. Sciendum autem, quod quæcunque dicta ſunt de hac dictione prẹter, omnia debent intelligi de hac dictione præterquã, & de hac dictione niſi, ſcilicet quod eſt dictio exceptiua, excepto hoc qđ hęc dictio ꝑter excipit in accuſatiuo caſu ſemper, vt dictũ eſt, ſed præterquam, & niſi, excipiunt in eodem caſu in quo eſt totum a quo fit exceptio, vt nullus homo currit præterquam Socra. vel niſi So. nullus hominis miſereor
C ¶ præterquam Soc. vel niſi Soc. nulli homini loquor præterquam Socr. vel niſi Socra. nullum hominem video præterquam Soc. vel niſi Socr. De dictionibus exceptiuis hæc dicta ſufficiant.

De Dionibus conſecutiuis. Et primo de coniunctione Si.

DIcto de dictionib. exceptiui. Dicẽdum eſt de dedictiionibus conſecutiuis. Et primo de hac dictione ſi. De qua primo quæritur quid ſignificet. Secundo quot ſunt ſpecies conſecutionis ſiue conſecutiuæ. Tertio vtrum in conditionali contingit fieri deſcenſum ſub antecedente, vel ſub cõſequente. Quarto qualiter ſumatur contradictio conditionali propoſitionis. Quinto vtrum impoſſibile ãtecedat ad quodlibet, ſiue ex impoſſibili ſequatur quodlibet.

Quidnam & dictia Si, ſignificet. Cap. I. D

Subſtantia quatuor modis dr̃.

CIrca primũ ſic obicitur qđ hæc dictio ſi, non ſignificat ſubſtantiam, quia ſubſtantia dr̃ quatuor modis. Vno. n. mõ ſubſtantia dr̃ materia, vt materia Socr. vel ignis, vel aliorum elemẽtorũ. Alio autẽ modo ſubſtantia dr̃ forma, vt forma So. & aliarum rerum naturaliũ. Tertio modo ſubſtãtia dicitur compoſitum ex his ſ. ex materia & forma, vt So. & alia indiuidua. Quarto autem modo ſubſtantia dicitur eſſentia dicens quid, ſiue prædicabilis de plurib. in quid, vt homo eſt animal, & conſimilia. Sed hæc dictio ſi, nullo prædictorum modorum ſignificat ſubſtantiam, ergo hæc dictio ſi, nõ ſignificat ſubſtantiam, quod concedimus.

Item quidam dicunt qđ hæc dictio ſi ſignificat cauſalitatem. Alii vero dicunt anteceſſionẽ. Alii dicunt conſecutionẽ. Et videtur quod ſignificat cauſalitatẽ, quia dicitur coniunctio cauſalis, & non niſi a cõſignificatione cauſę, vel cauſalitatis, ergo hæc dictio ſi, ſignĩcat cauſalitatẽ. Itẽ vr̃ qđ magis ſignificat anteceſſionem q̃ cõſecutionem, qa magis ſe tenet cum antecedente, q̃ cũ cõſequente a parte rei, cuius ſignũ eſt, quia ſi, ſp adiungitur antecedenti, & nõ conſeqnẽti, vt aĩal eſt ſi hõ, ſed ſp anteceſſio eſt forma antecedenti, & cõſecutio conſequẽtis, ergo magis ſe tenet cum antecedẽte quã cum conſequẽte, ergo ſi hæc dictio ſi ſignificat alterũ iſtorum magis ſignificat anteceſſionẽ ꝙ conſecutionẽ. Item ad idem, cã dr̃ dupliciter, quia quæeam eſt cã, quæ eſt cã rei quoad eſſe, & hæc eſt cauſa eſſẽdi, vt corpus & aĩa ſunt cã hominis quoad eſſe, & lucens ſup terram eſt cauſa dici quo ad eſſe. Alia autẽ cã eſt quæ eſt cã conſequendi, & ſic in quolibet conditionali antecedens ẽ cã conſequentis, & non eſſendi, ſed conſequẽdi, & in quolibet argumento ꝑmiſſæ ſunt cã cõcluſionis, & ſic cauſa ẽ duplex, ſ. cauſa eſſendi, & cauſa conſequẽdi, ſep utraq. iſtorum modorum cã inq̃tum eſt cauſa eſt antecedens, & cauſarũ in qđ eſt cauſatũ ad cõſequens. Sed hęc

dictio

A diƈtio,ſi ſignat cãm,vel cãlitatẽ,ergo ſi gñat añcedẽtẽ,& tñ cõſecutionẽ. Itẽ ui det ꝙ ſignat cõſecutionẽ ꝑ definitionẽ datã a Pari.de cõiũƈtione. Cõiunƈtio ẽ pars orõnis ĩdeclinabilis cõiũƈtiua alia rũ partiũ orõnis vim,vel ordinẽ demõ ſtrãs.Et Pariſ.exponit ſic Vim ſignat il læ cõiunƈtiones, q̃ ſignãt res aliquas ſi mul eſſe,vt piꝰ,& fortis fuit Aeneas.Or dinẽ ſignat cõiunƈtio qñ ſignat cõſecu tionẽ aliquẽ rerũ,vt ſi ãbulat mouet,ĩđ hæc coniunƈtio ſi, & conſimiles ſignifi ficat ordinem,ergo ſignificat conſequẽ tias rerum,ſiue conſecutiones, ergo nõ B anteceſſionem. Et dicendum eſt, quod hæc diƈtio ſi,ſignificat cauſalitatẽ, ſiue anteceſſionẽ, & hoc non eſt ſignificare plura,ſed unum,quia unum in altero, ſi ue per alterum,quia per hoc quòd ſigni ficãt cauſalitatem ſignificant anteceſſio nem,quia ſicut in omni cauſa intelligiĩ antecedẽs natura,cũ omnis cauſa prior ſit natura ſuo effeƈtu, & ita in omni ca ſualitate intelligiĩ añceſſio. Vñ.hæc di ƈtio ſi, ſignificat cauſalitatem ſecundũ ꝙ in ea intelligiĩ añceſſio.Et ſic ſignifi cat cauſalitatem in anteceſſione, ſiue ꝑ anteceſſionẽ. Vnde non ſignificat duo, ſed vnum,quod cõcedimus. Argumẽta autem quibus oſtẽditur, quod ſignãt ca ſualitatem ſiue anteceſſionem, concedi C mus ſicut diƈtum ẽ,quod ſignificat vnũ in alterum,ſiue per alterũ. Ad argumen tum autem probans quod hæc diƈtio ſi, ſignificat conſecutionẽ, Dicendum qđ nõ ſignificat cõſecutiue ut diximus,ſed ad ãteceſſionẽ ſequitur cõſecutio.Et no ta quod vnũ ſequi ad alterum dicitur multipliciter,quia quædã ſequuntur eo qđ ſunt eſſẽtialiter ꝑdicabilia,vt defini tio genus,& differẽtia ad ſpeciem. Alia aũt ſequũtur ſcđm,quod ſunt partes ĩte grales,vt paries ad domũ,& certæ par tes eius.Aliæ ſequuntur quæ ſunt partes eſſentiales rei,quãuis nõ ſint partes in tegrales,vt corpus humanum, & aĩa in telleƈtiua ad hominem. Et dicũtur par tes integrales, quarum quælibet habẽt quantitatem.Et ideo corpus,& aĩa non

D ſunt partes integrales quia licet corpus habeant quantitatem, tamen anima nõ habẽt quantitatem,ſed ſunt partes eſſẽ tiales animalis viuẽtis,quia anima repe ritur in hominib. vt intelleƈtiua,in bru tis animalibus,vt ſenſitiua tantũ,& ter ræ naſcentibus,vt vegetatiuum tantum Alia conſequuntur,quã ſunt ſubieƈto, ꝓ pria accidentium,vel ecõuerſo,quia sũt propria accidẽtia ſubieƈtorum, & ſic ſe quitur linea ad reƈtum,vel curuũ, & ſit numerꝰ ad par,uel impar, & corpus ele mentarum ad colorem tãquam ad acci dentia propria, uel econuerſo reƈtum, curuũ ad lineã,& par uel impar ad nu merũ,& color ad corpus elementorũ ſi cut a accidẽtia ꝓpria ſubieƈta,ĩđ nullo E prædiƈtorũ modorũ cõſequentia ſeqtur ad anteceſſionem alia autem ſequuntur ad ſe inuicẽ relatiue ut pater, & filius, dominus,& ſeruus,& hoc modo cõſecu tio ſeqtur ad anteceſſione.ſicut.n. añce dens,& conſequẽs ſunt ad aliquid, ſimi liter anteceſſio,quod cõſecutio ad ſe in uicẽ dñr.vnde hæc diƈtio ſi, ſignat ſolũ ãteceſſionẽ, quia oĩs anteceſſio cõſecu tionis eſt ãteceſſio, iõ ad ſignificationẽ huius diƈtiõis ſi ſeqĩ cõſecutio relatiue

Cõſecu tio v. modis.

Quot ſint conſecutionis ſpecies. Cap. II.

CIrca ſcđm quæritur quot ſunt ſpecies cõſecutionis, quã cum vnum relati uum exigat ad cognitionẽ alteriꝰ,opor F tet cognoſcere cõſecutionẽ, & modos ſiue ſpẽs cõſecutiõis, ad hoc quod ante ceſſio cognoſcatur.Et dicendũ quod cõ ſecutionis duæ ſunt diuiſiones,ſ.excedẽ tes,& exceſſæ,vna quidẽ diuiſio eſt iſta. Conſecutionis alia eſt rerũ ſimul exiſtẽ tiũ,vt ſi hõ eſt,aĩal eſt,alia rerum exiſtẽ tium ſecundum prius,& poſterius,Nã a liqñ ſeqtur.quod eſt prius, aliqñ quod eſt poſterius.& quod prius dicitur, ali qñ,uel temporis vt ſi addiſcet ignorat, prius enim eſt ignorare, & poſt ſequi tur addiſcere, & ſequitur quod eſt po ſterius,& in eodem tempore,quia quañ do addiſcit ignorat, non enim addiſci mus niſi,quod ignoramus. Aliquando

CIrca ſm obijcitur,quia quod importatur p hanc condict onē,uel' reperitur i ente ut homo,uel aſin',& eti m non inente,ut chimera eſt,uel hircoceru',ergo ñ eſſens ſimpl citer, Itē ad idē.Quicq̄d eſt ſimplici er,aūt ſubā,aut quātitas,& ſic de alijs. Sed

A hæc coniunctio uel,non ſignificat ſub
ſtantiā,nec quātitatem,& ſic de alijs.
ergo ſignificatū eius, non eſt ens ſim-
pliciter,ſed ꝙ ammodo. Quod conce
dimus dicentes ,ꝙ ſignificet reſpectū
quendam repertum,tam in ente , quā
in non ente.

An res huius dictionis uel,ſit in genere relationis. Cap. III.

B

CIrca tertiū obijcit,qđ omnes rela
tiones ſunt in ad aliqđ ſiue prędi
camento relationis.Sđ hæc dictio uel,
non dicit rem abſolutā,ſed reſpectiuā,
qa nihil eſt dictum Socr currit,uel pp
hoc,qđ deficit alterum extremorū,er
go dicit relationem,ergo eſt i ad aliqđ
ſiue i prædicamēto relationis.Itē hæc
dictio uel,æqualiter ſe habet quantum
eſt de ſe ad utrunq; extremorū,ſecun
dum comparationem unius ad alterū,
ergo dicit relationem ſecundū ęquipa
rantiā ergo eſt i genere relationis.Sed
obijcitur i contrarium,quia nulla cō-
paratio,q̄ eſt ſecundum ſimul, aut ſe-
cundū prius,& poſterius eſt in aliquo
pdicamēto,ſed omnes res cuiuslibet
coniunctionis eſt comparatio,quæ ſe-
cundum ſimul, uel ſecundum prius ;
& poſterius,ergo nullua res alicuius
coniunctionis eſt in aliquo prædica-
mēto,& eſt ſyllogiſmus in ſecundo
C primæ,ergo ſignificatum huius dictio
nis uel,non eſt i aliquo genere. Quod
cōcedimus. Ad primum autem, quod
obijcit dicendum , quod comparatio
ſiue reſpectus eſt duplex,quia quædā
ſunt comparationes,quæ ſunt res ſim
pliciter exiſtens,ut pater,& filius du
plum,& dimidiū,& tales cōparatio
nes ſunt in prædicamēto relationis,eo
qđ ſūt relationis. Alia ſūt comparatio
nes,quæ nō ſunt ſimpliciter exiſtnes,
eo qđ ſunt tam exiſtentiū,quā nō exi
ſtentium,& homini cōparationes nō
ſunt in genere relationis,& tales ſunt
ſignificationes cōiunctionū diſiūctiua
rum.unde ſequit ꝙ quāuis hęc dictio
uel,dicat rē reſpectiuā , quod propter
hoc ſit in ad aliqđ,ſiue in genere rela-
tionis. Ad aliud ante dictum,ꝙ compara D
tio ſecundum æqualitatē eſt duplex,
quia quædam eſt,quæ eſt ab anima dū
anima apprehendit. ſignificat partiū
orationis , & talis cōparatio ſecundū
æqualitatem non eſt i ad aliqđ, quod
non eſt ens ſimpliciter,ſed quodāmo
do cum ipſorum ſignificatorum & cō
tingit ſignificare,tā ens,quā nō ens,er
go cōparationes ſignificatorū ipſorū
nō poſſunt eſſe ſimpliciter entia,ergo
non ſunt in genere relationis,& huius
comparationes ſignificat per coniun
ctionē diſiūctiuā. Alia eſt comparatio
ſecundum ęqualitatem, q̄ ſolū ſequitur
rem completam,& perfectum in eſſe,
ut amicus,uicinus, ſimilis,æqualis, &
huius comparatio ſecundum æqualita-
tē eſt per æquiparantiam,& eſt ſpecies E
relationis ,unde eſt in genere relatio-
nis,quia ſpecies eſt in genere.

De dictione Vel, ab alijs diſtinctione. Cap. IIII.

CIrca quartū obijcitur, quia,ſi iſtæ
coniunctiones uel,ue,aut,ne, an,
utrum nō ſuperfluunt,oportet eas dif-
ferre à ſeinuicem,aut ſi non differunt ,
oportet quod aliqua earum ſuperflu-
at. quod propter hoc quęritur,quali
ter iſtę coniunctiones ue,uel,aut diffe-
rant ab alijs coniunctionis diſiūctiuis.
Et dicēdū,quod illę coniunctionis ue,
uel, aut differunt ab alijs trib,ſ.an, ne, F
utrum, per hoc, quod illę tres poſſunt
eſſe medium, p quod unus actus tran-
ſit ſuper alium actum,ut ſcis an Socr.
currat,& ſcis,utrum Socr. currat. Sed
ue,uel,& aut,non poſſunt eſſe mediū,
quo vnus actus tranſeat ſuper alium
actum,nihil n. eſt dictū,ſcis, vel Socr.
currat,& ſcis,aut ſoc.currit,& ſcis ue
Socr.currit, vt actus ſciendi intelliga-
tur tranſire ſupra hoc,qđ dico So.cur
rere,ſicut ex alia parte bene dicebat,ut
ſcis Socr.currat.i tu ſcis Socr.currere.
vel non currere. Alia autem eſt differē
tia,qa illæ tres ſunt interrogatiuæ,ſed
ue,uel,& aut,nō ſūt interrogatiuę, im

mo

A mo tantum diſiunctiuæ. Item hæc cõiunctio vel, diſiungit res, quæ debent mouere ĩtellectũ ſpeculatiuũ, uel quãlibet aliam virtutem cognoſcitiuã, nõ motã ab effectu, vel appetitu, ſed put eſt cognoſcitiuam tantum, ſed hæc cõiunctio aut, diſiungit res motiuas practici intellectus, vel ipſius effectus, uel ẽt motiuas ipſius appetitus ſenſibilis.

Itẽ hæc dictio ue, differt ab his duobus, ſ. uel, & aut, quia hæc coniunctio ne, eſt diſiunctiua enclitica, illæ vero non, ſed tñ diſiunctiuæ ſunt Enclisis aũt eſt inclinatio. vnde encliticum eſt inclinatiuum, & ſic iſtæ tres differunt

B interſe & ab alijs trib. interrogatiuis.

Itẽ hæc dictio ne, differt ab alijs duabus an, & vtrum, ſ. quia ne, eſt interrogatiua enclitica, an uero, & utrum, nõ ſunt encliticæ. Enclisis autem in ſolis tribus coniunctionibus reperitur, quæ dicuntur encliticæ, ut que, ne, ue, quia attrahunt accẽtum præcedentis ſyllabæ, uel dictionis ad vltimã ſyllabam, ut puta ſi, ne, dixit ne, amatque, ideo ſequitur ſemper primam dictionem illius clauſulæ in quã ponuntur, & ideo ponuntur a Grammaticis ſubiectiue.

Ad tertiam diſiunctiuum per hanc diſiunctionem vel ſit de pluribus prædicabile. Capi V.

C Irca quintũ quæritur, quia terminus diſiunctiuus prędicatur de utraq; ſui parte, vt Soc. eſt Soc. uel Plato, vt Plato eſt Soc. vel Pla. ergo terminus diſiunctiuus eſt terminus cõis ad vtrumque diſiunctiuorũ, ergo prædicabilis de pluribus. Sed dr̃ in contrariũ, quia quicquid prædicatur de plurib. eſt genus, vel ſpecies, vel propriũ, uel dr̃ia, vel accidens, uel definitio, ſed terminus diſiunctiuus nullum illorũ eſt, quia oĩa iſta ſunt cõiter entia, terminus uero diſiũctiuus reperitur tam in ente, quam in non ente, ergo terminus diſiũctiuus nõ eſt prędicabilis de pluribus ſolu. Cõitas prędicationis eſt duobus modis, quia uno modo eſt, qñ res una participata a pluribus prędicatur de plurib. uel ſubſtantialiter, vel accidentaliter & tunc oportet, quòd ſit unum de quinq; prędicalib. uel definitio. Alio aũt mõ cõitas prędicationis eſt, quãdo non prędicatur res una, ſed prædicatur complexo plurium rerum differenter ponendo unã, & remouendo reliquam, & hoc modo terminus diſiunctiuus eſt, prædicabilis de pluribus, ut Soc uel Plato, & ſic de alijs, q̃a hæc dictio uel, de natura ſua indeterminatione ponit numerum diſiunctiuorũ, & remouet reliquũ reſpectu alicuius tertij, & ſic eſt diſiunctiua, ideo propriè ſumitur cum diſiunctiuè tenetur minus uero ꝓpriè qñ tenetur ſub diſiũctiuè & dicit ſub diſiũctiuè, teneri, q̃a vt: aq; pars diſiũctionis eſt vera. E

D

Item videtur, quòd terminus diſiũctiuus debeat eſſe aliquod de quinq; prędicabilibus, quia quicquid recipit ſupra ſe diſtributionẽ, eſt vnũ de quinque prædicabilibus. Sed terminus diſiũnctiuus recipit ſupra ſe diſtributionem, ergo terminus diſiunctiuus eſt vnum de quinque prędicabilibus maior patet, quia omnis. & nullus, & conſimilia ſignificant q̃m vniuerſaliter, ſed nihil ſumitur vniuerſaliter, niſi vniuerſale, ergo tñ ſũt diſpoſitiones vniuerſalis, ſed uñe diuiditur per quinque p̃dicabilia, ergo quicquid recipit ſupra ſe diſtributionem, &c. & hæc ſunt maior. minor uero patet, quia aliter non eſſet hæc vera, oẽ rõnale, vel irrationale eſt animal, & econuerſo. ſol. In termino diſiunctiuo duo ſunt, vnũ eſt ipſa diſiunctio, & aliud eſt ipſi termini, q̃ diſiungũtur. vñ terminus diſiũctus rõne diſiunctionis nunq̃ p̃t recipere diſtributionum, ſed rõne terminorum diſiunguntur, aliqñ poteſt, aliqñ non, quia, qñ termini diſiuncti ſunt ſingulares, non põt diſtributionem, nihil. n. eſt dictũ, oĩs Soc. uel oĩs Plato. Quãdo aũt termini, qui diſiunguntur ſũt uniuerſales, tunc terminus diſiũctus põt recipere diſtributionem, ut omnis hõ, uel aſinus, eſt homo. Sed tũc oratio eſt duplex, eo q̃d põt recipere diſtributionem ſupra ſe pro altera parte, tantum F

&

A & ſic eſt vera, omnis homo, vel aſinus eſt homo, & eſt ſenſus, omnis homo eſt homo, vel aſinus eſt homo, & ſic eſt propoſitio diſiunctiua. Alio autem modo poteſt recipere ſupra ſe diſtributionem pro vtraque parte ſimul, & ſic eſt falſa hæc, omnis homo, vel aſinus eſt hõ & eſt cã, & eſt ſenſus tam homo, quàm aſinus vniuerſaliter eſt homo. Tertio aũt modo totum diſiunctum poteſt recipere ſupra ſe diſtributionem, ſ. pro natura cõi vtriuſque diſiunctionis, & ſic hæc eſt vera omne rationale, vel irrationale, & ſic patet qualiter terminus diſiunctiu⁹, ſiue totum diſiunctum poteſt recipere ſupra

B ſe diſtributionem, & qualiter non patet etiam, quòd in ſyllogiſmo quem facit, maior eſt duplex, & minor.

Scdm prædicta quæritur de hoc ſophiſmate. Quicquid eſt, vel nõ eſt, eſt. Probatio. Hæc eſt vera, q̃cquid eſt, eſt. verũ põt diſtingui a quolibet alio vero, ergo, Contra Quicquid eſt, vel nõ eſt, eſt, ſed Cæſar eſt, vel nõ eſt, eſt. ſed Cæſar eſt, vel non eſt, ergo Cæſar eſt. Solutio. Prima eſt duplex, eo quòd poteſt eſſe diuerſa, & eſt sẽſus, quicquid eſt, eſt vel quicquid non eſt, eſt, & ſic eſt vera. quia pro altera parte, & ſic eſt

C diſiunctiua, vel põt eſſe cõpoſita, et eſt ſenſus quicquid eſt, nõ eſt, eſt, i. tã omne illud quod eſt, quàm omne illud, quod non eſt, eſt, & ſic eſt falſa, & hoc hõ eſt categorica. vñ eſt ibi ſophiſma cõpoſitionis, quia compoſita eſt falſa.

Item quæritur de hoc ſophiſmate. Omnis propoſitio, vel eius contradictoria eſt vera. Probatio. Hæc propoſitio Soc. currit, vel eius contradictoria eſt vera, iſta propoſitio, Socr. diſputat, vel eius contradictoria eſt vera, & ſic de alijs, ergo oĩs propoſitio, uel eius cõtradictoria eſt vera. Cõtra.

Not. de diſtributione, de qua ſupra latiuus, & per

Omnis propoſitio, vel eius cõtradictoria eſt vera, ſed non oĩs propoſitio eſt vera, ergo oĩs eius contradictoria eſt vera, quod falsũ eſt. Solutio. Prima duplex, eo quod diſtributio põt cadere ſupra propoſitionẽ ſũptã abſolutè, & ſic diſtribuit ipſum, pro qualibet propoſitione particulari, & ſic eſt diuiſa, & falſa, quia hæc eſt diſiũctiua, cuius vtraq; pars eſt falſa, vel diſtributio põt cadere ſupra propoſitionem, & nõ abſolutè ſumptam, ſed comparatum ad ſuã cõtradictoriã, & hoc modo adhuc eſt duplex, quia vno mõ iſte terminus diſiũctiuus, omnis propoſitio vel eius contradictoria, põt ſubijci prædicato pro vtraque parte vl'iter ſicut in his. Omne rõnale, vel irrationale eſt aĩal, & econuerſo. Omne par, vel impar eſt numerus, vel econuerſo. Omne rectũ, vel curuum eſt linea. vel econuerſo, et prima adhuc eſt falſa, quia hoc modo ſenſus eſt, omnis propoſitio, vel eius contradictoria eſt vera, i. omnes pro-

D A Pa. Per gulentem in ſummula, & alios Sũmiſtas.

E poſitiones, & earum contradictoriæ ſimul ſunt veræ, quod eſt impoſſibile. Alio aũt mõ iſte terminus diſiunctiuus, omnis propoſitio, vel eius contradictoria ſubijcitur huic prædicato, ſ. eſſe verum, non pro vtraq; parte diſiũctionis in ſimul, & vniuerſaliter, ſed pro vtraque parte indeterminate. ita quod aliq̃n ſit ueritas pro aliquib. ſingularib. vnius partis diſiunctionis, aliq̃n pro aliquib. partib alterius diſiunctionis, & ſic eſt vera, ſi ſint ſex propoſitiones, ſ. Deus eſt, hõ eſt lapis, Socr. eſt aſinus, & cum iſtis earũ cõtradictoriæ, tunc dicatur. Hæc propoſitio, De⁹ eſt, vel eius contradictoria eſt vera, &

F ſic de alijs tam affirmatiuis, quam negatiuis, vt quælibet illarũ ſex accipiatur tam affirmatiua, quàm negatiua in diſtinctione ad ſuam oppoſitam.

Aliquando eſt veritas ex una parte diſiunctionis, aliquãdo ex altera, & ſic probat, & ſic diſtribuitur propoſitio pro omni affirmatiua in diſiunctione ad ſuã negatiuã, & pro omni negatiua in diſiunctione ad ſuam affirmatiuã. vnde tres ſunt ſenſus in prædicta propoſitione, & ſecundũ primã eſt ibi ſophiſma diuiſionis, & tũc eſt diuiſa, & falſa. & tunc eſt propoſitio diſiunctiua, alijs duobus modis categorica, & prima earũ eſt falſa, ſecunda eſt vera.

De

A De coniunctione &.

IN præcedentibus dictum eſt de coniunctione disiunctiuis, & interrogatiuis. Nunc autem dicendum eſt de hac cōiunctione. Et circa quam primo quęritur quid ſignificet. Sc̄do vtrum res eius ſit ens ſimpliciter uel non. Tertio vtrum res eius ſit in genere, vel non. Quarto quæritur cuiuſmodi vnitas feratur per hanc coniunctionem copulatiuam, &. Quinto cum habet copulare diuerſa quæritur, quæ ſint iſta diuerſa. Sexto quæritur propter quid quando proponitur geminatur.

Quid ſignificet coniunctio &. Cap. I.

B CIrca primū quæritur quid ſignificet cōiunctio hæc Et, quia hęc cōiunctio, & dr̄ copulatiua ab actu copulādi, quē exercet & nulla dictio ſignāt actum quem exercet, ſicut nullū inſtrumentum ſignāt actum ſuū, ergo cum hæc cōiūctio, & exerceat copulationē vel actū copulādi, tunc hæc cōiunctio & non poteſt ſignificare copulationē.

Item ad idem hæc coniunctio & eſt pars orationis reperta ad copulandum cæteras partes orationis, quia dico, q̄d eſt partes orationis reperta ad copulādum alias partes. In hoc attribuo ei C duo vnum quod eſt pars orationis, aliud eſt quod ex natura ſua debet copulare cæteras partes, ſed ſua ſignificatio debetur ei per hoc, ꝙ eſt pars orationis, copulatio vero debetur ei ratione finis prædicti ad quē eſt, & propter quem inuenta eſt, qui. ſ. finis eſt copulata partes alias, ergo ſignatio huius dictio, & nō eſt copulatio, ergo ſignāt comparationem. quod concedimus. Ad aliud aūt quod quæritur dicendū q̄d hæc dictio & ſignificat comparationem quæ eſt ſm ſimul, ſiue ſimultatē, ad iſtam ſimultatem ſequitur copulatio, ſicut ad hoc quod dico, nō cū alio ſequitur excluſio, vnde cum dico Soc. & Plato ſunt albi, hæc coniunctio &, dicit ſimultatem, eorū in vnitatē in albedine, & ideo copulat iſtos reſpectu albedinis. Et nota quod ex cōiunctio, & nō dicit ſimul in tp̄e, quia ſi ſic hæc eſſet falſa. Adam, et Noe fuerunt homines, qui non fuerunt in eodem tempore, quia nec in tempore Adæ fuit Noe, nec in tempore Noe fuit Adam, ergo non dicit ſimul in tempore. D

Itē ad idē bene dicitur, currit, heri, & currit hodie, nunc vel modo, curretras, ſed curſ⁹ heſternus, & hodiernis, & craſtinus nō ſunt in eodem tp̄e, ergo hæc coniunctio, & non dicit ſimul in tempore. Quod concedimus dicentes, ꝙ hęc cōiunctio &, primo, & per ſe dicit ſimultatem plurium ſubiecti- E uorum in vno accidente de pari, quantum eſt de ſe, vel plurium accidentiū in vno ſubiecto. vt Socrates, & Plato ſunt albi, & Socrates ſedet, & diſputat.

Circa ſecundum circa tertium quæ- Cap. 2.
ritur, & ſoluatur ſicut prius de hac con- Cap. 3.
iunctione vel.

Quam vnitatem inferat hæc dictio &. Cap. IIII.

CIrca quartum vero obijcitur, q̄d omne totū hēt in ſe aliq̄ vnitatē, ſed oīs terminis copulatiuis, vt Soc & Plato eſt quodā totum, ergo habet in ſe aliquā vnitatē in primo primę. Sed dr̄ contrariū, ꝙ non eſt vnū genere, neque vnum ſpē, neq; vnū numero, vel definitione, neque vnum proprio, neque vnū accidente, ergo nō habet in ſe aliquam vnitatem. Omne autem præmiſſæ per ſe manifeſtæ ſunt, & ideo ſupponuntur. Et dicendum, quod vnū dicitur multipliciter, quia eſt quoddam vnum quod eſt ex materia, & forma, vt homo ex corpore humano, q̄d eſt eius materia, & ex anima intellectiua, quæ eius forma. Alio aūt modo eſt vnū cōtinuatione, vt linea, ſuperficies, tempus, & quolibet continuum. Tertio modo eſt vnum in ſitu, vel inſertione, vt in arbore, ex ramo vnius arboris, & ex trunco alterius arboris fit vnū p inſertionem. Alio autem mō eſt vnū con-

Vide multa. i. Phy. 1. com. 6. F

A cõiugatione ſicut ſunt duo corpora, q̃ coniunguntur inter quæ non eſt mediũ alterius naturæ, ſicut connectit digitus digito, qñ nihil eſt in medio. Aliter aũt eſt vnũ aggregatione, vt aceruus lapido. Alio autem modo eſt vnũ colla, vel colligatione, ſicut ex carne, & oſſa fit vnum per quoddam medium, quod non eſt omnino caro, neque omnino os, ſicut nerui & cartilagines.

Dico aũt, q͏̃ hæc coniunctio, & facit vnitatem aggregationis, & nõ aliã ex prædictis, vnde terminus copulatiuus eſt vnum aggregatione. Ad illud autẽ q͏̃ obijcit in contrarium diuidendo vnum per vnũ genere, per vnum ſpecie dicendum, quod vnum ibi non

B dicitur vnum quo ad omnes ſuas ſignificationes, ſed tñ quo ad illas ſm quas ſumuntur quatuor prædicata in Topicis, & annexa eorum. Quatuor aũt prædicata de quib. agitur in Topicis ſunt hæc, definitio, accidens, genus, propriũ. Annexa autem eorum ſunt alia prædicata reductiua ad hæc, vt idẽ ſpecie reducitur ad genus, & etiam differentia reducuntur ad genus. Comparationes vero ad accidens, vt melio, vtilior, fælicior, vtilior, & ſic de alijs reducuntur ad prædicata de accidente.

Idẽ aũt ſimpliciter, & diuerſum reducuntur ad prædicata in definitione.

Item nota, q͏̃ licet hæc coniũctio, &

C debeat copulare diuerſa, non tñ copulat quælibet diuerſa, quia non põt copulare adiectiuũ ſubſtantiuo, nec econuerſo, vt homo, & alb. currit, propter hoc, q͏̃ de ſe dicit aſſociationẽ aliquorũ de pari, vnde æqualiter reſpicit vtrũq; extremorũ, & iõ per ſe primo, vel copulat duas ſubſtãtias vni actui, vel duo accidentia vni ſubſtantiæ, vt So. & Plato ſunt albi, homo legit, & diſputat.

D ſubſtãtiuo, & e contrario patuit, ergo nõ copulat diuerſa quæ libet, propter hoc quæritur quaſi diuerſa dictum exigit hæc coniunctio &c. Et dicendum, quod ſicut iam patet ex prædictis, quod exigit diuerſitatẽ ſubiectiuorum de pari ſe habentium vel etiã actiuum, vel habitudinẽ, & vniuerſaliter debet copulare diuerſa de pari ſe habẽtia, vt Socrates & Plato albus, & niger, ab illo, & in illo & ſic de alijs habitudinis, & accidentibus, & ſubſtantijs. Sed tunc quæritur vtrum ſufficiat ei diuerſitas ſuppoſitorum cum vnitate ſignificationis, vt homo, & homo currit, & videtur q͏̃ ſic, quia oẽ plurale geminant ſuum ſingu-

E lare in terminis communibus, vbi non ponantur ſigna vniuerſalia, & affirmatiua, nam ois non geminat ſuum ſingulare, ſed bene dicitur homines ſunt, ergo bene dicitur homo, & homo ſunt ſimiliter, bene dicitur homines currunt, ergo bene dicitur homo, & homo currunt, & ſic de alijs.

Itẽ ad idem dicit Boethus in lib. ſuo de Trinitate, q͏̃ talia ſunt p̃dicata qualia ſubiecta, q͏̃ probat, quia cũ dicitur, hõ eſt iuſtus. Deus eſt iuſtus, hoc nomen iuſtus prædicat de homine iuſtitiã accidẽtalẽ, de Deo aũt prædicat diuinã eſſentiã. E conuerſo tñ poteſt dici q͏̃ talia ſũt ſubiecta qualia permiſerũt prædicata, ſed cũ dicitur homo, & hõ

F currunt prædicatã exigit q͏̃ ille terminus infinite ſumptus teneatur pro diuerſis, ſed ſi pro diuerſis teneatur, bene dicitur, ergo recte dicitur hõ, & homo currunt, quod concedimus. Sciendum quod conuenientius copulat diuerſa ſuppoſita, & diuerſa ſignificata de pari ſe habẽtia, vt hõ, & equus currũt, q̃ diuerſa ſuppoſita cum vnitate ſignificationis, vt homo, & homo currunt.

Quæ diuerſa copulet dictio copulatiua, &c. Cap. V.

Circa quintum quæritur, quia videtur iam ex p̃dictis, q͏̃ hæc coniunctio &c. nõ poſſit copulare q̃libet diuerſa, quia non poteſt copulare adiectiuũ

Cum dictio copulatiua, & præponitur, & cur geminetur. Cap. VI.

Circa ſextum quæritur, q̃ omnis copulatiua coniunctio, niſi ſit enclitica æqualiter ſe habet ad vtrunq; extremorum, ergo hæc coniunctio, & æ-

quia

A qualiter ſe habet ad vtrunq; extremorum,ſed qñ præponitur, vni magis ſe habet ad illud cui præponitur,quã ad aliud cui non præponitur, ergo nunq̃ debet præponi,ſed ſi non præponitur, non geminatur, ergo vnũ debet geminari. Et dicendum,ꝙ hæc coniũctio & æqualiter reſpicit vtrunq; extremorũ, & ideo qñ præponitur vni extremorũ, quia magis ſe habet ad illud cui ꝑponitur,propter hoc oportet, ꝙ præponatur alteri, vt æqualiter ſe habeat ad vtrunque extremorũ, & hæc eſt cauſa pp quam,qñ præponitur geminatur.

Sophiſ. Secũdum prædicta,quæritur de hoc ſophiſmate. omne nõ animal quod & B Soc. ſunt duo non eſt Socra. Probatio. Hoc non eſt animal,ꝙ & Socr. ſunt non eſt Socr. demonſtrato ligno,illud non animal,ꝙ & Soc.ſunt duo non eſt Socr. demõſtrato lapide,& ſic de alijs, ergo non eſt animal,quod & Soc.ſunt duo,non eſt Socrates. Contra. Omne non animal,quod & Soc. ſunt duo nõ eſt Socrates, ordo omne aliud, quam animal,quod & Socr.ſunt duo non eſt Socrates, & eſt locus à conuertibili, quia non animal, & aliud quã animal æquipollent,ſed Socrates aliud, quam animal quod,& Socrates ſunt duo,ergo Socrates nõ eſt Socrates,in quarto primæ. Solutio Prima ſimpliciter eſt vera,& probatio non valet, neque eſt C ſyllogiſmus quem facit, ſed eſt paralogiſmus,quia maior,& minor ſunt duplices. quia hæc propoſitio, quæ erat maior,ſcilicet omne aliud, quam aĩal, quod & Socr.ſunt duo non eſt Soc.eſt duplex eo quod hoc relatiuum, quod poteſt referre hunc terminum aliud, vel hunc terminum animal. Si autem referatur ad hunc terminum aliud, ſit maiore,eſt vera, & eſt ſenſus oẽ aliud ab animali quod, ſcilicet aliud ab animali, Socra.ſunt duo,non eſt Socra. & hoc eſt verum, quia nihil aliud ab animali,vt lapis,& lignum, & cætera inanimata omnia,quorum nullum eſt Socrates Si autem referatur ad illum terminum animal, ſic maior eſt falſa, & eſt ſenſus. Omne aliud, quam animal, D quod,ſcilicet animal,& Socr. ſint duo, non eſt Socr. hæc autem falſa eſt quia Socr. non facit numerum cum Socr. & alia animalia,& iſta, Socra. eſt aliud a quolibet animali faciẽti numerum cũ Soc. & ſic Soc. comprehẽdet in hac diſtributiõne, omne aliud,quam animal quod,ſcilicet animal &c. ſecundum,ꝙ hoc relatiuum,quod refert hũc terminum animal, vnde hoc modo maiori dicit,quòd Soc. non eſt Socr. e conuerſo,dicendum.n.eſt de minori. Et vt magis patet falſitas minoris in ſenſu ſecundo.ponatur quod Socr. ſit, & nullum aliud animal,niſi Plato, & vnius E equus, tunc nullum aliud animal eſt, quod faciat numerum cum Socr. niſi Plato, & ille equus, Socr aliud eſt ab illis duobus,& ſic hæc eſt falſa,oẽ quã illa duo animalia, quæ,ſ. animalia faciunt numerum cum Soc. non eſt Soc.

Sophiſ. Item quæritur de hoc ſophiſmate, omne enunciabile differt ab aliquo, & ſuum oppoſitum eſt componibile illi. Probatio. Hoc enunciabile Socr. eſſe differt ab aliquo,& ſuum oppoſitũ eſt componibile illi, quia differt ab hoc enũciabili equum currere,ſuum oppoſitum,ſ. Soc. non eſſe, eſt componibile illi, quia poteſt ſtare cũ eo ſimul enim F poſſunt eſſe vera hæc duo enunciabili, ſ. Soc. non eſſe,& equum currere,illud enunciabile,ſ. homine legere differt ab aliquo,& ſuum oppoſitum eſt componibile,illi,& ſic de alijs,ergo prima eſt vera. Contra hæc eſt quædam compoſita. cuius vtraque pars eſt falſa, ergo ipſa eſt. Solut. prima eſt falſa ſimpliciter,& probatio peccat ſecundum figuram dictionis a pluribus determinatis ad vnam huius termini aliquo. Et etiã eſt ibi accidens per quandam regulam in diſtributionibus habitam, quia quãuis hæc diſtributio, omne enunciabile ſm ſe conuertibiliter ſequatur ad ſuas partes ſingulares omnes, tamen ſecundum, ꝙ partes ſtant ſub hoc prædicato,quod eſt differre ab aliquo. Sic non ſequitur ad illas, ſed eſt ibi accidens.

De

A

De coniunctione Niſi.

LOquentes communiter ponunt, quod hæc dictio niſi, per ſe, & propriè tenetur conſecutiuè, & nõ exceptiue ſit, ideo circa hanc dictionem niſi, primò quæratur vtrum poſſit teneri exceptiuè, vel non; ſecundo quæratur, vtrum hæc dictio niſi, & hæc oratio ſi non æquipollent adinuicem, cum hæc dictio componitur ex ſi, & non, tertio quæritur quot ſunt genera dictionũ inſtantiuarum, & qualiter differũt in genere: Quarto quæritur quare potius ex hoc aduerbio negandi non per compoſitionem fit dictio inſtantiua, quæ eſt exce-

B ptiua, quam alia dictio inſtantiua alterius generis. Quinto quæritur, quare hæc dictio niſi ſecundum, quod hæc dictio conſecutiua vult ſemper adiungi verbo ſubiunctiui modi.

An dictio niſi, exceptiue tenentur nec ne. Cap. I.

CIrca primum obijcitur, quòd aliquã tenetur exceptiuè, quia inſtantiua aliqñ fit in toto, vt Socr. currit, nullus homo currit. Hæc.n. eſt inſtantia in toto contra partem. Aliqñ fit inſtantia in tempore, vt cum dr, omnis homo currit, Socr. non currit, vel quidam homo nõ currit, hic enim fertur inſtantia in parte contra totũ. Sed poſito, quod Soc. currat, & nihil aliud, tunc hæc eſt vera, nullus homo currit, niſi Socr. ſed non eſt ibi inſtantia extrahẽdo, vel remouendo partẽ à toto, niſi per dictio-

C nẽ exceptiuam, ergo hęc dictio niſi, in pdicta oratione tenetur exceptiue. Itẽ ad idem cum dr. Nullus homo currit niſi iſte aſinus hęc oratio eſt impropria, ſed ſi hæc dictio niſi, teneretur conſecutiue, eſſet propria, ſed eſſet falſa: ergo hæc dictio niſi, non tenetur ibi conſecutiue, ſed tenetur conſecutiue, vel exceptiue, ergo tenetur exceptiue.

Item ad idem conſequentia eſt duplex, quia quædam eſt cõſecutiua ſimpliciter, vt ſi hõ currit, animal currit. Alio autem eſt conſequentia, vt nunc, vt ſi veneris mecum ibo ad eccleſiam, D ſed ex nulla earum licet inferre conſequens, nec antecedens, quia ex prima conſequentia nõ ſequitur, ergo homo currit, quod eſt antecedens, nec ſequitur, ergo animal currit, quod eſt conſequens & ex ſecunda conſequẽtia, quę eſt conſequentia, vt nunc nõ ſequitur, ergo veneris mecum, quod eſt antecedens, nec ſequitur ibi, ad eccleſiam, quod eſt conſequens, ergo ex nulla earum ſequitur ad conſequẽs, nec antecedẽs. Sed cum dr, nullus homo currit niſi Socr ex hac bene ſequitur, ergo Socr. currit, ergo hæc dictio niſi, nõ tenetur ibi conſecutiue, & tenetur cõſecutiue, vel exceptiue ergo tenetur exceptiue, quod concedimus dicentes, quod aliqñ tenetur exceptiue, vt in prædictis orationibus, & conſimilibus, & non ſemper tenetur conſecutiue. E Sed contra. Hæc dictio niſi, componitur, & ſi nõ, ſed nec ſi nec non ſunt dictiones exceptiuæ, neque habent naturam exceptionis, ergo hæc dictio niſi, nõn habet naturam exceptionis, cum compoſitum non habeat naturam aliquam niſi à ſuis cõponentibus, ergo hæc dictio niſi, nõn tenetur exceptiue, ſed tenet exceptiue, vel conſecutiue, ſed tenetur conſecutiue.

Item ad idem. Oĩs dictio exceptiua dicit habitudinem partis ad totũ, ſed nulla coniũctio dicit habitudinem partis ad totũ, ergo nulla cõiunctio eſt dictio exceptiua in ſecũdo ſecundæ, ergo F hęc dictio niſi, nõ eſt dictio exceptiua ſed eſt exceptiua, vel executiua, ergo eſt cõſecutiua. Et dicẽdũ ſicut prędictũ eſt, quòd hæc dictio niſi aliqñ tenetur conſecutiue, aliqñ exceptiue, Ad illud autem, quod obijcitur in contrarium dicendum, quod ſicut obijcit, hæc dictio niſi, componitur ex ſi, & non, ſed hoc aduerbiũ non ſemper fert exceptionẽ ei cui adiũgitur, cum ſemper contradicat ei, & ſic eſt dictio inſtantiua, & fert inſtantiam, aliqñ in parte, aliqñ in toto, vt diximus prius, ſed per compoſitionem contrahitur ad inſtantiã, quæ eſt in parte, extrahẽdo partẽ à toto, & hoc ſuffi-

Niſi nõ qñq; exceptionẽ qñq; conſecutionem dicit.

A ſufficit ad dictionem exceptiuã, ut nullus hõ niſi Soc currit, & ideo hæc dictio niſi, aliquando tenetur exceptiue, aliquãdo conſecutiue, & ſic patet, quod q̃uis hoc aduerbium non ſit dictio exceptiua, hẽt tñ naturam inſtantiam, quæ .ſ. natura inſtantiua propter cõpoſitionem extrahit ad inſtantiam dictionũ exceptiuarũ uere in hac dictione niſi. Ad illud quod obijcitur in contrariũ dicendum, quod non ſyllogizat in ſecundo ſecũdę, ſed potius paralogizat, quia minor pdicti paralogiſmi eſt duplex, hæc, ſ. nulla cõiũctio dicit habitudinẽ partis, ad totum, quia quędam ſunt cõiunctiones quæ habent in ſe naturã duplicem, ſicut illæ dictiones quę ſunt cõpoſitæ ex cõiunctione, & alijs partib. orationis, vt hæc cõiunctio qua ppter, quę eſt compoſita ex hoc noie, qua, & ex hac præpoſitione propter, & ſic intellectus eius inſtruit ex intellectus illarum dictionum, hæc autem cõiũctio niſi, cõpoſita eſt vt dictum eſt, ex non, & ſi, vnde habet in ſe naturã inſtantiã, quæ eſt ſm partem, vt dictum fuit prius, & propter hoc dici habitudinẽ uel cõpoſitionem partis ad totum, & ſic habet in ſe naturam duplicem, ſ. naturam inſtantiuã ratione aduerbij ex quo componitur, & naturam aduerſatiuam ratione coniunctionis, unde dicitur coniunctio aduerſatiua.
B
C

De differentia niſi, a ſi non. Cap. II.

CIrca ſecũdum uero, ſicut patet ex prædictis, hæc dictio niſi, aliquãdo tenet exceptiue, aliquando conſecutiue, & ſecundum, quod teneẽ conſecutiue hæc dictio niſi, & hæc oratio ſi non æquipollent, ut non currit niſi moueatur. i. non currit ſi non mouetur. Secũdum autem, quòd hæc dictio niſi, tenetur exceptiue, tunc ſignificat aliud q̃ hæc oratio, ſi non, & ſignificat idem, cum tunc ſignificet habitudinem partis ad totum, ut non eſt, hic eſt ſicut eſt dictio excluſiua, ſignificat hoc, non cũ alio. Sic econuerſo dictio exceptiua ſignificat totum, non eſt hic.
D

Quod nam ſint inſtantiuarum dictionum genera. Cap. III.

CIrca tertium nota, quod tria ſunt genera dictionum inſtantiuarum, quia quædam ſunt excluſiuæ, & iſtæ inſtant excludendo, aliæ ſunt exceptiuæ, & iſtæ inſtant excipiendo, aliæ sũt contradictoriæ, & ſunt contradicentes, & per iſtas fit inſtantia contradicendo. Et nõ a quod in genere ſic differunt, quia excluſiuæ inſtant ſemper in toto remouendo ipſum a parte, vt ſolus Soc. exceptiuę non inſtant ſemper in parte extrahendo partem a toto, vt nullus homo niſi Socra. Contradictoriæ vero vel contradicentes inſtant differenter, aliquando in parte, aliquãdo in toto, remouendo aliquid a parte vel a toto, vt quidam homo currit, nullus homo currit, vel omnis homo currit, quidam homo non currit
E

Cur potius ex aduerbio negandi, non ſit dictio inſtantiua quàm, aliqua alia dictio. Cap. IIII.

CIrca quartũ obijcitur, quod cum hæc dictio niſi, intelligat in qualibet dictione inſtãtiua, vt in excluſiuis, & exceptiuis dictionibus, & in contradicentibus, & ita ſit principium oium earum, ergo ſicut p cõpoſitionẽ ex ea fit dictio exceptiua tunc ſic ex eadẽ habet fieri dictio inſtãtiua alterius generis vt exceptiua. Et dicendum, quod non eſt idem modus intelligẽdi hãc dictionem non, in qualibet dictione inſtantiua, unde non eſt vno modo principiũ omnium dictionum inſtantiuarum, quia dicitur, vna dictio eſt principium alterius, quia uno modo per impoſitionem ſ. alio autem modo per compoſitionem vnde dico quod in dictionibus excluſiuis per impoſitionem earum intelligitur negatio, quia tantum, & ſolus ex ſua impoſitione ſignificat non cum alio, & illæ dictiones
F

A nes exceptiuæ præter, præter quam, ſimiliter habent ex impoſitionem negationem de intellectu ſuo, ſed illæ dictiones cõtradicẽtes, nullus nihil, neuter, & ẽt hæc exceptiua, niſi per cõpoſitionem habent negationẽ de intellectu ſuo, & ſic patet, ꝙ nõ eſt idem modus in elligendi negationẽ i.r oib. dictionib. inſtatiuis. vnde nõ oportet ꝙ ſi in quibuſdam eſt per compoſitionẽ, qđ in alijs ſit ſiſr per compoſitionem.

Item quæritur, quare ex hoc aduerbio nõ, & ex hac coiunctione ſi, potius ſit dictio exceptiua ꝑ cõpoſitionẽ q̃ excluſiua, cũ hoc aduerbiũ non ſit inſtãtiuum, & inſtãtia reperiat tã in excluB ſiuis quam in exceptiuis, quãuis differenter. Et dicendũ, quod hoc abuerbiũ non negatiuũ eſt, quia negat, & per ordinem ipſius ad hanc coniunctionẽ, ſi intelligit adiectiuatio. Vnde in hac dictione, niſi, intelligitur negatio, & etiã aduerſatio; & per hoc eſt dictio exceptiua, quia aduerſat præcedenti in aliqua parte ipſius. Itẽ cum hæc dictio niſi ſit ſđ compoſita ex non, & ſi, & aliquando ſit exceptiuam vero aliquãdo vero conſecutiua, oportet, ergo, quod diuerſimode fiat compoſitio huius dictionis niſi, ex ſuis cõponentib. Quòd concedimus, dicentes, quod qñ hæc dictio niſi, eſt conſecutiua conſecutio ca C dit ſupra negationẽ, et cõſecutio eſt cõpletiua huius dictionis niſi, & tũc hęc dictio niſi, ſecundum Priſcianum continetur ſub coniunctione cõtinuatiua, & ſecundum Donatum ſub cauſali, non currit niſi moueatur, ideſt ſi non mouetur, non currit.

No. pulchrũ dictum.

Quando autem eſt exceptiua, tũc negatio cadit ſupra cõſecutionem, & ſic negatio tranſmutat compoſitionẽ in alterã ſpẽm, qa dictione exceptiua, & ſic ſecundũ diuerſos modos cõpoſitionis hæc dictio niſi, eſt alterius ſpeciei Si quæratur utrum inſtantia, ęqualiter reponatur in tribus prædictis generib. dictionum inſtantiuarum. Dicendũ ꝙ nõ, quia prius eſt inſtans in dictionib. inſtantiuis cõtradicẽtibus, quia ibi eſt maxime oppoſitio cum ibi ſit contra- D dictio, & per poſterius reperitur inſtãtia in dictionibus exceptiuis, & tamen plus eſt de inſtantia in his quam in excluſiuis quamuis exceptiuæ non immediate contradicat ſuo toti, tamen ſequitur, contradictio, vt omnis homo præter Socrat. currit, ex hoc ſequitur, quod Socrat. non currat & vlterius ſequitur, quòd aliquis homo non currat, quia Socrat. non currit, aliquis homo non currit. Et eſt locus a parte ſubiectiua, ſed in dictionibus excluſiuis illud quod excluditur non contradicit ei a quo fit excluſio, vt ſolus Socrat. E currit, ideſt Socra. & nullus alius a Socra. currit. Iſtæ enim duę, Socrates currit, & nullus alius a Socr. currit, & nõ contradicunt neque ex primo, neque ex conſequenti, & ideo minus deeſt de inſtantia in dictionibus excluſiuis, & plus in dictionibus exceptiuis, & maxime in contradictionibus.

Cur verbo ſubiunctiui modi ſemper adiungantur. Cap. V.

Circa quintum obijcitur ſic. Coniũctio nata eſt coniungere cæteras F partes orationis, ergo, tam nomina quam verba, & ſic de alijs partibus, & conſimilibus, & quodlibet terminos, & quoslibet numeros, & partes quaſcunque, & quælibet tempora, & quoslibet modos, & ſic de alijs partibus ſub his accidentibus, & ſub alijs, ergo hæc coniũctio niſi, ſecundum, quod eſt coniunctio conſecutiua determinatur tantum ad modum ſubiecti. Et dicendum, quòd hæc negatio quæ eſt in hac dictione niſi, non eſt negatio abſoluta ſed reſpectiua, ſecundum quòd hæc dictio niſi eſt dictio conſecutiua, & huius cauſa eſt; quia negatio, & conſecutio unita includitur in intellectu huius dictionis niſi, & qa intellectus eſt in conſecutione, ideo in conſecutione eſt negatio, quæ eſt vnita intellectu vno conſecutione ipſa vt diximus,

Negat verbum determinare habet Sophiſ.

A mus,& ideo,negatio nō eſt ibi abſolu-
ta,ſed reſpectiua.Vnde cū negatio dēat
determinare verbū,ideo negatio abſo-
luta determinauit uerbū abſolutū, &
negatio reſpectiua determinauit uerbū
reſpectiuū,& ideo qa inter oēs modos
uerborū ſolus modus ſubiunctiuus di
cit rem ſuā in reſpectu,ſiue in compara
tione ad aliud,ideo hæc dictio niſi,ſm
qđ eſt conſecutiua debet adiungi ver-
bo ſubiunctiui modi.Secundum prædi
cta quæritur de hoc ſophiſmate.Nihil
eſt verum niſi inſtanti,&c.

Probatio.Quicquid eſt verū,eſt verū
in hoc inſtāti,ergo nihil eſt uerū,niſi in
hoc inſtanti.Contra.Nihil eſt verū niſi
in hoc inſtanti,ergo te eſſe aſinū nō eſt
verū,niſi in hoc inſtanti,ergo te eſſe ve
rū,eſt verum,in hoc inſtanti,ergo tu es
B aſinus.Vel ſic poteſt probari,hęc eſt fal
ſa.Nihil uerū,& non eſt iſtans,niſi pro
vero in hoc inſtāti.ergo facta exceptio
ne pro illo eſt uera,ergo hæc eſt uera,
nihil eſt verum niſi in hoc inſtanti.So-
lut.Prima eſt duplex ,eo quod hæc di-
ctio niſi,poteſt tenere exceptiuè,uel cō
ſecutiuè,& utroq.modo eſt vera,ſuppo
ſito inſtanti cōiter ad ipſum inſtans, ſi
ue ad ipſum nunc,& ad tempus pręsēs.
Sed tñ diſtinguenda eſt prima, quia ali
ter, & aliter eſt reſpondēdum ad argu
menta probationis.Prius autem uiden
dum eſt,vtrunq; ſenſum primæ , ante-
quam reſpondeamus ad improbatio-
nem,vnde ſenſus primæ ſecundum, ꝙ
eſt exceptiua,eſt talis,nihil eſt uerum,
niſi in hoc inſtanti.id eſt,nihil eſt uerū
C præter uerum,quod eſt in hoc inſtanti,
& hæc hoc modo vera eſt ſumpto ve-
ro cōiter ad uerum,quod eſt in hoc in-
ſtanti,& ad verum, quod in tempore ,
ſicut inſtās ſumebatur cōiter ad inſtās,
& ad tempus.Si aūt teneatur conſecu-
tiue,prima,tunc eſt ſenſus, nihil eſt ue
rum ſi non eſt verum, niſi in hoc inſtā
ti,id eſt,nihil eſt uerum in hoc inſtan
ti,& iterum hoc modo prima eſt uera.
Habita ergo diſtinctio, reſpondeo ad
probationem,dicendum quod ſi prima
eſt exceptiua, ſic primum argumētum
alio

probationis non tenet, hęc.ſ nihil eſt D
verū,niſi in hoc inſtati,ergo te eſſe aſi
num non eſt verum, niſi in hoc inſtan
ti,quia eſt ibi ſophiſma accidētis ſicut
hic nullus homo pter Soc.currit,ergo
Plato,præter Soc.non currit, quia hoc
modo prima eſt categorica, & hæc di-
ſtributio nihil cōprehendit ſub ſe tam
vera,quam falſa,tam cōplexa q̄ incom
plexa unde uerū in hoc inſtāti excipi-
tur ab illa diſtributione ſic ſumpta.Vn
de uerū in hoc inſtāti eſt,pars illius di-
ſtributionis,ſed nō eſt pars huius , qđ
dico,te eſſe aſinū,qa Soc.erat pars hu⁹
diſtributionis.Null⁹ hō,ſu nō eras pars
Platonis. Si aūt prima teneatur cōſecu
tiuè,tunc primū argm̄ probationis be-
ne tenet,hæc ſcilicet nihil eſt uerū, ni- E
ſi ſit uerum in hoc inſtanti ergo te eſſe
aſinū non eſt verum,niſi in hoc inſtan-
ti,quia ſenſus eſt,nihil eſt,uerum ſi nō
eſt verum in hoc inſtanti , ergo te eſſe
aſinum non eſt verū, ſi non eſt uerū in
hoc inſtāti.Sed illud argumentum,qđ
ſequitur non tenet, hæc, ſ.te eſſe aſinū Ex cōdi
eſt uerū niſi in hoc inſtanti, ergo te eſ- tionali,
ſe aſinum eſt verū,quia ſenſus eſt,te eſ- nec anſ,
ſe aſinum non eſt uerum,ſi non eſt ue- nec cōſe
rum in hoc inſtanti , ergo te eſſe aſinū quēs in
eſt verum in hoc inſtāti, quia ſic nulla tertur.
eſt ibi apparentia,& argumentū eſt pe
nitus diſperatū,uel eſt quòd & ſimpli-
citer,propter hoc quòd ex nulla condi
tionali,licet inferre antecedens, vel cō
ſequens,vt ſi homo currit,animal cur-
rit,ex hoc nō ſequitur, ergo homo cur F
rit,vel animal currit.Similiter non ſe-
quitur,te eſſe aſinum non eſt verum, ſi
non eſt verum in hoc inſtāti,ergo te eſ
ſe aſinum eſt uerum in hoc inſtanti,qa
ponit ibi antecedens,& ſic eſt ibi qd.
ſimpliciter. Poteſt tñ dici , quòd nulla
eſt ibi apparentia, quia ex negato ante
cedente,& ex negato cōſequente infert
antecedēs affirmatū,vt ſi non eſt aīal ,
non eſt homo,ergo eſt animal.in argu
mento autem nulla eſt apparētia, vt di
cimus,aut ſi eſt aliqua apparētia eſt ſe
cundum quid,ꝙ ſimpliciter . Item q̄rit
de hoc ſophiſmate,null⁹ hō legit Pari

A ſijs niſi ipſe ſit aſinus. Probatio hęc eſt falſa, aliquis homo legit Pariſijs niſi ipſe ſit aſinus, ergo ſua cõtradictoria eſt vera, hæc, ſ. non aliquis homo legit Pariſijs niſi ipſe ſit aſinus, ſed non aliquis, & nullus æquipollent, ergo prima eſt vera. Contra, nullus legit Pariſijs niſi ipſe ſit aſinus, ergo deſtructione conſequentis, ſi aliquis homo legit Pariſ. ipſe eſt aſinus, quod falſum eſt, ergo prima eſt falſa, Solut. prima eſt, falſa ſimpliciter, & hoc eſt duplex, nõ aliquis homo legit Pariſijs niſi ipſe ſit aſinus, eo quòd negatio põt determinare verbum conſequentis ſecundum ſe, & abſolutè, quod eſt legit, & ſic eſt falſa, & ſit æquipollet primæ quia hoc
B modo non aliquis, & nullus æquipollent; & ſecundum hunc ſenſum iſta ꝑpoſitio, non aliquis homo legit Pariſijs &c. non cõtradicit huic, aliquis hõ legit Pariſijs &c. utraque, n. eſt falſa, uel negatio poteſt determinare uerbũ cõſequentis, quod eſt legit, non ſecundum ſe, & abſolutè in comparatione antecedens, & ſic eſt uera, & contradicit huic, aliquis homo &c. ſed hoc modo non ęquipollet primæ.

Sophiſ. Item quęritur de hoc ſophiſmate, nullus homo moritur, niſi vnus ſolus homo moriatur. Probatio, hæc eſt falſa, aliquis homo moritur, niſi vnus ſo-
C lus homo moriatur, ergo ſua contradictoria eſt vera, ſcilicet non aliquis homo moritur &c. Sed nõ aliquis, & nullus æquipollent, ergo prima uera. Cõtra antecedens eſt poſſibile, & conſequens impoſſibile, ergo conditionalis eſt falſa. Quod aũt antecedens ſit poſſibile patet per hoc, quod habet duas cauſas ueritatis, vel plures: quia unum ſolum hominem mori eſt uerum, ſi duo moriantur, & ſi plures moriãtur, quam duo, uel etiam, ſi omnes moriãtur, ſed ſemper conſequens eſt falſum ſcilicet nullus homo moritur. Solutio eſt, eadem, quæ hic in præcedenti ſophiſmate.

De coniunctione Quin. D

NVmerus coniunctiuorum in ſpecies ſecundum Donatum eſt quinarius, ſm Priſcianum uero multo plures ſunt ſpecies coniunctionum, inter quas numerãtur omnes cauſalium tã a Priſciano quam a Donato, & ſpecies rationalium quas Priſcianus appellat collectiuas ſiue rationales. Sed ſecundum Donatum hæc coniunctio quin, continetur ſub cauſalibus, ſecundum Priſcianum uero continetur ſub collectiuis, uel rationalib. hanc aũt diuerſitatem omittimus ad præſens, cum pertineat ad Grammaticum. Vnde primo
intendimus quærere circa hanc coniũctionem, quin, vtrum ſignificet conſecutiuam. E
Secundo autem habito φ ſignificet conſecutiuam, quæritur vtrũ ſignificet conſecutiuã aliq, ad conſecutiuam cõiter ad omnes conſecutiuas. Tertio autem quæritur vtrum hæc dictio quin, & ſit compoſita ex his dictionibus quod, & non. Quarto autem quæritur vtrum æquipolleat eis ſine conuertatur cum eis. Quinto autem quæritur quare hęc dictio, quin, coniũgitur ſemper verbo ſubiunctiui modi.

An dictio quin, conſecutiuam ſignificet. Cap. I.

CIrca primum obijcitur, quia ut dicit Priſcianus, Omnis coniunctio ſignificat uim, uel ordinem, & coniunctiones ſignificant uim quando res aliquas ſignificant ſimul eſſe, ut prius, & fortis fuit Aeneas. Ordinem autem ſignificant coniunctiones quando cõſequentiam aliquarum rerũ demõſtrãt, vt ſi ambulat, mouetur. Sed hæc dictio quin, non ſignificat res aliquas ſimul eſſe, ergo ſignificat conſecutiuam aliquarum rerum, ergo hæc coniunctio quin, ſignificat conſecutiuam. Item ad idem, hæc eſt uera. Non eſt homo quin ſit animal, & in hac oratione ſignificatur, quod non poteſt eſſe

A eſſe homo, ita quod non ſit animal, ergo ſignificatur quod homo non pt eſſe ſine animali, ſed ſi homo nō poteſt eſſe ſine animali, tunc animal de neceſſitate ſequitur ad hominē, ergo ſignificatur ibi quòd animal de neceſſitate ſequitur ad hominem. Sed hæc coniunctio nō poteſt ſignificare niſi ſit dictio cōſecutiua & ſignificat conſecutiuā, ergo hæc dictio, quin, ſignificat cōſecutiuā. Itē ad idem dicit Priſ. quod collectiuę coniunctiones ſiue rationales ſunt q per illationem colligunt ſupradicta, & exēplificat de iſtis, ſicut in quin, & ergo, igit de pluribus alijs, ergo hæc cōiūctio quin,

B eſt coniūctio illatiua, ſed in omni illatione intelligitur conſecutiua, ergo in hac coniūctione, quin intelligitur cōſecutiua. Sed obijcitur in contrariū, cōiter recipiuntur iſtæ propoſitiones, iſtæ nō audit lectiones quin dormiat, ille non comedit quin bibat, conſimiles, ſed ex eis vnum de neceſſitate non ſequitur ad alterum, ergo hæc dictio quin ſignificat conſecutionem illationis.

Et dicēdum, quod hæc dictio quin, dicit cōſecutionem illationis, vnde hęc dictio eſt cōſecutiua ſiue illatiua, & cōcedimus oēs argumentationes ad hæc.

C Ad illud aūt quod obijcit in contrariū quod cōiter dr̄ eſſe vera hæc, ille nō audit lectiones quin dormiat, & conſimilis, dicendum, quod duplex eſt conſecutiua. Vna eſt conſecutiua ſimplex, vt ſi homo eſt, aīal eſt. Alia aūt eſt conſecutiua vt nunc, ſi veneris ad me ibo tecū, & hoc ſecūdo modo non oportet quod vnū de neceſſitate ſequatur ad alterū.

Item uidetur quod non ſignificet cōſecutionē, quia eſt collectiua ſiue rationalis ſecundum Priſcia. ergo ſignificat illationem, ergo non ſignificat conſecutionem. Et dicendum, quod omne illatum inquantum illatum ſequitur, & omne inferens antecedit. Vnde in omni illatione intelligitur conſecutio, & anteceſſio, & ideo hęc dictio quin, ſignificat conſecutionem per illationem ſiue in illationem, & ita ſignificat vnū per alterum, ſiue in altero, ideo hoc non eſt ſignificare plura, ſed vnum. D

Itē cum hæc dictio quin, ſit illatiua, in omni illatione per prius intelligitur anteceſſio, quam cōſecutio, quia inferēs cauſat ex ſe illationem, & non econuerſo, ergo hæc dictio quin, per prius ſignificat anteceſſionem quā conſecutionē. Et dicendū, quod hæc dictio quin, per prius ſignificat conſecutionem, anteceſſionem autem non ſignificat niſi ex conſequenti propter hoc, quod conſecutio non poteſt eſſe ſine anteceſſionem. Ad illud autem quod obijcit, quod in illatione per prius eſt anteceſſio, & per poſterius conſecutio, dicendum quod verum eſt tamen dictiones E illatiuæ magis ſe habent ad conſecutionem quam ad anteceſſionem, eo quod illatio reſpicit conſecutionem, vt obiectū, ſiue vt terminum ad quem, & reſpicit præmiſſas, ut ex quibus eſt, ſiue ut terminum à quo, & quia motus magis habet ratione, & ſpeciem à termino ad quem eſt, quā à termino à quo eſt, ideo illatio eſſentialius cōparatur ad illud quod infertur ſiue ad ipſam concluſionem quam eſt illud quod infert ſiue ad ipſas p̄miſſas propter hoc quod cōcluſio eſt, ut complementum ſiue perfectiuū illationis, & propter hoc dictio quin, cum ſit illatiua magis ſe habet ad conſecutionem, quam ad anteceſſionē.

Præmiſſæ ſunt cauſa efficiens materialis concluſ.

Et nota, quod p̄miſſæ quo ad cognitionem ſuā ſunt cauſa efficiens cognitionis ipſius concluſionis, ſed ipſæ præmiſſæ quo ad ſuam ſubſtātiā, ſunt uno modo materialis cauſa ſubſtātiæ cōcluſionis, & alio modo quo ad ſubſtantiā ſuam cā efficiens ſubæ cōcluſionis, qa eadem præmiſſæ quo ad extremitates ſuas sūt materia ſubſtātiæ cōcluſionis. F

Deciditur enim maior extremitas à præmiſſis, & etiam minor, ut eis fiat concluſio, tanquam ex materia ſua, ſed præmiſſe quo ad medium ordinatū inter vtranque extremitatem ſecundum ſuā ſubſtantiā, ſunt cauſa efficiens ſubſtantiæ cōcluſionis, & p̄pter hoc quod mediū eſt tota virtus præmiſſarū, propter quā virtutem educitur ſubſtantia

A conclusionis à non eſſe in eſſe & ſic patet quod præmiſſæ ſunt uno modo materia concluſionis, & duobus modis ſunt cauſa efficiens. Nota etiam quod in ſyllogiſmis diſperatis, vt omnis homo eſt lapis, & omnis capra eſt homo. ergo omnis capra eſt lapis, & vniuerſaliter in quolibet ſyllogiſmo ex falſis, præmiſſe non ſunt cauſa efficiens quo ad cognitionem, ſed ſunt cauſa quo ad ſubſtantiam, & etiam cauſa materiali, vt dictum eſt.

De iſtis uide in 2. Elen. & Th. i fallacijs

Quam conſecutiuam Quin, ſignificat. Cap. II.

Circa ſecundum obijcitur, quod cũ B hæc dictio quin, dicat comparationem vnius ad alteram, ſed in comparatione vnius ad alteram eſt conſecutio ſimplex tantum, & non compoſita, ergo hæc dictio quin ſolum dicit conſecutiuam ſimplicem, ſiue conſecutiuam ſimpliciter, & non compoſitam. Quod concedimus dicentes quod conſecutio eſt cõſecutiuis, alia eſt ſimplex, vt ſi homo eſt, animal eſt, ſicut dictum fuit in fallacia conſequentis, alia vero eſt compoſita ſiue plures, vt illa quæ ſunt ſecundum oppoſitiones, ſicut illa quæ eſt in illo ſunt e contrario. Vnde dicimus quod hæc dictio quin, non ſignificat communiter conſecutiuam ad conſecutiuam ſimplicem, & ad C compoſitam, ſe tantum ſignificat illa quæ eſt ſimplex.

Huius autem quæ eſt ſimplex, alia eſt conſecutiua, ſiue conſecutio ſimplex, vt dictum fuit prius, alia vera vt nunc. vnde hæc dictio quin, non ſignificat conſecutiuam communiter ad omnes conſecutiua: ſed tantum ſignicat, conſecutiuam ſimplicem, & ideo aliquando. vt nunc.

D

An hæc dictio Quin, ex quod, & non, compoſita ſit. Cap. III.

Circa tertiũ obijcitur, quod ſi hæc dictio quin, eſt compoſita ex hac dictione ꝙ, & ex hoc aduerbio non, ergo eſt compoſita ex nomine, & aduerbio ergo debet eſſe nomen, vel aduerbium cum omnis dictio retineat ſignificationis ex ſuis componẽtibus. Et dicendũ ꝙ hæc dictio quin eſt ſimplex, ſicut ego credo, habẽs de intellectu ſuo conſecutionẽ cum negatione, ex natura ſuæ impoſitionis, ſed qa dicitur cõmuniter quòd eſt compoſita ex hac dictione quod, & ex aduerbio non ideo E ſuſtinendo poſitionem illorum reſpondendum eſt aliter. Vnde dicendum ꝙ hæc dictio quin, eſt coniũctio, & eſt cõpoſita ex hoc nomine infinito quod, et ex hoc aduerbio non, quia coniũctiones cõpoſitæ diuerſas habent compoſitiones. Quædam enim componuntur ex alijs coniunctionibus, vt, atque, ſiquidem, & conſimiles. Aliæ vero componuntur ex ꝓnominibus, vt ideo, aliæ vero ex nomine, & ꝑpoſitione, vt quapropter, aliæ vero ex pluribus nominibus cũm vna præpoſitione, vt quamobrem, aliæ vero ex verbis vt videlicet, ſi, licet, aliæ autem ex aduerbio electiuo, vt quanquam, aliæ vero ex aduerbio, & verbo, vt quamuis. Hoc etiã uidetur per Priſcianum, qui in maiori volumine in tractatu de cõiunctione, determinãdo de ſpecie cõiunctionis ſiue poteſtate dicit. Inueniuntur nomina, vel pronomina, vel præpoſitiones, vel aduerbia, quæ loco cauſalium accipiuntur coniunctionum. Ad illud autẽ quod obijcitur quòd dictio compoſita trahit ſignificationem à ſuis componẽtibus, ergo, quin, eſt nomen, vel aduerbium. Dicendum, quòd non ſequitur, quod propter hoc ſit nomen, vel aduerbium. quod dictio compoſita multipliciter trahit ſignificationem a ſuis componẽtibus. quia aliquando ex partialibus intellectibus componentiũ ſit vnus

Coniũctionũ varia cõpoſitio.

F

Cõpoſita vnde ſignificationẽ ſortiantur.

A vnus intellectus impoſitus in eodẽ genere,ut magnanimus, omnipoẽs,Aliquãdo autem componentia sũt diuerſorum generum, compoſitũ autẽ manet in genere alterius eorum,ut quiſq; Hic eſt enim vnum compoſitũ eſt nomine,& coniunctione. Aliquãdo autẽ dictio compoſita eſt alterius generis quã utrũq; cõpoſitorum,ut quare ẽ aduerbium compoſitum ex duobus nominibus,& hoc eſt pp hoc,quod aliqñ alterum compoſitum eſt completuum ſignificationis dictionis compoſitæ,& tunc compoſitum manet in eodẽ genere cũ suo completiuo. ut magnanim⁹, centimanus. Aliquãdo uero itellectus

B dictionis cõpoſitę non fit ex intellectibus partialib. cõponentiũ,ſed fit ex habitudinibus ex comparationib. componentiũ unde,quia iſti duo ablatiui qua, &,redant habitudinem cauſalitatis, propterea iſte ablatiuus qua,eſt interrogatiuum. iõ ex his duabus cõparationib. ſ. ex interrogatione,& cauſalitate conſtituit vnus intellectus aduerbialis per comparationes illorum duorum ablatiuorum ad inuicem ,& ſic fit aduerbium iuterrogatiuum cauſæ, quod eſt quare,& sic dictio composita trahit multipliciter ſignificationem aſuis cõponentibus,& ideo nõ ſequitur quod dictio composita. ſemper sit eiuſdem

C generis cum ſuis componentibus. Similiter dico quod huic nomini,quod, aliqñ accipit relatio,aliqñ ĩterrogatio, aliquãdo infinitio. unde ex hoc quod ẽ nomẽ infinitum,& ex negatione cõſtituitur unus intellectus ordinatiuus, uel coniunctiuus plurium dictionum, uel orationum,& sic fit coniunctio.

Itẽ ad idem Nomen ſignificat ſubſtantiã, conunctio autem dicit aſſociationem,q̃ eſt ſm. simul,uel q̃ eſt ſm prius,& poſterius. Hec aũt aſſociatio tã i ſubiectiuorũ q̃ accidentiũ,qm oĩs eius ꝙ ſignificatur, siue ſit ens,ſiue non ens,ſed ex ſubſtãtia nõ põt fieri reſpectu,siue aſſociatio p̃dicta. ergo hęc dictio,quin,eſt cõpoſita ex hoc nomine infinitio quod et ex hoc aduerbio non.

Solutio autem patet ex p̃dictis, qa D compoſitio huius dictionis quin q̃ eſt, ex hoc nomine ĩfinito quod,& ex hoc aduerbio nõ,non eſt ratione ſubſtãtię ſignificatæ per hoc nomen,quod,ſede ratione comparationis,uel ratione ĩfinitationis,q̃ accidit iſti ſubſtantię,ſm quod dictũ fuit prius de hoc aduerbio quare,& conſimilibus. ut quamobrẽ, pridie. quotidie, ĩpotentialiter, imprę ſentialiter,& cõsimilia,& sic aliquãdo fit compoſitio,ex ſignificationib. componentium.

Aliquando autem non fit ex ſignificationibus compoſitionum,ſed ex habitudinibus eorundem.

E

An quod non,& quin, ęquipolleant.
Cap. IIII.

CIrca quartũ obijcitur, quod hoc nomẽ quod ſignifica ſubam ĩfinitam cum articulo ſubſtantiuo ſecundum Priscia,quia quod apud nos idẽ eſt qđ ò ti apud Græcos. Sed ò eſt articulus ſubiũctiuus & ti ẽ nomen infinitum,ſed oĩs articulus ſignificat relationem,nulla aũt coniunctio ſignificat relationem ergo uullo cõiunctio habet naturam articuli in ſecundo ſecundæ, ergo ad hanc coniunctionem quin,non ſequitur,quia,quod non,ergo,non conuertitur , quia antecedens F ſemper ponit cõſequens,& alia ſupponit ſemper naturã ſui conſequẽtis. Et dicẽdũ ꝙ quin,& ꝙ nõ,conuertuntur, quia antecedens ſemper ponit,conſequens,quod hic eſt dictum,& non ecõuerſo. Cuius cã eſt,quia quin,dicit cõſequẽtiam inter negationes,ſiue vnius negatiua adulteram,negatiuã, vt non currit quin moueatur. ſed quod non, aliqñ adiũgitur affirmatiuis,vt iſte dicit tibi quod non venias quod non poteſt facere quin. Nihil n. eſt dictũ , iſte dicit tibi quin venias. Aliqñ adiungit negatiuis,vt iſte non currit,quod non moueatur,& non eſt homo quod non ſit animal,& hoc ſecundo modo,quod non,& quia,ęquipollẽt,& cõuertũtur,

A cõiguatione ſicut ſunt duo corpora, q̃ coniunguntur inter quæ non eſt mediũ alterius naturæ, ſicut connectitur digitus digito, qñ nihil eſt in medio. Aliter aũt eſt vnũ aggregatione, vt aceruus lapido. Alio autem modo eſt vnũ colla, vel colligatione, ſicut ex carne, & oſſa fit vnum per quoddam medium, quod non eſt omnino caro, neque omnino os, ſicut nerui & cartilagines.

Dico aũt, q̃ hæc coniunctio, & facit vnitatem aggregationis, & nõ alia ex prædictis, vnde terminus copulatiuus eſt vnum aggregatione. Ad illud autẽ q̃ obijcit in contrarium, diuidendo vnum per vnũ genere, per vnum ſpe-B cie dicendum, quod vnum ibi non dicitur vnum quo ad omnes ſuas ſignificationes, ſed tñ quo ad illas ſm quas ſumuntur quatuor prædicata in Topicis, & annexa eorum. Quatuor aũt prædicata de quibus agitur in Topicis ſunt hęc, definitio, accidens, genus, propriũ. Annexa autem eorum ſunt alia prædicata reductiua ad hæc, vt idẽ ſpecie reducitur ad genus, & etiam differentia reducuntur ad genus. Comparationes vero ad accidens, vt melior, vtilior, fœlicior, vilior, & ſic de alijs reducuntur ad prædicata de accidente.

Idẽ aũt ſimpliciter, & diuerſum reducuntur ad prædicata in definitione.

Item nota, q̃ licet hæc coniũctio, &

C debeat copulare diuerſa, non tñ copulat quælibet diuerſa, quia non põt copulare adiectiuũ ſubſtantiuo, nec econuerſo, vt homo, & alb. currit, propter hoc, q̃ de ſe dicit aſſociationẽ aliquorũ de pari, vnde æqualiter reſpicit vtrũq; extremorũ, & iõ per ſe primo, vel copulat duas ſubſtãtias vni actui, vel duo accidentia vni ſubſtantiæ, vt So. & Plato ſunt albi, homo legit, & diſputat.

Quę diuerſa copulet dictio copulatiua, &c. Cap. V.

Circa quintum quæritur, quia videtur iam ex pdictis, q̃ hæc coniunctio &, nõ poſſit copulare q̃libet diuerſa, quia non poteſt copulare adiectiuũ ſubſtãtiuo, vt prius patuit, ergo nõ copulat diuerſa quę libet, propter hoc quæritur quæ diuerſa exigit hæc coniunctio &c. Et dicendum, quod ſicut iam patet ex prædictis, quod exigit diuerſitatẽ ſubiectiuorum de pari ſe habentium vel etiã actuum, vel habitudinẽ, & vniuerſaliter debet copulare diuerſa de pari ſe habẽtia, vt Socrates & Plato albus, & niger, ab illo, & in illo & ſic de alijs habitudinis, & accidentibus, & ſubſtantijs. Sed nunc quæritur vtrum ſufficiat ei diuerſitas ſuppoſitorum cum vnitate ſignificationis, vt homo, & homo currit, & videtur q̃ ſic, q̃a oẽ plurale geminant ſuum ſingu-E lare in terminis communibus, vt quãdo ueantur ſigna vniuerſalia, & affirmatiua, nam oĩs non geminat ſuum ſingulare, ſed bene dicitur homines ſunt, ergo bene dicitur homo, & homo ſunt ſimiliter, bene dicitur homines currunt, ergo bene dicitur homo, & homo currunt, & ſic de alijs.

Itẽ ad idem dicit Boethus in lib. ſuo de Trinitate, q̃ talia ſunt pdicata qualia ſubiecta, q̃ probat, quia cũ dicitur, hõ eſt iuſtus. Deus eſt iuſtus, hoc nõmen iuſtus prædicat de homine iuſtitiã accidẽtalẽ, de Deo aũt prædicat diuinã eſſentiã. E conuerſo tñ poteſt dici q̃ talia sũt ſubiecta qualia permiſerũt prædicata, ſed cũ dicitur homo, & hõ F currunt prædicatã exigit q̃ ille terminus infinite ſumptus teneatur pro diuerſis, ſed ſi pro diuerſis teneatur, bene dicitur, ergo recte dicitur hõ, & homo currunt, quod concedimus, ſciendum quod conuenientius copulat diuerſa ſuppoſita, & diuerſa ſignificata de pari ſe habẽtia, vt hõ, & equus currũt, q̃ diuerſa ſuppoſita cum vnitate ſignificationis, vt homo, & homo currunt.

Cum dictio copulatiua, & præponitur, & cur geminetur, Cap. VI.

Circa ſextum quæritur, q̃ omnis copulatiua coniunctio, niſi ſit enclitica æqualiter ſe habet ad vtrumq; extremorum, ergo hæc coniunctio, & æ-

qua-

A qualiter ſe habet ad vtrunq; extremorum,ſed qñ præponitur, vni magis ſe habet ad illud cui præponitur,quã ad aliud cui non præponitur, ergo nunq̃ debet præponi,ſed ſi non præponitur, non geminatur, ergo vnũ debet geminari. Et dicendum,ꝙ hæc coniũctio & æqualiter reſpicit vtrunq; extremorũ, & ideo qñ præponitur vni extremorũ, quia magis ſe habet ad illud cui ꝑponitur,propter hoc oportet, ꝙ præponatur alteri, vt æqualiter ſe habeat ad vtrunque extremorũ, & hæc eſt cauſa pp quam,qñ præponitur geminatur.

Sophiſ. Secũdum prædicta,quæritur de hoc ſophiſmate. omne nõ animal quod & B Soc. ſunt duo non eſt Socra. Probatio. Hoc non eſt animal, ꝙ dēt Socr. ſunt non eſt Socr. demonſtrato ligno, illud non animal,ꝙ & Soc.ſunt duo non eſt Socr. demõſtrato lapide,& ſic de alijs, ergo non eſt animal,quod & Soc.ſunt duo,non eſt Socrates. Cõtra. Omne non animal,quod & Soc.ſunt duo nõ eſt Socrates, ordo omne aliud, quam animal,quod & Socr.ſunt duo non eſt Socrates, & eſt locus à conuertibili, quia non animal, & aliud quã animal æquipollent,ſed Socrates aliud, quam animal quod,& Socrates ſunt duo,ergo Socrates nõ eſt Socrates,in quarto primæ. Solutio Prima ſimpliciter eſt vera,& probatio non valet, neque eſt C ſyllogiſmus quem facit, ſed eſt paralogiſmus,quia maior,& minor ſunt duplices. quia hæc propoſitio, quæ erat maior,ſcilicet omne aliud, quam aĩal, quod & Socr.ſunt duo non eſt Soc.eſt duplex eo quod hoc relatiuum, quod poteſt referre hunc terminum aliud, vel hunc terminum animal. Si autem referatur ad hunc terminum aliud, ſic maiore,eſt vera, & eſt ſenſus oẽ aliud ab animali quod, ſcilicet aliud ab animali, Socra.ſunt duo,non eſt Socra. & hoc eſt verum, quia nihil aliud ab animali,vt lapis,& lignum, & cætera inanimata omnia,quorum nullum eſt Socrates Si autem referatur ad iſtum terminum animal, ſic maior eſt falſa, & eſt ſenſus. Omne aliud, quam animal, D quod,ſcilicet animal,& Socr.ſint duo, non eſt Socr. hæc autem falſa eſt quia Socr.non facit numerum cum Socr. & alia animalia,& iſta, Socra.eſt aliud a quolibet animali faciẽti numerum cũ Soc.& ſic Soc.comprehẽdet in hac diſtributione,omne aliud,quam animal quod,ſcilicet animal &c.ſecundum,ꝙ hoc relatiuum,quod refert hũc terminum animal, vnde hoc modo maiori dicit,quòd Soc.non eſt Socr.econuerſo,dicẽdum.n.eſt de minori. Et vt magis patet falſitas minoris in ſenſu ſecundo,ponatur quod Socr.ſit, & nullum aliud animal,niſi Plato, & vnius equus, tunc nullum aliud animal eſt, E quod faciat numerum cum Socr. niſi Plato, & ille equus, Socr aliud eſt ab illis duobus,& ſic hæc eſt falſa,oẽ quã illa duo animalia, quæ,ſ. animalia faciunt numerum cum Soc.non eſt Soc.

Sophiſ. Item quæritur de hoc ſophiſmate, omne enunciabile differt ab aliquo, & ſuum oppoſitum eſt componibile illi. Probatio. Hoc enunciabile Socr. eſſe differt ab aliquo,& ſuum oppoſitũ eſt componibile illi, quia differt ab hoc enũciabili equum currere,ſuum oppoſitum,ſ.Soc.non eſſe, eſt componibile illi, quia poteſt ſtare cũ eo ſimul enim F poſſunt eſſe vera hæc duo enunciabili, ſ.Soc.non eſſe,& equum currere,illud enunciabile,ſ.hominẽ legere differt ab aliquo,& ſuum oppoſitum eſt componibile,illi,& ſic de alijs,ergo prima eſt vera. Contra hæc eſt quædam compoſita. cuius vtraque pars eſt falſa, ergo ipſa eſt. Solut.prima eſt falſa ſimpliciter,& probatio peccat ſecundum figuram dictionis a pluribus determinatis ad vnam huius termini aliquo. Et etiã eſt ibi accidens per quandam regulam in diſtributionibus habitam, quia quãuis hæc diſtributio, omne enunciabile ſm ſe conuertibiliter ſequatur ad ſuas partes ſingulares omnes, tamen ſecundum, ꝙ partes ſtant ſub hoc prædicato,quod eſt differre ab aliquo. Sic non ſequitur ad illas, ſed eſt ibi accidens.

De

A

De coniunctione Niſi.

LOquentes communiter ponunt, ꝙ hæc dictio niſi, per ſe, & proprie tenetur conſecutiue, & nõ exceptiue ſit, ideo circa hanc dictionem niſi, primò quæratur vtrum poſſit teneri exceptiue, vel non, ſecundo quæratur, vtrum hæc dictio niſi, & hæc oratio ſi non æqui pollent adinuicem, cum hæc dictio componatur ex ſi, & non, tertio quæritur quot ſunt genera dictionũ inſtantiuarum, & qualiter differũt in genere. Quarto quæritur quare potius ex hoc aduerbio negandi non per compoſitionem fit dictio inſtantiua, quæ eſt exceptiua, quam alia dictio inſtantiua alterius generis. B Quinto quæritur, quare hæc dictio niſi ſecundum, quod hæc dictio conſecutiua vult ſemper adiungi verbo ſubiunctiui modi.

An dictio niſi, exceptiue tenentur necne. Cap. I.

CIrca primum obijcitur, quòd aliqñ tenetur exceptiue, quia inſtantiua aliqñ fit in toto, vt Socr. currit, nullus homo currit. Hæc. n, eſt inſtantia in toto contra partem. Aliqñ fit inſtantia in tempore, vt cum dr, omnis homo currit, Socr. non currit, vel quidam homo nõ currit, hic enim fertur inſtantia in parte contra totũ. Sed poſito, ꝙ Soc. currat, & nihil aliud, tunc hæc eſt vera, nullus homo currit, niſi Socr. ſed non eſt ibi inſtantia extrahẽdo, vel remouendo partẽ à toto, niſi per dictio- C nẽ exceptiuam, ergo hęc dictio niſi, in ꝑdicta oratione tenetur exceptiue. Itẽ ad idem cum dr. Nullus homo currit niſi iſte aſinus hęc oratio eſt im ꝓpria, ſed ſi hæc dictio niſi, teneretur conſecutiue, eſſet propria, ſed eſſet falſa; ergo hæc dictio niſi, non tenetur ibi conſecutiue, ſed tenetur conſecutiue, vel exceptiue, ergo tenetur exceptiue.

Item ad idem conſequentia eſt duplex, quia quædam eſt cõſecutiua ſimpliciter, vt ſi hõ currit, animal currit. Alio autem eſt conſequentia, vt nunc, vt ſi veneris mecum ibo ad eccleſiam, D ſed ex nulla earum licet inferre conſequens, nec antecedens, quia ex prima conſequentia nõ ſequitur. ergo homo currit, quod eſt antecedens, nec ſequitur, ergo animal currit, quod eſt conſequens & ex ſecunda conſequẽtia, quę eſt conſequentia, vt nunc nõ ſequitur, ergo veniens mecum, quod eſt antecedens, nec ſequitur ibi, ad eccleſiam, ꝙ eſt conſequens, ergo ex nulla earum ſequitur ad conſequẽs, nec antecedẽs. Sed cum dr, nullus homo currit niſi Socr ex hac bene ſequitur, ergo Socr. currit, ergo hæc dictio niſi, nõ tenetur ibi conſecutiue, & tenetur cõſecutiue, vel exceptiue ergo tenetur exceptiue, E ꝙ concedimus dicentes, ꝙ aliqñ tenetur exceptiue, vt in prædictis orationibus, & conſimilibus, & non ſemper tenetur conſecutiue. Sed contra. Hæc dictio niſi, componitur, & ſi nõ, ſed nec ſi nec non ſunt dictiones exceptiuæ, neque habent naturam exceptionis, ergo hęc dictio niſi, non habet naturam exceptionis, cum compoſitum non habeat naturam aliquam niſi à ſuis cõponentib. ergo hæc dictio niſi, non tenetur exceptiue, ſed tenet exceptiue, vel conſecutiue, ſed tenetur conſecutiue.

Item ad idem. Oĩs dictio exceptiua dicit habitudinem partis ad totũ, ſed nulla coniũctio dicit habitudinem partis ad totũ, ergo nulla cõiunctio eſt dictio exceptiua in ſecũdo ſecundæ, ergo hęc dictio niſi, nõ eſt dictio exceptiua F ſed eſt exceptiua, vel executiua, ergo eſt cõſecutiua. Et dicẽdũ ſicut prędictũ eſt, quòd hæc dictio niſi aliqñ tenetur conſecutiue, aliqñ exceptiue, Ad illud autem, ꝙ obijcitur in contrarium dicendum, ꝙ ſicut obijcit, hæc dictio niſi, componitur ex ſi, & non, ſed hoc aduerbiũ non ſemper fert exceptionẽ eius adiungitur, cum ſemper contradicat ei, & ſic eſt dictio inſtantiua, & fert inſtantiam, aliqñ in parte, aliqñ in toto, vt diximus prius, ſed per compoſitionem contrahitur ad inſtantiã, quæ eſt in parte, extrahẽdo partẽ à toto, & hoc ſuffi-

Niſi nõ qñq; exceptionẽ qñq; conſecutionem dicit.

A ſufficit ad dictionem exceptiuã, ut nullus hõ niſi Soc. currit, & ideo hæc dictio niſi, aliquando tenetur exceptiue, aliquãdo conſecutiue, & ſic patet. ꝙ quis hoc aduerbium non ſit dictio exceptiua, hẽt tñ naturam inſtantiam, quæ .ſ. natura inſtantiua propter cõpoſitionẽ extrahit ad inſtantiam dictionũ exceptiuarũ uere in hac dictione niſi. Ad illud quod obijcitur in contrariũ dicendum, ꝙ non ſyllogizat in ſecundo ſecũde, ſed potius paralogizat, quia minor ꝑdicti paralogiſmi eſt duplex, hæc .ſ. nulla cõiũctio dicit habitudinẽ partis ad totum, quia quędam ſunt cõiunctiones quæ habent in ſe naturã duplicem, ſicut illæ dictiones quę ſunt cõpoſitæ ex cõiunctione, & alijs partib. orationis, vt hæc cõiunctio qua ꝓpter, quę eſt compoſita ex hoc nõie, qua, & ex hac præpoſitione propter, & ſic intellectus eius inſtruit ex intellectus illarum dictionum, hæc autem cõiũctio niſi, cõpoſita eſt vt dictum eſt, ex non, & ſi, vnde habet in ſe naturã inſtantiuã, quæ eſt ſm partem, vt dictum fuit prius, & propter hoc dici habitudinẽ uel cõpoſitionem partis ad totum, & ſic habet in ſe naturam duplicem, .ſ. naturam inſtantiuã ratione aduerbij ex quo componitur, & naturam aduerſatiuam ratione coniunctionis, unde dicitur coniunctio aduerſatiua. C

De differentia niſi, & ſi non. Cap. II.

CIrca ſecũdum uero, ſicut patet ex prædictis, hæc dictio niſi, aliquãdo tenet exceptiue, aliquando conſecutiue, & ſecundum, quod tenet conſecutiue hæc dictio niſi, & hæc oratio ſi non æquipollent, ut non currit niſi moueatur .i. non currit ſi non mouetur. Secũdum autem, quòd hæc dictio niſi, tenetur exceptiue, tunc ſignificat aliud ꝗ hæc oratio, ſi non, & ſignificat idem, cum tunc ſignificet habitudinem partis ad totum, ut non eſt, hic eſt ſicut eſt dictio excluſiua, ſignificat hoc, non cũ alio. Sic econuerſo dictio exceptiua ſignificat totum, non eſt hic. D

Quod nam ſint inſtantiuarum dictionum genera. Cap. III.

CIrca tertium nota, quod tria ſunt genera dictionum inſtantiuarum, quia quædam ſunt excluſiuæ, & iſtæ inſtant excludendo, aliæ ſunt exceptiuæ, & iſtæ inſtant excipiendo, aliæ sũt contradictoriæ .i. & ſunt contradicentes, & per iſtas fit inſtantia contradicendo. Et nõ a quod in genere ſic differunt, quia excluſiuæ inſtant ſemper in toto remouendo ipſum a parte, vt ſolus Soc. B exceptiuę non inſtant ſemper in parte extrahendo partem a toto, vt nullus homo niſi Socra. Contradictoriæ vero vel contradicentes inſtant differenter, aliquando in parte, aliquãdo in toto, remouendo aliquid a parte vel a toto, vt quidam homo currit, nullus homo currit, vel omnis homo currit, quidam homo non currit

Cur potius ex aduerbio negandi, non fiat dictio inſtantiua quàm, aliqua alia dictio. Cap. IIII.

CIrca quartũ obijcitur, quod cum hæc dictio niſi, intelligat in qualibet dictione inſtãtiua, vt in excluſiuis, & exceptiuis dictionibus, & in contradicentibus, & ita ſit principium omnium E earum, ergo ſicut ꝑ cõpoſitionẽ ex ea fit dictio exceptiua tunc ſic ex eadẽ habet fieri dictio inſtãtiua alterius generis vt exceptiua. Et dicendum, ꝙ non eſt idem modus intelligẽdi hãc dictionem non, in qualibet dictione inſtantiua, unde non eſt vno modo principiũ omnium dictionum inſtantiuarum, quia dicitur. vna dictio eſt principium alterius, quia uno modo per impoſitionem .ſ. alio autem modo per compoſitionem vnde dico quod in dictionibus excluſiuis per impoſitionem earum intelligitur negatio, quia tantum, & ſolus ex ſua impoſitione ſignificat non cum alio, & illæ dictiones

A nes exceptiuæ præter, præter quam, ſimiliter habent ex impoſitionem negationem de intellectu ſuo, ſed illæ dictiones cõtradicentes, nullus nihil, neuter, & et hæc exceptiua, niſi per cõpoſitionem habent negationẽ de intellectu ſuo, & ſic patet, ꝙ nõ eſt idem modus in elligendi negationẽ in oib. dictionib. inſtãtiuis. vnde nõ oportet ꝙ ſi in quibuſdam eſt per compoſitionẽ, qđ in alijs ſit ſiſr per compoſitionem.

Item. quæritur, quare ex hoc aduerbio nõ, & ex hac coiunctione ſi, potius fit dictio exceptiua ꝑ cõpoſitionẽ ꝙ̃ excluſiua, cũ hoc aduerbiũ non ſit inſtãtiuum, & inſtãtia reperiaẽ tã in excluB ſiuis qũam in exceptiuis, quãuis differenter. Et dicendũ, quod hoc aduerbiũ non negatiuũ eſt, quia negat, & per ordinem ipſius ad hanc coniunctionẽ, ſi intelligit adiectiuatio. Vnde in hac dictione, niſi, intelligitur negatio, & etiã aduerſatio, & per hoc eſt dictio exceptiua, quia aduerſaẽ præcedenti in aliqua parte ipſius. Itẽ cum hæc dictio niſi ſit id compoſita ex non, & ſi, & aliquando ſit exceptiuam vero aliquãdo vero conſecutiua, oportet, ergo, quod diuerſimode fiat compoſitio huius dictionis niſi, ex ſuis cõponentib. Quòd concedimus, dicentes, quod qñ hæc dictio niſi, eſt conſecutiua conſecutio ca

No. pulchrũ dictum.

C dit ſupra negationẽ, et cõſecutio eſt cõpletiua huius dictionis niſi, & tũc hęc dictio niſi, ſecundum Priſcianum continetur ſub coniunctione cõtinuatiua, & ſecundum Donatum ſub cauſali, non currit niſi moueatur, ideſt ſi non mouetur, non currit.

Quando autem eſt exceptiua, tũc negatio cadit ſupra cõſecutionem, & ſic negatio tranſmutat compoſitionẽ in alterã ſpẽm, q̃a dictione exceptiua, & ſic ſecundũ diuerſos modos cõpoſitionis hæc dictio niſi, eſt alterius ſpeciei. Si quæratur vtrum inſtantia, equaliter reponatur in tribus prædictis generib. dictionum inſtantiuarum. Dicendũ ꝙ nõ, quia prius eſt inſtans in dictionib. inſtantiuis cõtradicẽtibus, quia ibi eſt maxime oppoſitio cum ibi ſit contradictio, & per poſterius reperitur inſtãtia in dictionibus exceptiuis, & tamen plus eſt de inſtantia in his quam in excluſiuis quamuis exceptiuæ non immediate contradicat ſuo toti, tamen ſequitur, contradictio, vt omnis homo præter Socrat. currit, ex hoc ſequitur, quod Socrat. non currat & vlterius ſequitur, quòd aliquis homo non currat, quia Socrat. non currit, aliquis homo non currit. Et eſt locus a parte ſubiectiua, ſed in dictionibus excluſiuis illud quod excluditur non contradicit ei a quo fit excluſio, vt ſolus Socrat. currit, ideſt Socra. & nullus alius a Socra. currit. Iſtæ enim duę, Socrates currit, & nullus alius a Socr. currit, & nõ contradicunt neque ex primo, neque ex conſequenti, & ideo minus deeſt de inſtantia in dictionibus excluſiuis, & plus in dictionibus exceptiuis, & maxime in contradictionibus. D E

Cur verbo ſubiunctiui modi ſemper adiungantur. Cap. V.

Circa quintum obijcitur ſic. Coniunctio nata eſt coniungere cæteras partes orationis, ergo, tam nomina quam verba, & ſic de alijs partibus, & conſimilibus, & quodlibet terminos, & quoslibet numeros, & partes quaſcunque, & quælibet tempora, & quoslibet modos, & ſic de alijs partibus ſub his accidentibus, & ſub alijs, ergo hæc coniunctio niſi, ſecundum, quod eſt coniunctio conſecutiua determinatur tantum ad modum ſubiecti. Et dicendum, quòd hæc negatio quæ eſt in hac dictione niſi, non eſt negatio abſoluta. ſed reſpectiua, ſecundum quòd hæc dictio niſi eſt dictio conſecutiua, & huius cauſa eſt, quia negatio, & conſecutio vnita includitur in intellectu huius dictionis niſi, & q̃a intellectus eſt in conſecutione, ideo in conſecutione eſt negatio, quæ eſt vnita intellectu vno conſecutione ipſa vt diximus, F

Negat verbum determinare habet Sophiſ.

A mus,& ideo,negatio nõ eſt ibi abſoluta,ſed reſpectiua. Vnde cũ negatio dẽat determinare verbũ,ideo negatio abſoluta determinauit uerbũ abſolutũ, & negatio reſpectiua determinauit uerbũ reſpectiuũ,& ideo qa inter oẽs modos verborũ ſolus modus ſubiunctiuus dicit rem ſuã in reſpectu,ſiue in comparatione ad aliud,ideo hæc dictio niſi,ſm qđ eſt conſecutiua debet adiungi verbo ſubiunctiui modi. Secundum prædicta quæritur de hoc ſophiſmate. Nihil eſt verum niſi inſtanti,&c.

Probatio. Quicquid eſt verũ,eſt verũ in hoc inſtãti,ergo nihil eſt uerũ,niſi in hoc inſtanti. Contra. Nihil eſt verũ niſi in hoc inſtanti,ergo te eſſe aſinũ nõ eſt verũ,niſi in hoc inſtanti,ergo te eſſe verũ,eſt verum,in hoc inſtanti,ergo tu es
B aſinus. Vel ſic poteſt probari,hęc eſt falſa. Nihil uerũ,& non eſt iſtans,niſi pro vero in hoc inſtãti.ergo facta exceptione pro illo eſt uera,ergo hæc eſt uera, nihil eſt verum niſi in hoc inſtanti. Solut. Prima eſt duplex, eo quod hæc dictio niſi,poteſt tenere exceptiuẽ,uel cõſecutiuẽ,& utroq; modo eſt vera,ſuppoſito inſtanti cõiter ad ipſum inſtans, ſiue ad ipſum nunc,& ad tempus pręsẽs. Sed tñ diſtinguenda eſt prima, quia aliter, & aliter eſt reſpondẽdum ad argumenta probationis. Prius autem uidendum eſt,vtrunq; ſenſum primæ, antequam reſpondeamus ad improbationem,vnde ſenſus primæ ſecundum, ꝙ eſt exceptiua,eſt talis,nihil eſt uerum, niſi in hoc inſtanti.id eſt,nihil eſt uerũ
C præter uerum,quod eſt in hoc inſtanti, & hæc hoc modo vera eſt ſumpto vero cõiter ad uerum,quod eſt in hoc inſtanti,& ad verum, quod in tempore, ſicut inſtãs ſumebatur cõiter ad inſtãs, & ad tempus. Si aũt teneatur conſecutiue,prima,tunc eſt ſenſus, nihil eſt uerum ſi non eſt verum, niſi in hoc inſtã ti,id eſt,nihil eſt uerum in hoc inſtanti,& iterum hoc modo prima eſt uera. Habita ergo diſtinctio, reſpondeo ad probationem,dicendum quod ſi prima eſt exceptiua, ſic primum argumẽtum

probationis non tenet, hęc. ſ. nihil eſt verũ,niſi in hoc inſtãti,ergo te eſſe aſinum non eſt verum, niſi in hoc inſtanti,quia eſt ibi ſophiſma accidẽtis ſicut hęc nullus homo pter Soc. currit, ergo Plato,præter Soc. non currit, quia hoc modo prima eſt categorica, & hæc diſtributio nihil cõprehendit ſub ſe tam vera,quam falſa,tam cõplexa q̃ incomplexa unde uerũ in hoc inſtãti excipitur ab illa diſtributione ſic ſumpta. Vnde uerũ in hoc inſtãti eſt,pars illius diſtributionis,ſed nõ eſt pars huius, qđ dico,te eſſe aſinũ,q a Soc. erat pars hui' diſtributionis. Null' hõ,ſꝫ nõ erat pars Platonis. Si aũt prima teneatur cõſecutiuẽ,tunc primũ argm̃ probationis bene tenet,hæc ſcilicet nihil eſt uerũ, niſi ſit uerum in hoc inſtanti ergo te eſſe aſinũ non eſt verum,niſi in hoc inſtanti,quia ſenſus eſt,nihil eſt,uerum ſi nõ eſt verum in hoc inſtanti, ergo te eſſe aſinum non eſt verũ, ſi non eſt uerũ in hoc inſtãti. Sed illud argumentum,qđ ſequitur non tenet, hæc,ſ. te eſſe aſinũ eſt uerũ niſi in hoc inſtanti, ergo te eſſe aſinum eſt verũ,quia ſenſus eſt,te eſſe aſinum non eſt uerum,ſi non eſt uerum in hoc inſtanti, ergo te eſſe aſinũ eſt verum in hoc inſtãti, quia ſic nulla eſt ibi apparentia,& argumentũ eſt penitus diſperatũ,uel eſt quòd & ſimpliciter,propter hoc quòd ex nulla conditionali,licet inferre anteced ns, vel cõſequens,vt ſi homo currit,animal currit,ex hoc nõ ſequitur, ergo homo currit,vel animal currit. Similiter non ſequitur,te eſſe aſinum non eſt verum, ſi non eſt verum in hoc inſtãti,ergo te eſſe aſinum eſt uerum in hoc inſtanti,qa ponit ibi antecedens,& ſic eſt ibi qđ. ſimpliciter. Poteſt tñ dici, quòd nulla eſt ibi apparentia, quia ex negato antecedente,& ex negato cõſequente infert antecedẽs affirmatũ,vt ſi non eſt aĩal, non eſt homo,ergo eſt animal. in argumento autem nulla eſt apparẽtia, vt diximus,aut ſi eſt aliqua apparẽtia eſt ſecundum quid,ꝙ ſimpliciter. Item q̃rit de hoc ſophiſmate,null' hõ legit Pariſijs

D E F

Ex cõditionali, nec añs, nec cõſequẽs infertur.

A ſijs niſi ipſe ſit aſinus. Probatio hęc eſt falſa, aliquis homo legit Pariſijs niſi ipſe ſit aſinus, ergo ſua cõtradictoria eſt vera, hæc, ſ. non aliquis homo legit Pariſijs niſi ipſe ſit aſinus, ſed non aliquis, & nullus æquipollent, ergo prima eſt vera. Contra, nullus legit Pariſijs niſi ipſe ſit aſinus, ergo deſtructione conſequentis, ſi aliquis homo legit Pariſ. ipſe eſt aſinus, quod falſum eſt, ergo prima eſt falſa, Solut. prima eſt, falſa ſimpliciter, & hoc eſt duplex, nõ aliquis homo legit Pariſijs niſi ipſe ſit aſinus, eo quòd negatio põt determinare verbum conſequentis ſecundum ſe, & abſolutè, quod eſt legit, & ſic eſt falſa, & ſit æquipollet primæ quia hoc
B modo non aliquis, & nullus æquipollent; & ſecundum hunc ſenſum iſta ꝓpoſitio, non aliquis homo legit Pariſijs &c. non cõtradicit huic, aliquis hõ legit Pariſijs &c. utraque, n. eſt falſa, uel negatio poteſt determinare uerbũ cõſequentis, quod eſt legit, non ſecundum ſe, & abſolutè in comparatione antecedens, & ſic eſt uera, & contradicit huic, aliquis homo &c. ſed hoc modo non ęquipollet primæ.

Sophiſ. Item quęritur de hoc ſophiſmate, nullus homo moritur, niſi vnus ſolus homo moriatur. Probatio, hæc eſt falſa, aliquis homo moritur, niſi vnus ſo
C lus homo moriatur, ergo ſua contradictoria eſt vera, ſcilicet non aliquis homo moritur &c. Sed nõ aliquis, & nullus æquipollent, ergo prima uera. Cõtra antecedens eſt poſſibile, & conſequens impoſſibile, ergo conditionalis eſt falſa. Quod aũt antecedens ſit poſſibile patet per hoc, quod habet duas cauſas ueritatis, vel plures: quia unum ſolum hominem mori eſt uerum, ſi duo moriantur, & ſi plures moriãtur, quam duo, uel etiam, ſi omnes moriãtur, ſed ſemper conſequens eſt falſum ſcilicet nullus homo moritur. Solutio eſt, eadem, quæ hic in præcedenti ſophiſmate.

D

De coniunctione Quin.

NVmerus coniunctiuorum in ſpecies ſecundum Donatum eſt quinarius, ſm Priſcianum uero multo plures ſunt ſpecies coniunctionum, inter quas numerãtur omnes cauſalium tã a Priſciano quam a Donato, & ſpecies rationalium quas Priſcianus appellat collectiuas ſiue rationales. Sed ſecundum Donatum hæc coniunctio quin, continetur ſub cauſalibus, ſecundum Priſcianum uero continetur ſub collectiuis, uel rationalib. hanc aũt diuerſitatem omittimus ad præſens, cum pertineat ad Grammaticum. Vnde primo
E intendimus quærere circa hanc coniũctionem, quin, vtrum ſignificet conſecutiuam. Secundo autem habito ꝙ ſignificet conſecutiuam, quæritur vtrũ ſignificet conſecutiuã aliq. ad conſecutiuam cõiter ad omnes conſecutiuas. Tertio autem quæritur vtrum hæc dictio quin, & ſit compoſita ex his dictionibus quod, & non. Quarto autem quæritur vtrum æquipolleat eis ſine conuertatur cum eis. Quinto autem quæritur quare hęc dictio, quin, coniũgitur ſemper verbo ſubiunctiui modi.

An dictio quin, conſecutiuam ſignificet. Cap. I.

F CIrca primum obijcitur, quia ut dicit Priſcianus, Omnis coniunctio ſignificat uim, uel ordinem, & coniunctiones ſignificant uim quando res aliquas ſignificant ſimul eſſe, ut prius, & fortis fuit Aeneas. Ordinem autem ſignificant coniunctiones quando cõſequentiam aliquarum rerũ demõſtrãt, vt ſi ambulat, mouetur. Sed hæc dictio quin, non ſignificat res aliquas ſimul eſſe, ergo ſignificat conſecutiuam aliquarum rerum, ergo hæc coniunctio quin, ſignificat conſecutiuam. Item ad idem, hæc eſt uera. Non eſt homo quin ſit animal, & in hac oratione ſignificatur, quod non poteſt

eſſe

A eſſe homo, ita quod non ſit animal, ergo ſignificatur quod homo non pt eſſe ſine animali, ſed ſi homo nō poteſt eſſe ſine animali, tunc animal de neceſſitate ſequitur ad hominē; ergo ſignificatur ibi quod animal de neceſſitate ſequitur ad hominem. Sed hæc coniunctio nō poteſt ſignificare niſi ſit dictio cōſecutiua & ſignificat conſecutiuā, ergo hæc dictio, quin, ſignificat cōſecutiuā. Itē ad idem dicit Pariſ. quod collectiuę coiunctiones ſiue rationales ſunt q̄ per illationem colligunt ſupradicta, & exēplificat de illis, ſicut in quin, & ergo, igitur de pluribus alijs, ergo hæc cōiūctio quin, B eſt coniūctio illatiua, ſed in omni illatione intelligitur conſecutiua, ergo in hac coniūctione, quin intelligitur cōſecutiua. Sed obijcitur in contrariū, cōiter recipiuntur illæ propoſitiones, ille nō audit lectiones quin dormiat, ille non comedit quin bibat, conſimiles, ſed ex eis vnum de neceſſitate non ſequi ur ad alterum, ergo hac dictio quin ſignificat conſecutionem illatio is.

Et dicendum, quod hæc dictio quin, dicit cōſecutionem illationis, vnde hęc dictio eſt cōſecutiua ſiue illatiua, & cōcedimus oēs argumentationes ad hæc. C Ad illud aūt quod obijcit in contrariū quod cōuer dr eſſe vera hæc, ille nō audit lectiones quin dormiat, & conſimilis, dicendum, quod duplex eſt conſecutiua. Vna eſt conſecutiua ſimplex, vt ſi homo eſt, aial eſt. Alia aūt eſt conſecutiua vt nunc, ſi veneris ad me ibo tecū, & hoc ſecūdo modo non oportet quod vnū de neceſſitate ſequatur ad alterū.

Item uidetur quod non ſignificet cōſecutionē, quia eſt collectiua ſiue rationalis ſecundum Priſcia. ergo ſignificat illationem, ergo non ſignificat conſecutionem. Et dicendum, quod omne illatum inquantum illatum ſequitur, & omne inferens antecedit. Vnde in omni illatione intelligitur conſecutio, & anteceſſio, & ideo hęc dictio quin, ſignificat conſecutionem per illationem ſiue in illationem, & ita ſignificat vnū per alterum, ſiue in altero, ideo hoc non eſt ſignificare plura, ſed vnum. D

Itē cum hæc dictio quin, ſit illatiua, in omni illatione per prius intelligitur anteceſſio, quam cōſecutio, quia inferēs cauſat ex ſe illationem, & non econuerſo, ergo hæc dictio quin, per prius ſignificat anteceſſionem quā conſecutionē. Eſt dicendū, quod hæc dictio quin, per prius ſignificat conſecutionem, anteceſſionem autem non ſignificat niſi ex conſequenti propter hoc, quod conſecutio non poteſt eſſe ſine anteceſſione. Ad illud autem quod obijcit, quod in illatione per prius eſt anteceſſio, & per poſterius conſecutio, dicendum quod verum eſt tamen dictiones E illatiuæ magis ſe habent ad conſecutionem quam ad anteceſſionem, eo quod illatio reſpicit conſecutionem, vt obiecto, ſiue vt terminum ad quem, & reſpicit præmiſſas, ut ex quibus eſt, ſiue ut terminum à quo, & quia motus magis habet ratione, & ſpeciem à termino ad quem eſt, quā à termino à quo eſt, ideo illatio eſſentialius cōparatur ad illud quod infertur ſiue ad ipſam concluſionem quam eſt illud quod infert ſiue ad ipſas pmiſſas propter hoc quod cōcluſio eſt, ut complementum ſiue perfectiuū illationis, & propter hoc dictio quin, cum ſit illatiua magis ſe habet ad conſecutionem, quam ad anteceſſionē. Præmiſſæ ſunt cauſa efficiens materialis concluſ.

Et nota, quod pmiſſæ quo ad cognitionem ſuā ſunt cauſa efficiens cognitionis ipſius concluſionis, ſed ipſæ præmiſſæ quo ad ſuam ſubſtātiā, ſunt uno F modo materialis cauſa ſubſtātiæ cōcluſionis, & alio modo quo ad ſubſtantiā ſuam cā efficiens ſubæ cōcluſionis, qa eadem præmiſſæ quo ad extremitates ſuas sūt materia ſubſtātiæ cōcluſionis.

Deciditur enim maior extremitas à præmiſſis, & etiam minor, ut eis fiat concluſio, tanquam ex materia ſua, ſed præmiſſe quo ad medium ordinatū inter vtranque extremitatem ſecundum ſuā ſubſtantiā, ſunt cauſa efficiens ſubſtantiæ cōcluſionis, & pter hoc quod mediū eſt tota virtus præmiſſarū, propter quā virtutem educitur ſubſtantia

A conclusionis à non eſſe in eſſe & ſic patet quod præmiſſæ ſunt uno modo materia concluſionis, & duobus modis ſunt cauſa efficiens. Nota etiam quod in ſyllogiſmis diſperatis, vt omnis homo eſt lapis, & omnis capra eſt homo. ergo omnis capra eſt lapis, & vniuerſaliter in quolibet ſyllogiſmo ex falſis, præmiſſe non ſunt cauſa efficiens quo ad cognitionem, ſed ſunt cauſa quo ad ſubſtantiam, & etiam cauſa materiali, vt dictum eſt.

De iſtis uide in 2. Elen. & Th. in fallacijs

Quam conſecutiuam Quin, ſignificat. Cap. II.

B Circa ſecundum obijcitur, quod cū hæc dictio quin, dicat comparationem vnius ad alteram, ſed in comparatione vnius ad alteram eſt conſecutio ſimplex tantum, & non compoſita, ergo hæc dictio quin ſolum dicit conſecutiuam ſimplicem, ſiue conſecutiuam ſimpliciter, & non compoſitam. Quod concedimus dicentes quod conſecutio eſt cōſecutiuis, alia eſt ſimplex, vt ſi homo eſt, animal eſt, ſicut dictum fuit in fallacia conſequentis, alia vero eſt compoſita ſiue plures, vt illa quæ ſunt ſecundum oppoſitiones, ſicut illa quæ eſt in illo ſunt e contrario. Vnde dicimus quod hæc dictio quin, non ſignificat communiter conſecutiuam ad conſecutiuam ſimplicem, & ad

C compoſitam, ſe tantum ſignificat illa quæ eſt ſimplex.

Huius autem quæ eſt ſimplex, alia eſt conſecutiua, ſiue conſecutio ſimplex. vt dictum fuit prius, alia vera vt nunc. vnde hæc dictio quin, non ſignificat conſecutiuam communiter ad omnes conſecutiua: ſed tantum ſignificat, conſecutiuam ſimplicem, & ideo aliquando. vt nunc.

D

An hæc dictio Quin, ex quod, & non, compoſita ſit. Cap. III.

Circa tertiū obijcitur, quod ſi hæc dictio quin, eſt compoſita ex hac dictione ꝙ, & ex hoc aduerbio non, ergo eſt compoſita ex nomine, & aduerbio ergo debet eſſe nomen, vel aduerbium cum omnis dictio retineat ſignificationis ex ſuis componētibus. Et dicendū ꝙ hæc dictio quin eſt ſimplex, ſicut ego credo, habēs de intellectu ſuo conſecutionē cum negatione, ex natura ſuæ impoſitionis, ſed qa dicitur cōmuniter quòd eſt compoſita ex hac dictione quod, & ex aduerbio non ideo

E ſuſtinendo poſitionem illorum reſpondendum eſt aliter. Vnde dicendum ꝙ hæc dictio quin, eſt coniūctio, & eſt cōpoſita ex hoc nomine infinito quod, et ex hoc aduerbio non, quia coniunctiones cōpoſitæ diuerſas habent compoſitiones. Quædam enim componuntur ex alijs coniunctionibus, vt, atque, ſi quidem, & conſimiles. Aliæ vero componuntur ex ꝓnominibus, vt ideo, aliæ vero ex nomine, & p̄poſitione, vt quapropter, aliæ vero ex pluribus nominibus cum vna præpoſitione, vt quamobrem, aliæ vero ex verbis vt videlicet,

Coniunctionū varia cōpoſitio.

F ſi, licet, aliæ autem ex aduerbio electiuo, vt quanquam, aliæ vero ex aduerbio, & verbo, vt quamuis. Hoc etiā uidetur per Priſcianum, qui in maiori volumine in tractatu de cōiunctione, determinādo de ſpecie cōiunctionis ſiue poteſtate dicit. Inueniuntur nomina, vel pronomina, vel præpoſitiones, vel aduerbia, quæ loco cauſalium accipiuntur coniunctionum. Ad illud autē quod obijcitur quòd dictio compoſita trahit ſignificationem à ſuis componētibus, ergo, quin, eſt nomen, vel aduerbium. Dicendum, quòd non ſequitur, quod propter hoc ſit nomen, vel aduerbium. quod dictio compoſita multipliciter trahit ſignificationem a ſuis componētibus. quia aliquando ex partialibus intellectibus componentiū ſit

Cōpoſita vnde ſignificationē ſortiantur.

vnus

A vnus intellectus impoſitus in eodē ge
nere,ut magnanimus, omnipotēs,Ali
quādo autem componentia ſūt diuer.
ſorum generum, compoſitū autē ma-
net in genere alterius eorum,ut quiſq;
Hic eſt enim vnum compoſitū eſt no-
mine,& coniunctione. Aliquādo autē
dictio compoſita eſt alterius generis
quā utrūq; cōpoſitorum,ut quare ē ad
uerbium compoſitum ex duobus no-
minibus,& hoc eſt pp hoc,quod aliqñ
alterum compoſitum eſt completiuum
ſignificationis dictionis compoſitæ,&
tunc compoſitum manet in eodē gene
re cū ſuo completiuo. ut magnanim⁹,
centimanus. Aliquādo uero intellectus
B dictionis cōpoſitę non fit ex intellecti
bus partialib. cōponentiū,ſed fit ex ha
bitudinibus ex comparationib. compo
nentiū unde,quia iſti duo ablatiui qua,
&,re dant habitudinem cauſalitatis, ꝓ
pterea iſte ablatiuus qua,eſt interroga
tiuum. iō ex his duabus cōparationib.
ſ. ex interrogatione,& cauſalitate con
ſtituit vnus intellectus aduerbialis per
comparationes illorum duorum abla-
tiuorum ad inuicem ,& ſic fit aduer-
bium interrogatiuum cauſæ, quod eſt
quare,& ſic dictio compoſita trahit
multipliciter ſignificationem aſuis cō
ponentibus,& ideo nō ſequitur quod
dictio compoſita ſemper ſit eiuſdem
generis cum ſuis componentibus. Si-
C militer dico quod huic nomini,quod,
aliqñ accipit relatio,aliqñ iterrogatio,
aliquādo infinitio. unde ex hoc quod
ē nomē infinitum,& ex negatione cō
ſtituitur unus intellectus ordinatiuus,
uel coniunctiuus plurium dictionum,
uel orationum,& ſic fit coniunctio.

Itē ad idem Nomen ſignificat ſub-
ſtantiā, coniunctio autem dicit aſſocia
tionem,q̄ eſt ſm̄. ſimul,uel q̄ eſt ſm̄ pri
us,& poſterius. Hec aūt aſſociatio tā i
ſubiectiuorū q̄ accidentiū,qm̄ oīs eius
ꝙ ſignificatur, ſiue ſit ens,ſiue non
ens,ſed ex ſubſtātia nō pōt fieri reſpe
ctu,ſiue aſſociatio ꝑdicta,ergo hęc di
ctio,quin,eſt cōpoſita ex hoc nomine
infinito quod et ex hoc aduerbio non.
Solutio autem patet ex ꝑdictis, qa D
compoſitio huius dictionis quin q̄ eſt,
ex hoc nomine īfinito quod,& ex hoc
aduerbio nō,non eſt ratione ſubſtā.ie
ſignificatæ per hoc nomen quod,ſed e
ratione comparationis,uel ratione īfi
nitationis,q̄ accidit iſti ſubſtantię,ſm
quod dictū fuit prius de hoc aduerbio
quare,& conſimilibus. ut quamobrē,
pridie. quotidie. īpotentialiter, imprę
ſentialiter,& cōſimilia,& ſic aliquādo
fit compoſitio,ex ſignificationib. com
ponentium.

Aliquando autem non fit ex ſignifi
cationibus compoſitionum,ſed ex ha-
bitudinibus eorundem.

E

An quod non,& quin, ęquipolleant. Cap. IIII.

Circa quartū obijcitur, quod hoc
nomē quod ſignifica ſubam īfini
tam cum articulo ſubſtantiuo ſecun-
dum Priſcia,quia quod apud nos idē
eſt qd̄ ò ti apud Græcos. Sed ò eſt arti-
culus ſubiūctiuus & ti ē nomen infi-
nitum,ſed oīs articulus ſignificat re-
lationem,nulla aūt coniunctio ſigni-
ficat relationem ergo uullo cōiunctio
habet naturam articuli in ſecundo ſe-
cundæ, ergo ad hanc coniunctionem
quin,non ſequitur,quia,quod non,er-
go,non conuertitur , quia antecedens F
ſemper ponit cōſequens,& alia ſuppo
nit ſemper naturā ſui conſequētis. Et
dicēdū ꝙ quin,& ꝙ nō,conuertuntur,
quia antecedens ſemper ponit,conſe-
quens,quod hic eſt dictum,& non ecō
uerſo. Cuius cā eſt,quia,quin,dicit cō
ſequētiam inter negationes,ſiue vnius
negatiua adulteram,negatiuā, vt non
currit quin moueatur. ſed quod non,
aliqñ adiūgitur affirmatiuis,vt iſte di-
cit tibi quod non venias quod non po
teſt facere quin. Nihil n. eſt dictū , iſte
dicit tibi quin venias. Aliqñ adiungit
negatiuis,vt iſte non currit,quod non
moueatur,& non eſt homo quod non
ſit animal,& hoc ſecundo modo,quod
non,& quia,ęquipollēt.& cōuertūtur,

A ut hæc.non eſt homo quod non ē animal,ergo nō ē homo quin ſit animal. & econuerſo. Ad aliud autē quod obijcit,dicendum,quod relatio ſignificata per articulū alia eſt,& diuerſa a relatione ſignificata p nomine,uel p pronomina relatiua. qa relatio nominis,uel pnominis,uult quod aliqd antecedēs cedat,cuius fiat recordatio p relationem,vt Soc.currit,& ille diſputat, & ſic relatiuū nominis vel pronominis nunquā ſimul ordinatur cum ſuo antecedente,ſed ſemper poſterius naturaliter ordinatē.Relatio autem articuli ē alterius generis, quia articulus vult adiungi ſuppoſitis ponendo quandā B diſcretionem circa ſuppoſitum, ſicut ſyllagice adiectiones æque ponūt quādā diſcretionem circa pnomina ut tu met,te met.Sed in hac differunt, quid articulus nō poſt ponitur ſicut ſuppoſito ſicut ſyllabica adiectio pnomini, immo articulus pponitur ſuppoſitis, & ex articulo & ſuppoſito non fit dictio vna ſicut ex illa parte.unde articulus ſimul ſumitē cum ſuppoſito Dico ergo quod articulus nihil dicit de relatione,niſi i hoc,quod ſimul ſumitur cū ſuppoſito, & ſignificat diſcretionē quādā fieri circa ipſum, & qa diſcretio non eſt,nec intelligitur ſine eo cui' eſt diſcretio. ideo diſcretio ſuppoſiti nō pt eſſe.nec intelligi,niſi per ſuppoſitum,& ideo articulus dicit relationē ad ipſum ſuppoſitū, & ſic patet, quia alia eſt relatio articuli,& alia nominis vel pnois. Quod aūt articulus ſimul C ſumatē cū ſuppoſito,patet i lingua materna i qua habemus articulos,quāuis nō habemus eos in latino,quia i ea ſē per articuli ſuppoſitis coniungunē,& iō relatio reportata per articulū nō impedit compoſitionē huius coniunctionis quin,neque cōuertibilitate eius cū hāc oratione,quod no ſicut diximus. Itē pbatio,quod relatiua articuli,alia eſt a relatione huius nominis q prout ſumitur relatiue,quin hoc nomē qui, ſecundum quod tenetē infinite, ut qui tyrannum interficies præmiū accipiet, non tenetur relatiue, neque dicit relationē ad aliquod antecedēs,ſed ad huc habet de intellecto ſuo articulū,ſed articulus dicebat relationē ſuppoſiti,ergo relatio articuli ſeparatur a relatione q ē recordatio rei prædictæ,ergo relatio articuli alia ē, & diuerſo relatione nominis,vt pronominis, q cōcedimus. D

Relatio articuli qualis.

Cur verbo ſubiunctiui modi ipſum Quin adiungatur. Cap. V.

CIrca quintū obijcitur, & ſoluatur ſicut prius de hac dictione niſi, propter quid ſemper adiungatur uerbo ſubiūctiui modi quādo erat dict o conſecutiua. Item nota qd hæc cōiunctio quin,ſiue hęc oratio,q nō prouę conuertunē,dicunt cōſecutionē vnius negatiuæ ad alterā negatiuā propter hoc q de intentione eorum ē quod ponunt vnū uniuerſaliter in altero affirmatiue,& affirmatio unius ſequitur ad affirmationem alterius. ut non eſt homo quin,ſit animal,ergo quilibet homo eſt homo eſt aīal,uel ſi eſt hō eſt aīal, uel non eſt , domus quin ſit paries,ergo ſi domus eſt , paries eſt , ſecunqum affirmatio ſequitur,ad affirmationem per conſequentiam, e contrario negatio ſequitur ad negationē unde ſi homo eſt aīal,ergo non eſt hō ſi non eſt aīal, vel non homo non ſit aīal,Secundum prædicta quæritur de hoc ſophiſmate.Tu non potes negare te non eſſe aſinum. Probatio, te non eſſe aſinum eſt neceſſarium,ſed tu nō potes uere negare neceſſarium, ergo tu non potes,uere negare te non eſſe aſinū,Contra.Te nō potes vere negare tę non eſſe aſinū, ergo tu nō potes uere negare q nō ſis aſin', ergo tu nō potes uere negare quin ſis aſinus,ergo tu es aſinus.Solutio. Prima ē duplex ſecundum communiter loquentes.Di cunt enim quod negare æquiuoce ē i hac oratione.vnde unus ſēſus eſt tu nō poteſt' negare hoc,idē tu nō potes uere negationē proferre, ſiue negationem hanc dicere,quod idem eſt,te nō eſſe aſinum,& ſic ē falſa, quia uere tu E F

Sophiſ.

non

A non poteſt dicere hanc negationem, te non eſſe aſinum.

Alius ſenſus eſt. Tu non potes uere negare te non eſſe aſinũ,i.tu nõ potes uere negationis huius negationẽ pferre,quia negatio huius,te nõ eſſe aſinũ, eſt hæc,tu ut es aſin9, q̃ ęqpollet huic. Tu es aſinus,hoc non poteſt uere dicere,& ſic eſt uera. Sed ſolutio nulla eſt, quia negare, eſt actus egrediẽs ab hac potentia actiua, q̃ eſt negatiuũ, ſed ſicut potentia actiua duplicẽ hẽt cõparationẽ una, ſ.ad illud a quo eſt,ut ab anima, ſiue ad illud per qđ,ut ad ipsũ agẽs. Aliã vero ad illud.quod eſt,ut ad ipsũ obiectũ in qđ tranſit,& ſimiliter actus illius potẽtia hẽt duas compara

B tiones eaſdẽ,& nõ alias,ergo ad idem obiectũ cõparat actus ad qđ potẽtia actiua, ergo cuius obiecti eſt hæc potentia, q̃ eſt negatiuũ eiuſdẽ obiecti ẽ iſte actus,qđ eſt negare,ſed iſta potẽtia, q̃ eſt negatiuũ,ſp eſt negatiuũ alicui9,& ab aliquo.ergo,& iſte act9, q eſt negare,ſẽper erit ipſius pđicati, & a ſubiecto, ergo ſẽper eſt eiuſdẽ rõnis, ergo eſt æquiuocum, ergo nihil dicunt.

Item ad idem ſicut ille actus, q eſt uidere non ęquiuocatur ad uiſionẽ albedinis,& ad viſionem nigredinis,q̃uis oppoſita. Similiter negare,nõ æquiuocatur ad negandum quodlibet præ

C dicatum,ſiue fuerit prius affirmatũ,ſiue negatũ, quia ſiue fuerit tale, ſẽper remouetur a ſubiecto, ergo negare nõ æquiuocatur ad differentiæ negationẽ hanc. Tu non eſt aſinus,in qua negat prædicatum affirmatũ,& ad differẽtiæ negationem huius. Tu non es aſinus, in qua remouetur prædicatũ negatũ, ergo non tu nõ es aſinus,ergo nihil dicũt.Item ad idem Ariſt.docet reperire multiplicitatem in caſibus ut ſi ſanatiuũ dr multipliciter de effectiuo. & cõſeruatiuo,ꝑparatiuo,ergo & ſanare dicetur multipliciter de effectiuo, cõſeruatiuo,& ꝑparatiuo,et ſic de aliis,& ecõuerſo. ſed ſi ſanare dicitur multipliciter, & ſanatiuũ eodẽ mõ multipliciter dicitur de eiſdẽ,ergo ſi vnũ caſuũ non

